UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Augustini Barbosae ... Collectanea doctorum tam veterum, quam recentiorum, in ius pontificium universum

In Qvo Qvintvs Decretalivm Libri continetvr

Barbosa, Agostinho

Lugduni, 1669

Collectanea Doctorvm, In Librvm Qvintvm Decretalivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95280

Visual Library

COLLECTANEA DOCTORVM,

IN LIBRVM QVINTVM DECRETALIVM.

De Accusationibus, Inquisitionibus, & Denunciationibus.

TIT. I.

VPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Ioann. Andr. Arer. Anch. Felin. Mar. Socin. Panorm. Butr. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Guill. Duran. *in breuiario aureo iuris Canon. fol. 133. & in speculo iuris lib. 4.* Ioan. de Londris *in breuiario SS. Canon. fol. 178.* Martin. Mesnari; *in epitom. Decretal. fol. 10.* Stephan. Ranchin. *in contin. titul. Decretal.* Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij à pag. 580.* Goffr. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in exposit. titulorum iuris Canon.* Zypæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag. 373.* Lancel. *in instit. iuris Canon.* Canis *in sum. eiusdem iuris*, Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib. 5. sum. in Decretal. omnes sub hoc tit.*

De Accusationibus vide Clarum §. *fin. q. 12.* Farinac. *in praxi criminali, part. 1. q. 12.* & edictum de accusationibus est prohibitorium, & admittitur quicunque non reperitur expressè prohibitus. Clar. *d. §. fin q. 14.* Surd. *de alim. tit. 8. priuil. 87. n. 3.* Coriolan. *de casibus reseruatis, iuxta regulam Clem. VIII. regularibus præscriptam, part. 2. casu 5. de accusat.*

De Inquisitionibus vide Greg. *tit. 17. in prine. verbo perquisita. part. 3.* Perez *ad tit. 1. lib 8. Ordin.* Farinac. *d. p. 1. q. 1.* Sayr. *in clau. Reg. lib. 12. c. 10. n. 8. cum seqq.* Fr. Emman. *qu. Reg. tom. 1. q. 5. art. 1.* Coriolan. *vbi proximè sub tit. de inquisit.* & inquisitio cessat per accusationem, vt docet D. Barbos. *in l. si quis postea quam n. 84 ff. de iudic.*

De Denunciationibus vide Azeued. ad *l. 21. tit 9. lib. 3. noua recopil.* Fr. Emman. *d. tom. 2. q. 6. art. 1.* Aldret. *de relig. discip. tuenda lib. 1. cap. 5.* Coriolan. *vbi proximè sub tit. de denuntiatione.*

SVMMARIVM.

1 *Accusatoris de persona priùs quærendum est in iudicio.*
2 *Iudex ex officio potest repellere accusatorem non idoneũ.*

Cap. Si legitimus I. *Felix.*

ACcusator quando non est legitimus reus, non est molestandus, nec trahendus ad iudicium. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarel. Ioan. Andr. Ananin. Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Aretin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 1.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 606.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 1.* 1

Collige ex text. iudicem ex officio posse repellere accusatorem non idoneum, vt docet Clar. §. *fin. q. 15. num. 1.* vbi Baiard. ex Conrado ita distinguit, quòd si accusator sit omninò, & prorsus inhabilis, vt Iudæus, hæreticus, infamis, & similis, qui repelluntur odio ipsius personæ, tunc iudex ex officio, parte etiam non opponente, eos repellere potest, secus si non sint omninò inhabiles, putà quia possunt expressè vel tacitè consensu partium habilitari, tales enim, parte non opponente, à iudice repelli non possunt. 2

SVMMARIVM.

1 *Denuntiare non potest is, qui legitimè & charitatiuè non præmonuit.*
2 *Episcopi, eorúmque causæ summo Pontifici immediatè subiiciuntur.*

Cap. Si quis II.

EPiscopum suum denuntiare volens, debet priùs ipsum charitatiuè admonere, vt se emendet, alioquin non admittitur eius denunciatio. Colligunt ex ordin. Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 2.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 606.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 8.*

Sed nunc ad Primates, &c.] Videtur colligi ex his verbis de causis Episcoporum criminalibus posse Primates cognoscere, quod dubium facit cùm speciali reseruatione Episcopi, eorúmque causæ summo Pontifici immediatè subiiciantur, *c. quamuis 3. q. 6. cap. frater. 16. q. 1.* Borgas. *de irregularit. p. 6. tit. quis possit excommunicare, in fin.* Turrecrem. *in c. vbique 15. quæst. 7. num. 5. 6. & 7.* cui obiectioni occurrit Felin. *hic num. 2. notab. vlt.* dicendo text. probare Episcopi criminalem 2

causam esse ad Primatem deferendam, non autem quòd ipse Primas ipsam definiat, aut Episcopum condemnet, sed tantùm vt votum suum proferat, & ad Papam referat, nam licèt de iure antiquo, si contingeret criminaliter agi contra Episcopum, & crimen postularet dispositionem ab Ordine, & dignitate Episcopali, examinanda esset causa ab omnibus Episcopis totius prouinciæ vnà cum Metropolitano, verùm ad minimum à duodecim Episcopis vltra Metropolitanum, vt notat glos. *in summ. verbo quod autem* 3. *q.* 8. per text. *in cap. si quis Episcopum criminaliter* 16. *q.* 4. Posteà tamen iure recentiori, dicti Episcopi cognoscere poterant vsque ad sententiam tantummodo, sententia autem & definitio reseruabatur Papæ, vt *in cap. accusatus, & in cap. quamuis, & in cap. multum stupet.* 3. *q.* 6. notat Alphen. Aluar. Guer. *in spec. iur. Pontif. c.* 29. & ideò nihil mirum si causa de qua agit text. ad Primatem deferretur, cùm solummodo ipse vsque ad sententiam posset cognoscere: sententia autem, & definitio soli Papæ reseruaretur. Quid autem attento iure Concil. Trident. & modernarum constitutionum super causis Episcoporum à summo Ecclesiæ Pastore, ipsáque Sede Apostolica definitum sit, egi in meo tract. *de officio. & potestate Episc. p.* 3 *alleg.* 112. & *ibi* dictis addendum duxi, Concilium Prouinciale non posse formare processum contra Episcopum ad effectum transmittendi illum ad Papam, quia vult Concilium Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 5. quod non solùm diffinitio, sed etiam cognitio sit tantùm Sanctissimi; potest tamen Metropolitanus cognoscere causas ciuiles Episcoporum; in Concilio verò prouinciali tractari, & diffiniri possunt causæ criminales minores Episcoporum, etiam non existentibus inibi duodecim Episcopis à Concilio requisitis, quia constat Concilia prouincialia ex minore numero Episcoporum vt plurimum consistere; nec obstat quòd in cognoscendis causis Episcoporum requiruntur duodecim Episcopi, quia illud procedit in causis maioribus. Ita Armendar. *in addit ad recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis, num.* 80. Vnde hæresis causa in Episcopo reseruatur Papæ, *cap. inquisitores, de hæret. lib.* 6. Concil. Trident. *d. cap.* 5. Penna *in direct. Inquisit. p.* 3. *commento* 77. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 81. *vers. aduertendum tamen*, etiamsi Episcopus sit titularis. Molin. *de iustit. tract.* 5. *disp.* 28. *num.* 19. Illustrissimus, & Reuerendissimus Dominus meus D. Rodericus à Cunha *de Confessoribus solicitantibus mulieres in confessione q.* 12. *num.* 7. *in princip.* à quo alia præclari laboris monumenta in dies expectamus, quorum cognitione, nominis & gloriæ tantum consequutus est, vt eruditionis, ingenij candidi, & à maioribus susceptæ nobilitatis causa Episcopatus Portalegrensis munus obierit, & posteà ad Pertulagen. Episcopatum transtatus vigilantissimi Pastoris sustinuerit officium; nunc verò Bracharensis Archiepiscopus, Hispaniarúmque Primas magnâ omnium nostrorum lætitiâ electus est, ille, inquam, *in d. suo tract. de Confess. solicit. d. quæst.* 22. *num.* 6. ex dictis infert Episcopos hæreticos non posse ab Inquisitoribus Fidei puniri, & citat Viuald. *de hæretic. quæst.* 7 *num.* 15. Simanch. *de Cathol. cap.* 25. *num.* 7. Penna *d. part.* 3. *commento* 76. Locat. *in opere iudic. verbo Episcopus*, Rojas *sing.* 55. *num.* 2. & eius Scholiastes Fr. Seraphin. à Freitas; addit Molin. *d. tract.* 5. *disp.* 28. *n.* 19. & Farinac. *de hæresi. quæst.* 186. *à num.* 113. & procedere in Episcopis consecratis, non verò in electis, nisi tamen sint confirmati, docet idem Illustriss. Dominus meus *d. q.* 12. *n.* 11. faciunt quæ Molin. *d. tract.* 5. *disp.* 28. *n.* 19. Sanchez *de matrimon. lib.* 8. *disp.* 2 *n.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio Prælati debet tractari coram illis, quorum interest.*
2 *Religiosus potest suum Abbatem accusare nulla ad hoc prius impetrata licentia.*
3 *Monacho non permittitur quemquam accusare præter proprium Abbatem.*

Cap. Illa præpositorum. III. *Greg.*

Accusare debent illi, quorum interest, vt Monachi Abbatem, & causa est tractanda coram iisdem vt reus liberetur, vel condemnetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collectar. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Aretin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 2. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 606. remissiuè Ximen *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 5. 1

Aliquis de monasterio, &c.] Ergo Religiosus, quicitur de monasterio, potest suum Abbatem accusare, eò quòd monasterij vtilitatem procurare dicatur, accusando Abbatem, vt tradunt glos. *verbo alia, in cap. ex parte*, & *ibi* Felin. *paulo post princip. inf. hoc tit.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp.* 11. *dub.* 13. *num.* 5. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 18. vbi *n.* 19. asserit ad hoc nullam licentiam priùs esse impetrandam. & post Specul. Abb. & Innoc. citat pro hac parte Rebuff. *ad leges Galliæ tom.* 1. *tit. de sententia prouis. in præfat. num.* 104. Vtrùm autem permittatur monacho quemquam accusare præter proprium Abbatem, respondet negatiuè text. *in d. cap. ex parte*, qui intelligendus est nisi duplex concurrat conditio: prior est licentia Abbatis, posterior vtilitas monasterij; his enim concurrentibus posse quemcunque accusare, resoluunt citati per me ad *d. cap. ex parte*, vbi inuenies cætera quæ in hac materia desiderari possunt, Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub.* 13. *num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Criminis reus delatus non potest pendente accusatione seu denunciatione ad Ordines, aut Ecclesiasticam dignitatem promoueri, & n.* 2.
3 *Accusatus per maleuolos, & non grauatus apud graues & bonos viros pendente accusatione ordinari potest.*
4 *Accusatione pendente interim dum ad sententiam deuenitur dicitur accusatus infamis infamia facti.*
5 *Infamia iuris non solum impedit præfici, sed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis, infamia vero facti repellit quem à dignitatibus habendis, non tamen ab obtentis.*

Cap. Omnipotens. IV.

Accusatus, vel denunciatus de aliquo crimine, pendente accusatione, seu denunciatione ad Ordines, aut Ecclesiasticam dignitatem promoueri non potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Aretin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 2. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 607. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 2. desumitur ex D. Greg. *lib.* 4. *Epist.* 34. *cap.* 8. *vers. dict.* 13. *registri*, & refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *cap.* 6.

Hinc

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt, Couar. *lib. 1. var. cap. 16. n. 11. vers. quarto*, Roman. *sing. 438.* Selu. *de benef. p. 3. q. 5. n. 31.* Nau. *cons. 6. & 7. sub hoc tit.* Zerol. *in praxi Episcop. c. 2. verbo Ordo §. 1.* Nicol. Garc. *de benef. p. 7. cap. 7. n. 6.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de discipl. clericali, §. 10. à num. 37.* Seraphin. *decis. 391.* Lauor. *var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 16. num. 103.* latè & eleganter Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in comment. ad cap. 3. dist. 81.* vbi multipliciter declarat, & limitatur non procedere text. hunc in accusato per maleuolos, & non grauatos apud graues, & bonos viros, & meritò, quia alioquin facillimè cuique pateret via optimos, & doctos impediendi ab acquisitione bonorum per concursum, si sola accusatio à quouis maleuolo, vel improbo facta, non secuta apud bonos, & graues viros infamia sufficeret ad repellendum à concursu, & petitione beneficij, quod esset absurdum, & ita non dicendum, vt per Nauarr. *cons. 2. sub hoc tit. in antiq.* Nicol. Garc. *de benef. p. 7. cap. 8. n. 7.* quem refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. part. 2. alleg. 43. n. 14.*

4 D. Roder. à Cunha *vbi supra, num. 5.* Et ideo pendente accusatione interim dum ad sententiam deuenitur, dicitur accusatus infamis infamia facti, quæ incurritur cùm quis notatur de aliquo crimine apud bonos & graues, seu cum opinio alicuius grauata est apud bonos & graues super aliquo crimine, seu peccato, Nicol. Garc. *d. cap. 8. num. 12.* Campan. *in diuerserio iuris Canonici, rubr. 11. cap. 18. num. 5.* & alij citati per me *d. alleg. 43. num. 17.* post sententiam verò declaratoriam de crimine famoso, quod infamet, fit tunc infamis infamia iuris,

5 *l. furti, ff. de his, qui not. infamia,* Caputaq. *decis. 90. Infamia par. 2.* Inter huiusmodi infamias iuris & facti magna est differentia, quia illa non solùm impedit præfici, sed etiam remoueri facit à dignitatibus habitis, *l. infamia. C. de decurionibus lib. 10. l. indices. C. de dignit. lib. 12.* Couar. *practic. cap. 19. num. 5 concl. 5.* Nicol. Garc. *d. cap. 8. num. 33.* hæc verò scilicet facti, repellit quem à dignitatibus habendis, non tamen ab obtentis. Henriq. *lib. 13. cap. 38. §. 3. in med.* Campan. *d. cap. 18. num 5. in fine,* Nicol. Garc. *d. cap. 8. num. 35. & 36.* & inhabilem reddit ad obtinenda beneficia Ecclesiastica, Cou. *lib. 2. var. c. 8. num. 4. in princ.* D. Barbosa *in l. cum prætor. § fin. n. 196. ff. de iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopus per exceptionem criminis illum ab accusatione sua repellere non potest, quem antea sua familiaritate neglexerit separare.*
2 *Familiaris criminosus Episcopi potest illum accusare.*
3 *Episcopus accusatus contra personam familiaris eum accusantis opponere non potest.*
4 *Famules, vel consanguineos viros improbos habens in domo sua ex eorum delictis tenetur.*
5 *Approbatum semel non potest amplius reprobari.*

Cap. Nulli. V. *Pasch. V.*

1 Episcopus si habet aliquem familiarem, & eum à se non separat, si familiaris vult Episcopum accusare, non potest Episcopus repellere eum ab accusatione tanquam infamem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabatell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Butr. Bero. Mar. Soc. Felin. Panorm. Hostiens. Atetin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 3.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 607.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 3.*

Barbos. Collect. Tom. III.

Collige ex text. quòd criminosus licet regulariter 2
non admittatur ad accusandum, vbi tamen fuerit familiaris Episcopi, in pœnam tolerantis talem in domo, poterit ipsum Episcopum accusare, vt per Baiard. *ad Clar. §. fin q. 14. num 29.* Non potest enim Episcopus accusatus contra personam familiaris sui eum accusantis opponere, vt docet Clar. *d. §. fin. quæst. 15. n. 2.* vbi etiam cum *gl. fin. in præsenti,* tenet quod adhuc potetit iudex ex officio suo illum repellere. 3

Et hinc colligitur quòd dominus famulos, vel 4
consanguineos habens in domo, qui essent viri improbi, ex ipsorum delictis tenetur, quia præsumendum est quòd perseueratur in delictis suis, vt per Duen. *reg. 303. in princ.*

In glos. *Familiaritate* ibi *non enim modò potest reprobare etiam mores, quos prius approbauit.* Quia approbatum semel, non potest amplius reprobari. Surd. *cons. 18. num. 2 & cons. 351. num. 41 & dec. 132. num. 4.* Thom. de Thomassetis *in flor. legum reg. 37.* Ant. Monach. *Bonon. decis. 35. num. 2.* Sanch. *de matrim. lib. 9. disp. 6. n. 9.* Mar. Anton. *var. resol. lib. 2 resol. 30 n. 25.* 5

SVMMARIVM.

1 *Accusatus semel non potest super eodem delicto iterum molestari, & inquiri, & num. 2.*
3 *Delictum extra regnum commissum, & iam pœna punitum, an possit iterum accusari in regno, remissiuè.*
4 *Crimen mixti fori committens punitus & absolutus ab vno iudice, an possit ab alio puniri, vel absolui, remissiuè.*
5 *Sententia lata in causa criminali an præiudicet ciuili, remissiuè.*
6 *Inquisitio formari non potest contra illum; qui per absolutionem à iudice liberatus fuit.*
7 *Absoluendus ob non probatum crimen ab accusatore definitiuè absoluendus est, & non ab obseruatione iudicij.*
8 *Absolutus in foro pœnitentiali potest accusari in iudiciali.*

Cap. De his. VI. *Conc. Mag.*

A Ccusatus de vno crimine, & absolutus de eo- 1
dem, non potest secundo accusari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect, Zabatell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Butr. Bero. Mai. Socin. Felin. Panorm. Host. Aretin. Cened. *collect. 113.* Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 3.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 607.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur à Burchard. *lib. 16. Decretorum, c. 9.* & ab Anton. Aug. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1. c. 4.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Ord. 2
Reg. Lusit. *lib. 5. tit. 131.* Couar. *var. lib. 2. cap. 10. in princ.* Gregor. *l. 12. tit. 2 p. 7.* Marant. *de ordine iud. p. 6. in princ. tit. de inquisit. à num. 49.* Clar. *in §. fin. q. 57. in princ. & quæst. 62. num. §.* Gom. *tom. 3. var. cap. 1. n. 27. cum seqq.* Bonacos. *commun. crimin. p. 2. verbo absolutus,* Bernard. *reg. 6.* Boër. *decis. 289.* Simanch. *de Cathol. institit. tit. 8. ex n. 17.* Anton. Scap. *de iure non scripto, lib. 1. cap. 11. ex n. 13.* latè Octauian. Spathar. *in aurea methodo de modo corrigendi Regulares, tract. 10. cap. 12. & seq.* Tiraquel. *in tract. Res inter alios, & vers. limita 25. & de pœnis temp. causa 25. n. 4.* Menoch. *de arbitr. casu 591.* Hortens. Canalc. *de brachio Regio, p. 4. num. 244.* Bonacos. *commun. crimin. verbo absolutus semel,* Penia *in direct. Inquis. p. 2. schol. 20. col. 5.* Brunor. à Sole *q. 17. num. 1. iuncto n. 5. in fin.* plures per Cened. *ad Decretal. collect. 123. num. 1.* quibus adde Cab. ll. *resolut. crimin. casu 93. à princip.* latè Ioseph Sesse *Aragon. decis. 106.*

D. Barbosa *in 1 ff. de iudic. art. 4. num. 17. & 29.* Anton. Monach. *Lucens. decis. 15. num.* Chald. Pereira *in comment. ad l. unic. ex delictis defunct. p. 2. num. 39.* Aldret. *de religiosa discip. tuen. lib. 2. cap. 10. num. 9.* latissimè Farinac. *in praxi crimin. p. 1. q. 1. num. 51. & q. 4. à princ.* vbi plures affert ampliationes, & limitationes, quarum aliquas refert Ioseph, Sesse *d. decis. 106.*

Quòd semel punitus in foro Ecclesiæ possit iterum pro eadem culpa à iudice seculari puniri ad excessum culpæ, resoluunt Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 12. num. 15.* Sigism. Scacc. *de iud. caus. lib. 1 cap. 12. num. 91.* Miranda *de ordine iudic tom. 1. q. 1. art. 7. concl. 3.* Bobadil. *in sua politica lib. 2. cap. 17. num. 94. in glos. lit.* D. Madi *in tract. de sacris Ordinib. cap. 15. num. 6.* Adam. Tanner *in 2. 2. disp. 5. q. 4. dub. 4. n. 93.* Cened. *canon quæst. lib. 1. q. 36. n. 25.* Chald. Pereira. *de manu Regia p. 1 cap. 10. n. 12.*

3 An delictum extra regnum commissum, & iam pœna punitum possit iterum accusari in Regno? vide Gam. *Lusit. decis. 33. num. 2.* D. Barbos. *in l. hæres absens §. proinde, in art. de foro delicti n. 60 ff. de iudic.* vbi *n. 127.* an etiam ratione domicilij, vel originis possit quis ibi accusari de delicto alibi commisso.

4 Vtrùm autem committens crimen mixti fori punitus, vel absolutus ab vno iudice, ab alio puniri, vel absolui possit, vide citatos DD. *ad cap. cum sit generale,*

5 *num. vlt. de foro compet.* Et an sententia lata in causa criminali præiudicet ciuili, vide Surd. *cons. 266. n. 7.* Bart. *in l. 2. §. 1. num. 3. in fine, vers. prædicta verò ff de vi bonorum rapt.* D. Barbosa *in l diuortio § fin. p. 2. num. 59. ff. soluto matrim.* Chald. Peira *ad l. vni. C. ex delictis defunct. in princ. num 67.*

6 In glos. *Replicari.* Notatur ad hoc quòd inquisitio formari non potest contra illum, qui per absolutionem, seu compositionem à iudice liberatus fuit, vt per Farin. *d. p. 1. q. 6. num. 1.* Spathar. *d. tract. 10 cap. 12. num. 6.* vbi citat Clar. *q. 58. num. 3.* Curt. iun. *in l. transigere num. 34.* & Padul. *ibid. num 51 de transact.* seu per viam dispensationis; dummodo dispensatio processerit ab eo, qui habet potestatem dispensandi. Clar. *sup n. 9.* Spathar. *d. oract. 10. cap. 13. n. 4.*

7 In ead. glos. ibi, *si verò absolutus est,* &c. Notatur ad hoc quòd is, qui est absoluendus ob non probatum crimen ab accusatore, diffinitiuè absoluendus est, & non ab obseruatione iudicij, vt per Couar. *var. lib. 1. cap. 1. nu. 8. & in cap. Raynutius, in prin. n. 10. de testam.* Farinac. *d. quæst. 4 num 27.*

8 In ead. glos. ibi, *si autem pœnitentiam egisset occultè quoad Deum absolutus est.* Notatur ad hoc quòd ille, qui fuit absolutus in foro pœnitentiali, adhuc potest inquiri, & accusari in foro iudiciali, non obstante illa absolutione, seu condemnatione, vide Hippol. *sing. 639.* Simanch. *de haret. cap. 9. num. 4.* Augustˢ. *ad Angel. de malefic. in verbo & ad querelam.* Clar. § *fin. quæst. 16. num 5. & q. 57. num. 10.* Tiraq *de pœnis temper. cap. 25. n. 4.* Perez *l. 1 gl. 1. p. 207. in addit. tit. 8. lib 8. Ordin.* Parlad. *p. 3. differ. 12. §. 2. num. 12.* Couarr. *lib. 2. variar c. 10. num. 2. & in cap. alma p. 1. §. 11. n. 16. & in cap. Raynutius in princip. n. 18 de testam.* Gutier. *canon lib. 1 cap. 2. n. 13.* Zerol. *in prax. Episcop. p. 1. verbo absolutio. §. 2.* Sanchez *de matrim. lib. 8 disp. 34 n. 26.* Farinac. *d q. 4. n. 5.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 6. quæst. 6.* Sayr. *de censur. lib. 2. cap. 20. num. 31.* Cened. *d. collect. 113. num. 2.* Spathar. *d. tract. 10. cap. 13. n. 3.*

In ead. glos. ibi, *putà si secundus accusator primum doceat præuaricatum fuisse.* Notatur ad hoc quòd iterum poterit quis accusari quando est absolutus, quia primus accusator præuaricatus fuit, vt per Cou. *d. c. 10. vers. secundò tunc demum.* Clar. *d. loco num. 7.* Spathar. *tract. 10. cap. 12. n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Inimicis accusati cohabitantes ab accusatione repelluntur.*
2 *Inimicus alicuius præsumitur conuersans cum eius inimico.*
3 *Inimici ab accusanti repelluntur quamuis sint reconciliati, nisi causa inimicitiæ iam diu sit extincta, vt n. 4. & 5.*

Cap. Repellantur. VII. *Steph.*

Accusati inimicis cohabitantes ab accusatione repelluntur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Host. Annania, Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Aretin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag. 4.* Alagona *in compendio iuris Canonici. pag. 607.* remissiuè Ximen *in concord. p. 2.* desumitur ex Steph. Papa I. *in epist. 2. ad omnes Episcopos,* refertur ab Anton. Augustˢ. *collect. 2. Decretal lib. 5. tit. cap. 7.*

Collige ex text. quòd inimicus alicuius præsumitur conuersans cum eius inimico, vt per Rebuff. *de reprob. testium num. 243.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 43. cum seqq. & cons. 102. num. 11.* Farinac. *in praxi crimin. p. 2. q. 33. num. 44. & p. 4. cons. 61. num. 2.* vbi *n. 16.* resoluit quòd non præsumitur capitalis, si enim conuersantes, & cohabitantes cum inimicis accusari ab accusatione repelluntur, à fortiori repellentur ipsi inimici, qui videntur semper habere animum sumendi vindictam de inimico, vt aduertunt Mascard. *de probat. concl. 98. num. 2. & concl. 1128. num. 6. & concl. 1248. num. 107.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6 præsumpt. 29. n. 26. & 27.* Farinac. *d. p. 4. cons 27. num. 9.*

Amplia in inimico reconciliato, nec enim iste accusare potest inimicum. *cap. accusatores, 3. q. 5.* Roman. *sing. 319.* Iaſ *in l apertissimi num. 7. C. de iudic.* Alex. *cons. 99. col. 1. vol. 1.* Hippol. *in l. 1. § præterea, n. 4. ff. de quæst.* Alciat. *de præsumpt reg. 2. præsumpt. 11.* Gig. *de crim. læsæ maiest. lib. 2. tit. qui & per quos q. 2. num. 15.* Clar. *lib. 5. § fin. q. 24. num. 6.* Gomez *tom. 3. variar. cap. 12. num. 14. col 3.* Menoch. *de arbitr. quæst. 28. num. 4. & consil. 2. num. 247.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 15. art. 3. vers. 10.* plures per Cened. *ad Decretal. collect. 129. num. 2.*

Cæterùm si causa inimicitiæ iam dudum sit extinta, & amicitia longo tempore confirmata iam tunc, tanquam inimicus repelli non poterit, vt dicit glos. *verbo inimicitias, in cap. 32. de sponsa.* & tenent Tiraq. *in tract. Cessante causa p. 2. limit. 6. num. 7.* Mascar. *concl. 899. num. 10. & concl. 1046. n. 22.*

SVMMARIVM.

1 *Accusatoris calumniosi pœnitentia ponitur.*
2 *Accusare alium de delicto commisso an liceat absque scrupulo, remissiuè.*
3 Carena *quid significet, ostenditur.*
4 *Quadragesimæ tres, quibus qui ob peccatum aliquod pœnitere debet, an intelligatur de tribus, quæ veniunt in vno anno, an verò trium annorum, ostenditur.*

Cap. Accusasti. VIII.

Accusans calumniosè aliquem innocentem, si occidatur innocens, in pane & aqua per quadraginta dies pœnitentiam agere debet, quæ Carena vocatur, & per septem sequentes annos pœniteat, si verò

verò innocens est mutilatus, & non occisus, per tres quadragesimas pœnitere debet. Colligunt ex Ordinar. Abb. Antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Aretin. Anch. Butr. Bero. Mar. Soc. Felin. Panor. Hostien. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 4.* Alagona *in compendio iuris Canon. Pag. 607.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refert Burchard. *lib. 19. Decretor. cap. 5.*

2 *In pane, & aqua,* &c.] Vtrùm liceat absque scrupulo alium accusare de delicto commisso, vide Perez *l. 1. gloss. pag. 149. vers. quæritur quintò, tit. 3. lib. 5. Ordinum.*

3 *Carena.*] Quid significet verbum hoc, vide per citatos *ad cap. accepisti, de sponsa duor.* quibus adde illustriss. D. Roder. à Cunha ad *c. qui verò 40. n. 3. dist. 50.* D. Iulium Lauor. *de Iubilæo & indulgent. part. 2. c. 10. n 37.* vbi refert quòd olim quotiescunque quis committebat aliquod graue peccatum, Prælati imponebant publicam pœnitentiam, id est, vt per tot annos non accederent ad Ecclesiam, non communicarent cum fidelibus, sed arctam agerent pœnitentiam, singulis hebdomadis ieiunando, saltem feria secunda, quarta, & sexta, & sabbato sic perseuerando per septem annos, & hæc pœnitentia quadragena quandoque acrior imponebatur vt solo pane, & aqua contenti esse deberent, qui eam peragebant, ac se abstinerent ab omni commercio humano, lecto, & somno, & per quadraginta dies includebantur in aliquo cubiculo, & tunc dici solebat *carena*, seu *carentena* à vocabulo Longobardorum, quasi carentia omnium ciborum, & nominum præter panem & aquam, sicque sonat, tanquam à carendo sit vox tracta. Sed est sumpta ex Gallico *Quaresme*, se neglecto in pronunciatione, & Itali *quaresma* contracte dicitur pro quadragesima: & sic *quarrena & carrena* pro quadragena.

4 *Per tres debet quadragesimas pœnitere.*] Intelligitur de tribus quadragesimis, quæ scilicet veniunt ante Paschа, ante festum Sancti Ioan. Baptistæ, & ante festum Natiuitatis Domini, & non de quadragesima trium annorum, vt per Archid. post *gl. 1. in cap. 1. 22. q. 5.* & sentit Iulius Lauor. *de Iubilæo & Indulg. part. 2. c. 14. num. 122.* quamuis Rebuff. *in tract. nominat. q. 14. n. 8. vers. tamen*, intelligat hunc text. de tribus quadragesimis trium annorum, scilicet Paschа.

5 In glos. *Debilitatus* ibi, *id est, mutilatus in membris*, sic intelligit Azor. *instit. moral part. 1. lib. 2. cap. 11. in med.*

gust. *super Genes. de morte Abel* & habetur in glos. interlineali Geneseos *cap. 4.* super illis verbis *pax sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Sor. *de instit. lib. 5. quæst. 6. art. 2. vers. quinta conclusio,* & Cened. *ad decretal. collect. 101. num. 7. in fin.* vbi cum eod. Sor. intelligit, textum *in præsenti* quando patrator ipse, vel manifestus est, vel infamia defectus. Item & quando Iudex stans simul cum alijs pluribus videt committi delictum, Caiet. 2. 2. *quæst. 67. art. 3.* Coriolan. *de casibus reseruatis part. 2. casu 5. sub tit. de accusatione num. 4.* nam probatio per euidentiam facti adeò est clara, vt nihil magis, nec Iudex aliud quàm illam requirat ad rem ipsam cognoscendam, vti docent Mascard. *de prob. in proœm. quæst. 8.* Chald. Pereira *de empt. & vendit. c. 35. num. 39.* & dicit Menoch. *de arbitrar. casu 235. num. 11.* quòd sceleris euidentia non admittit excusationem, & Surd. *decis. 326. num 82.* quòd notorium non indiget probatione nec protestatione, de quo etiam Bellacomb. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. num. 265.* Mendez à Castro *in praxi Lusit. lib. 3. cap. 3. num. 33.* Farinac. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 21. à num. 80.* Mascard. *concl. 1014. num. 3.* idem Surd. *decis. 259. num. 14. & d. decis. 326. num. 83.* quod Iudex ex officio potest se informare de notorio. Quod autem dicatur notorium, & quotuplex sit, vide Couarru. *lib. 3. variar cap. 3. num. 4.* Menoch. *de arbitr. casu 166.* Perez per text. *ibi in l. 7. glos. 2. tit. 14. lib. 3. Ordin.* Viuian. *tom. 1. comm. opin. lib. 4. tit. 9. num. 29. cum seqq pag. 478 & 479.* Bellacomb. *eod. lib. 4. tit. 9. num. 275. pag. 505.* Menoch. *illustr. cap. 1. num. 11. & c. 20. n. 23.* Mascard. *concl. 1101.* Clar. *§. fin. quæst. 9.* Anton. Menoch. *Florent. decis. 46. num. 55.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 6. art. 4.* Ignat. del Villat. *in sylua resp. lib. 2. resp. 16. n. 51. & 52.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 2. quæst. 57.* Farinac. *in praxi crim. part. 1. q. 21. num. 8. cum seq.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo notorium*, apud quos definitur notorium in genere sumptum, vt sit rei cui adiungitur, valde plena notitia inducens indubitatam, & finitam probationem discussione non egente, & sufficit quod sciatur à decem personis, vt ex hoc notorium dicatur, provt docent Fr. Emman. *d. art.* & Farin. *d. q. 21. num 47.*

In glos. *Non indiget clamore*, ibi, *nisi quoad sententiam tantum*, &c. Notatur ad hoc quòd etiam super notorio ferenda est sententia, vt per Clarum *lib. 5. § fin. quæst. 9. num. 8.* Molin. *de instit. tract. 2. disp. 95 num. 32.* Vasquez *1. 2. quæst. 96 art. 5. disp. 170. c. 4. n. 14.* Sanchez *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 22. num. 15.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex sine accusatore procedit super euidentia patrati sceleris, & n. 2.*
3 *Probatio per euidentiam facti adeò est clara, vt nihil magis, quàm illam iudex requirat ad rem ipsam cognoscendam.*
4 *Euidentia sceleris non admittit excusationem.*
5 *Notorium non indiget probatione, nec protestatione.*
6 *Notorium quod dicatur remissiuè.*
7 *Sententia etiam super notorio ferenda.*

CAP. Euidentia IX.

1 IVdex super euidentia patrati sceleris procedit sine accusatore. Colligunt ex ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Aretin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 4.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 607.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. c. 1. & 2.* desumitur ex D. Au-

SVMMARIVM.

1 *Laici, vel inimici clericos accusare non possunt.*
2 *Inimicitia oritur inter testem & eum, contra quem deposuit in causa criminali.*
3 *Inimicus præsumitur testis absque citatione offerens se testimonio in causa criminali, & tanquam suspectus non probat.*
4 *Testis qui causam habet similem est suspectus.*
5 *Laicus contra clericum in criminibus exceptis testis esse potest.*
6 *Fœmina in exceptis testificari valent.*

CAP. Cùm P. X. *Alex. III.*

LAicus non admittitur ad accusandum clericum, 1
nec qui fuit testis in vno casu, admittitur ad accusandum in eodem casu, præsertim si frater accusati, accusasset priùs de eodem crimine simoniæ eum, qui modò accusat talem clericum, sed accusatus, quia infa-

matus, debet cum tribus Sacerdotibus se purgare. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Bellam. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Atetin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 5.* Alagona *in compendio iuris cononici, pag 608.* remissiuè Catal. *in annot.* & Ximen. *in con cord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decret. lib 5. tit. 1. cap. 12.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *p. 50. cap. 14.*

2 *Quia in testimonium illius causa adductus fuerat.*] Notatur ad hoc quod ex testimonio prolato in causa criminali oritur inimicitia inter testem, & eum contra quem testis deposuit, vt per glos. *in præsenti, verbo illius causæ, & in cap meminimus, hoc eod. tit. verbo testimonium tulerit*, Gig. *de crimine læsæ maiest. rubr. quando, & per quos crimin. læsæ maiest. prob q. 2. num. 12.* Penia *ad direct. inquis. p. 3. q. 67. in sexta causa repellendi testem à testimonio ferendo pag. 608.* Seraphin. *decis 1377. n. 4.* Menoch. *de arbitr. casu 487. n. 5.* Mascard. *de prob. concl. 898. n. 7.* Farin. *in praxi crim. p. 1. q. 49. n. 76. & q. 107. num. 253.* Sigism. Scacc. *in tract. de iudic. caus. ciuil. crimin. cap. 10. ex num. 80.* Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & crim. differ. 98. ex num. 2.* Hæc verò conclusio quòd te-
3 stificatus contra me in causa criminali præsumitur meus inimicus, procedit & locum habet, si sponte venerit ad testificandum, Abb. *in præsenti*, Felin. *in cap. quoties num 6. de testib.* Buccaron. *d differ. 98. num. 5.* vbi *num. 6.* secus dicit si venerit coactus *& num. 14.* ostendit quomodo cognoscatur an testis coactè deposuerit, vel vltrò, Rebuff. *de reprobat. testium num. 69.* Hippol. *cons. 18. num. 33. & cons. 20. num. 40.* & ad hoc quòd testis absque citatione se offerens testimonio tanquam suspectus non probat, Menoch. *de arbitr. casu 474. num. 37. & de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 55. num. 2.* Mascard. *concl. 1311. num. 44. & concl. 1358. num. 63. cum seq & concl. 1368. num. 4.* Farin. *in praxi crim. quæst. 80. à princ. & p. 4. decis. 43. vbi addit lit. C.* Spin. *in spec. testam. p. 2. rub. num. 3.* Cardos. *in praxi iudici verbo testis n. 52.* Bobad. *in sua politici lib. 1. cap. 3 n. 68.*

4 *De causa simili*, &c.] Est enim suspectus testis qui causam habet similem, Mascard. *concl. 1357. num. 54.* Bobad. *d. politica lib 5. cap. 2. num. 53.* Chald. Pereira *de empt cap. 21. n. 17. in fine.*

5 In gloss. *Laicus* 1. ibi, *nisi in criminibus exceptis.* Notatur ad hoc quòd Laicus contra clericum in criminibus exceptis, provt sunt hæresis, simonia, læsa maiestas. & similia, testificari potest, vt per Butr. *n. 4.* Abb. *n. 6.* Felin. *num. 9.* & alios *in cap. de cætero, sup. de testib.* Camp. *de testibus reg. 98. in 5. fallent.* Mascard. *de probat. concl. 462 num. 14. & concl. 962. num. 10. & conclus. 1358. num. 58.* quos refert & sequitur Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de clerico teste §. 5. num. 4. vers. 3.* In quibus etiam fœminæ quæ in causa criminali nequeunt testificari, admittuntur, vt per Duen. qui hanc glossi citat *reg. 315. vers. tertiò fallit*, & in crimine læsæ maiestatis Mascar. *concl. 462. & concl. 962 num. 10. cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Abbatem malum potest monachus accusare expensis manasterij, & n. 2.*
3 *Regulari accusanti Abbatem debentur expensæ litis & alimenta à monasterio donec causa finiatur.*
4 *Abbas dum accusatur recipit alimenta & expensas lite pendente.*
5 *Abbati accusato parendum est à monachis dum pendet accusatio.*
6 *Accusare alium præter Abbatem quando liceat monacho, ostenditur.*
7 *Denuntiare quemquam licitum est Monacho absque Superioris licentia.*
8 *Monachus quando est in studio habet licentiam agendi & se defendendi in gestis ratione studij.*
9 *Sequestratis bonis semper dominus ali debet de illis bonis sequestratis.*
10 *Monacho accusanti Abbatem debentur tantùm expensæ necessariæ.*
11 *Abbas accusatus debet habere expensas vt se defendat vsque ad finem causæ.*
12 *Monachus qui accusat Abbatem, an ei teneatur obedire, ostenditur.*

CAP. Ex parte XI.

MOnachus licèt non possit accusare alios, potest tamen accusare suum Abbatem, cui sunt administrandæ expensæ de bonis monasterij, donec causa finiatur, & non impedit esse sub obedientia Abbatis, nisi impediatur ex alia causa, scilicet si sit excommunicatus, inimicus, &c. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anhc. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Hostiens. Aretin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 4.* Alagona *in compen. iuris Canon. pag. 608.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 13.* & est post Concil. Lateranens. sub Alex. III. *part. 50 cap. 16.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Capt. 1
tom. 1 com opin. lib. 1. tit. 3. n. 15 pag. 165. Aloys. Ricc. *in decis. curiæ Archiep. Neapol. p. 1. decis. 56. num 16.* Nam
certum est Regulari accusanti Abbatem deberi ex- 3
pensas litis, & alimenta à monasterio, donec causa debitum finem accipiat, vt per hunc text. docent *in præf.* Butr. *num. 10.* & Socin. *num. 5.* Put. *decis. 164. num. 1. lib. 1. in corr.* Boër. *decis. 303 num. 4. & seq. & decis. 325. num. 5.* Palat. *in repet. cap. per vestras, de donation. inter vir. num notab. 1. ampliat. 18. §. 39. num. 2.* Nauarr. *comment. 2. de regularit. num. 65.* Benincas. *in tract. de paup. in 7. q. princ. in 2. speciali num. 4.* Rebuff. *ad ll. Gallie tract. de sententia prouis. in præf. n. 104. cum seq. pag. 146.* Lara *in l. si quis à liberis §. si vel parens, num. 58. cum seqq. ff. de lib. agnosc.* Ferentil. *in annot. ad decis. 48.* Burat. *num. 17.* & fuit dictum *in Senen monasterij 5. Martij 1608.* coram bonæ mem. Card. Sacrato, & *in Leodien. seu Mamurten. Abbatissatus 18. Aprilis 1622.* coram bonæ mem. Buratto, inter eius decis. impressas *decis. 615.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 6. cap 12. num. 20. cum seq.* vbi late, & *num. 19.* resoluit ad hoc nec veniam nec licentiam desiderari, Menoch. *de præsumpt. lib. 1. q. 35. n. 21.* Ioseph. Ludou. *Perus. decis. 46. num. 3.* late Surd. *de alim. tit. 1. q. 121.* vbi *q. 127 n. 1.* resoluit quod Abbas, dum 4
accusatur, recipit alimenta, & expensas lite pendente, & *num. 2.* limitat, si depositus, vel priuatus sit, & *n. 5.* 5
quòd ei parendum est à Monachis dum lis pendet super acculatione, Sanchez *d. lic. 6. c. 2. n. 68.* multipliciter etiam limitat. *d. c. 12. à num. 21.* videlicet nisi monachus accusans habeat aliquod peculium.

In gl. *Licet in princip.* ibi, *alios verò accusare non pos-* 6
sunt, &c. Notatur ad hoc quòd non permittitur monacho quemquam accusare præter proprium Abbatem, nisi duplex concurrat conditio, prior est licentia Abbatis, posterior vtilitas monasterij, his enim concurrentibus potest quemquam accusare, vt docent Innoc. statim *in princ.* Host. *num. 1.* Butr. *num. 10.* Panorm. miran. *num. 6.* Felin. *num. 2.* Hentic. *n. 3.* Decian *tract. crimin. tom. 1. lib. 3. c. 8. num. 15. & 16.* Farinac. *in praxi crimin part. 1. q. 13. num. 24.* Fr. Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum ne-* *uit. disp. 11. dub. 13. n. 5.* Sanchez *d. cap. 12. num. 27.* vbi *num. 28.*

num. 28. resoluit quòd non habebit expensas à monasterio quando alium præter Abbatem accusat, & *num.* 29. dicit quod si monachus ille sit Episcopi cubicularius, poterit absque licentia aliqua Episcopum accusare.

In ead. gl. ibid, *denuntiare autem*, &c. Notatur ad hoc 7
quòd integrum est monacho denuntiare quemquam absque alia superioris licentia, Ioan. Andr. *hic n.* 9. Butr. *num.* 11. Panorm. *num.* 6. Felin. *num.* 2. Hentic. *n.* 4. Clar. *§. fin. q.* 7. *num.* 8. Sanchez. *d. cap.* 12. *num.* 30. vbi itelligit de denuntiatione fraterna, non verò de denuntiatione iudica, quæ tenderet ad punitionem, hæc enim interdicta est monacho præterquam proprij Abbatis, sicut est accusatio,

In ead. gloss. ibi, *sed pone, monachus est in scholis*, &c. 8
Notatur ad hoc quòd quamuis monachus non habeat personam legitimam standi in iudicio sine Abbatis, vel alterius superioris licentia, attamen quando est in studio conceditur licentia agendi, ac defendendi in gestis ratione studij, pro iniuria sibi facta, implorare officium iudicis, vt sibi monasterium alimenta præstet, vt per Rebuff. *de priuil. scholar. priuil.* 156. Hentic. *hic num.* 3. Butr. *num.* 12. Anton. Cou. *lib.* 3. *instit. maior. tit.* 3. *num.* 38. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 12. *cap.* 11. *q.* 9. latè Sanchez. *d. lib.* 6. *c.* 12. *num.* 24. vbi etiam quòd poterit tunc in electione Rectoris vocem habere instar aliorum scholasticorum.

In glos. *expensæ necessariæ*. fin. Notatur ad hoc quòd 9
sequestratis bonis semper dominus rerum positarum sub sequestro ali debet de illis bonis: vt per Laram *d. §. si vel parens, num.* 45 *&* 52. Menoch. *d. q.* 35 *n.* 23. Rebuff. *d. tit. de sent. prouision. num.* 116. latè Surd. *d. tit.* 1. *q.* 123 *à princ.* Valasc. *consult.* 1 *num.* 1.

In ead. gloss. ibi, *& istæ expensæ necessariæ tantum* 10
erunt. Notatur ad hoc quòd monacho accusanti Abbatem, vel Monasterium, debentur tantùm expensæ necessariæ, non verò vtiles, vt per Surd. *de tract. de alim. tit.* 4 *q.* 24. *n.* 39.

In gloss. *Alia rationabilis*, ibi *& ipse Abbas debet ha-* 11
bere expensas vt se defendat vsque ad finem causæ Ita *hic* Ioan. Andr. *num.* 8. Butr. *num.* 9. Abb. *num.* 15. Henric. *num.* 12. Felin. *paulo post princ.* Lara *d. §. si vel parens, num.* 48. Tapia *in auth. ingressi, verbo sua, cap.* 18. *n.* 11. *C. de sacrosanct. Eccles.* Sanchez *d. cap.* 12. *num.* 24. quod quidem extendunt, quamuis Abbas ille esset ab administratione remotus.

In ead. glos. ibid, *non tenetur obedire ei*. Intellige quo- 12
ad desistendum ab accusatione illa, in reliquis enim manifestum est teneri obedire, ita Abb. *hic n.* 4. & Felin. *num.* 1. Sanchez *d. cap.* 12. *num.* 31.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter ebriosus Missam celebrans non præmissa digestione, Ecclesia priuari debet.*
2 *Verbum*, constiterit, *in quibus probationibus verificetur, ostenditur.*
3 *Beneficio priuandus an sit qui non præmissa dormitione celebrauit.*
4 *Pœna priuationis pro graui duntaxat crimine imponitur.*
5 *Attentatorum reuocatio fieri debet etiamsi appellanti obiiciatur notorius defectus iuris in principali causa.*
6 *Recuperandæ possessionis remedium non conceditur commendatario è commenda deiecto.*
7 *Dictio*, per, *in compositione rem integram, & omnibus modis absolutam ostendit.*

CAP. Si constiterit XII.

PResbyter, cui Ecclesia est commendata, si est ebrio- 1
sus per totam noctem in taberna, & mane indigestus, id est, non præmissa dormitione, celebret, & de hoc est conuictus coram Episcopo suo, vel accusatus fatetur sponte, non potest repetere Ecclesiam, qua fuit priuatus. Si verò Ecclesia fuit ei canonicè collata in titulum, & postea non fuit conuictus de aliquo crimine, ob quod iure est spoliandus, vel si fuit spoliatus post appellationem, est restituendus in possessione pacifica. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Aretin. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontificij, pag.* 6. Alagona *in compend. iuris Canonici. pag.* 608. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 5. *tit.* 1. *c.* 1.

Constiterit] Per instrumenta scilicet, vel per testes, 2
seu etiam per sententiam, aut aliam claram probationem, habet enim huiusmodi verbum hanc vim & efficaciam, vt docent Mascar. *de prob. concl.* 75. *n.* 21. licèt aliquandiu referatur ad exttaiudicialem cognitionem. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *proœmiali n.* 233.

Nulla præmissa dormitatione Missam cantasset.] Nota- 3
tur ad hoc quòd beneficio priuandus est, qui non præmissa dormitione celebrauit, de quo Menoch. *de arbitr. casu* 406. *n.* 4. sed *n.* 6. tenet per hunc text. non probari huiusmodi assertionem, siquidem ita constituit Pontifex *in præsenti* aduersùs ebriosum, qui integram noctem in comessationibus & compotationibus consumpsit, & manè incontinenti celebrauit, citat Bernard. *in pract. c.* 29. *n.* 2. aliàs *c.* 34. *n.* 2. *in nouiss. impress.*

Et super eadem Ecclesia, &c.] Notatur ad hoc quòd 4
pro graui duntaxat crimine inponitur pœna priuationis, vt per Rebuff. *in praxi benef. tit. de mod. amittendi benef. n.* 61. Flamin. *de resig benef. lib.* 3. *q.* 16. *n.* 2.

Ipsam ei faciatis restitui.] Notatur ad hoc quòd reuo- 5
catio attentatorum fieri debet etiamsi appellanti obiiciatur notorius defectus iuris in principali causa etiam in causa, quæ super Ecclesiastico beneficio tractatur, vt per Cou. *pract. c.* 23. *n.* 4.

In gloss. *Commendata*, *in fin.* Notatur ad hoc quòd 6
remedium recuperandæ possessionis non conceditur commendatario è commenda deiecto, vt per Menoch. *rem.* 8. *recup. n.* 38. *cum seqq.*

In gloss. *Pernoctauerit.* Notatur ad hoc quòd dictio, 7
per, in compositione, & simpliciter rem integram, & omnibus modis absolutam ostendit, vt per Tiraq. *in l. si vnquam C. de reuocan. donat. verbo reuertatur n.* 94. Rebuff. *in comment ad l. vrbana* 166. *§. pernoctare vers. notandum ff. de verb. signif.* Mascard. *de probat. concl.* 1215. *n.* 2. Cened. *pract. quæst.* 76. *num.*...

SVMMARIVM.

1 *Inimicus etiam à voluntaria exceptione repellitur.*
2 *Abbatissæ minores annis quadraginta, & quæ per octo annos professæ non fuerint, eligi & benedici per Episcopos non possunt, circa quam ætatem Episcopus dispensare non potest.*
3 *Abbatissa temporalis non est iure benedicenda.*
4 *Inimicus à testimonio repellitur.*

CAP. Meminimus. XIII.

EXcipere contra aliquem non potest ille, qui præ- 1
sumitur manifestus inimicus, vt quia in illa, vel

in simili causa fuit testis alio accusante. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Butr. Anch. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Aretin. Host. Cened. *Collect.* 129. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij, pag.* 6. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 609. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1.

2 *Munus benedictionis impendere procurares.*] Hodie ex decreto Concil. Trident. *sess.* 25. *de regul. c.* 7. minores annis quadraginta, & quæ per octo antè professæ non fuerint eligi, & per Episcopos benedici in Abbatissas prohibentur, circa quam ætatem non posse Episcopum dispensare refert decisum Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis n.* 102. & in propriis terminis resoluit Nicol. Garc. *de*
3 *benef. part.* 7. *c.* 4. *num.* 71. vbi etiam tenet prædictos quadraginta annos debere esse completos. Abbatissa temporalis, illa scilicet, quæ non nisi ad triennium eligitur, ex constit. Gregor. XIII. de anno 1583. die 1. Ianuarij, non est iure benedicenda, nisi sancta Sedes Apostolica aliud statuat expresse, vel seruet contrarium, ita Nauar. *cons.* 4. *de regular. in antiq. & cons.* 2. *de statu monach. in nouis*, Quaranta *in summa bullarij, verbo Abbatissa in fine*, Ludou Miranda *in manu. Prælat. in fine tom.* 2. *tract. de sacris monialibus quæst.* 7. *art.* 7. *concl. vnica.*

4 *Cum idem illius manifestus fuerit inimicus*, &c.] Notatur ad hoc quòd inimicus à testimonio repellitur, vt per Clar. *in* §. *fin q.* 24. *vers. item quæro, in princ.* Anton. Gomez *var. tom.* 3. *c.* 2. *num.* 14. Menoch. *de arbitr. casu* 110. *n.* 1. Mascard. *de prob. concl.* 899. *n.* 1. Farin. *in praxi crimin. part.* 2 *q.* 53. *a princ.* plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 129.

5 In Gloss. *Testimonium tulerit.* Notatur ad hoc quòd testificans contra me in causa criminali efficitur meus inimicus, de quo dixi latè ad *cap. P. sup. hoc tit. num.* 2. *&* 3.

SVMMARIVM.

1 *Dicens coram iudice se aliquem accusaturum, ante inscriptionem potest sine pœna desistere, & non accusare. sed ei desistenti silentium imponitur perpetuum.*
2 *Citatio fieri debet ad petitionem actoris.*
3 *Accusare alium nemo regulariter compellendus est.*
4 *Dominus excusatur ab expensis si nuntius formam mandati excessit.*

CAP. Licet XIV. *Innoc. III.*

1 DIcens coram iudice se accusaturum aliquem, potest deinde impunè ante inscriptionem desistere, sed ei silentium imponi debet vt non possit amplius illum de tali crimine accusare; committitur tamen Episcopo vt inquirat super bona fama antequam absoluatur accusandus, quia iam erit infamatus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. And. Anania, Anch. Butr. Bero Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Aretin. Viu. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij, pag.* 7. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 609. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustˢ. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *c.* 1. & altera pars huius Decretalis est *infrà in c. vlt. de purgat. canon.*

2 *Cum autem iuxta tenorem*,] Ergo citatio debet fieri ad petitionem actoris, vt per Ceul. *com. contra com. q.* 821. *num.* 15. Vanti. *de nullitat. tit. ex defectu citatio. n.* 44. Perez *l.* 2. *tit.* 2. *lib.* 3. *Ordin. pag* 492. Menoch. *de præsumpt.* 23. *num.* 1.

Nos igitur dictis Canonicis, &c.] Notatur ad hoc quod nemo regulariter compellendus est alium accusare, vt per Cou. *var. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 8. *ad fin.*

In gloss. *Quæsiuimus* 1. ibi, *sed videtur quod illi debuerunt puniri in expensis*, &c. Notatur ad hoc quòd excusatur dominus ab expensis si nuntius formam mandati excessit, vt per Palat. *in repet. rubr. de donat. inter virum & vxorem*, §, 66. *n.* 26.

SVMMARIVM.

1 *Procurator non admittitur ad prosequendum accusationem criminalem, licèt posset allegare causam absentiæ, seu alias exceptiones non tangentes crimen propositum. & qui iurauit stare mandato alicuius non admittitur ad accusandum illum, si virtute iuramenti sibi fuit iniunctum, vt non accusaret.*
2 *Procurator in causis criminalibus non admittitur.*
3 *Defendere qui se potest per procuratorem ex gratia Principis, poterit alia pars aduersa ipsum accusare etiam per procuratorem.*
4 *Procuratore admisso in criminalibus parte non opponente processus cum eo factus non est nullus.*
5 *Carceratus in alio loco extra iudicis territorium potest in criminalibus per procuratorem se defendere.*
6 *Vniuersitas si accusetur, potest per procuratorem se defendere.*
7 *Dominus in criminalibus admittitur ad defendendum suum seruum, & extenditur ad patrem, & maritum respectu filij, & vxoris.*
8 *Procurator in criminalibus admittitur ad allegandas causas absentiæ, & iusta impedimenta facti, vel iuris.*
9 *Procurator in criminalibus an admittatur ad allegandas exceptiones quæ tangunt crimen, ostenditur.*

CAP. Veniens. XV.

PRocurator absente reo in causa criminali non admittitur ad agendum, vel defendendum, licèt reus se excusset quòd non venerit propter aliquas causas extrinsecas, vel friuolas, & reputatur contumax, sed deputatur Auditor vt intelligat an possit illum excusare, Item qui semel est confessus se calumniosè aliquem accusasse, & eidem iurat se amplius non accusaturum, non est audiendus si accusat eundem, sed reo propter contumaciam, & infamiam est indicenda purgatio, & citatio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Ananic. Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Aretin. Host. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontificij, pag.* 7. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 609. remissiuè Ximen. *in concordant. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustˢ. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 1. *c.* 2.

Nec procuratores eius in causa possemus recipere criminali.] Notatur ad hoc quòd in causis criminalibus procurator non admittitur, ita Ordin. Regia Lusitanorum *lib.* 5. *tit.* 124. §. 14. vbi parens meus, & apud Castellanos *l.* 12. *tit.* 5. *part.* 3. *& l.* 6. *tit.* 1. *part.* 7. Boss. *in praxi crimin. tit. criminal. iudic quis pro absente intervenire possit*, Ant. Rub. *tract. de potestate procur. in causa criminali.* Clar. §. *fin.* 32. Anton. Gomez *tom.* 3. *variar. cap* 1. *num.* 12. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *q.* 80. Brunor. à Sole *in locis commun. verb. procurator* 2. *&* 4. Parlad. *lib.* 1. *rerum quotid. cap.* 20. *num.* 3. Perez *ad l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 532. *vers. in causa criminali*, Azeued. *l.* 1. *n.* 52. *cum seqq tit.* 1. *lib.* 8. *nouæ recopil.* Menoch. *vsufr. casu* 279. *num* 24. plures per Cened *ad Decretal. collect.* 30. quibus adde Hortens. Caualc. *de brachio regio, p.* 1 *num* 49. *vers.*

vers. septimo, Ceual. *commun. contra com. q.* 237. *n.* 1. & 2. Chald. Pereira *in comment. ad l. vnicam, C. de delict. defunct. p.* 2. *num.* 50. *cum seqq.* Cardos. *in praxi iudic. verbo procurator. num.* 55. latissimè Farin. *in praxi crimin. q.* 99. *à princ.* In Regno Lusitaniæ per nouissimam reformationem iustitiæ conceditur Regium diploma, vt qui primo termino personaliter comparuerit, in aliis possit per procuratorem se defendere in causa criminali, exceptis criminibus naturalem, vel ciuilem mortem, aut membrorum mutilationem promerentibus, refert Thomas Valasc. *allegat. iur. tom.* 1. *allegat.* 67. *num.* 57. & 58. & iste, qui impetrat à Principe, vt in causa criminali per procuratorem possit se defendere, poterit etiam alia pars illum per procuratorem accusare, vt docet Valasc. senior. *consult.* 25. *n.* 7.

4 Limita supradictam principalem conclusionem non procedere si procurator admissus fuerit in criminalibus parte nihil opponente, ex hoc enim processum cum eo factum minimè esse nullum, tenent Gomez *d. cap.* 1. *num.* 16. Perez *d. l.* 1. 1. Clar. *d. q.* 32. *num.* 24. Mench. *vsufreq. cap.* 21. Chald. Pereira *de extinct. emphyt. c.* 17. *n.* 10. *& in d. comment. ad l. vnicam, C. ex delict. defunct. p.* 2. *num. vlt.* Farinac. *d. q.* 99. *num.* 242. *cum seqq.* Cened. *d. collect.* 3. *n.* 2.

5 Secundò limita in carcerato in alio loco extra iudicis territorium, vt tenent Clar. *d. q.* 34. *n.* 5. Menoch. *vsufreq. cap.* 17. *num.* 4. Rebuff. *in tract. except. num.* 304. Menoch. *d. q.* 80. *num.* 87. Chald. Pereira *d. p.* 2. *num.* 65. *cum seqq.* Farin. *q.* 11. *num.* 54. *& d. q.* 99. *n.* 134. *cum seqq.* Sublimita si carceratio fuerit procurata alio in loco ad finem non comparendi, vt docent Surd. *decis.* 262. *n.* 16. Farin. *q* 34. *à n.* 87. *& d q.* 99. *n.* 296.

6 Tertiò limita in vniuersitate, quæ poterit per procuratorem se defendere si accusetur, Bald. *in l. seruum quoque, §. publicè, num.* 22 *ff. de procur.* Capyc. *decis.* 5. *in princ.* Farin. *d q.* 99. *n.* 248. *cum seqq.* idem si accuset, ex Bald. *in l.* 3. *n.* 35. *C. de accusat.*

7 Quartò limita in domino respectu sui serui, vt per Chald. Pereira *d p.* 2. *num.* 64. Farin. *cons.* 35. *num.* 6. *& d. q.* 99. *n.* 154. vbi *n.* 169. idem tenet in parte, & marito, pro filio, & vxore.

8 *Vt possent illud aliquatenus excusare.*] Notatur ad hoc quòd in causa criminali admitti potest procurator ad allegandas iustas absentiæ causas, & legitima impedimenta facti, vel iuris, vt per Couar. *in cap. alma mater. de sententia excom. lib.* 6. *part.* 1. §. 7. *n.* 11. *col.* 4. Clar. *d. q.* 34. *num.* 5. Maranta *de ordin. iudic.* 4 *part. princip. dist.* 1. *num.* 58. *cum seqq.* Menoch. *d. q.* 8. *num.* 48. *&* 49. Rebuff. *in tract. except. num.* 305. *& in declarat. arboris, num.* 20. Parlad. *d. cap.* 20. *num.* 5. *cum seqq.* Mench. *vsufreq. c.* 17. *n.* 3. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 4 *coll.* 1035. *vers. limita secundò*, Sebast. Næu. *ad l. pen. §. crimen ff. de publ. iud.*

9 Farinac. *d. quæst.* 99. *nu.* 211. *cum seqq.* Valasc. *consult.* 66. *num.* 14. Camill. Borel. *in sum. omn. dec. tit.* 66. *num.* 122. Vtrùm autem admittatur defensor, vide Parlad. *d. cap.* 2. *num.* 2. Ceual. *commun. contra com. q.* 237. *num.* 2. Farinac. *consil.* 35. *num.* 2. & 3. & an admittatur procurator ad allegandas exceptiones, quæ tangunt crimen, vide eund. Farinac. sæpe citata *quæst.* 99. *num.* 48. *cum seqq & n.* 112. *&* 214. *cum seqq.* vbi negatiuè resoluit, secus dicens si crimen non tangant, & de opponente incompetentiam iudicis.

In glos. *Propter contumaciam*, fin. ibi, *aliàs punitur*, &c.

10 Et sic hoc casu, si citatio est nulla, non videbitur comparens illam validare per comparitionem, vt docent Tiraq. *de retract. tit.* 1. §. 9 *gl.* 2. 19. D. Barbosa *in l. alia, §. eleganter, n.* 6 *ff. sol. matrim.*

SVMMARIVM.

1 *Denunciator, accusator, & accipiens, an & quando se inscribant, ostenditur.*
2 *Talionis pœna quæ remissiuè?*
3 *Crimina quando opponuntur contra Clericos, aut Monachos testificantes ad eos repellendos à testimonio, laici testes contra ipsos tunc possunt admitti.*
4 *Accusatos arbitrio Iudicis puniendum est.*
5 *Beneficiis obtentis nunquam quis priuatur propter infamiam facti.*
6 *Iudicis arbitrio relinquitur quod in iure expressum non est.*
7 *Iudicis arbitrio quoties aliquid committitur est locus appellationi intellige vt ibi.*
8 *Appellatio seu prouocatio non admittitur à pœna legis.*

CAP. Super his. *XVI.

CRimen tribus modis opponi potest, denunciando, excipiendo, accusando. Cùm denunciatur non est necessaria inscriptio, quia tendit ad correctionem; cùm accusatur, est necessaria, quia tendit ad pœnam; cùm excipitur non est necessaria, videlicet ad repellendum ab accusatione, vel testificatione, vel vt excludatur aliquis à promotione officij, vel beneficij, & ante confirmationem obiicitur crimen, secus si post promotionem, veluti cùm ordinandus fuerit vel consecrandus, quia tunc est necessaria; & excipiens est adstringendus à Iudice ad extraordinariam pœnam, si defuerit in probando. Et quando discutitur de crimine per modum exceptionis potest interuenire procurator. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Bero, Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Aretin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij pag.* 9. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 610. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5 *tit.* 1 *cap.* 3. 1

De materia inscriptionis, & pœna talionis, de qua agit text. an hodie locum habeat, tradunt præter DD. *hic*, Cassan. *in consuetud. Burgund. rubr.* 1. *tit. des iustices, n.* 15. *fol.* 14. Duen. *reg.* 27. Couar. *lib.* 2. *var. c.* 9. Clar. §. *fin. n.* 12. & Baiard. ad eundem *q.* 81. *n.* 1. Zerol. *in praxi Episcopal. p.* 1. *verbo accusatio.* §. 4. Buccaron. *de differ. inter iudicia ciuil. & crimin. differ.* 3. *&* 4. 2

Vel testificatione, &c.] Notatur ad hoc quòd quando opponuntur crimina contra Clericos, aut Monachos testificantes ad repellendum eos à testimonio; tunc contra ipsos possunt admitti testes laici, cùm talis causa sit ciuilis, non autem criminalis, quia agitur de crimine per viam exceptionis, & non ad pœnam ordinariam, sed ad repellendum testimonium, vt per Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 10. *art.* 5. *col.* 2. 3

Ad pœnam secundum arbitrium, &c.] Notatur ad hoc quòd arbitrio Iudicis puniendus est accusator, vt per Couar. *lib.* 1. *var. cap.* 9. *num.* 1. 4

Sed non deiicit iam promotum.] Notatur ad hoc quòd propter infamiam facti nunquam quis priuatur iam obtentis beneficiis, vt per D. Barbos. *in l. cùm prætor* §. *vlt. n* 193. *ff. de iudic.* 5

In glos. *Arbitrium*, ibi, *vbi certa pœna expressa non est in iure, arbitrio Iudicis requiritur.* Et ideò arbitrio Iudicis relinquitur quod iure definitum non est, Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *in proœm. num.* 5. *& q.* 14. *à n.* 3. Moneta *de distribut. quot. d p.* 3. *q.* 10. *num.* 4. vbi *n.* 5. cum Menoch. ostendit id locum habere non modò in iure scripto, sed etiam in suo non scripto, seu consuetudine, & *n.* 7. tenet procedere in pœnis, de quibus specialiter loquitur hæc glos. 6

In

7 In cad. gloss. ibi, *& tali pœna imposita potest appellari*, &c. Notatur ad hoc quòd quoties aliquid committitur arbitrio iudicis, est locus appellationi, vt per Conat. *var. lib. 1. cap. 12. num. 5. vers. secundò aduersus.* Peralt. *in l. 1 num. 35 ff. de legat. 2.* Bernard. *reg. 40.* Anton. Gomez *var. tom. 3. cap. 1. num. 63.* Octauian. *de decretis tit. 1. lib. 1. num. 8.* Farin. *in praxi crim. p. 1. quæst. 17. num. 28.* Cassan. *cons. 68. num. 23 & 24* Bonacos. *comm. opinion. part. 1. vers. mulctari quis illico non debet, pag. 117. & part. 2. verbo iudex in iis quæ eius arbitrio committuntur, pag. 4.* Rebuff. *de congrua post. vers. vltimò si Episcopus*, præcipuè si cognoscat vt iudex, secus si procedat vt vir bonus, Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 10. n. 1.* vel quando iudex indebitè procedit, & non secundùm regulas iuris, sed solùm ex opinione, vel ceruicè sua, potest meritò in arbitrariis ab eo appellari, & reclamari ad superiorem, vt docent Hipp. *cons. 48. n. 2.* Quamuis locum non esse appellationi cùm iudex in arbitrio redargui non possit, teneant Menoch. *d. lib. 1. quæst. 70. numero 5. cum seqq.* Hieron. Magon. *Lucensi decis. 42. num. 21. p. 1.* Paul. Granat. *in suis communib. theor. 3. in fine.* Scacc. *de appellat. q. 17. limit. 15. num. 2.* Salgado *de protect. Regia tom. 1. p. 3. cap. 13. ex num. 29.* vbi *ex n. 36.* resoluit appellationem non esse licitam à sententia iudicis, cuius conscientiæ aliquid dicendum committitur.

8 In eadem glossi. ibi, *secus à pœna expressa in iure.* Notatur ad hoc quòd à pœna legis non admittitur prouocatio, seu appellatio, vt per Perez *l. 1. col. 14. vers. dubitatur insuper, tit. 3. lib. 3. pag. 522. & in rub. tit. 9. lib. 8. Ordinam. pag. 218.* Roman. *sing. 216. à pœna legis.* Capyc. *decis. 1. num. 19.* Cornazan. *Lucensi decis. 199. In causa N. sub num. 5. vers. sexto,* Farin. *in praxi crimin. q. 101. limit. 12. num. 65.* Salgado *de protect. Regia tom. 1. p. 2. c. 5. num. 32.* vbi *num. 33.* subdit appellationem admitti à declaratione quòd aliquis inciderit, vel non inciderit in pœnam legis, & citat pro se gloss. *verbo priuatos in cap. cupientes, §. insuper, de elect. lib. 6.* Gutier. *consil. 10 num. 15.* Compan. *in diuers. in is canon. rub. 11. cap. 15 ex num. 43.*

SVMMARIVM.

1 *Inquisitores generales si non seruauerunt debitum inquisitionis ordinem, prudenter & cautè se corrigere debent.*
2 *Occasio aliquando in malam partem accipitur.*
3 *Iniuriæ nasci non debent vnde iura nascuntur.*
4 *Reus iniustè contra ordinem iuris interrogatus tuta conscientia potest negare se non fecisse crimen, de quo interrogatur.*
5 *Crimen aut persona si sit occulta, non licet iudici inquisitionem facere, sed oportet præcedere infamiam.*
6 *Testes non tenentur de criminibus occultis testificari.*

CAP. Qualiter. j. XVII.

1 INquisitores generales si non seruauerunt debitum inquisitionis modum, debent se corrigere, sed cautè & prudenter supersedendo, donec inueniatur congrua occasio ne auctoritas illorum vilescat. Forma iuramenti quam inquisitores exigunt ab inquisitis, est vt clerici iurent, quòd super his, quæ sciunt, & credunt etiam in sua Ecclesia reformanda tam in capite, quàm in membris dicant meram & plenam veritatem inquisitoribus, exceptis criminibus occultis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Aretin. Host. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontificij, pag. 117.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag. 600.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1 & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 1. cap. 3.*

Qualibet occasione.] Ergo occasio in malam partem accipitur, de quo Tiraq. *in tract. cessante causa, limit. 13. num. 3.* Vide quæ dixi *de diction. v. infr. dict. 236.*

Ne inde nascantur iniuriæ vnde iura nascuntur] Vide Aymon. *de Antiquitate temporum p. 1. cap. 2. ampl. 13. num. 10. cum seq.* relatum *in libello de principiis vtriusque iuris lit. 1. n. 23.* metipsum *in tract. axiom. v. infra. axiom. 135. num. 3.*

Quæ inordinatè sunt acta, &c.] Notatur ad hoc quòd reus iniustè contra ordinem iuris interrogatus, aut denuntiatus tuta conscientia, ac sine vllo peccato, etiam cum iuramento asserere potest se non fecisse crimen illud, vt docent Petr. Nauarr. *de restit. lib. 2. c. 1. dub. 2. num. 136. p. 2. & p. 3. dub. 15. num 349.* Michael. Salon. *2. 2. qu. 69. art. 1. concl. 2. & art. 2. controuers. 13. & controuers. 13. concl. 2.* & Valent. *tom. 3. disp. 5. q. 3. puncto 2.* quos refert & sequitur Sayr. *in claui Regia lib. 11. cap. 5. n. 6. vers. reus igitur.*

Exceptis occultis criminibus.] Notatur ad hoc quòd non licet iudici inquisitionem facere vbi crimen aut persona est omninò occulta, oportet enim aliquam præcedere infamiam qua iudex ad inquirendum moneatur, vide Duen *reg. 298.* Nauarr. *in man. cap. 18. n. 38. & in cap. inter verba 11. q. 3. corol. 48. ex n. 579.* Petr. à Nauarr. *de restit. tom. 1. lib. 2. cap. 4 ex num. 149. vers. tertia igitur dubitatio,* Sot. *de iustit. lib. 5. qu. 6. art. 2. vers. quinta conclusio,* & ideò non tenetur quis regulariter parere denuntiando, quando crimen est occultum, nec potest ab eo probari, & non vergit in detrimentum alicuius communitatis, Hippol. *sing. 164. ex n. 2.* Roland. *cons. 88. ex num. 10. vel 2.* Villadieg. *de hæred. q. 10. vers. generale tamen est,* Nauarr. *in man. cap. 17. num. 134. & cap. 18. n. 61. vers. 34.* Sot. *d. lib. 5. quæst. 7. art. 1. secunda conclusio.* Ioan. Garc. *reg. 130. n. 5.* Petr. à Nauar. *cap. 4. ex num. 215.*

SVMMARIVM.

1 *Iurans respondere tantùm ad interrogata, post confessionem auditur volens probare excusationes, quæ confessionem non perimunt, sed exponunt.*
2 *Dilatio prima ad probandum quando data fuit reo, potuit ipse cæteris dilationibus renuntiare, dummodo non sit in alterius præiudicium.*
3 *Interrogatus legitimè tenetur sub peccato mortali veritatem fateri etiam cum periculo vitæ.*
4 *Actus si in se malus est, ad malum in dubio est reprendus.*
5 *Declaratio, seu interpretatio fieri debet non perimendo, sed exponendo quæ dicta sunt.*
6 *Confessio iurata potest reuocari prætextu erroris.*
7 *Falsum committit qui interrogatus veritatem occultat.*

CAP. Cùm dilecti. XVIII.

INquisitis quando iurat respondere ad interrogata, & confitetur aliquod crimen, potest deinde se excusare interpretando confessionem, non tamen eam perimendo, & si sufficienter probat illas exceptiones, liberabitur, dummodo possit probare quòd sub hac forma iurauerit vel scripto, vel per testes. Et licèt inueniatur aliqua leuis culpa, tamen est indulgendum ei ob pudorem, quem sustinuit: sed si non potest probare illas excusationes, vel iurauit sua alia forma, id est, dicendi plenam, & meram veritatem, est puniendus

niendus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anan. Aretin. Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. part. 11.* Alagona *in compend iuris Canonici pag. 610.* refertur ad Anton. Augustt. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 5.*

2 *Nec productioni testium renuntiare curauerit.*] Notatur ad hoc quòd quando reo fuit data prima dilatio ad probandum, poterit ipse cæteris dilationibus renuntiare, vt per Couar. *de sponsal. p. 2. cap. 8. §. 12. num. 16.* sed in alterius partis inuitæ præiudicium huiusmodi dilationi renuntiare non poterit, nisi sibi concedatur iure speciali, scilicet restitutionis, tunc enim re integra illi renuntiari potest, & talis renuntiatio obest aduersario, vt docet Valasc. *consult. 25. num. 11.* & faciunt quæ Perez *l. vlt. in fine pag. 57. tit. 5. lib. 3. Ordin.* Azeued. *l. 3. tit. 8. lib. 4. nouæ recopil.* Gutier. *pract. lib. 2. quæst. 32. n. 3.*

3 *Nisi ad quæsita solummodo respondere,* &c.] Notatur ad hoc quòd legitimè interrogatus tenetur sub peccato mortali veritatem fateri, etiam cum vitæ periculo, vt per Sot. *de iustit. lib. 5. q. 6. art. 1. & 2. concl. 5. in fine, & in relect. de tegendo secreto, memb. 2. quæst. 7 concl. 1.* Nau. *manuali cap. 18. num 57. & cap. 25. num. 36. & in c. inter verba 11. quæst. 4. concl 6. corol. 50 num. 586.* & latè *corol. 65. num. 725.* Valent. *tom. 3. disp. 5. quæst 13. puncto 1.* quos refert, & sequitur Sayr. *in claui Regia lib. 12. cap. 16. n. 1.*

4 *Cum excusatione,* &c.] Notatur ad hoc quòd si actus in se malus est; ad malum in dubio est referendus, licèt possit habere aliquam excusationem, vt per Tiraquel. *de pœnis temper. in præfat. num. 56.* & *causa 13. num. 16.* tenet quòd ea, quæ de sui natura mala sunt, & de genere prohibitorum, aliquo casu possint excusari, contra ea tamen semper præsumitur.

5 *Sed exponant,* &c.] Notatur ad hoc quod declaratio, siue interpretatio debet fieri non perimendo, sed exponendo quæ dicta sunt, vt per Tiraq. *in l. si vnquam. C. de reuocandis donat. verbo libertis num. 14.*

6 *Non obstantibus,* &c.] Aduerte quòd confessio iurata potest reuocari prætextu erroris vt per Gutier. *de iuram. confirm. p. 3. cap. 8. num. 9.* vbi respondet ad tex. *in præsenti*, quatenus videbatur contrarium probare, quòd Episcopus de quo *hîc*, non contendebat confessionem suam tanquam erroneam reuocare, sed eam aliquo colore excusare, quæ sunt dissimilia.

7 In glos. *Meram.* Notatur ad hoc quòd falsum committit, qui interrogatus veritatem occultat ac si mendacium dixisset, vt per Cou. *var. lib. 1. cap. 2. n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio non fit de veritate criminum, nisi priùs constet de infamia, & tunc non inimici, vel periuri, sed idonei viri ad prosequendam inquisitionem, & ad testimonium admittuntur.*
2 *Inimicus meus est qui cum meo inimico conuersatur.*
3 *Infamia debet præcedere inquisitionem.*
4 *Inquirere non potest superior de aliis criminibus præter ea, de quibus testes deposuerunt.*
5 *Conuersatione ex inhonesta sumitur contra aliquem argumentum.*
6 *Inimicitia, vt repellat testem à testimonio, debet esse capitalis.*

Cap. Cùm oporteat. XIX.

1 NIsi priùs constet de infamia alicuius, non est procedendum ad inquisitionem illius criminis de quo fuit infamatus. Item quando est procedendum ad inquisitionem, eius inimici non sunt admittendi ad prosequendam inquisitionem, nec ad testificandum, sed veritas quæri debet à viris idoneis, & si nihil graue probatum fuerit contra Episcopum, indicatur ei purgatio Canonica. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Anch. Aretin. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag. 11.* Alagona *in compendio iuris Canon pag. 611.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1.* & 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect 3. decret. lib. 5. tit. 1. cap. 1.*

Et cum eius hostibus conuersentur.] Ergo ille, qui 2
cum meo inimico conuersatur, meus inimicus est, ad quod plures citaui Doctores ad *cap. repellantur, in princip. sup. hoc tit.*

Discretioni vestræ mandamus, &c.] Notatur ad hoc, 3
quòd fama seu infamia debet præcedere inquisitionem, aliàs inquisitio non procedit, vt per Duen. *reg. 298. in princ.* & plures alios apud Cened. *ad Decretal. collect. 101. num. 7.*

Notatur etiam ad hoc quòd generaliter non po- 4
test superior inquiri de aliis criminibus, præter ea, de quibus testes deposuerant, vt per Farinac. *in praxi crimin part. 2. q. 37. num. 169.* Aldret. *de religiosa disciplina tuenda lib. 1. cap. 11 num. 12.*

In glos. *Hostibus* 1. ibi, & *est argument. contra aliquem ex inhonesta conuersatione.* Notatur ad hoc quòd 5
ex inhonesta conuersatione sumitur contra aliquem argumentum, iuxta citatos DD. *ad cap. veniens 9. de eo, qui cogn. consanguineam.*

In glos. *Inimicos*, ibi, *& videtur quòd capitales.* No- 6
tatur ad hoc quòd inimicitia, vt repellat testem à testimonio, debet esse capitalis, vt per Mascard. *de prob. concl. 857. num. 55. & 56.* quæ oritur tam ex causa criminali, quàm ex causa ciuili pecuniaria magnæ quantitatis, vt per Alex. *cons. 99. n. 2.* Crauet. *cons. 31. num. 3.* Menoch. *de arbitr. casu 110. ex num. 4.* Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia & crimin. differ. 99. num. 4.* Inimicitiæ autem capitales quæ dicantur, vide glos. *verbo capitales. in l. lucet, ff. de arbitr.* Menoch *de arbitr. casu 239. num. 8. & 11.* Fr. Emman. *quæst regul. tom. 3. q. 15. art. 3.* Flamin *de resig. lib. 5. q. 3. n. 258.* Cardos. *in praxi iudic. verbo inimicitia, & verbo testis num. 15.* Farinac. *in praxi crim q. 49. à princ.*

SVMMARIVM.

1 *Concubinarius publicus excommunicatus, & conspirator, & is qui non præmonuit, à denuntiatione repellitur.*
2 *Concubinarius publicus à testimonio repellitur.*
3 *Concubinarius publicus quis dicatur, ostenditur.*
4 *Concubinarij publici vt incurrant pœnas statutas in Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 14. pro forma requiritur monitio specialis in ipsam personam facta, nec suffragatur monitio generalis facta in Synodo.*
5 *Concubinarius clericus etiam publicus non est ipso iure beneficiis priuatus, nec venit priuandus nisi quando post legitimas monitiones indurato animo in consubinatu persistit.*

Cap. Cùm dilectus. XX.

COncubinarius publicus ob id excommunicatus 1
non potest denuntiare, nec ille qui denuntiaturus priùs non præmonuit denuntiandum, v. g. Episcopum

pum de illo delicto, nec ille, qui conspirauit in denuntiandum. Item Episcopus non præsumat grauare clericos, quia legitimè appellarunt ad Regiam super illo delicto, donec causa terminetur per mandatum Papæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. And. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Aretin. Host. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontificij, pag. 12.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 611.* remissiuè Ximen. *in concordant. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 1.*

2 *Publicè concubinarios.*] Ideo enim publicus concubinarius à testimonio repellitur, provt docent Rebuff. *in tract. de reprob. test. num 93.* Farinac. *in praxi crimin. part. 2. quæst. 56. num. 284. cum seqq. & part. 4. decis. 40. num. 2. & decis. 125.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de clerico teste §. 2. num 12.*

3 Quis autem dicatur publicus concubinarius, declarat Concil. Basilien. *sess. 20. in princip.* per hæc verba. Publici concubinarij intelligendi sunt non solùm hi, quorum coucubinatus per sententiam, aut confessionem in iure factam, seu per rei euidentiam, quæ nullâ possit tergiuersatione celari, notorius est, sed quj mulierem de incontinentia suspectam, & infamatam tenet, & per suum superiorem admonitus ipsam cum effectu non dirimit, refert Bernard. *in pract. cap. 82. numero 1. in nouiss. edit.* Vide Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina cleric. §. 1. num. 45.* Et de pœnis contra clericos concubinarios vide Concil. Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 14.* & Doctores *ibi* per me citatos quo attento ad incidendum in pœnas con-
4 tra clericos concubinarios latas monitionem specialem in ipsam personam factam pro forma exigi, nec suffragari monitionem generalem factam in Synodo, etsi vim trinæ monitionis obtineat, resoluit Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastic. decis. 359. in 1. edit. & resol. 307. num. 3. in 2. edit. & num. 4.* asserit procedere etiam in clerico concubinatio notorio, qui absque prædicta monitione beneficiis priuari non potest: quæ quidem monitiones contra concubinarios non tantùm in visitatione, sed & aliis quoque temporibus fieri possunt, Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ lib. 4. tit. 5 de stupro l. vni, num. 4.* vbi *n. 6.* quòd arbitrio Episcopi relinquitur quod tempus inter vnam, & aliam monitionem intercedere debet, & *num. 7.* quòd potest Episcopus contra hos procedere incarcerando, quando timetur de fuga. Et iam hodie clericus concubinarius etiam publicus non est ipso iure beneficiis priuatus, nec venit priuandus, nisi quando post legitimas monitiones indurato animo in concubinatu persistit. Farinac. *lib. 1. cons. 80.* vbi adducit Rotæ decisionem.

SVMMARIVM.

1 *Crimen probatum per modum inquisitionis regulariter pœna ordinaria non punitur.*
2 *Homicida quantumuis occultus, est irregularis.*
3 *Clericus propter homicidium non degradatur,*
4 *Inquisitionis via qui damnatur, non punitur pœna ordinaria, sed mitiori, & sic arbitraria.*
5 *Executio post peractam pœnitentiam in nullo occulto crimine impeditur, præterquam in homicidio.*
6 *Infamia quænam sit sufficiens, & quis rumor frequens, arbitrio prudentis relinquitur.*
7 *Diffamatus vt quis dicatur, non sufficit quod duo vel tres testes deponant vidisse crimen perpetrari, sed necessarium est, quòd rumor, & fama ad maiorem congregationis partem deuenerit.*
8 *Fama in inquisitione requiritur.*
9 *Iudex quamuis sciat crimen subditi non potest ex officio procedere ad eum accusandum per viam inquisitionis antequam ille accusetur.*

CAP. Inquisitionis. XXI.

CRimen alicuius per inquisitionem probatum; quando deponeret accusatum criminaliter, & conuictum, si crimen est tale quod etiam post peractam pœnitentiam impediret executionem suscepti Ordinis, vel retentionem beneficij, vt homicidium, vel simonia in Ordine, aut beneficio acquirendo, tunc est procedendum sicut proceditur in iudicio accusationis: si non est tale, danda est pœna arbitraria secundùm merita personæ, & qualitatem excessus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Aretin. Felin. Panorm. Host. Viu. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag. 13.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 611.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 2.*

Putà si homicidium commisisset.] Ergo homicida quantumuis occultus, est irregularis, vt per Henriq. *in summ. lib. 14. cap. 19. lit. C.* 2

Quod deponeret accusatum.] Notatur ad hoc quòd clericus propter homicidium non degradatur, vt per Clar. *§ homicidium, num. 16. vers. de iure autem Canonico,* Farinac. *in praxi crimin. part. 5. q. 119. n. 46.* 3

Pœnam poterit indicantis discretio moderari.] Notatur ad hoc quòd ille, qui damnatur per viam inquisitionis, non punitur pœna ordinaria inducta à lege pro illo crimine, sed mitiori pœna, & sic arbitraria, vt per Marantam *de ordine iudic p. 4. dist. 10. num. 6.* pœna enim mitior magis imponitur per viam inquisitionis, quàm per viam accusationis, vt per Tiraquel. *de pœnis temper. causa 53. d. princ.* 4

In gloss. *Si homicidium ibi in nullo occulto crimine impeditur executio post peractam pœnitentiam præterquam in homicidio.* Defendit Perez *l. 3. gloss. 1 pag. 98. tit. 4. lib. Ordinam.* 5

§. Tertiæ.

Infamia, aut clamosa insinuatio quando non præcessit contra aliquem, tunc non debent recipi depositiones contra eum, etiamsi plures iuramento affirment illum deliquisse eis videntibus, nec etiam est puniendus aliqua pœna, nec inquirendum ad petitionem eorum, qui in occulto portrigunt libellum infamationis continentem crimina. Colligunt Doctores *in princip. text. citati.* 6

Vtriam cùm duo vel plures, &c.] Aduerte arbitrio prudentis iudicis relinqui discernere quænam infamia sufficiens sit, & quis rumor sit frequens, consideratis circunstantiis loci, temporis, personarum, &c. & non requiritur ad infamiam testes esse occultos, satis namque est quòd à bonis viris fide dignis audierint, vel indicia, & coniecturas sufficientes habuerint, vt per Sayr. *in clani Regia lib. 12. cap. 10. num. 13.* Conlan. *de casibus reseru. part. 2. casu 5. num. 3.* Vnde vt quis dicatur diffamatus non sufficit quòd duo, vel tres testes deponant vidisse crimen perpetrari, sed necessarium est, quòd rumor & fama ad maiorem congregationis, partem deuenerit, & ita sit exorta infamia non à malcuolis, sed à viris probis, eamque sæpe superior audierit, & non semel tantùm, quod clamor iniuit, & diffamatio clamat, vt docent Roland. *cons. 30. num. 5. vol. 3.* Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 29. dub. 15.* Farinac. *in praxi* 7

praxi crimin. part. 1. q. 9. num. 1. Aldret. *de religiosa disciplina tuenda, lib. 1. cap. 7. n. 9.*

7 *Nullum esse pro crimine super quo aliqua non laborat infamia,* &c.] Ergo de crimine occulto iudex inquirere non potest, sed oportet aliquam precedere infamiam, qua iudex ad inquirendum moueatur, de quo tamen vide Duen. *reg.* 298. Nauar, *in cap. inter verba 11. quæst. 3 corol. 48. ex num. 579.* Salon. *2. 2. quæst. 69. art. 2. contro. 5. 6. & 7.* Petr. de Nauar. *de restit. lib. 2. cap. 4. ex 149. vers. tertia igitur dubitatio,* Sot. *de iust. lib. 5. q. 6. art. 2. vers. quinta conclusio.*

8 *Cum inquisitio fieri debeat solummodo,* &c.] Notatur ad hoc quòd in inquisitione requiritur fama, vt per Duen. *reg. 298. in princ.* Maranta *de ordine iudic. part. 6. princip. tit. de inquis. num. 19.* Clar. *§. fin. quæst. 6. in princ.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 78. num. 1.* Farin. *d. part. 1. quæst. 1. num. 50.*

9 *Non sufficere ad inquirendum,* &c.] Notatur ad hoc, quòd licèt iudex sciat crimen subditi, sciátque etiam esse duos, vel tres, aut quatuor testes conscios criminis, per quos probari valeat delictum alicuius, non tamen procedere potest ad eum puniendum ex officio via inquisitionis, antequam ille accusetur, vt per Sayr. *d. cap. 10. n. 20.*

10 *Nec ad petitionem eorum, qui libellum,* &c.] Vide Ceual. *comm. contra comm. q. 821. n. 20.*

11 In gloss. *Solummodo.* De infamia, vide, Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 21. art. 6.*

12 In gloss. *Dicta paucorum,* fin. Notatur ad hoc quòd testis deponendo super infamia debet testificari quòd est infamia inter maiorem partem hominum, vel viciniæ illius loci, in quo erat fama, & à maiori parte audiuerit, vt docet Mascard. *de probat. concl. 895. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem si petat ille, de cuius crimine in iudicio constat propter iudiciarium ordinem non seruatum, non est audiendus, sed illum tanquam notorium criminosum debet superior de nouo priuare.*
2 *Cardinalis potest vt suspectus recusari, si non sit Legatus de latere.*
3 *Exceptio declinatoria fori, quæ reddit iudicium ab initio nullum, potest quandocumque etiam post sententiam opponi.*
4 *Princeps non tenetur iuris ordinem seruare.*
5 *Princeps potest iudicare sola facti veritate inspecta.*
6 *Periurus non est ipso iure beneficij priuatus.*
7 *Restitutio ante omnia concedenda non est, cum scandalum inde est futurum.*
8 *Connexitatis ratione non procedit regula, res inter alios, &c.*

Cap. Ad petitionem. XXII.

1 VBi facto processu constat de crimine, v.g. Abbatis, & deponitur non seruato iuris ordine, licèt verè esset deponendus, tamen est iniustè depositus propter ordinem iudiciarium non seruatum, & sic restituendus; & si interim alius substituatur, est iniustè substitutus, cùm primus sit iniustè priuatus, tamen Papa in isto casu voluit primum Abbatem remanere priuatum, & deposuit secundùm substitutum, sed quia secundus non fuit remotus, propter vitium personæ, vel defectum scientiæ, sed solum propter ordinem iuris non seruatum, ideo Papa ipsum restituit in Abbatem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innocent. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Aretin. Panormit. Hostiens. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontificij pag. 15.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 612.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *Collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1. cap. 3.*

Asserens habere suspectum, &c.] Ergo Cardinalis potest vt suspectus acculari, de quo vide Boër. *decis. 289. in fine.* Et quid si sit legatus de Latere, vide Nauarr. *cons. 1. de appell. in antiq.* Fr. Paulin. Berti Lucen. *in praxi crimin. regul. lib. 3. cap. vnico, n. 13.* Iacob. de Laurent. *de iudice suspect. cap. 2. num. 20. cum seqq.* Steph. Grat. *discept. foren. cap. 4. n. 2. cum seqq.* 2

Cùm igitur, &c.] Notatur ad hoc quòd exceptio declinatoria fori, quæ reddit iudicium ab initio nullum, ex defectu iurisdictionis, quæ nec prorogari potuit, nec prorogata censetur, potest quandocunque etiam post sententiam apponi, & impedit executionem illius sententiæ à quo non possit altoquin appellari, vt per Couar. qui hunc text. dicit optimum, *pract. cap. 33. num. 2. in princip.* D. Barbos. *in l. 1. ff. de iudic. tract. 4. numer. 45.* Cabed. *Lusitan. decis. 22. numer. 9. part. 1.* Ordinatio Regia Lusitanorum *lib. 5. tit. 49 §. 2. prope. fin.* ibi, *elle for capax de prorog.*, vbi parens meus. 3

Et si restituendus foret.] Notatur ad hoc quòd Princeps non tenetur seruare iuris ordinem, vt docet *glossa 6. col. 6. ad fin. in l. 1. tit. 4. lib. 1. fori legum,* Perez *l. 0.* per text. *ibi gloss. 1. tit. 4. lib. 2. Ordinam.* me citato *in hoc loc.* Mari. Cutel. *de donat. inter patr & fil. tractat. 1. dist. 2. partic. 6. num. 27.* potest enim iudicare sola facti veritate inspecta, etiamsi iudiciarius ordo sit omissus, vt per Palar. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum, §. 14. num. 10 & 11.* 4 5

Per sententiam amouentes, &c.] Aduertendum quòd periurus non est ipso iure beneficiis priuatus vt per Doctores citatos *in cap. seq. num. 3.* quibus addo Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 11. cap. 12. quæs. 9.* Sayr. *in claui Regia lib. 5. cap. 9. num. 8.* Illustriss. D. Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. Presbyter 12. num. 2. in fine dist. 81.* quamuis contrarium teneat Rebuff. *de pacificis possess. num. 223.* vbi *in vers. oppositi* respondens ad text. *in præsenti* asserit, verba *amouere,* & *spoliari,* debere intelligi secundùm materiam subiectam. 6

In gloss. *Restituendus,* ibi, *& fortè propter scandalum,* &c.] Notatur ad hoc quòd non est ante omnia concedenda restitutio, cùm scandalum inde est futurum, vt per Menoc. *remed. 1. recup. num. 319.* 7

In gloss. *Per consequentiam.* Notatur ad hoc quòd ratione connexitatis non procedit reg. *res inter alios acta,* &c. vt per Tiraquel. *super eundemmet tit. res inter alios acta limit. 22. pag. mihi 28.* 8

SVMMARIVM.

1 *Agenti possessorio adipiscenda in beneficialibus non obstat exceptio criminis, nisi sit de eo infamatus.*
2 *Beneficij Ecclesiastici collatio periuro facta auctoritate litterarum Apostolicarum est nulla.*
3 *Periurus an sit ipso iure priuatus beneficiis, an veniat priuandus, remissiue.*
4 *Homicida est beneficiorum incapax.*

Cap. Accedens. XXIII.

AGenti possessorio adipiscendæ in beneficialibus non obstare exceptionem criminis, nisi de eo 1

sit infamatus: & infamato, accusatore non probante, vel non comparente, indici purgationem, in qua si defecerit, puniri vt conuictum. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Collect. Innocent. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Bero. Aretin. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 16.* Alagona *in compendio iuris Canon pag. 613.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 3. sub tit. de concess. præben. cap. 3.*

2 *Videlicet periuro.*] Ergo beneficij Ecclesiastici collatio periuro facta auctoritate litterarum Apostolicarum est nulla, de quo vide Nicol. Mil. *in repert. verb. periurus.* Clar. §. *periurium vers. item Clericus.* Bernard. *in pract. c. 95. in fin. secundum nouam impress.* Lambert. *de iurepatron. part. 1. lib. 3. q. 9. art. 15.* optimè Couar. *in cap. quamuis pactum part. 1. §. 7. num. 3.* vide dicta *ad cap. querelam, de iureiur.*

3 An autem periurus sit ipso iure priuatus beneficiis, an verò priuandus, vide Bernard. & Lambert. *citatis locis,* Gutier. *Canon lib 2. cap. 5. num. 95. cum seqq.* Soar. *de religion. tom. 2 tract. 5. lib. 3. cap. vlt. num. 6. 17. 21. & 22.* Camil. Borell. *in sum. omn. decis. tit. 62. n. 23.* plures refert Doctores Nicol. Garc. *de benefic. part. 11. cap. 10. num. 166. cum seqq.*

4 *Et homicidio.*] Notatur ad hoc quòd homicida est beneficiorum incapax, vt per Rebuff. *de præsc. possess. num. 210.* & si sit clericus, est per sententiam beneficio priuandus. Salzed. *ad Bernard. c. 94. addit. 1.* Couarr. *in Clem. si furiosus p. 2. §. 3. n. 6.* Illustriss. D. meus Rodericus à Cunha *in comment. ad cap. Presbyter 12. num. 4. distinct. 81.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Episcopi quasi signum sunt positi ad sagittam.*
3 *Iudex, & accusator debent esse diuersæ personæ.*
4 *Iudex contra neminem potest procedere ad accusationem, nisi adsit aliquis accusator.*
5 *Inquisitio non præcedente fama nulla est, & inualida.*
6 *Statutum mandans posse de delicto inquiri contra non diffamatum non valet.*
7 *Fama vehemens, & à clamosa insinuatione procedens, requiritur, vt inquiratur contra infamatum.*
8 *Iudex habens à statuto, seu Principe plenum arbitrium in procedendo & puniendo delinquentes, Adhuc non præcedente infamia inquirere nequibit.*
9 *Infamatio inquisitionem præcedere debet, siue Iudex procedat ad partis querelam, siue etiam ex officio.*
10 *Fama præcedens inquisitionem debet ortum habere à fide dignis, & non maleuolis personis.*
11 *Iudici asserenti in inquisitione famam præcessisse non creditur, nisi ad ea aliunde appareat per testes.*
12 *Iudex nulla præcedenti diffamatione in crimine hæresis vel læsæ Maiestatis, procedere potest.*
13 *Inquisitio fama non præcedente, si pars non apponat, valet.*
14 *Delegatus à Principe sicut ipse Princeps potest inquirere non præcedenti diffamatione.*
15 *Inquisitio, quæ fit contra officiales, & eius familiam, ac ministros in syndicatu, etiam fama non præcedente valet.*
16 *Magistratus ex vsu vbique terrarum recepto ad crimina punienda quæ probari possunt, nulla præcedente infamia procedunt.*
17 *Inquisitio contra regulares non debet fieri nulla præcedente infamia.*
18 *Religiosi possunt facilius quam clerici à suis administrationibus amoueri.*
19 *Iudex tanquam suspectus in causis criminalibus potest recusari.*
20 *Clericorum status, Monachorum status honoratior, est.*

CAP. Qualiter, & quando. *ij.* XXIV.

FAma, & clamor quando non à maleuolis, & maledicis, sed à prouidis, & honestis non semel, sed sæpè peruenit ad aures superioris contra aliquem subditum, vel Prælatum, tunc superior quasi nunciante fama, vel deferente clamore ex officio suo diligenter inquirere debet veritatem coram senioribus Ecclesiæ, & hoc diligentiùs est seruandum in Prælatis iudicandis, quia non possunt omnibus placere, cùm ex officio increpent, suspendant, ligent, & sic incurrunt odium, & inuidias multorum, ideo accusatio criminalis, quæ intendit ad degradationem, admitti non debet, nisi præcedat legitima inscriptio. Cùm verò aliquis est infamatus, itavt sine scandalo non possit dissimulari, nec sine periculo tolerari, ad inquirendum procedere debet, & punire excessus, qui si sunt graues, & non degradetur ab Ordine, tunc ab administratione omnino amouendus erit. Is autem contra quem fit inquisitio, nisi contumaciter se absentet, debet esse præsens, & ei sunt exponenda capita super quibus est inquirendum, & sunt ei publicanda dicta, & monita testium vt se defendat. Et sunt admittendæ exceptiones, & publicationes legitimæ. Circa Regulares verò personas non est vsquequaque seruandus iste Ordo, sed cùm causa requirit, facilius & liberius possunt amoueri à suis administrationibus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Bero. Mar. Socin. Felin. Panorm. Aretin. Hostiens. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag. 17.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 613.* remissiuè Casal. *in summ.* & Ximen. *in concord. pag. 1. & 2.* desumitur ex Concilio generali Lateranens. sub. Innocent. III. *cap. 8.* refertur initium huius text. ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib 5. tit. 1. c. 3. & 4.*

Qui quasi signum sunt positi ad sagittam.] Concordat Concil. Trident. *sess. 13. cap. 6. in princip.* Azored. *l. 4. num. 3. tit. 7. lib. noue recopilat.* & D. Ambrosius *de dignitate sacerdotali lib. 6.* quem refero ego ipse *de officio & potestate Episcopi part. 1. tit. 1. cap. 5. num. 11.*

Non tanquam idem sit accusator, & Iudex.] Ergo: idem non debet esse accusator, & Iudex, sed in libello accusatorio scribi debet nomen accusatoris, & iudicis, vt aduertit Coriolan. *in tract. de casibus reseruatis, iuxta regulam Clementis VIII. regularibus præscriptam part. 2. casu 5. de accusat. numer. 1. vii num. 4.* aliquos refert casu in quibus possunt iudices procedere contra reum, quamuis non adsit accusator. Iudex enim contra neminem potest procedere ad condemnationem, nisi adsit aliquis accusator, *cap. si quis potestatem 22. q. 4.* Coriolan. *d. cas. sub tit. de inquisitione particulari n. 11.*

Denuntiante fama, &c.] Notatur ad hoc quòd inquisitio non præcedente fama nulla est, & inualida, quia contra non infamatum non potest inquiri, vt per Duen. *reg. 298.* Clar. *lib. 5. §. fin. quæst. 6.* Hippol. *cons. 40. numer. 7. cum seqq. & cons. 48. num. 10. cum seqq. & cons. 49. numer. 7. & cons. 50. num. 1. cum seqq. & cons. 53. num. 4. & cum seqq. & cons. 63. num. 4. & cons. 64. numer. 35. & cons. 76. numer. 5. & cons. 78. num. 2. & cons. 82. num. 16. & cons. 117. n. 6. & cons. 122. num. 1.*

num. 1. *& cons.* 130. *num.* 5. Mench. *cons.* 100. *num.* 58. *cum seqq.* Sayro *in clavi Regia lib.* 12. *cap.* 10. *n* 19. *cum seqq.* Bonacos. *communium criminal. part.* 2. *verbo diffamatio fol.* 23. latissimè Farinac. *in praxi crimin. part.* 1. *q.* 9. *num.* 1. *cum seqq.* Cabed. *part.* 1. *decis* 78. *n.* 2. Ad procedendum enim præcedere debet criminis diffamatio, quæ vicem accusationis obtinet. Angel. *de malefic. verbo fama publica num.* 2. Hippol. *in pract. §. constante n.* 12. Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *tit. de inquisit. n.* 19. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *quæst.* 1. *n.* 50. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 78. *num.* 2. quos refert & sequitur Torreblanc. *in tract. de magia lib.* 3. *de criminis punit. cap.* 16. *num.* 24. vbi *n.* 26. dicit quòd procedere sine diffamatione, & dirigere inquisitionem in peccatorem occultum, & ad detegendum eius peccatum interrogare testes est omni iure prohibitum cùm sit contra charitatem qua tenemur diligere proximos sicut nosmetipsos, *Matth. cap.* 7. *&* 25.

6 Amplia primò, vt non valeat statutum mandans posse de delicto contra non infamatum inquiri, vt per Hippol. *cons.* 79. *num.* 5. *& cons.* 82. *num.* 20. *& cons.* 117. *num.* 10. *& cons.* 130. *num.* 9. Duen. *reg.* 298. *ampl.* 2. Hieron. Magon. *Lucens. decis.* 22. *n.* 13. *an fine part.* 1. Farin. *d. q.* 9. *n.* 9.

7 Amplia secundò, vt fama præcedens inquisitionem non sufficiat simplex, sed debeat esse vehemens, & à clamosa insinuatione procedens, sæpiùs ad iudicis aures deueniens, & talis quod scandalum generaret, nisi iudex inquireret, vt per Clar. *d. q.* 6. *vers. quæro nunc*, Maran. *de ordine iudic. part.* 6. *tit. de Inquisit. num.* 10. Farin. *d. q.* 9. *n.* 5.

8 Amplia tertiò, vt procedat etiam in iudice, qui à statuto, seu Principe plenum haberet arbitrium in procedendo, & puniendo delinquentes, adhuc enim non præcedente infamia inquirere minimè poterit, vt per Hippol. *sing.* 14. *& cons.* 25. *n.* 5. *& cons.* 48. *num.* 10. *& cons.* 50. *num.* 3. *& in pract. §. constante n.* 12. Menoch. *de arbitr. lib.* 1 *quæst.* 78. *num.* 2. Farin. *d. quæst.* 9. *num.* 2.

9 Amplia quartò, vt diffamatio præcedere debeat siue iudex procedat ad partis querelam, & accusationem, siue etiam ex officio, vt per Bonacos. *communium crimin. part.* 1. *verbo inquisitio est nulla pag.* 93. plures refert Farin. *d. q.* 9 *n.* 4.

10 Amplia quintò, vt fama præcedens inquisitionem debeat ortum habere à fide dignis, & non malevolis personis, aliàs non sufficit, vt ex ea formetur, inquisitio, vt per Hippol. *in practic. §. constante num.* [illegible] *& consil.* 118 *num.* 5. *& cons.* 120. *num.* 27. *& cons.* 130. *n.* 6. *& cons.*, 134 *num.* 6. Farinac. *d. q.* 9. *num.* 6. *&* 7. resolu-
11 uit quòd non creditur iudici asserenti in inquisitione famam præcessisse, nisi de ea aliunde appareat per testes, scilicet particulariter super fama receptos, & *n.* 8. quòd inquisitio nulla ob defectum præcedentis famæ, non conualidetur etiam quòd postea testes in ea producti plenè probauerint delictum, de quo inquisitus non erat infamatus.

12 Limita primò quando crimen aliàs occultum vergit in perniciem spiritualem, vel temporalem alicuius communitatis, veluti si quis vellet tradere ciuitatem inimicis, aut sit hæreticus etiam occultus, vel ducere aliquos in suam hæresim occultam intendat, quia tunc etiam nulla præcedente diffamatione ad inquisitionem iudex procedere potest, vt per Clar. *d. quæst.* 6. *vers. item scias*, Sot. *de ratione tegendi secretum memb.* 2. *quæst.* 4. *in* 2. *concl. pag.* 35. Simanch. *in Enchirid. tit.* 23. *& de cathol. institut. cap.* 19. *ex num.* 2. Rojas *sing.* 46. Navar. *in man. cap.* 25. *num.* 33. *& in cap. inter verba* 11. *quæst.* 1. *concl.* 6. *corol.* 6. *num.* 981. *vers. lo terrero.* Can. *de locis Theolog. lib.* 2. *cap.* 8. *pag.* 434. *col.* 2. Petr. de Ara-

gon. 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 7. *pag.* 820. *vers. circa* 2. *concluf.* vbi Dom. Bannes *art.* 8. *col.* 1246. *vers. quartò arguitur*, Læli. Zechi. *de casibus reseru. casu* 2. *num.* 3. *vers. ampliatur, & num.* 4. *in fine.* Petr. à Nauarra *de restit. lib.* 2. *c.* 4. *ex num.* 185. *& num.* 191. Anton. Corduba. *in quæst. Theolog. lib.* 1 *quæst.* 43. *in* 2. *dub. vers. tertiò*, Gutier. *canon. lib.* 1. *quæst.* 11. *ex num.* 48. *& num.* 53. Menoch. *cons.* 100. *num.* 63. *cum seqq.* Decian. *cons.* 18. *à num* 42. Farinac. *d. quæst.* 9. *num.* 14. *&* 15. Sayro *d. lib.* 12. *cap.* 11. *num.* 11. *cum seqq. & cap.* 15. *num.* 8. Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 5. *q.* 7 *pag.* 444.

Limitatur secundò parte non opponente de præ- 13
cedente infamia, tunc enim valet, & tenet inquisitio etiam fama non præcedente, vt per Clar. *d. quæst.* 6. *vers. vlteriùs scias*, Duen. *reg.* 198. *limit.* 1. Farin. *d. quæst.* 9. *num.* 12.

Limita tertiò in inquisitione formata de Princi- 14
pis mandato, & scientia, sicut enim Princeps potest inquirere non præcedente diffamatione, & ita pariter poterit eius delegatus, vt per Duen. *reg.* 298. *limit.* 7. Clar. *d. quæst.* 6. *vers. præterea scias.* Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 78. *num.* 4. Farin. *d. quæst.* 9. *num.* 13. vbi etiam sublimitat in inquisitione facta de Principis mandato Motu proprio emanato, secus si ad postulationem partis.

Limita quartò non procedere in inquisitione, quæ 15
fit contra officiales, & eius familiam, & ministros in syndicatu finito officio, & quæ generaliter & specialiter etiam fama non præcedente indistinctè contra eos formari potest, vt per Clar. *d. quæst.* 6. *vers. cæterum.* Duen. *reg.* 298. *limitat.* 10. Farin. *d. quæst.* 9. *num.* 16. vbi *n.* 17. resoluit quòd quando aliquis denuntiatur de crimine per aliquem probum virum, prædicta denunciatio est sufficiens, vt inquiratur contra eum super infamia tantùm, & non super crimine, sed reperta infamia potest inquiri de crimine.

Hodie communi vbique terrarum vsu receptum 16
est, vt magistratus ad crimina punienda procedant etiam occulta, quæ probari possunt, nulla præcedente infamia, vel ex officio, vel ad fiscalis denuntiationem, Clar. *lib.* 5. *§. fin. quæst.* 3. *num.* 5. *& quæst.* 6. *num.* 1. Bernard. *in pract. cap.* 6. *num.* 3. Farinac. *d quæst.* 9. *à num.* 20. & hoc iure Hispania vtitur ex *l.* 1. *&* 6. *tit.* 1. *lib.* 8. *nouæ recop.* vnde rectè Lessius *de iustit. lib.* 2. *cap.* 29. *dub.* 15. *num.* 132. hanc praxim sustineri posse autumat in delictis, quæ Rempub. turbare solent, & quando non tam ad punitionem procedatur, quàm vt bono communi consulatur, & maleficia impediantur, vt Resp. criminibus purgetur.

Contra Regulares, &c.] Notatur ad hoc quòd con- 17
tra Regulares non debet fieri inquisitio nulla præcedente infamia, vt per Duen. *regul.* 208. *limit. vlt.* vbi etiam asserit quòd *cap. in singulis, supra de statu Monach.* loquitur quando illa inquisitio fit per visitatores. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 19. *art.* 6.

Facilius & liberaliùs suis possunt, &c.] Notatur ad 18
hoc quòd Religiosi possunt faciliùs quàm clerici à suis administrationibus amoueri, vt per Fr. Sigism. à Bononia *de elect. Prælat. Regul. dub.* 102. *numer.* 6. Lauor. *var. lucubrat. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 23. *num.* 7. eleganter Ioseph. à S. Maria *in tribunali Religios. tract.* 5. *cap.* 6. *§.* 1.

In gloss. *Ad inquirendum* ibi, *Item si ille*, &c. Nota- 19
tur ad hoc quòd in causis criminalibus iudex potest tanquam suspectus recusari, vt per Clar. *in §. fin. q.* 43. *à princip.*

In gloss. *Facilius*, fin. Notatur ad hoc quòd clerico- 20
rum status, monachorum statu honoratior est, quod illi non vitæ contemplatiuæ tantum, verùm etiam

actiuæ inseruiunt, hi autem contemplatiuæ dumtaxat, sicque in honoribus inferiores sunt, vt per Mench. *controu. illustrium in præfat num.95.* Vide D. Thom.2.2. *quæst.184. per totam, & 186. art.1.*

SVMMARIVM.

1 *Metropolitani ad correctionem excessuum, & reformationem morum singulis annis facere debent prouinciale Concilium, in quo statuere debent personas idoneas per singulas diœceses, quæ solicitè inuestigent, & in sequenti Concilio referant corrigenda.*
2 *Concil. prouinciale quando celebratur, debent Prælati tendere de corrigendis excessibus, & moribus reformandis.*
3 *Archiepiscopus solus potestate caret condendi statuta totam prouinciam obligantia.*
4 *Archiepiscopi attento iure Concil. Trident. possunt visitare prouinciam, & inquirere de criminibus, etiam si non appareat de negligentia suffraganeorum.*
5 *Testes synodales qui de ordine Episcopi visitant diœcesim, aluntur ab Ecclesiis visitatis.*

CAP. Sicut olim. XXV.

1 METropolitani debent celebrare Concilium prouinciale singulis annis cum suis suffraganeis, & tractare de corrigendis excessibus, & reformandis moribus, præsertim in clero, secundùm iura addendo pœnas & ad hunc finem statuendo idoneas personas per singulas diœceses, quæ per totum annum simpliciter absque vlla intisdictione obseruent, quæ sunt corrigenda, vel reformanda, & ea deferant ad Concilium prouinciale in anno sequenti, & super iis, & aliis prouideant, & quæ statuuntur publicari faciant in Synodis Episcopalibus celebrandis annuatim per singulas diœceses, & qui id neglexerit adimplere, suspendatur ab executione sui officij. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Innocent. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anan. Anch. Butr. Bero. Aretin. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 18. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.*614. remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* desumitur ex Concilio generali Lateranens. sub Innoc. III. *cap.6.* & refertur ab Anton. August. *collect.4. Decretal. lib.5. tit.1. cap.5.*

2 *Diligentem habeant*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando Concilium prouinciale celebratur, debent Prælati intendere de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, diligentemque præsertim in clero cum Dei timore habere tractatum, canonicas regulas, maximè quæ statuta sunt in generali Concil. Lateranen. relegentes, vt eas faciant obseruari, debitam pœnam transgressoribus infligendo, vt aduertit Steph. Quaranta *in sum. Bullar. verbo Concilium prouinciale, num.13. vers.37. quaro.*

3 *Canonicas regulas*, &c.] Ergo Archiepiscopus solus potestate caret condendi statuta totam prouinciam obligantia, vt per Sanch. *de matrim. lib.8. disp.17. num.36.*

4 *Per singulas diœceses statuant*, &c.] Hodie ex nouiori dispositione Concil. Trident. *sess.24. de reformat. c.3.* possunt Archiepiscopi visitare prouinciam, & inquirere de criminibus, etiamsi non apparet de negligentia suffraganeorum, vide Cabed. *Lusit. decis.78. num.3. vers. hinc etiam.*

5 In gloss. *Statuant.* ibi, *moderatos tamen sumptus*, &c Notatur ad hoc quòd testes synodales qui de ordine Episcopi visitant diœcesim, aluntur ab Ecclesiis visitatis, vt per Surd. *de aliment. tit.1. quæst.64. num.18.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Monachus accusans Abbatem habet de bonis monasterij expensas non solum ad prosequendam litem, sed etiam pro illa exequenda.*
3 *Expensæ & sumptus ministrati monacho accusanti Abbatem non repetuntur, etiamsi monachus succumbat.*

CAP. Olim. XXVI. *Greg. IX.*

EXcommunicatio, suspensio, vel interdictum late per Abbatem qui fuit denunciatus, vel alium eius nomine contra denunciantes monachos vel eis adhærentes relaxantur si fuerunt spoliati post inceptum negotium, & si pendente lite fuerunt spoliati ab Abbate, debent restitui, & iudices sine strepitu iudicij inquirere inquirenda in personas, & obseruantias regulares, & corrigere, ac reformare tum caput, tum membra, & relaxare iuramenta de tacenda veritate; sed lite pendente monachi sint obedientes Abbati, ita vt lis non impediatur, & manifestentur denunciato Abbati dicta testium. Item expensæ, quæ requiruntur profratribus, & personis idoneis denuntiantibus, & prosequentibus negotium, fieri debent de bonis monasterij, quia monachi non habent proprium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innocent. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Anch. Butr. Bero. Aretin. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Viuian. *in rationali lib.5. iuris Pontificij, pag.*19. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 614. remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

De bonis monasterij cùm proprium non habeant ministrari.] Notatur ad hoc quòd Monachus accusans Abbatem habet de bonis Monasterij expensas non solùm ad prosequendam litem, sed etiam pro illa exequenda, vt per Palat. *in repet. cap per vestras de donat. inter virum & vxorem §.39. num.2.* vbi dicit hunc text. intelligendum quando lis mouetur ad vtilitatem monasterij principaliter & mediatè, sic etiam vxori, & filio litiganti tenetur maritus, & pater alimenta præstare, vt docent Gonzal. *ad reg.8 cancell. gl.2. n.45.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.33. num.27. cum seqq. & cap.236. à num.34.* Et huiusmodi sumptus, & expensæ non possunt repeti, etiam si quis succumbat, Steph. Grat. *locis proximè citatis*, provt etiam de alimentis lite pendente præstitis resoluit Surd. *de alimentis tit.6. q.20. num.1.*

De Calumniatoribus.

TIT. II.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Felin. Panormit. Mar. Socin. Petrus de Rauenna *in compendio iuris Canonici.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 172. Stephan. Ranch. *in continuat. tit. Decret.* Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontif. pag.* 605. Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassian. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque lib. Decretal.*

Bartholi

Barthol. Carthag. *in expoſit. titulorum iuris Canon.* noui ſſimè Ioan. Honor. *lib. 5. in ſum. in Decretal.* omnes *ſub hoc tit.*

De materia huius tit. vide Bernard. *in pract. c. 59. aliàs c. 68. in nouiſſima edit.* vbi Salzed. Duen. *reg. 27. in princ.* Menoch. *de arbitr. caſu 321. & 322.* Baiard. *ad Clar. § fin quæſt. 62. num. 15. cum ſeqq.* Fr. Emman. *q. regul. tom. 2. quæſt. 3. art. 1.* Farinac. *in praxi crimin. part. 1. quæſt. 16. à princ.* Aldret. *de relig. diſcipl. tuenda lib. 2. c. 23. de calumniatorum pœnis.* Coriolan. *de caſibus reſeruatis iuxta Regulam Clement. VIII. regularibus præſcriptam part. 2. caſu 5. de accuſat. numero 8.*

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconus calumniosè accuſans Diaconum, ſubdiaconatu priuatur, & publicè verberibus caſtigatur, & in exilium mittitur.*
2 *Clericus an verberari poſſit, oſtenditur, & multa traduntur circa intellectum huius text.*
3 *Exilij pœnam Eccleſiaſtici iudices clericis imponere poſſunt.*

CAP. Cum fortiùs I. *Greg.*

1 SVbdiaconus qui calumniosè accuſat Diaconum eſt priuandus officio ſubdiaconatus, verberibus publicè cædendus, & in exilium mittendus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. And. Anan. Anch. Hoſt. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 21.* Alagona *in compend. iuris Canon. p. 616.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 2.* deſumitur ex D. Gregor. *lib. 9. regiſtri epiſtola 66.* refertur à Burch. *l. 6. 2. Decretorum cap. 201.* & ab Iuone *part. 6. cap. 174.* & Anton. Auguſt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1. de accuſat. cap. 2.*

2 *Et verberibus publicè caſtigatum.*] Pœna hæc verberum intelligi poteſt de illa, quæ fit quando quis verberatur à Pœnitentiariis, vt ſolet fieri per Pœnitentiarios Vrbis: nam iſta poteſt imponi clericis, vt dicit Thomas de Argent. *in 4. diſtinct. 14. art. 6.* vel etiam intelligi poteſt, vt clericus cauſa diſciplinæ poſſit verberari, provt intelligit Abb. *in c. vniuerſitatis, notab. 2. infrà de ſentent. excom.* Vel denique poteſt intelligi, vt fiat honeſtè intra ſepta Eccleſiæ, ſecundùm eundem Abb. *in cap. inter alia de immunit. Eccleſ.* Ibique publicè fieri dicitur ſi intra ſepta ſint ſex perſonæ, text. *in c. quis aliquando § hæc ergo, de pœnitent. diſt. 1.* Prob. *in c. 2. de conſtit. in 6. numero 67.* quicquid tamen ſit, verum eſt text. loqui de pœnitentia publica clericis infligi permiſſa abſque ignominia, non autem de fuſtigatione cum ignominia more Laicorum, quæ eſt grauior pœnitentia ſolemni, & hodie huiuſmodi pœnam verborum generali conſuetudine in clericis non ſeruari, aſſerunt Clar. *§. fin. quæſt. 70. verſ. & etiam*, vbi particulariter loquitur de Mediolanenſi dominio, & de Regno Franciæ, ac aliis locis, teſtatur Bernard. *in pract.* vbi Salzed. *cap. 135. aliàs cap. 137.* ſecundùm nouam impreſſionem: & in ſpecie quòd clericis non ſit imponenda pœna ignominioſa, & non ſint publicè, ſicut alij plebei dehoneſtandi, tenet Perez *l. 1. tit. 3. lib. 3. Ordinam.*

3 *In exilium deportari.*] Ergo Eccleſiaſtici iudices pœnam exilij clericis imponere poſſunt, vt per Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 137.* ſecundum nouam impreſſ. Azeued. *l. 3. in fine tit. 1. lib. 1. nouæ recopil.* Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom. 2. q. 23. art. 1.*

SVMMARIVM

1 *Denunciator in probatione criminum deficiens, ab officio, & beneficio ſuſpenditur donec innocentiam ſuam purget.*
2 *Calumniatores grauiùs ſunt puniendi, quouis alio delinquente.*
3 *Calumniatores vltra condemnationem expenſarum debent condemnari ad pœnam calumniæ, quæ eſt ſimilitudo ſupplicij.*
4 *Iudex poteſt procedere contra calumniatorem euidentem abſque accuſatore.*
5 *Calumniandi animum non habuiſſe præſumitur, qui à fide dignis accepiſſe probabit.*
6 *Calumniari præſumitur accuſator eo ipſo, quòd non probat propoſitam accuſationem.*
7 *Calumniæ, ſeu malitiæ præſumptio ceſſat in notoriis.*
8 *Accuſator in crimine læſæ Maieſtatis, & in crimine ſimoniæ ſi non probat non punitur de calumnia.*
9 *Calumniæ præſumptio ſublata omninò & extincta per iuramentum cenſetur.*

CAP. Cùm dilectus. II. & fin.

Innocent. III.

PRælatum ſuum denuncians, ſi deficit in probatione, eſt ſuſpendendus ab officio, & beneficio donec ſe purget canonicè, quòd non cauſa calumniandi denunciauit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioann. Andr. Hoſtienſ. Butr. Anch. Anania, Mar. Socin. Felin. Panorm. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag. 22.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 616.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1 & 2.* refertur ab Anton. Auguſt. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 7.* 1

De calumniatoribus quòd grauiùs ſint puniendi quouis alio delinquente, dicit Menoch. *conſil. 2. n. 95.* & quod vltra condemnationem expenſarum debent condemnari ad pœnam calumniæ, quæ eſt ſimilitudo ſupplicij, refert Baiard. ad Clar. §. *fin. quæſt. 62. num. 19.* vbi *num. 18.* tenet quòd iudex poteſt procedere abſque accuſatore contra calumniatorem euidentem, & dare ei terminum ad faciendum defenſiones ſuas, & inter accuſatorem, denuntiatorem, ac calumniatorem nulla eſt differentia quo ad pœnam, vt reſoluit Aldret. *de relig. diſcip. tuenda lib. 3. cap. 23. num. 8.* 2 3 4

Quòd non calumniandi animo, &c.] Aduerte quòd calumniandi animum non habuiſſe præſumitur qui à fide dignis accepiſſe probauit, vt per Tiraquel. *de pœnis temper. cauſa 51. num. 30.* 5

In gloſſ. *calumniandi*, ibi, *ſi denuncians non probat quod intendit, calumniari præſumitur.* Notatur ad hoc quòd accuſator eo ipſo quòd non probat propoſitam accuſationem, præſumitur calumniari, vt per Abb. *hic num. 5.* Mar. Socin. *num. 7.* Anania *num. 19.* & Felin. *num. 6.* Boſſ. *in tit. de accuſ. numero 19.* Clar. *§. fin. quæſt. 62. num. 6.* Maſcard. *de prob. concl. 25.* Menoch. *de arbitr. caſu 321. numero 4.* Salzed. de Bernard. *in pract. cap. 78. litt. A.* Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 2. quæſt. 3. artic. 1.* Hieronym. Crach. *in conſil. ſyndicatus num 222. & 258.* vbi *num. 223.* dicit quòd dolus, & calumnia præſumitur in illis, qui obiecta non probant. Illud tamen aduerte quòd calumniæ, ſeu malitiæ præſumptio ceſſet in notoriis, vt per Sigiſmum. Scacciam *de appellat. quæſt. 19. rem. 1. concluſ. 4. & 5. numero 26.* & accuſator in crimine læſæ Maieſtatis, & in crimine ſimoniæ 6 7 8

si non probat non punitur de calumnia. Baiard. *ad Clar. d. quæst. 62. num. 30.*

9 In cad. gloss. ibi, *videtur quod per iuramentum probari possit.* Notatur ad hoc quòd calumniæ præsumptio, sublata omnino, & extincta per iuramentum censetur, vt per Claud. de Seysel, *in l. Gallus num. 25. vers. tertiò fallit ff. de vsucap.* Franc. Molin. *de vitu nupt. lib. 2. different. 11. num 57.*

De simonia, & ne aliquid pro spiritualibus exigatur, vel promittatur.

TIT. III.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
2 *Simoniæ materiam qui tractent, citantur.*
3 *Simonia definitur vt sit studiosa voluntas emendi, vt vendendi res spirituales, seu spiritualibus annexas.*
4 *Simoniæ tres sunt species, mentalis, conuentionalis, realis, & sigillatim declarantur.*
5 *Simoniæ vitium habet suam difformitatem ex tribus potissimum rationibus.*

1 SVPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Felin. Panormit. Mar. Socin. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Guillelm. *in breuiario aureo iuris Canon. fol. 130. & in speculo iuris, lib. 4.* Ioan. de Londris *in breuiar. sanctorum Canon. fol. 179.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol. 172. verso.* Steph. Ranchin. *in continuat. titulorum Decret.* Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij, à pag. 609.* Goff. & Hostiens. *in sum. huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in exposit. titulorum iuris Canon.* Zypæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat, pag. 381.* Lancel. *in instit. iuris canon.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris*, Canis. *in sum. etiam eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib. 5 summ. in Decret. omnes sub hoc tit.*

2 De materia huius tit. integros tractatus edidere Guillelm. Rodoan. Barthol. Vgolin. Ioan. Carrafa, & Petr. Binsfeldius, & latè egerunt, D. Thomas 2. 2. *q.* 100. Siluest. & alij Summistæ *in verbo simonia.* Sot. *de iustit. lib. 9. quæst. 5.* Clar. *lib 5. § simon.* Viui. Bonacos. & alij *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 15.* Vela *de delictis cap. 32.* Mascard. *de probat. conclus. 134. & conclus. 1310. à num. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 8.* Nauarr. *in Manu. cap. 23. à num. 99. & in repetit. cap. fin. inf. hoc tit.* Card. Tusch. *lit S. conclus. 249. cum seqq.* Petr. de Ledesma *in summ. part. 2. tract. 12.* Rebuff. *in praxi tit. de simonia in resignat.* Fr. Emman. *in sum. tom. 2. à cap. 55. vsque ad c. 66.* Candelab. aur. *in appendice c. 1.* Flamin. *de resignat. lib. 14. & in tract. de confident.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 8. c. 1.* Lorencana *in compendio casuum tit. de simonia* Ludouic. Lopez. *in instructorio conscientiæ part. 1. c. 208.* Iacob. de Graffiis *in decis. aur. part. 1. lib. 2. cap. 98.* Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 94. secundum nonam impress.* Henriq. *in sum. lib. 13. c. 37.* Tiber. Decian. *in tract. crimin. tom 1. lib. 9. cap. 77.* Stephan. Quaranta *in sum. Bullarij verbo simonia*, Zerol. *in praxi Episcop. eod. verbo* Soar. *de relig. to. 1. tract. 3. lib. 4. de simon.* Leonard. Lessius *de instit. lib. 2. c. 35. de simon.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. num. 108. cum multis seqq.* Aldret. *de religiosa disciplin. inend. lib. 2. c. 16. § 5. n. 41. cum seqq.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 12.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rubr. 12. cap. 27.* Cantarel. *in decem. præcepta decalogi lib. 2. cap. 52. cum duobus seqq.* Raphael. de la Torre *de Relig. tom. 2. quæst. 100. de simonia*, Bonac. *variar. tract. tit. de simonia.*

Simonia, quæ non ex natura rei, sed à primo eius auctore, de quo *Actor. cap. 8.* Dicitur, *cap. quicumque, v. qui studet. cap. Petrus 1. q. 1. cap. Saluator. 1. q. 3.* definitur vt sit studiosa voluntas emendi, vel vendendi res spirituales, seu spiritualibus annexas, secundùm gloss. receptam *in præsenti rub.* S. Thom. 2. 2. *qu. 100. art. 1.* Sot. *de iustit. lib. 9. q. 5. art. 1.* Nau. *in man. c. 23. num. 100.* Viger. *de iustit. c. 5. §. 6.* Clar. *verbo simonia num. 5.* Cuttel. *de primog. lib. 3. cap. 8. num. 6.* Lambert. *de inrepatron. lib. 2. partis 1. art. 3. qu. 9. num. 11.* & alij citati à Menoch. *de arbitr. casu 402.* Soar. *de Relig. tom. 2. lib. 4. de simon. cap. 36.* Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 1. quæst. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 33. num. 100.* Bonacin. *variar. tract. q. 1. de simonia prop. 1. num. 2.* Pro qua definitione videtur text. *in d. cap. qui studet*, & auctoritas August. *in lib. de hæresib. in præfat. tom. 6. & in Euang. Ioan. tract. 10. cap. 2. num. 9. & homil. 23. cap. 10. tom. 10.* quibus locis in sola emendi, aut vendendi voluntate simoniæ vitium videtur constituere. Loco generis, ponitur *voluntas*, in qua veluti in subiecto versatur, quemadmodum enim virtutes morales, quæ ordinant humanas actiones ad alterum, pro subiecto habent voluntatem, vt docet S. Thom. & Caiet. 1. 2. *quæst. 20. art. 4.* sic vitia his virtutibus contraria, inter quæ simonia numeratur, quod Theologi *citatis locis* docent: & illud adiuuat nec virtutis meritum nec peccati culpam fine voluntate contrahi. *cap. cum voluntate, de sent. excomm.* S. Thom. 1. 2. *q. 71. art. vlt.* Couarr. *in Clem. si furiosus p. 2. in princ.* Ponitur, *studiosa*, id est, deliberata, quia sine deliberatione simonia non fit. Additur, *emendi, vel vendendi spiritualia, vel annexa*, quia hoc est obiectum simoniæ, & his differentiis ab aliis vitiis distinguitur. Verbum autem *emendi* non solùm spirituale venditionis contractum significat, quo res pro pretio certo in pecunia numerata datur, sed certum contractum non gratuitum, provt accipitur *in l. statuliber. ff. de statuliber. & in l. sicut §. venditiones ff. quibus modis pign.* Tiraquell. *de retract. lig. lib. 1. §. 1. gloss. 2. in princ.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vendit. p. 2. cap. 1. n. 10.* Ac proinde verba illa, *emendi aut vendendi*, non adhibentur solùm ad significandum contractum emptionis, aut venditionis, ac si peccatum simoniæ solo contractu emptionis, & venditionis committatur, verum etiam adhiberi ad significandos cæteros contractus oneroſos, qui non gratis, nec liberaliter fiunt, sed æquiualent emptioni, & venditioni, pacto, transactioni, permutationi, &c. ita Azor. *d. lib. 12. cap. 1. quæs. Valent. tom. 1. disp. 6. q. 16. puncto 1. vers. sequitur altera*, Valer. Reginald. *d. lib. 33. n. 100.*

Simoniæ tres sunt species, seu gradus, mentalis scilicet, conuentionalis, & realis: mentalis, quæ sola voluntate committitur, nec in actum prodit exteriorem, quo animus deprauatus probetur, de qua *in cap. vas in 2. p. & in cap. vlt. hoc tit.* Conuentionalis, quæ in pactum à partibus deducitur, traditio tamen nulla fit, de qua *in d. cap. tua. in princ. & in cap. cùm essent, hoc eod. tit.* Realis est, quæ rei traditione consummatur, de qua agitur *1. q. 5. & toto hoc tit.* Colligitur hæc trimembris diuisio ex *Extrauag 2. de simon. inter com.* tradunt Felin. *in hac rubr.* Paul. *de irregul. & dispens. p. 6. tit. de simon. num. 7.* Nau. *vbi sup. num. 102.* & perfectior est quàm illa, quam in mentalem, & conuentionalem tantùm faciunt Theologi. Habet autem hoc vitium suam difformitatem ex tribus potissimum rationibus. Prima est ex parte vendentis, qui vt rem possit vendere, seu quouis

quouis titulo in aliquem transferre, oportet vt dominus sit, vel à Domino sufficiens mandatum habeat. *l. tradito 20. ff. de acquir. rerum dom. l. si filius 14. de donat.* Cùm autem Ecclesiarum Prælati dispensatores sint spiritualium, non domini, vt ait Paul. 1. *ad Corinth. 4. & 2. c. 6.* Bernard. *ad Eugen. lib. 3. cap. 4. cap. expedit 12. q. 1.* mandatum autem à Christo Domino non habeant nisi vt gratis dispensetur, *Matt. cap. 10.* necessario sequitur graue peccatum committere eos, qui gratis non dispensant. Secunda deformitatis ratio prouenit ex comparatione rei ad pretium, habet enim illud venditio, & omnis non gratuitus contractus vt pretium rei, & res data acceptæ respondeat, & ideo multo iniustior erit contractus si res aliqua pretio detur, quæ nullam omnino habeat ad pretium comparationem, & hoc est quod Iurecons. significat *in l. si emptione. § omnium ff. de contrah. empt.* & ratio text. *in § vlt Instit. eod.* Porrò res spirituales supernaturales omne temporale præmium superant, iuxta illud prouerb. 3. *pretiosior est cunctis opibus.* Tertia deformitatis ratio deducitur ex natura contractus, & rerum spiritualium, etenim venditio, & omnis contractus non gratuitus natura sua habet, vt pretium vel aliquid loco pretij intercedat, aliàs liberalis erit donatio ex *l. 1. de donat.* natura verò rerum spiritualium supernaturalium est vt gratiosa sint, & gratis dentur, iuxta præceptum Domini, de quo *sup.* Quibus quarta ratio adiungi potest, nempe irreuerentia, quæ his rebus fit, dum temporalibus comparantur, quapropter & iure naturali, & supernaturali prohibetur simonia, Pontificio, ac ciuili, & aliquando hæresis appellatur, interdum aliis prauis nominibus, de quibus *in cap. Presbyter, & in cap. quisquis, & in cap. reperiuntur 1. q. 1. & in c. 1. 1. q. 3. & in cap. tanta, hoc tit.*

SVMMARIVM.

1. *Episcopus pro Ordine ab eo conferendo, vel ministri, aut Notarij nihil temporale exigere debent.*
2. *Ordinis cuiuslibet collatio gratis est facienda.*
3. *Notarij an aliquid pro singulis dimissoriis, aut testimonialibus possint recipere, ostenditur.*
4. *Examinator committit simoniam si pro danda approbatione pretium recipiat.*
5. *Examinatores occasione examinis aliquid recipientes puniuntur arbitrio Ordinarij.*

CAP. In ordinando. I. *Greg.*

1 EPiscopus, vel minister, aut Notarius nihil accipere possunt pro ordinatione, vel vsu pallij, vel chartis, vel pastellis, sicut etiam qui ordinatur nihil pro his dare debet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Hostien. Butr. Mar. Socin. Panormit. Felin. Cened. *collect.* 177. Vivian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 22. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 617. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5 tit. 2. c. 1.*

2 Collige ex text. cuiuslibet Ordinis collationem gratis esse faciendam, concordat Concil. Trident. *sess. 21. de reform. c. 1.* vbi strictissimè prohibetur Episcopis, & aliis Ordinum collatoribus, eorúmque ministris ne pro collatione quorumcunque Ordinum etiam clericalis tonsuræ, aut pro litteris dimissoriis, testimonialibus, sigillo, aut alia quacunque de causa, etiam sponte oblatum aliquid quouis prætextu accipiant; pro cuius decreti declaratione vide Navarr. *in manual. cap. 22. num. 18.* Campan. *in directorio iuris Canon. rubr. 11. cap. 17. per totam,* & præcipuè *num. 43.* Armend. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ fol. 56. n. 3. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. cap. 14 num. 197. in fin.* vbi *num. 201.* meminisse refert nunquam censeri donatum liberaliter, non item in pretium quod immediatè datur pro ordinatione, siue ante, siue post eam detur, & siue Episcopus fuerit alioquin gratis collaturus Ordinem, siue non & siue accipiens sit ipse Episcopus collator, siue alius, & siue dans sit is, qui ordinatur, siue alius; qua tamen in re ignorantia probabilis excusat à peccato, & à pœna illud sequente, adeò, vt is non suspendatur ab Ordine, pro cuius ordinatione data est pecunia ipso inscio, vel ipso conscio quidem, sed penitus contradicente, nisi postea certior redditus de facto ratificet. Vide Bonacin. *in tract de simon. q. 4 § 3. n. 3.* vbi refert S. Congregationem declarasse per Concil. *citato loco* abrogatam fuisse consuetudinem percipiendi ab Ordinatis forcipes, pectines, & mappas, præter faculas.

Vel Notarius in ordinat. &c.] Circa Notarios ita dis- 3
ponit Concil. Trident. *in d. cap. 1. Notarij verò in iis tantùm locis in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi pro singulis litteris dimissoriis, aut testimonialibus, decimam tantùm vnius aurì partem accipere possint; dummodo eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo, nec Episcopo ex Notarij commodis aliquod emolumentum ex eisdem ordinum collationibus directè, vel indirectè prouenire possit: tunc enim gratis operam suam eos præstare omnino decernit,* &c. pro cuius decreti declaratione, vide Zerol. *in praxi Episcopal. part. 1. verbo dimissoriæ § 7. vers. quarto* Valer. Reginald. *d. lib. 23. n. 197. & 200.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 12. c. 5. q. 1.* Soar. *de Relig. tom. 1. tractat de simon. lib. 4. cap. 53. n. 6. cum seqq.* Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 35. dub. 10.* Bonacin. *d. § 3. num. 4.* Cened. *ad Decretal. collect. 177. num. 1.* vbi dubius resoluit quòd post confecta instrumenta, & tradita partibus, possunt Notarij quod ab ordinatis sponte offertur, recipere, de quo vide Marien *in dialogo relatoris, part. 3. c. 25. num. 5.* Perez *l. 1. gloss. 1. post medium tit. 9. lib. 2. Ordin.* Peccabit autem Notarius, accipiendo si aliunde salarium habeat pro munere & officio exercendo, & reus erit simoniæ, quia hoc ei vetitum est intuitu Religionis, & ad præcauendum simoniæ periculum, vt per Sot. *de iustit. lib. 9. q. 6. art. 1.* Soar. *d. cap. 53. n. 8.* Filliuc. *tract 45. cap. 12 quæst. 5. num. 9.* non tamen videtur reus excommunicationis aliquid accipiendo pro dimissoriis, vel sigillo contra prohibitionem Concilij Trident. vt cum Lessio, Soar. & Filliuc. resoluit Bonacin. *d. n. 4.*

In glos. *Minister.* Notatur ad hoc quòd examina- 4
tor committit simoniam si pro danda approbatione pretium accipiat, vt per Soar. *d. lib. 4. cap. 22. num. 17.* Non debere enim examinatores occasione examinis aliquid recipere, alioquin puniendos arbitrio Ordinarij, censuit S. Congregat. apud Nicol. Garc. *de benefic. part. 8. c. 1. n. 77. vers septimo,* & de eis vide latè Bonacin. *de simon q. 7. puncto 2. differt. 1, ex n. 5.*

CAP. Qui alium. II. *Ex Conc. Magunt.*

REctorem ab Ecclesia eliciens mediante pecunia, & 1
deinde illam Ecclesiam sibi accipiens, est ea deponendus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabar. Bellam. Ioan. And. Anan. Anch. Host. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Vivian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 23.* Alagona *in compend. iuris Canon. p. 617.* remissiuè Ximen *in concord. p. 2.* desumitur ex Conc. Magunt. sub Rabano Archiepiscopo *c. 12.* refertur à Burch. *lib. 3. Decretorum. 110.* & Iuon. *p. 3. cap. 86.* & ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. c. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Catholicus quilibet admittitur ad accusandum de crimine simoniæ.*
2 *Simonia est difficilis probationis.*
3 *Laicus testis contra clericum admittitur in crimine simoniæ.*
4 *Fœmina contra clericum in crimine simoniæ testis esse potest.*

Cap. Si Dominus. III. *Deodat.*

1 QVilibet Catholicus potest accusare de crimine simoniæ. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Hostiens. Mar. Socin. Felin Panorm. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 24.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag 617.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 3.*

2 Simonia cùm sit difficilis probationis, Menoc. *in arbitr. casu 116. num. 12. & consil. 67. n. 7.* me citato *in hoc loco* Tamburin. *de iure Albatum cæterorumque Prælatorum tam Regularium, quàm secularium Episcopis inferiorum, tom. 1. disp. 20. q. 5 n 12.* ad illius probationem quilibet Catholicus admittitur, licèt sit laicus contra clericum vt docet Mascard. *de probat. conclus. 962. n. 11.* & fœmina, vt per Duen. *reg. 315. limit. 3.* Martin.
3 4 Delri. *disquisitionum magicarum lib. 5. q. 12. p. mihi 452.* & admittuntur etiam coniecturæ, & præsumptiones iuxta opinionem Butrij *in c. sicut, hoc tit.* vbi Abb. *n. 3,* Aym. *cons. 222. num. 7.* Clar. *§. simonia num. 11.* Flamin Paris. *de resignat. l b. 14. q. 8.* Seraphin. *decis. 1029. n. 2.* Caualer. *decis. 352. n. 3.* Rot. *in Balneoregien. simoniæ 17. Maij 1624.* coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano; huiusmodi tamen coniecturæ, & præsumptiones debent concludenter probari, & esse adeò vrgentes quòd reum de crimine conuingant, vt dixi *in cap. sicut 23. infr. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Accusatus de simonia pendente accusatione prohibetur ab administratione Diuinorum, &c. & n. 2.*

Cap. Accusatum. IV.

1 ACcusatus de simonia suspenditur ne celebret solemnia Missarum, donec veritas cognoscatur, Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innocent. Collect Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anani, Hostiens. Anchar Butr. Henric. Mar. Socin. Panormit. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 24.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 617.* remissiuè Ximen. *in concord. pag. 2.* refertur ad Anton. Augustt. *collect 4. Decretal. lib. 5. tit. 2. c. 4.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali §. 10. 38.* Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscop. Neapolit. c. 27. n. 20.* & ita videtur lite pendente priuari quasi possessione officij, quando scilicet accusatus erat infamatus de simonia, vt intelligit Corset. *in singul. appellation. 1. in fine.* Et idem esse dicendum de accusato, seu infamato de aliis delictis pendente infamia, seu accusatione, post Hostiens. *hic num. 2.* tenet Bellet. *d. num. 38.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinato per simoniam prohibetur Missarum solemnia celebrare.*
2 *Simonia dicitur hæresis saltem largo modo.*
3 *Crimen simoniæ committens eo ipso, quod impretiabile licetur, verisimile est eum malè sentire de sanctitate Ecclesiæ.*

Cap. Quoties V.

ORdinans per simoniam prohibetur Missarum solemnia celebrare, Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panormit. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 24.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 617.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Augustt. *col. lect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. c 6.*

Per simoniacam hæresim.] Ergo simonia dicitur hæresis saltem largo modo, de quo vide Caraf. *de simonia 2 n. 4.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 6. num. 30. & præsumpt. 8. n. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 1305. n. vlt.* Henriq. *in summ. lib. 14. cap. 6. num. 7. litt. K.* Iacob. *in tract. de Concil. lib. 4. cap. 4. n. 74. vers. ex præmissis,* Campan. *in diuersor iuris Canon. rubr. 11. c. 27. num. 1.* Flamin. *de consid quæst. 8. num. 22.* Soar. *de Relig. tom. 1. tract. de simon. lib. 4. c. 1. num. 5.* Marta *de iurisdict. part. 2. cap. 37. num. 15.* Emman. de Valle *de ensalmis, & incantat. sect. 3. cap. 22. vbi* asserit quòd ille qui committit crimen simoniæ, eo ipso quòd im- 3 pretiabile licetur, verisimile est eum malè sentire de sanctitate Ecclesiæ, quasi credat eam velle spiritualia licere, vel spirituale non esse impretiabile, additque sacrum tribunale Inquisitionis non se intromittere de hoc obiectiuè grauissimo delicto. Vbert. *simonia,* tenet quòd dicitur hæresis propter immanitatem criminis, & quod est maximum peccatorum, & Lorin. *Act. 6. vers. 18. §. simonia,* dicit quòd grauius simoniæ tanta est, vt illa tolerabilior sit hæresis Macedonij, & earum, qui errarunt contra ipsum Spiritum sanctum.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus est deponendus.*
2 *Simonia vocatur pestis, quia ratione auaritiæ, & ambitionis vt cancer serpit.*
3 *Simonia magnitudine sua omnes alios morbos, omniaque alia crimina vincit.*
4 *Simoniaci dicuntur detestabiliores omni peccatore.*

Cap. Sicut. VI. *Luc.*

SImonia magnitudine vincit alios morbos, ideo quàdo constat per aliquam personam dignam, statim est simoniacus deponendus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. And. Anania, Host. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 24.* Alagona *in compendio iuris Canon. 618.* remissiuè Xim. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 6.*

Simoniaca pestis] Vitium hoc ratione auaritiæ, & 2 ambitionis, quæ cum illo coniunguntur, nimium diffunditur, & vt cancer serpit,; & ideo vocari solet simoniaca pestis, vt per Gambar. *in Extrauag. Iuly II.* *de simon elect. Papæ n. 50.* Flamin. *de confident. quæst. 8. num. 21.*

*num.*21. Soar.*de Relig.tom.*1. *tract.de simonia lib.*4. *c.*3. *num.*3. & quòd magnitudine sua omnes alios morbos, omniáque crimina vincat, asserit Valer. Reginald. *in praxi fori pœniten. lib.*23. *n.*161. *vers. certe*, & quod sit cæteris grauius dicunt Anton. Rosel. *in cap. quidam Episcopus n.*1.2. *quæst.*1. Gasp. de Perus. *de reseruat. benefic. n.*28. Et ideo simoniacos dici detestabiliores omni peccatore, referunt Redoan. *de simon. part.*4. *cap.*12.*num.*14. Flamin. *d q.*8.*num.*27.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacum accusare potest seruus, meretrix & criminosus.*
2 *Simoniacus in ordine dato pro collatione pretio, talis quantumuis occultus suspenditur ab Ordine.*
3 *Simoniacus tam occultus, quàm publicus est ipso iure suspensus.*
4 *Iura propter criminis atrocitatem transgrediuntur.*
5 *Fœmina in simonia testis esse potest.*
6 *Laicus in crimine simoniæ accusare potest.*

Cap. Tanta. VII. *Deodat.*

1 SErvus, meretrix, & quilibet criminosus potest accusare simoniacum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Marc. Socin. Panorm. Felin. Ximen. Toletan. *in concordantiis vtriusque iuris cum legibus Castellæ p.*1. & 2. Viuian. *in rationali lib.*5. *iuris Pontif. pag.*25. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*617. refertur ab Anton. August. *collect.*1. *Decretal. lib.*5. *tit.*2. *cap.*7.

2 Probat hic text. quòd quando quis suscipit Ordinem simoniacè, dato pro collatione pretio; talis quantumuis occultus, suspenditur ab Ordine, id est, sacros Ordines siue suscipere, siue susceptos exercere prohibetur, vt per Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib.*23. *n*172. nam simoniacus tam occultus, quàm 3 publicus, est ipso iure suspensus, Couar. *Clem. si furiosus part.*1. §.1. *n.*7. Sayr. *de censur. lib.*7. *cap.*12. *n.*19. Aldret. *de relig. disciplina tuenda lib.*2. *c.*16. *n.*44.

4 *Serui.*] Et sic propter criminis attrocitatem iura transgrediuntur, vt per Tiraquel. *de pœnis temper. c.*49. *n.*20. vbi *num.*23. hunc text. citat. fœminæ enim in 5 crimine simoniæ testes esse possunt, vt per Duen. *regul.*315, *limit.*3. Martin. Delr. *disquisit. magic. lib.*5. *q.*12. *p.*451. Baiar. *ad Clar. quæst.*24. *n.*11. item laicus in testi- 6 monium admittitur contra Clericum in simonia, vt per Mascard. *de probat. concl.*962. *n.*11. & potest accusare Clericum Baiard. *ad Clar.* §. *fin q.*14. *n.*41.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Simonia est pro ingressu monasterij pecuniam accipere.*
3 *Spe lucri licitum non est ad spiritualia inuitare.*
4 *Simonia, & vsura in quo differant ostenditur.*
5 *Pretij exactio pro sepulturis prohibetur, non obstante contraria consuetudine.*
6 *Temporis diuturnitas quando peccatũ augeat, ostenditur.*
7 *Chrisma, & alia sacra Olea absque alio interesse, quamuis liberè oblato debent dari à Parochis.*

Cap. Non satis VIII. *Alex. III.*

1 SImonia est petere pecuniam pro ingressu Religionis, vel vendere Prioratum, aut capellam monachorum, seu clericorum, aut pro regimine ipsorum committendo, & tam dans, quàm recipiens & consentiens est simoniacus, item pro sepultura, pro Chrismate, pro oleo sancto, nec excusat consuetudo contraria. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Mar. Socin. Cened. *collect.*16. Panorm. Felin. Viuian. *in ration. lib* 5. *iuris Pontif. pag.*25. Alagona *in compend. iuris canon. p.*618. remissiue Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. habetur integrum Decretum post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *part.*2. *cap.*10. & refertur ab Anton. August. *collect.*1. *Decretal. lib.*5. *tit.*2. *cap.*2.

2 Colligo ex text. simoniacum esse pro ingressu monasterij pecuniam recipere, vt docent Humada *l.*22. *gloss.*3. *tit.*7. *part.*1. Nauar. *in tract. de redditibus Eccles. monitu* 62. Spin. *in spec. test. gl.*7. *princ. n.*30. *cum seqq.* Gutier. *Canon. lib.*1. *cap.*32. *num.*22. Azor. *instit. moral. part.*1. *lib.*13. *cap* 9. & *part.*3. *lib.*12. *c.*16. *q.*1. *vers. obiicies ibidem.* Cened. *ad Decretal. collect.*16. *num.*1. Petr. Bollo *in œconom. Canon. classf.*3. *c.*4. §.14. *in princ. pag.*473. & §.15. *p.*482. Tusch. *sing.*32. *lit. C.* & *de visitat. lib.*2. *c.*18. *num.*23. Franc. Viuian. *commun. opin.*724. *n.*9. Viuald. *in candel. aureo tit. de suspens. num.*45. Bonacin. *de simon. q.*4. §.8. Zerol. *in praxi Episcop. part.*1. *verbo moniales.* Surd. *de alim. tit.*9 *q.*27. *n.*2. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.*2 *q.*48. *art.*1. secus resoluentes si recipiatur pro sustentatione, & alimentis rationalis. Non est enim licitum spe lucri ad spiritualia inuitare, vt tenent multi, quos refert Sanchez *de matrimon. lib.*1. *disp.*49. *num.*1. vbi *num.*4. probabilius existimat licitum esse offerre munera ea lege, & pacto, vt is, cui offeruntur, efficiat aliqua opera spiritualia, & *n.*7. dicit hunc text. non obstare cùm in eo tantùm decidatur nihil conferendum esse Religiosis, vt aliquem ad religionem accipiant.

Tam ille, qui dederit, quàm ille, qui receperit, &c.] 3 Quamuis per vsuram & simoniam offendatur septimum præceptum de non furando, nihilominus tamen vsura, & simonia in eo maximè differunt, quia in illa solùm peccat recipiens, non verò soluens, per ea quæ D. Thom. 2. 2. *q.*78. *art.*4. Sot. *lib.*6. *de iustit. q.*1. *art.*5. Nauar. *in man. cap.*14. *num.*31. & *cap.*17. *n*262. Couar. *in cap. quamuis part.*1. §.1. *num.*10. in hac verò tam dans, quàm recipiens, vt probat text. *in præsenti*, Ratio differentiæ est, quia vsura est prohibita in bonum proximi, ad præcauendam scilicet iniustitiam ne pretium pro eo quòd non est vendibile, recipiatur, & ita iniustitia solùm viget ex parte recipientis, non autem ex parte dantis: at verò in simonia ex vtraque parte peccatur contra Dei iustitiam, quippe omnibus prohibuit, ne aliter quàm gratis spiritualia reciperent, & pro illis non darent temporalia, quam rationem explicat Sot. *lib.*9. *de iustit. q.*8. *art.*1. *col.*3.

Pro sepultura.] Notatur ad hoc quòd prenij exactio 4 pro sepulturis prohibetur; non obstante contraria consuetudine, quod non procedit si ipse inducatur cum principis licentia, vt docet Fr. Emman. *quæst. regul. tom.*3. *q.*58. *art.*2. de quo plures Doctores citaui ad *cap. abolendæ, de sepult.*

Quia diuturnitas temporis, &c.] Hoc intelligitur 5 quoad Deum, & in foro animæ, tunc enim diuturnitas temporis auget peccatum, vt habetur *in cap. vlt. in princip. de consuetud.* respectu autem pœnæ ciuilis, & criminalis imponendæ, quando delictum est antiquum, scilicet commissum iam vltra decem annos, eo casu non debet puniri pœna ordinaria, sed mitiori, *l. si diutino ff. de pœnis*, de quo vide Couar. *var. lib.*2. *cap.*9. *num.*2. *vers. primum posse*, Clar. §. *fin. quæst.*60. *num* 32. Tiraq. *de pœnis temp. causa* 29. Perez *in rub. tit.*1 *col.*1. *vers.*

vers. cùm item quando post commissum delictum, lib. 4. Ordin. Cened. *d. collect. 16. num. 4.*

6 *Chrismatis, & olei receptione, &c.*] Aduertendum nihil pro Chrismate, & aliis oleis sactis recipi posse à parochis quamuis libere oblatum, quare eorum, qui præpositi sunt ad distributionem, consuetudo est tollenda qui nolunt ea dare, nisi oua, aut aliquid aliud ipsis tribuatur, vt aduertit Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 9. num. 13.* quem refert Vgolin. *de potest. Episc cap. 4. §. 3. n. 2.* & illo citato ego ipse *eod. tractat. par. 2. alleg. 31. num. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium text. refertur.*
2 *Sacramenta gratis conferenda, quia pro eis conferendis, non licet aliquid exigere.*
3 *Sacramenta conferre nolenti, nisi dato aliquo temporali, an illud in extrema necessitate, vel ad redimendam iniustam vexationem dari liceat, ostenditur.*
4 *Pecunia pro matrimonio dari potest.*

Cap. Cùm in Ecclesiæ. IX.

Ex Conc. Lateran.

SImoniacum est pretium exigere pro introducendis personis in sedem Ecclesiasticam, instituendis Sacerdotibus, sepeliendis mortuis, benedicendis nuptiis, vel pro Sacramentis conferendis, vel collatis, Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 25.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 618.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 8.* & desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alex. III. *cap. 7.*

Seu aliis Sacramentis conferendis.] Notatur ad hoc,
2 quòd non licet aliquid exigere pro sacramentis conferendis, vt docent Soar. *de Relig. tom. 1. tract. de simon. lib. 4. c. 10. num. 5. & cap. 11. n. 3. & cap. 14. num. 2. & cap. 47. num. 5.* citati à Cened. *ad Decretal. collect. 16. num. 3.* Aldret. *de religiosa discip. tuend. lib. 2. c. 14. §. 5. num. 47.* Redoan. *de simon. p. 3. c. 17. num. 18. & seq.* Filliuc. *tom. 1. tract. 45. c. 3. quæst. 9. num. 19.* Bonacin. *de simon. quæst. 4. §. 2. à princ.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 12. c. 3. quæst. 1.* vbi etiam tenet non posse operam, & laborem in Sacramentis conferendis pretio emi, vel vendi, latè & elegantèr Illustr.ssimus D. Rodericus à Cunha *in comment. ad c. 3. art. 24. ex numero 5.* In
3 extrema tamen necessitate dare pecuniam iniquo ministro Sacramenti petenti illam, & nolenti aliter Sacramentum ministrare, non semper est emptio Sacramenti, sed potest intentione dantis, habentisque ad hoc ius ex necessitate vrgente si parari, vt per Fr. Emman. *tom. 2. sum. c. 58. numero 7.* Gutier. *Canon. lib. 1. c. 29. num. 18.* Soar. *d. lib. 4. c. 12. num. 13.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 3. quæst. 14. num. 4.* Azor. *d. quæst. 3.* Iumo & aliquando ad redimendam iniustam vexationem poterit licitè dari temporale ministro aliter nolenti Sacramenta conferre, iuxta tradita per Sot. *de iustit. lib. 9. quæst. 6. art. 1.* Redoan. *de simon. part. 1. c. 6. num. 8. & part. 3. c. 4. numero 16.* Soar. *d. c. 12. à num. 2.*

4 In glos. *Benedictionibus 2.* ibi, *licèt pro matrimonio aliquid dare, vel recipere non est peccatum.* Collige ex gloss. pro matrimonio posse pecuniam dari, idem affirmant *glos. 1. in c. honorantur 32. quæst. 2.* Præp. *in c. 3. de condit. appos.* sed dubium facit, quia constat pro conferendis Sacramentis non posse aliquid exigi, sed matrimonium est nouæ Legis Sacramentum gratiam conferens, vt de Fide definitum est in Conc. Trident. *sess. 24. de reform. matrim. can. 11.* vbi plures citaui DD. *in Remission.* quibus adde Basil. Pont. *in suo nouissimo tract. de Sacram. matrimonij lib. 1. c. 5. n. 5.* ergo pro eo pecunia peti non potest: augeretur difficultas ex *l. 2. ff. de donat. inter virum*, vbi dicitur matrimonia non debere esse venialia. Quare respondendum est in matrimonio interuenire pecuniam non ratione contractus humani, vt vulgariter dici solet, contractus enim matrimonialis inter Christianos non est separabilis à Sacramento, & per consequens velut quid annexum spiritualibus non est pecunia æstimabile, sed quia matrimonium est etiam in officium naturæ ad mutuum obsequium, & cohabitationem, ad prolis susceptionem, & educationem, atque ideo non conuenit, vt in hunc finem pecunia petatur ad hæc onera supportanda, quo modo rem explicat S. Thom. receptus *2. 2. quæst. 100. art. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiæ pro consecratione nihil potest exigi nisi procuratio.*
2 *Simonia committitur si pecunia tradatur pro actione consecrandi.*
3 *Episcopus accedens ad consecrandam Ecclesiam consequitur alimenta, etiamsi Ecclesia sit Episcopatui vicina.*

Cap. Cùm sit X.

PRo Ecclesiarum consecratione nihil est præter procurationem exigendum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag. 26.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 618.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 9.* & est post Concil. Lateranen. *p. 2. cap. 4.*

Nihil pro Ecclesiarum consecratione, &c.] Notatur ad 1
hoc quòd simonia committitur si pecunia tradatur pro actione conferendi, Calices scilicet, templum, Altaria, Chrisma, agnos Dei, benedicendi corporalia, aquam, vestimenta, incensum, cereum Paschalem, & similia, nec non faciendi alias Ordinum functiones, vt per Sot. *de iustit. lib. 9. quæst. 6. art. 2.* Soar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon. cap. 13. n. 3.* Filliuc. *tract. 45. c. 4. quæst. 1. n. 2.* Bonacin. *de simonia q. 4. §. 4. à princ.*

Præter procurationem.] Notatur ad hoc quòd Epis- 3
copus accedens ad consecrandam Ecclesiam consequitur alimenta ab Ecclesia, etiamsi Ecclesia sit vicina Episcopatui, vt per Surd. *de alim. tit. 1. quæst. 64. n. 3.* vbi *n. 4.* hoc intelligit quando Ecclesia habet vnde soluat, aliàs consecrat eam Episcopus proprio sumptu.

SVMMARIVM.

1 *Conniclus de simonia, vel infamatus, qui se purgare non potest, deponendus est.*
2 *Beneficium promittere non licet pro suffragio, seu voce electionis.*
3 *Simoniaca est electio, si pro suffragio beneficium promittatur.*
4 *Simonia probatur ex partis confessione.*

5 *Simonia*

5 *Simoniacus est promittens aliquid pro obtinendo Episcopatum,vel Abbatiam, aut nominationem à Rege.*
6 *Commutationes facere in prouisionibus beneficiorum est simonia contra ius positiuum.*
7 *Confessus de crimine extra iudicium non punitur, nisi confessus fuerit geminatè.*
8 *Mitius est agendum cum sponte confessis, quàm cum convictis.*

Cap. De hoc. XI.

1 Simonia quando est manifesta, siue notoria, aut simoniaci confessi in iure,vel legitimè confessi sunt, perpetuò ab Altaris ministerio deponi debent, aliàs secus. Si tamen publica fama laborant, eis Canonica purgatio indici debet, in qua si deficiunt, vt rei puniendi sunt, & seculares, qui aliquid receperunt, integrè Ecclesiæ restituere debent. Colligunt ex Ordinar. Abb.antiq. Innoc.Collect.Zabarell.Bellam.Ioan. Andr. Anania,Host. Anch. Butr.Mar.Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib.5. iuris Pontif. pag.27.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.618.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Augst. *collect.1. Decretal. lib.5. tit.... cap.10.*& est post Concil. Lateranen. *p.2. cap.13.*

2 *Vtrorque consentiret eidem.*] Notatur ad hoc quòd non licet promittere beneficium pro suffragio,seu voce electionis, vt per Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit. lib 23. num.244.vers.2.* Soar. *de Relig. tom.1. lib.4. simon. cap.39. n.14.* Simoniaca enim est electio si pro
3 suffragio, siue, vt dicunt, pro voce electoris beneficium promittatur, ita Azor. *instit. moral. p.3. lib.12. c.7.quæst.1. vers. & itidem,* vbi etiam cum Abb. *in præsenti* resoluit Principes, & alios quoslibet seculares recipientes pecuniam vt tanquam patroni in electione consentiant, siue vt eam ratam habeant, simoniacos proculdubio esse,& restituere debere accepta Ecclesiæ, in qua est beneficium, quamuis non sit ex illius Ecclesiæ bonis beneficium constitutum.

4 *Quod si manifestum,* &c.] Notatur ad hoc quod ex partis confessione probatur simonia, vt per Flamin. Paris. *de resignat.benefic.lib.14.q.9.num.4.cum seqq.*

5 *Tanquam auctores tantis celeris.*] Ergo promittens aliquid pro obtinendo Episcopatum,aut Abbatiam,vel nominationem à Rege, est simoniacus, vt per Rebuff. *de pacificis possess. num.199.*

6 *Præstarent.*] Notatur ad hoc quòd commutationes facere in prouisionibus beneficiorum est simonia contra ius positiuum, vt per Soar. *de Relig. tom.1.lib.4. de simonia cap.31.num.14.& cap.60. num.5.*

7 In glos. *Confessi fuerint in iure,* in princ. Notatur ad hoc quòd confessus de crimine extra iudicium non punitur, vt per Bernard. *reg.125.* si tamen confessus fuerit geminatè extraiudicialiter plenè probat delictum, Farin. *in praxi crimin. q.82.num.13.*

8 Notatur etiam ad hoc quod mitius est agendum cum sponte confessis, quàm cum conuictis, vt per citatos ad *cap. vlt. num. vlt. de furtis,* Tiraquel. *de pœnis temper. causa 30. n.1.* Illustriss.D.Roderic. à Cunha *in comment. ad cap.3.n.1. dist.50.* vbi *n.2.* ex hac glos. pariter colligit confitentem metu probationis pro conuicto esse habendum, sed ab eo differre quoad pœnæ impositionem, & allegat Abb. *hic n.8.* dicentem hanc glos. singularem, & *in cap. at si clerici n.8. in princ. de iudic.* & Tiraquel. *de causa 30.n.9.*

SVMMARIVM.

1 *Simoniacum est pro temporali obsequio beneficium Ecclesiasticum promittere.*
2 *Militia nobilitat.*
3 *Simonia committitur si quis habeat ius patronatus litigiosum, & cum causidico paciscatur se nominaturum ipsum, si causam sedulò, ac diligenter ageret.*
4 *Simonia est seruire alicui Prælato principaliter spe consequendi ab eo beneficium Ecclesiasticum secus si minus principaliter.*

Cap. Cùm essem. XII.

PRomissio sola rei spiritualis, v. g. Ecclesiæ dandæ si tale obsequium præstet,facit simoniam, & illud præstans non consequitur Ecclesiam. Colligunt ex Ordinar. Abb.antiq. Innoc. Collect.Zabarell.Bellam. Ioan. Andr. Anania, Host. Anchar.Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib.5. iuris Pontif. p.27.* Alagona *in compend.iuris Canon. pag 619.* remissiuè Ximen. *in concord.p.1.& 2.* refertur ab Anton.Aug. *collect.1. Decretal. lib.5.tit.2.cap.11.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *part.2. cap.14.* 1

Miles.] Ergo militia nobilitat, de quo vide Tiraq. *de nobilit. cap.8. num.2. cum seqq.* Gutierr. *pract. lib.3. q.17.num.247.* 2

Promisit ei dare Ecclesiam, &c.] Notatur ad hoc quòd simonia committitur si quis habeat iuspatronatus litigiosum, & cum causidico paciscatur se nominaturum ipsum si causam sedulò, ac diligenter ageret, vt per Valer.Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.23.n.267. vers. committo.* 3

In glos. *Promiserat.* Celebris est glos. ad denotandum simoniam esse seruire alicui Prælato principaliter spe consequendi ab eo beneficium Ecclesiasticum, secus si minus principaliter, de quo vide Rebuff. *in praxi benefic. tit. quot modis beneficia acquirantur, n.5.* Fr. Emman. *in sum. tom.2. cap.59.num.9 & 10.* Couarr. *var. lib.1 cap.20. n.3. vers secundo.* Nauar. *in man. c.13. sub num.100. vers. quinto; & in cap. inter verba 11. q.3. corol.2. num 24. & cons.9. num.4. sub hoc tit. in antiq.& tract. de fimibus human. actuum num.39.* Card. Tolet. *in instruct. Sacerd. lib.5. cap.90. n.4.* Zerol. *in praxi Episcop.p.1. verbo simonia §.11.* Sayr. *in claui Regia lib 10. tract 5.c.7.num.9.* Soar. *de Relig. tom.1. tract de simonia lib.4. cap.39. n.5 & 8.* Valer. Reginald. *d. lib.23. n.138.* Azor. *instit moral.p.3.lib.12.cap.11. q.2.* Flamin. Paris. *de confident.q.1.n.38.* 4

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus notorius in beneficio, aut infamatus, qui se purgare non potest, ab illo deponitur.*
2 *Simoniacus an priuetur, ipso iure, seu per sententiam remissiuè.*
3 *Deficiens in purgatione, aut eam sibi in iure indictam subire recusans, præsumptione admodum vrgenti conuincitur.*
4 *Præsumptiones, & coniectura in simonia debent esse euidentes.*

Cap. Insinuatum. XIII.

BEneficium simoniacè adipiscens, si hoc est publicum, & notorium, beneficio ab Episcopo priuandus est: si non est publicum, & notorium,sed tantùm publica laborat infamia, purgatio illi indici debet cum quinta, vel sexta manu sui Ordinis,& si in ea deficit, perpetuo priuatur beneficio. Colligunt ex Ordinar. Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Butr. Mar. Socin. Felin. Panorm. Hostiens. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris* 1

Pontif.

*Pontif. pag.*28. Alagona *in compendio iuris Canonici, p.*619. remissiuè Ximen. *in concord. p.*2. refertur ab Anton. Augustin. *collect.*1. *Decretal. lib.*5. *tit.*2. *cap.*2. & est post Concil. Lateranen. *p.*2. *cap.*15.

2 *Amoueas.*] Ergo simoniacus non priuatur ipso iure, sed per sententiam, de quo & an verum sit, vide Boër. *decis.*127. *num.*1. Flamm. *de resignat. benefic. lib.*7. *q.*2. *num.*22. *cum seqq. & lib.*14. *q.*2. *num.*1. *cum seqq.* Menoch. *remed.*1. *recup. n.*135. *&* 136. *& remed.*3. *n.* 68. & *cons.*67. *num.*4. Paul Comitol. *respons. moral. lib.* 6. *q.*41. Vgolin. *de simon. tab.*1. *c.*19. Soar. *de Relig. tom.* 1. *lib.*4. *de simon. cap.*58. *num.*3. Filliuc. *tract.*45. *cap.*13. *quæst.*9. *num.*24. Bonacin. *de simon. q.*7. *puncto* 2. *diffic.*1. *ex num.*1. latè Nicol. Garc. *de benef. p.*8. *cap.*1. *n.*3. Farin. *fragment. crimin. p.*1. *lit. C. num.*299. aduertens hodie secundùm constit. *cùm detestabile*, Pauli II. esse inductam priuationem ipso iure. Quid dicendum in simonia reali ab vtraque parte completa per dationem rei spiritualis & temporalis, vide eundem Garc. *d. c.*1. *à num.*16. *cum seqq.*

3 In gloss. *Perpetuò*, fin. ibi, *deficiens in purgatione punitur.* Notatur ad hoc quòd qui dicit in purgatione, aut eam sibi in iure indictam subire recusat, præsumptione quidem admodum vrgenti conuincitur, vt per Cou. *in cap. alma mater, de sententia excom. lib.*6. *p.*1. *§.*2. *n.*4.

4 In ead. glos. ibi. *quod non est verum.*] Notatur ad hoc quòd præsumptiones & coniecturæ in simonia debent esse euidentes, vt per Clar. *§. simonia, num.*12. Mascard. *de probation. concl.*1304. *n.*27. *&* 28. Flamin. *de resignat. benefic. lib.*14. *q.*8. *num.*14. cum aliis citatis ad *cap. sicut tuis n.*4. *infr. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Simoniacum est pretio, vel fauore celare peccatorem, vel reconciliare non pœnitentem, vel dignè pœnitentem à reconciliatione remouere.*

2 *Presbyteris prohibitum est, ne accipiant aliquid temporale propter celandum publicum peccatorem Episcopo, vel eius ministris.*

4 *Simonia est conferre beneficium pratextu consanguinitatis.*

4 *Preces in fauore, & gratia niti solent.*

5 *Simonia committitur si post auditam confessionem pro absolutione pecunia extorqueatur, siue pœnitens sit dignus, siue indignus absolutione.*

Cap. Nemo. XIV.

1 SImoniacus est presbyter qui aliquid spirituale, vel temporale acceperit à publicè peccante vt eius peccatum celet Episcopo, vel eius ministris; item qui respectu consanguinitatis, vel familiaritatis dimittit quin peccatum illud Episcopo innotescat, item & ille, qui aliquem pœnitentem, vel minus dignè pœnitentem gratia, vel fauore adducit ad reconciliationem, & ei dat testimonium reconciliationis, vel qui dignè pœnitentem à reconciliatione remouet, ex liuore. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Butr. Anchar. Mar. Socin. Felin. Panorm. Hostiens. Viuian. *in rationali lib.*5. *iuris Pontificij, pag.*28. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.*619. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustin. *collect.*1. *Decretal. lib.*5. *tit.*2. *cap.*13.

2 Difficilis est hic text. dum videtur probare simoniacum esse si clericus temporale aliquid accipiat, vt peccatum alterius celet, aut non denuntiet, item Prælatus, vt subditum non corrigat, quod ex hoc text. notant Gloss. *hic verbo celet*, Hostiens. Abb. Zabarell. Felin. & reliqui ferè omnes DD. idipsum affirmat S. Thom. 2.2. *q.*100. *art.*4. *ad* 3. *& in* 4. *dist.*15. *q.*1. vbi Palud. & alij, Angel. *verbo simonia* 3. *n.*42. Syluest. *eod. verbo q.*9. *vers.*5. S. Antonin. *p.*2. *tit.*1. *c.*5. *§.*17. Sot. *de iustit. lib.*9. *quæst.*6. *art.*2. *v. ad* 3. *argum.* Bonac. *de simon. q.*4. *§.*9. *n.*43. Difficultas oritur ex definitione simoniæ, secundùm quam eius essentia in eo consistit, vt aliquid temporale, tanquam pretium spiritualium detur, aut recipiatur, vnde fit, vt necessariò ab altera parte pretium, ab altera aliquid spirituale aut dari, aut promitti debeat, vt simonia iudicetur: at verò vbi aliquis pretium recipit, vt non denuntiet, seu vt non corrigat, planè nihil spirituale dat, aut promittit, sed tantùm omittit facere, omissio autem curæ cùm nullum habeat actum positiuum, simoniam facere non potest, quia nihil ibi existit, aut fit spirituale. Quare Soar. *de Relig. tom.*1. *tract. de simonia lib.*4. *cap.*22. *n.* 14. dicit illum duas habere partes, vnam à ptinc. vsque ad *vers. nec quemquam* exclusiuè, & aliam in toto illo versiculo vsque ad finem. In priori prohibetur presbyteris ne accipiant aliquid temporale propter celandum publicum peccatorem Episcopo, vel ministris eius, nullo de simonia facto verbo, nam hoc tunquam contrarium bonis moribus, & officio clericorum prohibetur, non verò tanquam religioni contrarium, nec vt simoniacum. In secunda autem parte prohibentur clerici reconciliare quempiam, vel reconciliationem alicui negare propter pretium, & de his ratio redditur, quia simoniacum est vtrumque, quæ verba ad hanc secundam, non autem ad priorem partem referuntur. Aliter etiam hunc text. exponi posse refert idem Soar. *eod. cap.*22. *num.*15. vt scilicet prima eius pars intelligi possit, & loqui videatur de presbytero, qui exercendo aliquo modo suam iurisdictionem, seu pastoralem curam subditi delictum Episcopo celat, cùm ad ipsum præsbyterum ex officio pertineat delicta hæc corrigere, vel deferre ad Episcopum, veluti si parochus non denuntiet subditum non suscipientem Eucharistiam in Paschate, tunc enim hunc committere simoniam probabile dicit. Sed omisso glossæ Innoc. Host. & aliorum *in præsenti* intellectu, dicendum mihi est ad exactam huius dubij explicationem, duobus modis posse contingere vt aliquis pretio peccatum alterius celet, seu non corrigat, aut per omissionem puram, cùm scilicet non denuntiat, aut correctionem omittit absque vllo facto positiuo, vel per actum aliquem positiuum, vt si parochus subditis persuadeat, vel præcipiat ne denuntient, cuius persuasionem actum spiritualem appellat D. Antonin. *d. §.*17. vel à Prælato, & eius ministris obtinet, vt denuntiati nomen aut non scribant, aut de libris deleant, etenim cùm Prælatus, aut iudex, & clericus pretio subditum criminosum à pœna absoluit, crimen ipsum condonat, impunitatem concedit, aut præcipit ne aduersus illum pro eo crimine procedatur, vel ad tempus, vel in perpetuum, his enim modis, & aliis similibus ita à correctione absistit, aut actum sui muneris, aut iurisdictionis Ecclesiasticæ positiuè gerat. His suppositis resoluendum est, quòd si priori modo per puram omissionem quis aut non denuntiet peccatum, aut non corrigat, quamuis ob id pretium recipiat, peccabit quidem grauiter, verumtamen simoniam non committit, & hoc casu procedit sententia Innoc. & antiquorum rationes, & argumenta contra communem adducta. Posteriori verò modo si per actum aliquem positiuum id fiat, simonia erit, quia verè spiritualia pretio æstimantur, & hoc casu locum habet text. *in præsenti, & in d. §. qui autem*

& communis sententia nostrorum, & Theologorum de qua *suprà*.

3 *Consanguinitatis.*] Ergo simonia est conferre beneficium prætextu consanguinitatis, de quo vide Diu. Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 5. *ad* 2. Sot. *de iustit. lib.* 9. *quæst.* 7. *art.* 4. Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 107. Couar. *var. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 4. Azor. *instit. moral part.* 3. *l.b.* 12. *cap.* 11. *quæst.* 1.

4 *Gratia, vel fauore.*] Id est, precibus, quia preces in fauore & gratia niti solent, vt per Soar. *d. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 10. Intellige de precibus rationem pretij habentibus, veluti si fiant ex pacto expressè, vel tacitè inito cum eo, qui spirituale confert, vt si quis beneficium Titio vt oret Principem pro se, vel cum laudet apud Principem, seu alium, quæ hunc huiusmodi actiones pretio æstimantur, & commutari videntur cum re spirituali: secus autem si nullum pactum præcessit, vel si preces postulatæ non fuerunt è collatore beneficij, seu rei spiritualis, quia tunc censentur factæ gratis, ac proinde simoniæ culpam non inducunt, ita S. Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 5. *ad* 3. Victor. *in relect. de simon. num.* 36. Redoan. *de simon. p.* 1. *cap.* 16. *sub fin.* Nauarr. *in man. cap.* 23. *num.* 102. & 107. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 18. *quæst.* 3. Soar. *d. c.* 40. *num* 12. Filliuc. *tom.* 3. *tract.* 45. *cap.* 9. Lessius *de iustit. lib.* 2. *cap.* 35. *dub.* 1. *num.* 118. Bonacin. *de simon. q.* 1. §. 1. *numero* 13. Nec obstat hic text. vbi absolutè reconciliatio concessa gratia, vel fauore simoniaca vocatur, quia respondeti potest cum Soar. nomine fauoris, vel gratiæ *in hoc text.* non intelligi fauorem & gratiam, quam facit is, qui preces exaudit, sed quam ipse intendit pro actione, quam facit, tunc enim simoniam committit, quia intendit temporale pro spirituali. Vel melius cum Bonacin *d.* §. 1. *n.* 17. *vers. respondetur enim*, potest dici hîc sermonem esse de simonia latè accepta, vt importat quamlibet turpem actionem occasione rei spiritualis præstitam.

Vnde ex hac resolutione plura scitu dignissima colligit Bonac. *citato loco à numero* 13. vbi *in vers. ex nostra*, colligit simoniam committi dum Episcopus beneficium alicui promittit, vt pro se intercedat apud Principem, seu pro se petat aliquam gratiam, & *in vers. secundò*, infert simoniam committi dum collator beneficij promittit alicui beneficium si de se honeste locutus fuerit coram aliis, vel signa honoris exhibuerit, vel se ipsius consanguineum esse professus sit, & *in vers. tertio*, subdit simoniam committi dum collator intendens aliquem sibi obligare, promittit se beneficium ei collaturum si ab eo petatur, & *num.* 14. tenet simoniam committi ab eo, qui pecunia inducit familiarem, vel amicum Episcopi ad petendum pro se, vel pro alio beneficium, quamuis pecunia tradatur solùm mediatori, seu intercessori, non verò Episcopo, aut collatori *n.* 15. resoluit simoniam non committi tradendo aliquid familiaribus Prælatorum, non vt intercedant, vel opitulentur, seu procurent, sed solùm vt sibi aditum, vel facilem ingressum ad Prælatum concedant, quod est obsequium merè temporale pretio æstimabile, & *num.* 16. idem dicit si pecunia detur familiaribus, non vt intercedant, & procurent beneficium, sed solùm vt certiorem faciant Prælatum de Oratoris meritis.

5 *Ad reconciliationem.*] Notatur ad hoc quòd committitur simonia si post auditam confessionem pro absolutione conferenda pecunia extorqueatur, siue pœnitens sit dignus, siue indignus absolutione, vt per Soar. *d. lib.* 4. *cap.* 19. *num.* 2. omnes enim actus iurisdictionis voluntariæ quatenus ad effectum spiritualem ordinantur materia sunt simoniæ, idem Soar. *d. lib.* 4. *c.* 20. *num.* 8. vbi *num.* 16. asserit quod actus iurisdictionis Ecclesiasticæ etiam contentiosæ sunt materia simoniæ, Bonacin. *de simon. quæst.* 4. §. 17. *ex numero* 3.

In gloss. *Celet*, Notatur ad hoc quòd omissio actionis sacræ, & spiritualis ob pretium, potest esse propria simoniæ materia, de quo vide Soar. *d. lib.* 4. *cap.* 22. *n.* 4. *cum seq.* Vgolin. *de simon. tab.* 1. *cap.* 4. §. 3. Bonac. *d. q.* 4. § 9. *num.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia emi, vel redimi non potest.*
2 *Capituli consensus requiritur etiam in distractu.*
3 *Contractus, & distractus à pari procedunt.*
4 *Dispositio loquens in vno de æquè principaliter vnitis aliud non comprehendit.*

CAP. Querelam. XV.

ECclesia non potest emi nec redimi. Item legitimè 1
citatus ad pœnitentiam, si contemnit stare iudicio, pars contraria mittitur in possessionem rerum de quibus est controuersia, nec sunt molestandi absque ordine iudiciario. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib* 5. *iuris Pontif. pag.* 29. Alagona, *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2 *cap.* 14. & est post Concil. Lateranen. *part.* 2. *cap.* 14.

Eorum Capitulo inconsulto, &c.] Notatur ad hoc 2
quòd consensus Capituli requiritur etiam in distractu, vt per Tiraq. *de iure mariti gloss.* 5. *num.* 13. Contractus enim & distractus à pari procedunt, & sunt eiusdem naturæ, *l. Pomponius* §. *præterea ff. de acquir. possess. l. de tutela C. de in integr. restit.* Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil.* 22. *n.* 6. Chal. Pereira *de potestate elig. cap.* 7. *n.* 15. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 168. *num.* 7. & 10. *seqq.* Ceuall. *comm. contra comm. tom.* 4. *q.* 897. *numero* 86. Card. Mantic. *de tacitis & ambiguis conu. lib.* 12. *tit.* 2. *à num.* 15. D. Barbosa *in l. hæres absens* §. *proinde, num.* 12. *ff. de iudic.* 3

In gloss. *Emi non potuit.* Notatur ad hoc quòd dis- 4
positio loquens in vno de æquè principaliter vnitis, aliud non comprehendit, neque ad illud extenditur, vt per D. Barbos. *in l. cùm Prætor* §. *fin. num.* 231. *ff. de iudic.*

SVMMARIVM.

1 *Pecunia ab Ecclesiis exigi non debet pro Chrismate & num.* 2.

CAP. Ea, quæ XVI.

SImoniacum est pro Chrismate ab Ecclesia pecu- 1
niam exigere, siue eam cathedraticum, siue Paschalem præstationem, siue consuetudinem vocent. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarel. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anchar. Butr. Mar. Socin. Felin. Panorm. Imola, Host. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. p.* 29. Alagona *in compend. iuris Canonici, p* 620. remissiùe Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 15.

Hanc eandem concluf. ex hoc text. desumunt. 2
D. Thom. 2. 2. *q.* 100. *art.* 2. Sot. *de iustit. lib.* 9. *q.* 6. *art.* 1. Torrecrem. *in cap. vlt.* 1. *quæst.* 3. & vide quæ dixi ad *cap. satis* 8. *num.* 7. *sub hoc tit.*

3 Probat etiam hic text. juncto *cap. in tantum* 36. *infrà hoc titul.* nullius consuetudinis prætextu obtineri posse, vt pro Chrismate, aut oleo consecrato exhibendo pecunia aliqua recipiatur, nec ex eo consuetudinem excusari quòd illa pecunia, cathedraticum, aut præstatio Episcopalis, aut pascnlum appelletur; vel alio quouis nomine, aut prætextu exigatur, idem probat text. *in cap. non satis, ad fin. hoc tit.* vbi consuetudo quantumuis longæua quasi iure diuino contrariâ improbatur ea ratione, quæ redditur *in cap. vlt. de consuetud.* facit etiam *cap. ad nostram, hoc tit.* Sed difficultatem facit, quòd ea pecunia tanquam cathedraticum, aut onus Ecclesiæ impositum exigi potest *cap. vlt. vt Ecclesiastica benef.* Obstat etiam quòd Prælati videntur posse exigere expensas, quas in oleo ex balsamo comparando, & aliis ad consecrationem necessariis faciunt in gratiam Ecclesiarum, & ratione expensarum videntur has pecunias exigere. Accedit quòd consuetudo sicut lex facit, vt illa temporalia, quæ à ministris spiritualium recipiuntur, non quasi pretium, sed quasi stipendium, vel onus reale Ecclesiasticis impositum, aut alia honesta ratione recipi iudicentur, idque legis, aut consuetudinis auctoritas, & Prælatorum expostulat, de quibus rectè censendum est, quod in hac materia colligitur *in cap. ad Apostolicam, hoc tit.* ex D. Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 3. iuuat *cap. mos antiquus, cum seqq.* 75. *dist.* & quæ de potestate consuetudinis ad excusandum à culpa, & pœna tradit glos. & DD. *in cap. cum venerabilis, de consuetud.* Barthol. *in l. si quis §. apud Labeonem ff. de edilit. edicto.* Abb. *cons.* 15. *lib.* 1. Ias. *in l.* 1. *numero* 62. C. *de summa Trinit.* Dec. *consil.* 117. Couar. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 7. §. 3. *numero* 5. Vrget tandem quòd omnis dispositio à consuetudine interpretationem assumit, *l. vt liberis, Cod. de collation. & ibi* Ias. *numero* 7. ab eáque actus omnis interpretatur, *l. si de interpretatione, ff. de legib.* cùm autem pecunia prædictis casibus, vel tanquam cathedraticum, vt text. habet, vel tanquam census, aut honestum aliquod tributum ad sustentationem Prælatorum, vel pro expensis licitè recipiatur, auctoritas consuetudinis efficiet, vt sic, & non tanquam pretium receptum videatur. Quamobrem licet DD. *prædictis locis* difficultatem non satis expendant, resoluendum est in hoc text. *in d. cap. in tantum*, cum similibus consuetudinem quasi iuri diuino contrariam quantumuis longæuam improbari, quia de prauo eius initio Romanis Pontif. semper constitit, vt scilicet pro consecratione potius, quàm pro materia adeò exigua pecuniam illam extorqueri censeatur, ideo quod DD. docent non solùm illicitum esse pecuniam exigere ratione consecrationis, sed ne pro liquore ipso olei peti posse, provt affirmant Ioann. Andr. Zabarell. Abb. Anania, *num.* 1. *in præsenti*, ita accipiendum est, vt velint docere DD. non solùm pro sacramento Confirmationis, aut Vnctionis conferendo, sed nec pro ipso oleo consecrato pecuniam recipi posse, non quia materia ipsa nequeat per se vendi, vt dixit Sot. *de iustit. lib. 9. q. 6. art. 1. vers. per hæc*; sed quia cùm materia sit adeò exigua, vt vix pretio aliquo valeat æstimari, pecunia ratione consecrationis exigi videtur.

SVMMARIVM.

1 *Homagium facere pro habendis spiritualibus simoniacum est.*
2 *Homagium non præstant Clerici.*
3 *Simoniaci infamiam incurrunt, cùm per sententiam de hoc crimine fuerint condemnati.*

Cap. Ex diligenti. XVII.

HOmagium facere pro aliqua re spirituali acquirenda, vt pro beneficio, est simonia. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anchar. Butr. Marian. Socin. Felin. Panorm. Hostiens. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, p.* 29. Alagona *in compendio iuris Canonici, p.* 620. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 1. *Decret. lib. 5. tit.* 2. *cap.* 19.

Illicita.] Ergo clerici non præstant homagium, vt per Sanchez *de matrim. lib.* 6. *disp.* 11. *num* 9.

In gloss. *Infamia*, ibi, *simoniaci enim infames sunt.* Abb. *hic num.* 6. existimat simoniacos non incurrere hinc infamiam iuris ipso facto, sed cùm per sententiam de hoc crimine fuerint damnati (licèt antea possint incurrere infamiam facti) sequuntur Armil. *verbo simonia num.* 55. Vgolin. *de simonia tab.* 1. *c.* 18. *cap.* 5. *n.* 8. Soar. *de Relig. tom.* 1. *tract.* 3. *lib.* 4. *de simonia c.* 56. *n.* 11. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 8. *cap.* 1. *num.* 61. vbi aduertit non sufficere esse sequutam sententiam super crimine simoniæ, nisi in ea imponatur pœna dictæ infamiæ, saltem si ad alias pœnas est processum.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatio, vel consecratio non censetur simoniaca, licèt Ordinatori aliquid donatum fuerit non expacto.*
2 *Donatio præsumitur si quantitas scilicet data sit parua, & tradens erat dines, & accipiens pauper, vel coniuncta persona.*
3 *Simoniam non inducit modica res.*
4 *Munus, quod precibus acquiritur, non gratis datur.*

Cap. Et si quæstiones XVIII.

IN donis datis, vel acceptis à conferente aliquid spirituale, vt cognoscatur an sit simonia, tria sunt consideranda. Primò qualitas personæ dantis, & accipientis, an dans diuiti sit pauper, vel dines: secundò qualitas quantitatis muneris an sit magni, vel minoris pretij; tertiò tempus donationis, vt si instante necessitate, vel alio tempore opportuno donatum sit. Vnde si ipsa persona electa offerat Ordinatori, vel consecratori suo electuarium, vel de vino, vel de aliis huiusmodi, quæ sunt modici pretij, & quæ non debent inclinare, vel mouere voluntatem recipientis, nec accipiens, nec donans putantur peccare. Illud autem Isaiæ 33. *Beatus qui excutit manus suas ab omni munere*, intelligitur de illis donis, quæ solent peruertere, vel allicere animum accipientis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. And. Anania Anch. Butr. Marian. Socin. Felin. Panorm. Henric. Hostiens. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 30. Alagona *in compendio iuris Canonici, p.* 620. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 1. *Decretal. lib 5. tit.* 2. *c.* 20. & post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *part.* 5. *cap.* 1.

Fortè donaret.] Notatur ad hoc quòd donatio præsumitur si quantitas simpliciter data sit parua, & tradens erat dines, accipiens pauper, vel coniuncta persona; vt per Anton. Gom. *tom.* 2. *var. cap.* 4. *num.* 5. *in fine*, & *l.* 45. Taur. *num.* 59.

Quæ modici pretij fuerint, &c.] Notatur ad hoc quòd modica res non inducit simoniam, vt per Tiraquell. *in tract. de iudicio in rebus exig. v. trigesimo*, Flamin. Parisi. *de confident. q.* 27. *n.* 95. Rot. *in ciuitatis plebis præturæ simoniæ* 13. *Ianuarij* 1620. coram bonæ mem. Burato inter

inter eius impressas *decis.443. num.3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.24. num.166.& 219.* Aloysi.Ricc. *in decisionibus Curiæ Archiepis. Neapol. decis.208. n.6. cum seqq.* Soar. *de relig. tom.1. tract. de simonia lib.4. cap.3. num.5. cum seqq.* vbi *cap.38. num.2.* aduertit in hoc text. non dici parnam pecuniam minimè sufficere ad simoniam, si pro pretio detur, sed probari quando datur paruum munus, & non constat datum esse pro pretio, tunc non præsumi tali intentione datum, præsertim quando aliæ circunstantiæ non iuuant ad præsumptionem: & ideò in foro exteriori non reputari simoniacum, qui parua munuscula Prælatus offert, resoluit Fr. Emman. *quæst.regul.tom.2.q.47. art.3. ad fin.* vnde dicit Bonacin. *de simon. quæst.3. num.13. vers. secundò, in fine,* quòd vt [illegible]imùm paruitas pretij excusare solet à simonia, q[illegible]odicum dari non solet pretium rei spiritualis causa beneuolentiæ, vel titulo gratitudinis, a[illegible]nim simonia ratione paruitatis materiæ non potest esse veniale peccatum, vt per Vgolin. *de simon. tab.1. cap.16.* & *cap.54. num.3.* Soar. *d. lib.4. c.2. num.3.* Filliuc. *tom.3. tract.43. cap.1. quæst.6. num.13.* Argum. huius text. tenet Tiraquell. *in tract. proximè citato vers.82.* quòd licèt iudex ab omnibus omninò muneribus abstinere debeat, vt cum omni puritate iudicium illius procedat, non tamen prohibetur accipere modica quædam talia, scilicet quæ iudicantis animum non immutent.

4 In gloss. *Non petenti.* Notatur ad hoc quòd non gratis datur munus quod precibus acquiritur, vt per Tiraquel. *de retractu conuent. in præf. num.23.* Vide dicta ad *cap. nemo num.4. sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Abbas, & maiores de Conuentu si pro receptione monachi receperunt pecuniam ex pacto, ab officio, & beneficio suspenduntur, & taliter recepta pecunia restituitur, & in aliud monasterium ita receptus transfertur.*
2 *Simonia causa datum, restituendum est danti.*
3 *Datum ob turpem causam non repetitur quando turpitudo versatur etiam ex parte dantis.*
4 *Præstatur intellectus ad hunc text.*
5 *Sumptus facti à patre in conuiuio causa nuptiarum, vel in die professionis, aut occasione Sacri à filio facti non sunt computandi in eius legitimam.*

Cap. Veniens. XIX.

1 ABbas, & Monachi si pro ingressu Religionis aliquam pecuniam accipere conueniant, & ex conuentione accipiant, quamvis dicant hanc esse consuetudinem. Abbas, & maiores personæ monasterij sunt suspendendi ab executione officij, & pecunia est restituenda danti, & ita ingressus cum habitu ad aliud monasterium transire debet. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Bellem. Anania, Anchar. Butr. Mar. Socin. Felin. Panorm. Henric. Hostiens. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag.30.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.611.* remissiuè Casal. *in annotat.* & Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Antonio Augustino *collect.2. Decretal. lib.5. tit.2. cap.1.*

2 *Ad restituendam*, &c.] Ergo datum causa simoniæ restituendum est danti contra principia in materia titulorum *ff. & C. de condict. ob turpem caus.* secundùm quia non est locus repetitioni quando turpitudo versatur etiam ex parte dantis, *l.3. l. si ob turpem, vers. porrò, ff. illo tit.* & post Ordinarios *ibi*, Sot. *de iustit. lib.4. quæst.7. art.1. ad 2.* Nauarr. *in man. c.17. n.30.* Molin. *de iustit. tract. 2. disput.82. cum seqq.* Lessius. *eod. tract. lib.2. cap.14. num.58.* Rebell. *de obligation. iustitiæ part.2. lib.18. quæst.29. à num.3.* propter quæ Couarruu. *in reg. peccatum part.2. §.2. num. vltim.* dicit 4
text. procedere, quia ipse Fr. bona fide dedit monachis exigentibus prætextu consuetudinis ad prandium monachorum, cùm in hoc casu non omninò manifesta esset dantis turpitudo refert Soar. *de relig. tom.1. lib 4. de simonia c.60. num.11.* vbi tamen *num.11.* pro veriori huius text. intellectu asserit presbyterum, de quo *in præsenti*, factum fuisse religiosum, & propter ingressum simoniacum siue bona, siue mala fide ab ipso perpetratum compelli transire ad aliud monasterium, & ideò præcipi pecuniam illi reddi non in gratiam eius sed monasterij, ad quod transfertur.

Pro pastu.] Vtrùm autem sumptus facti à patre in 5
conuiuio casu nuptiarum, vel in die professionis, aut occasione Sacri à filio [illegible] sint computandi in eius legitimam, vide Mol[illegible]rit. *tract. 2. disp.238. vers. de expensis.* Bonacin. [illegible]*contract. lib disp.3. q.6. puncto 6. §.vnic. num.11.* negatiuè respondentes, assentitur noster Valasc. *de partic. c.13. num.37.* vbi resoluit propinæ, quæ dantur in locum epularum & conuiuij quod in die professionis solet dari omnibus monialibus, non debent conferri.

SVMMARIVM.

1 *Simoniam committit ordinandus si præsentatori suo aliquid temporale promittat, vel det, vt ad Ordines ab ipso præsentetur, & n.2.*
3 *Pecunia an quæcunque sufficiat ad simoniam inducendam, remissiuè.*
4 *Vsura an ratione paruæ quantitatis dari possit, remissiuè.*

Cap. Ex tuæ. XX.

SImoniacus est ille, qui debens ordinari dedit præ- 1
sentatori, v.g. Archidiacono pecuniam, id est, sex solidos ex pacto, & si res est secreta, non est inuitè & coactè suspendendus ab officio, sed ei est iniungenda pœnitentia secreta, & sine coactione est monendus, & inducendus vt fiat Religiosus, & perpetuò abstineat. Colligunt eò Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anchar. Butr. Mar. Socin. Felin. Panorm. Henric. Hostiens. Viuian. *in rationali lib.5. iuris Pontificij, pag.31.* Alagona *in compend. iuris Canonici pag.621.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Anton. August. *collect.2. Decretal. lib.5. tit.2. cap.2.*

Collige ex text. ordinandum committere simoniam 2
si præsentatori suo aliquid temporale promittat, vel det, vt ad Ordines ab ipso præsentetur, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.23. numero 199. in fine.*

Sex solidos soluis.] Ergo quæcunque pecunia sufficit 3
ad simoniam, de quo vide Tiraq. *in tract. de iudicio in rebus exig. vers.30.* Soar. *de Relig. tom.1. lib.4. de simonia cap.38. num.2.*

In gloss. *Sex solidos*, ibi, *quicquid sorti accedit vsura* 4
est. Ergo ratione paruæ quantitatis vsura dari potest, de quo vide S. Thom. *2.2. quæst.66. art.6. ad 3.* Conarr. *var. lib.1. cap.3. num.12.* & citatos *ad proœm. Decretal. num.48.*

SVMMARIVM.

1 *Pecuniæ exigi non potest pro ministerio Ecclesiastico exercendo, vel pro vicariis assignandis, vel pro Chrismate.*
2 *Simoniæ materia sunt omnes actus procedentes à potestate Ordinis.*
3 *Vicarius Episcopati non potest pretio constitui.*

CAP. Ad nostram. XXI.

1 PEcunia exigi non potest pro ministerio Ecclesiastico exercendo, vel pro vicariis assignandis, vel pro Chrismate. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anchar. Butr. Mar. Socin. Felin. Panorm. Henr. Host. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag. 32.* Alagona *in compend. iuris Canonici. pag. 622.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 3.*

2 *Pro ministerio Ecclesiastico.*] Notatur ad hoc quòd omnes actus procedentes à potestate Ordinis sunt materia simoniæ, vt per Soar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 13. num. 2. & cap. 9. num. 6.* resoluit quòd absolutio à censuris est materia simoniæ.

3 *Siue pro Vicariis assignandis.*] Notatur ad hoc quòd Episcopi vicarius non potest pretio constitui, vt per Soar. *d. lib. 4. cap. 24. num. 5.* vbi *num. 8.* etiam per hunc text. resoluit quòd omnes actus iurisdictionis voluntariæ, quatenus ad effectum spiritualem ordinantur, sunt materiæ simoniæ. Vide quæ dixi *ad c. considere 38. infr. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Dispensari potest cum simoniacè ordinato qui simoniacus non est.*
2 *Beneficij titulus per simoniam obtenti, etiam data probabili ex parte prouisi ignorantia, est inualidus.*
3 *Episcopus dispensare potest, quando quis per simoniam promotus est ignoranter.*
4 *Episcopus in vim Decreti Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6. an possit absoluere sacerdotem suum subditum in simonia occulta, & rehabilitate ad Ordines, & beneficia, remissiuè.*

CAP. De simoniacè. XXII.

Luc. III.

1 EPiscopus potest dispensare cum his, qui simoniacè sunt ordinati, ipsis tantùm [illegible] ientibus, vt remaneant in suis ordinibus, quia [illegible] sunt simoniaci. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. [illegible]ect. Innocent. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anch. Butr. Mar. Socin. Felin. Panorm. Henric. Hostiens. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag. 32.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag 622.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 18.*

2 *Vtpote ipsis ignorantibus,* &c.] Ergo titulus beneficij per simoniam obtenti, etiam data probabili ex parte prouisi ignorantia, est inualidus, vt per Abb. *in c. pen. not. ab. 1. de electione,* Couarr. *in reg. peccatum, p. 2. §. 8. n. 8.* Soar. *tom. 1. de Relig. lib. 4. de simonia lib. 4. cap. 57. n. 35.* Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 35. num. 142.* Molfes. *in summ. Theologiæ moralis tract. 6. c. 15. num. 79.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. num. 178.* Bonacin. *de simon. q. 7. puncto 2. n. 19.* Ratio est, quia titulus beneficij simoniacè habitus non in pœnam criminis, sed ex ipsa rei natura est inualidus, & ignorantia quantumcunque probabilis non suffragatur ad tollendam nullitatem, quæ non fuit inducta in pœnam, arg. glossæ receptæ *in cap. statutum, verbo numerandum, de præben. lib. 6.* singularis in id secundùm multos citatos à Cou. *in c. 3. n. 4. de testam.* Quæ quidem resolutio habet locum in solis beneficiis Ecclesiasticis, non verò in aliis officiis secundùm Soar. *d. c. 57 n. 46.* Vgolin. *de simon. tab. 4. c. 5. n. 2.* Filliuc. *tract. 45. c. 13. q. 8.* Bonac. *d. puncto 2. n. 21.* nec in pensionibus, quarum collationem simoniacè factam validam esse tenent proximè citati, sed in praxi contrarium esse obseruandum, notat Bonac. *vbi supra num. 22.* & tenet expressè Nicol. Garc. *de benefic. in addit. ad 1. p. cap. 5. num. 16.* Limitatur etiam supradicta principalis resolutio vbi simonia commissa fuerit cum vno ex electoribus, seu præsentatoribus, seu collatoribus inscio electo, seu præsentato, quia tunc valida videtur electio, vel præsentatio, vt tenent Nicol. Garc. *p. 8. c. 1. num. 12.* Molfes. *in sum. Theologia moralis tract. 6. cap. 15. num. 8.* Bonacin. *d. puncto 2. num. 24.* sed *limitatur secundò* vbi *n. 25.* limitat etiam modò simonia realis sit & completa, non autem conuentionalis, & semirealis tantùm.

Vtrùm autem obtinens beneficium bona fide ignorans scilicet simoniam ab alio commissam, gaudere possit reg. de triennali possessore, ita vt elapso triennio turbari nequeat, & molestari circa illud beneficium: vide Vgolin. *d. tab 4. c. 6. §. 9.* Valer. Reginald. *d. lib. 23. n. 186.* Nicol. Garc. *d. p. 8. c. 1. n. 14. & seq.*

In gloss. *Remanere,* ibi, *potest Episcopus cum talibus dispensare.* Notatur ad hoc quòd Episcopus dispensare potest quando quis per simoniam promotus est ignoranter, seu nesciens pro sua promotione datam esse pecuniam, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. n. 185.* Bonacin. *de simon. q. 7. p. 2. diffic. 2. n. 4.* An autem Episcopus in vim decreti Concilij Trid. *sess. 24. de reformat. c. 6.* possit absoluere Sacerdotem suum subditum in simonia occulta, & rehabilitare ad Ordines, & beneficia tam obtenta, quàm obtinenda, vide Vgolin. *de simon. tab 4. c. 6. §. 7. num. 2.* Henric. *in sum. lib. 13. c. 56.* qui tenent Episcopum posse dispensare, modò simoniacus nondum sit condemnatus de simonia, sed contrarium tuentur Soar. *de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. de simonia c. 61. n. 11.* Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 35. num. 140.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 8. c. 1. num. 74.* Bonacin. *de simon. quæst. 7. puncto 2. diffic. 2. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Electioni contradicens, & à contradictione cessans pro pecunia de voluntate electi tradita, facit vt sic electus confirmatione subsequuta sit simoniacus, & beneficio renuntiare teneatur.*
2 *Reuelare peccatum, & peccatorem pro consilio habendo nullo modo licet.*
3 *Simoniæ labe non caret qui plurium electorum suffragio electus pecuniam dederit alicui electioni contradicenti ne repugnando electionem impediat.*
4 *Simonia non est post ius quæsitum, seu obtentum beneficium, aut aliud spirituale donum redimere vexatum, aut aliud spirituale donum redimere vexatum, quæ pro iure tollendo iniustè infertur, vel probabiliter timetur.*
5 *Litiganti an licitum sit dare aliquid temporale iudici vt iustam sententiam ferat ostenditur.*
6 *Declaratur text. in præsenti, & n. 7. & 8.*
9 *Eligendi ad dignitates ius non potest vendi.*

CAP. Matthæus XXIII.

ELectioni si aliquis contradicat, & amici electi eo
1 consscio & volente dederint munus contradicenti, & sic cessante contradictione eligitur & administrat, simoniacus est, & tenetur statim relinquere administrationem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 32.* Alagona *in compendio iuris Canon. p. 622.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 1. Decretal. lib 5. tit. 2. cap. 21.* & est post Concil. Later. sub Alex. III. *p. 40. cap. 4.*

2 *Secreta nobis insinuatione monstrauit.*] Ergo pro consilio habendo peccatum & peccatorem reuelare licitum esse videtur, sed ab hoc omni veritate alienum est, vt tenet Nauarr. *in cap. sacerdos, de pœnitent. dist. 7. n. 127. in fine*, vbi refert in hoc text. nullum verbum esse, quo significetur Matthæum Cardinalem suscepisse casum relatum in Pœnitentia, sed solùm secretè id retulisse Papæ.

3 *Quo magister discordiæ, &c.*] Notatur ad hoc quòd simoniæ labe non caret, qui plurium electorum suffragio electus pecuniam dederit alicui electioni contradicenti ne repugnando electionem impediat, vt per Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 7. q. 1. vers. quæres.*

4 Hîc sedet materia redimendi vexationem in beneficiis, de qua tractant Doctores citati per Cened. *ad Decretal. collect. 164 num. 1.* quibus addo Bonacin. & ab eo citatos *in tract. de simonia quæst. 6. puncto 5.* Conclusio est recepta post ius quæsitum, seu obtentionem beneficium, aut aliud spirituale donum, non [illegible]oniam redimere vexationem, quæ pro iure tollendo iniustè infertur, vel probabiliter timetur, vt per Rebuff. *in praxi benefic. tit. de simonia in renunt. num. 18. cum seqq.* Redoan. *de simonia p. 2. c. 31. num. 48. & part. 3. cap. 2. num. 5.* Menoch. *cons. 67. n. 17. cum seqq.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. quæst. 80. num. 1.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 13. n. 124.* Nauarr. *in manu. c. 23. sub num. 102. & cons. 48. num. 44. sub hoc tit. in nouis,* Card. Tolet. *in sum. lib. 5. cap. 90.* Gutier. *Canonic. lib. 2. cap. 23. n. 37. cum seqq.* Prosp. de Augustino *ad Quarant. in summa bullarij, verbo beneficiorum possessio, lit. B. vers. quamuis,* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 12. cap. 11. quæst. 4.* Lessius *de iustit. lib. 2. c. 35. dub. 18. num. 107. cum seqq.* Card. Tusch. *tom. 6. lit. V. concl. 174. num. 1.* latè Soar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 19. num. 7. & cap. 50. à princip.* Tamburin. *de iure Abbatum tom. 1. disp. 10. quæst. 4. num. 5.* Filliuc. *tract. 25. c. 11. quæst. 3.* Sic etiam in foro conscientiæ licitum est litiganti ad redimendum vexationem iudici etiam publicum stipendium habenti dare aliquid tenale vt per seiustam sententiam ferat, quando imminet periculum certum, aut omnino verosimilius futurum quod euidens litigantis iustitia ab eodem iudice iniquè aliquin iudicaturo, peruertatur, vel iniustè differatur; nam ex parte sic petentis datur iusta causa petendi, nempe necessitas conseruandi ius suum in iudicium deductum, vel vtilitas moralis in acquisitione alterius iuris in iudicio prætensi; ex parte verò iudicis concurrit promptitudo ad dictum opus de se licitum, nempe iustam sententiam peccaminosè faciendum, ferendo eam iniustè, ita glos. *verbo ille, in cap. non sanè 14. quæst. 5.* Abb. *in c. cùm ab omni, num. 8. de vita & honest. cleric.* Sylvest. *verbo restitutio 2. §. 1. & eod. verbo 4. §. 1.* Couar. *in reg. peccatum p. 2. §. 3. n. 1. col. 2.* Menoch. *de arbitr. casu 342. n. 8. & 9.* Molin. *de iustit. tract. 8. disp. 88. n. 2. cum seqq.* Sayr. *in claui Regia lib. 10. tract. 5. c. 3. n. 7.* Iacob. de Graffis *in decisionibus aureis p. 1. lib. 2. cap. 123. n. 1. cum seqq.* Fr. Emman. *in summ. tom. 2. c. 41. num. 7.* Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 14. num. 64.* Rebel. *de obligat. iustitiæ p. 2. lib. 18. q. 12. n. 4.*

Restat nunc vt videamus quare in hoc text. ille redemptor suæ vexationis fuerit iudicatus simoniacus, quia à maiori & saniori parte electus proponitur, tum etiam, quia contradictionis auctor magister discordiæ appellatur. Inprimis glos. *hic, verbo paucis,* intelligit contradicentes ius probabile habuisse ad electionem impugnandam, aut quia fuerat contemptus, contra *c. quod sicut 28. & cap. coram 31. de elect.* vel aliquem patiebatur defectum electus ipse, ex iis, quæ habentur *in c. cùm in cunctis, eod. tit. de elect.* sicque non redimebatur vexatio, sed potiùs ius spirituale. Ab hoc tamen intellectu recedunt Abb. *n. 4.* Anan. *n. 3.* quia vt aiunt, textum restringit, ostendit enim aptis verbis Pontifex *in præsenti* contradictionem fuisse iniustam. 6

Quapropter Innoc. *hîc* intelligit in hoc text. non fuisse licitum pecuniam dare, quia electus nondum fuerat confirmatus, nec possessionem adeptus beneficij, sic docens licitum esse circa beneficium, aut aliud ius spirituale plenè quæsitum, & possessum vexationem redimere, quia spirituale nihil acquiritur, & sic procedat recepta resolutio circa vexationem redimendam, de qua *suprà*, cùm verò nondum plenè quæsitum est, sed de iure quærendo agitur non esse licitum, quia tunc videtur ius illud pecunia comparare; & in his terminis procedat text. *in præsenti*, hanc Innocentij sententiam probant Zabarel. Abb. & communis *in c. dilectus lib. 1. hoc tit.* Sylvest. *verbo simonia q. 13.* Angel. *eod. verbo in 2. §. 13.* testatur communem Præp. *in sum. 1. q. 1. n. 30.* Soar. *d. lib. 4. c. 50. n. 8.* Bonacin. *d. p. 5. n. 4. in fin.* Sed hæc communis sententia quamuis videatur conuenire hypothesi huius text. nullum habet iuris fundamentum, etenim non semper licet circa ius quæsitum vexationem redimere, si aliter impedimendum commodè valeat remoueri. Nec item ad rem facit quòd beneficium nondum plenè sit quæsitum, quoniam Canonicus electus eo modo suam potest electionem defendere, sicut confirmatus; aut institutus ipsum beneficium, atque ideo frustrà distinguût DD. inter beneficium plenè acquisitum, & non plenè, cùm vtroque casu nihil aliud intendat redimens vexationem quam iniustum impedimentum remouere, atq; ideo simoniam non committit. 7

Ego igitur dicendum puto non ideo pecuniam illicitè fuisse datam quòd electus nondum fuerat confirmatus, vt malè Innoc. & communis existimat, nec etiam; quia contradicentes iustam causam habebant, vt contra verba text. glos. vult, sed quia constabat tantùm non esse aduersarij potentiam, vt non potuisset electus commodè ius suum apud iudicem consequi, & obiecta impedimenta remouere, quo pacto etiam procedit text. *in c. ad aures, infr. immediatè seq. hoc tit.* poterat enim excommunicatus de quo *ibi*, superiorem adire, vt glos. & DD. *ibidem* obseruant. nam ex tribus, quæ insimul concurrere debent ad vexationem iustè redimendam in spiritualibus, vnum est, vt vexatio ab eo fiat, qui ratione officij, diuitiarum, aut aliunde adeò sit potens, vt nisi eo modo à lite, aut molestia remoueatur, non posset redimens commodè, aut sine magno dispendio ius suum pacificè possidere, consequi aut defendere, vel tantum sit in mora periculum, vt magnum aliquod detrimentum immineat si iudicialis auctoritas expectetur, tradunt glos. *verbo absolutionis, in d. cap. ad aures*, vbi Ioann. Andr. *& in d. cap. dilectus.* Abb. *num 4.* Anan. & Felin. 3. & receptum testatur parum sibi constans Redoan. *in tract. huius tit. part. 3. cap. 2. num. 17.* Et etiam non ineptè potest dici electum sæpè habuisse conscientiam, & ideo iubetur celeriter administrationem dimittere, ne fortasse si 8

scrupulum remouere non possit, maneat in peccato, ad quod etiam erroneam conscientiam obliget, *extr. de præscript.* & ideò summus Pontif. quod est turius imperauit, iuxta text. *in cap. pen. de homicid.* Cui interpretationi conueniunt illa verba, ibi, *multum tibi consulis*, &c. sicque non constabat de simonia, sed dubitabatur.

9 *Celeriter, ac sponte dimittas.*] Notatur ad hoc quòd ius eligendi ad dignitates non potest vendi, vt per Soar. *d. lib. 4. de simonia cap. 20. num. 7.* Bonacin. *de simon. q. 4. §. 17. num. 3. vers. quartò.*

SVMMARIVM.

1 *Simoniæ est materia pretium recipere pro absolutione ab excommunicatione, & n. 2.*
3 *Vexationem redimere pecunia, an quis possit, vt absolutionem obtineat ab excommunicatione, ostenditur.*
4 *Simonia an committatur, si aliquis det pecuniam pro obtinenda absolutione in sacramento pœnitentiæ, si aliter sacerdos nolit absoluere, ostenditur.*

CAP. Ad Aures. XXIV.

1 PRo absolutione ab excommunicatione nihil potest peti, vel exigi. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Host. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panormit. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. p. 33.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag. 622.* remissiue Ximen *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. d. lib. 5. tit. 2. cap. 4.*

2 *Ipsum gratis faciatis absolui.*] Nam pretium recipere pro absolutione ab excommunicatione materia est simoniæ, vt per Soar. *de Relig. tom 1. lib. 4. de simonia cap. 19. num. 6 & cap. 50. num. 21.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. num. 122. in fine* vbi idem tenet de actu ferendi censuras. Intellige quando pretium, seu pecunia petitur pro absolutione; si verò petatur loco pœnæ, veluti spreti mandati, iustè peti potest probant Hostiens. *in sum. sub tit. de sentent. excom. vers. & qualiter col. 2.* S. Antonin. *part. 2. tit. 1 c. 5. §. 16.* S. Thom. *in 4. dist. 25. q. 3. art. 2. ad 6.* Felin. & Anan. *in fine, in hoc text.* simili ratione ne concionator pro concione, est enim res quædam spiritualis illa explicatio Scripturarum ad nostram vtilitatem spiritualem, nec fieri potest nisi ab habente spiritualem potestatem. *cap. sicut in vno corpore, de hæretic.* & laicis prohibetur, *in cap. 2. eod. tit. de hæret. lib. 6. & in cap. noua, de pœnit. & remis.* de qua re per Sot. *de iustit. lib. 9. q. 6. artic. 2.*

3 In glos. *Absolutionis.* Notatur ad hoc quòd potest quis pecunia vexationem redimere vt absolutionem obtineat ab excommunicatione, contrarium tenet Innoc. *in præsenti*: at verò Ioan. Andr. etiam *hic* conciliat vtramque sententiam, aut excommunicato, inquit, imminet aliquod præiudicium ex dilata absolutione, puta quia speratur eligi, vel debet eligere, & tunc locum habet opinio huius glossæ: aut non imminet tale periculum, & tunc verum est quod Innocent. dicit, quam distinctionem satis probabilem, & æquam esse dicit Panorm. *hic*, & refert Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 12. c. 11. q. 4. vers. quares.* Sed verius est indistinctè asserere simoniam non committi tradendo pecuniam ad redimendam iniustam vexationem in ferendis censuris, vel in absolutione impendenda, vt si excommunicatio iniustè feratur, aut absolutio iniustè denegatur, aut per potentiam & vim impediatur, eo quòd pecunia tunc detur pro tollenda vexatione, & iniquo impedimento ac iniuria, non pro actu spirituali, ita Soar. *d. lib. 4. cap. 50. ad fin. num. 43.* Bonacin. *in tract. de simon. q. 5. puncto 5. n. 10*

4 Notatur etiam ad hoc quòd pro absolutione in sacramento Pœnitentiæ si aliter Sacerdos nolit absoluere pœnitentem, non potest dari pecunia absque labe simoniæ, vt per Spin. *in speculo testam. gloss. 7. princip. num. 36.* quod ea ratione fit, cùm Sacramentum pœnitentiæ non sit ita necessarium simpliciter, sicuti Sacramentum Baptismi, non potest recipi à simoniaco, sicut Baptismus vt tradit Conar. *in cap. alma mater p. 1. §. 6. num. 7.* & Vgolin. *de simon. tab. 1. cap. 44. num. 5 & 6. & cap. 50. num. 7.* sed verius quod dixi ad *cap. dilectus 28. infr. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Monachi per simoniam recepti in quas pœnas incurrant, ostenditur*
2 *Simonia consistit in venditione ingressus ad monasterium.*
3 *Monasterij pro ingressu non licet aliquid exigere, vel accipere, quasi pretium.*
4 *Professio in religione facta per simoniam est valida.*
5 *Monachus ob simoniam detrudendus est in arctius monasterium, & potest ibi profiteri.*
6 *Electio simoniaca est, si aliquis ignorante electo pro eo eligendo pecuniam dederit.*

CAP. De Regularibus XXV.

Clemens. III.

MOnachi si scienter per simoniam sunt ingressi monasterium, debent dimittere illum locum, quem adepti sunt, & adire solitudinem, vel alia strictiora monasteria vbi agant pœnitentiam de tali excessu, si ipsis ignorantibus fuit data pecunia, cogendi sunt renunciare eidem loco, & posteà si ita expedient, sine scandalo reducendi in eundem, vel collocandi in alio, in quo seruiant Deo. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. And. Anania, Host. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 24.* Alagona *in compendio iuris Canon. p. 628.* remissiue Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 7.*

Collige ex text. professionem simoniacè in Religione factam esse validam, nam cùm *in hoc text.* dicatur simoniacè professum non debere manere in eodem monasterio, sed in aliud eiusdem religionis detrudi, in quo pœnitentiam agat, si non reperiatur, debere ibi manere, iam probat professionem fuisse validam & ideo ita tenent Nauar. *commento 4. de Regular. num 15.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 3. quæst. 63. art. 3.* Barthol. à S. Fausto *in thesauro Religios. lib. 5. quæst. 228.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 49.* Peregr. *in commentar. ad constit. Cleric. Regular. p. 1. cap. 1. lit. C. §. 13.*

2 *Qui per simoniam ingressum*, &c.] Notatur ad hoc quòd in venditione ipsius ingressus consistit simonia, vt per Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 17. num. 13.* Nam pro ingressu monasterij non licet aliquid exigere, vel accipere quasi pretium, licet tamen si monasterium sit tenue, quod non sufficiat ad tot personas nutriendas, gratis quidem ingressum monasterij exhibere, sed accipere aliquid pro victu personæ, quæ in monasterium fuerit recipienda si ad hoc non sufficiant monasterij opes, ita D. Thom. 2. 2. q. 100.

*q.*100. *art.*3.*ad* 4.*& in* 4. *dist.*25. *q.*3.*quæstiunc.c. ad* 7. Azor. *instit.moral.p.*3. *lib.*12.*cap.*16.*quæst.*1.Barthol.de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disp.*1. *dub.*3. Merlin. *de legitima tit.*1. *lib.*2.*q.*14.*num.*6.

Omnino dimittant.] Ergo professio in religione facta per simoniam est valida, cùm solummodo in pœnam prohibeatur talem Religiosum permanere in monasterio in quo sic professus est, de quo vide Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.*23. *num.*181. *vers. secundum,* Vgolin. *de censur. tab.*1.*cap.*4.§.4.Soar.*d lib.* 4.*de simon.cap.*57.*num.*8. Lessius *de iustit. lib.*2.*cap.*35. *dub.*23. Sanchez *in præcepta Decalogi tom.*2.*lib.*5.*cap.*4. *n.*39. Filliuc. *tract.*45.*c.*13. *quæst.*6.*num.*1. Bonacin. *de simonia q.*7. *puncto* 2.*num.*7. 4

Seu alia monasteria districtiora adeant.] Notatur ad hoc quòd monachus ob simoniam detrudendus est in arctius monasterium, & potest ibi profiteri, vt per Sanchez *de matrim.lib.*4.*disp.*13.*num.*3. 5

Si autem ignorantibus, &c.] Notatur hoc quòd electio simoniaca est si aliquis ignorans electo pro eo eligendo pecuniam dederit, vt per *c. instit. moral.p.*3. *lib.*12.*c.*7. *q.*1. *vers. simoniaca,* vbi etiam idem dicit si renuente electo pecunia detur, etiamsi alioquin esset eligendus, intelligendo procedere quando pecunia data fuerit sine dolo, & fraude. 6

SVMMARIVM.

1 *Canonicatui renuncians eo quòd per simoniam ad illum ignoranter assumptus fuerat, si postea de nouo ex compassione ad eundem eligatur, non potest ex prima receptione sibi aliquid vendicare.*
2 *Beneficium ante* 14.*annum nullus potest obtinere.*
3 *Prouisio simoniacè facta ignorante proniso est nulla ipso iure.*
4 *Dispensare potest Episcopus cum simoniaco ignorante, cum sciente tamen solo Papa.*

Cap. Ex insinuatione. XXVI.

1 SImoniacè promotus, v. g. ad Canonicatum ipso insciо, & deinde re cognita renuntiat Canonicatum in manu superioris, si superior, vel Capitulum compatiens de nouo illum eligit ad eundem Canonicatum, propter vltimam electionem obtinebit vltimum locum in choro, & in aliis officiis, & ipse nihil poterit prætendere, vel sibi vendicare ratione primæ electionis. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Collect. Innocent. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anch. Butr. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Viuian. *in rationali lib.*5. *iuris Pontif. pag.*33. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.*623. remissiuè Ximen. *in concord. p.*6. refertur ab Anton. August. *collect.*2. *Decretal. lib.*2. *sub tit. de renunciatione, cap.*2.

2 *Cùmque ad annos discretionis*, &c.] Hodie ex noua dispositione Concil. Trident. *sess.*23.*de reformat.cap.*6. nullus ante decimumquartum annum beneficium potest obtinere, vt per citatos à me *in tract. de officio, & potestate Episcopi p.*3.*alleg.*60.*num.*73.

Postremum locum in choro, &c.] Notatur ad hoc quòd Canonicus priuatus omni iure Collegij non recuperat primum locum si restituitur, sed habebit locum, qui ei competit secundum tempus restitutionis, Felin. *in præsenti col.*2. Rebuff. *in tract. nominat. q.*21. Raguc.*de voce Canon.in Capitulo quæst.*17.*n.*2.

3 In gloss. *Tibi*, ibi, *ignoranti.* Notatur ad hoc quòd prouisio simoniacè facta ignorante prouiso est nulla ipso iure, vt per Cassad. *decis.*3. *n.*3. *de sequestr. possess.* Gom. *in reg. de triennali p.*12. *vers. & ista,* addit ad Cappell. Tholos. *decis.*439.*num.*3. Veg. *in sum.part.*2. *cap.* 101. *casu* 33. Soar. *de relig.tom.*1. *tract. de simonia cap.* 38.*n.*35. Gutier.*Canon.lib.*2.*c.*13.*à num.*24.Raph.de la Torre *in* 1.2. *tom.*2.*q.*100. *art.*6.*disp.*5. Lessius *de iustitia lib.*2.*cap.*35.*num.*142. & alios, quos refert & sequitur Nicol. Garc. *de benef. p.*8. quamuis contrarium teneant Couarr. *in reg. pec.* ..... *p.*2.§.8.*num.*8. Corras. *p.*4.*c.*1.*num.*3.Nauar.*in man. cap.*25.*num.*113. *& consil.*37.*num.*3. *& cons.*95.*&* 96.*de simon.* Vgolinus *tab.*4.*cap.*7. 4

In gloss. *Elegerunt.* Notatur ad hoc quòd cum simoniaco ignorante potest Episcopus dispensare, cum sciente tamen solus Papa, vt per Selu. *in tract.de benef. part.*3. *q.*51. *num.*4. *& 5. in praxi Episcop. part.*1. *verbo simonia dub.*4.

SVMMARIVM

1 *Electio simoniaca est cassanda, quamuis electus ignoret; nisi factum fuerit in eius fraudem, & Episcopus non dispensat cum electo reprobato per vitium simoniæ.*
2 *Simoniaca dicitur electio commissa cum vno solo patrono, intellige vt ibi.*
3 *Electio spe præmij, seu pretio intercedente fieri non potest.*
4 *Simoniaca est electio si aliquis eligendo inscio pecuniam dederit, vt ille eligatur nisi data fuerit dolosè.*
5 *Beneficium possidens habitum cum simonia se ignorante commissa, habet titulum coloratum, & gaudet beneficio regulæ de triennali.*
6 *Electio simoniaca electo ignorante facta an sit reprobanda vel ipso iure nulla, ostenditur.*
7 *Simoniaco beneficium resignari non potest.*

Cap. Nobis. XXVII. *Cæleſt. III.*

1 ELectio simoniaca alicuius, ab aliis ipso inscio commissa, est reprobanda, nisi constaret quòd ille malitiosè commiserit simoniam in fraudem eligendi. Item cum simoniacè electo, & propter simoniam reprobato non potest Episcopus dispensare. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Host. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in ration. lib.*5. *iuris Pontificij, pag.*34. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*623. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Anton. August. *collect.*2. *Decret lib.*5.*tit.*2.*cap.*9.

2 *Vni, vel omnibus eligentium.*] Ergo simoniaca dicitur electio commissa cum vno solo patrono, vt per Abb. *hic notab.*1. Nauarr. *in man.cap.*23.*n.*113.Molfes. *in sum. Theologia moralis, tract.*6. *cap.*15. *n.*8. Bonacin. *de simon. q.*7. *puncto* 2. *num.*24. *vers. limitatur secundò,* & censuit Rota apud Farin. *decis.*22. *in* 1.*collect. nouissimarum,* alias *p.*4.*diu.* quam refert Nicol. Garc. *de benefic. p.*8. *cap.*1. *num* 10. *&* 12. intelligit procedere in eligentibus, præsentantibus, aut conferentibus vt vniuersis, seu iure collegij, in quibus terminis loquitur text. *in præsenti*, quia tunc omnium vna est electio, præsentatio, aut collatio, & sic simonia cum vno commissa tangit & vitiat electionem, præsentationem, aut collationem. Contrarium verò constituendum est in patronis præsentantibus vt singulis, quilibet enim præsentat de per se & tot sunt præsentationes, quot patroni & sic vna præsentatio vitiosa seu simoniaca non influit in alias, quo casu procedit decisio Rotæ apud eundem Farinac. *decis.*103. *in* 1.*collect.nouiss.alias p.*4. *diuers.*

Promiserunt se pecuniam soluturos.] Notatur ad hoc quòd 3

quòd electio, spe præmij, seu pretio intercedente fieri non potest, vt per Molin. *de primogen. lib. 2. cap. 5. n. 37.*

Potest tamen pecunia absque labe simoniæ dari electoribus beneficiorum ecclesiasticorum volentibus indignum eligere, aut inique impedientibus electionem fieri, quia pecunia non datur pro electione, seu exercitio spiritualis muneris, sed vt voluntas electorum abstrahatur ab obiectis indignis, aut minus dignis, vel vt tollatur vexatio, quæ iniquè infertur tentando indignum, vel minus dignum eligere, aut iniustè impediendo electorem, ita Soar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon. cap. 50. numero 36.* Bonacin. *in tract. de simonia q. 6. puncto 5. num. 11.* subditque tamen nunquam redimendam esse iniquam vexationem in electionibus beneficiorum Ecclesiasticorum dum absque graui incommodo aditi potest superior, qui vexationem impediat.

4 *Quia igitur super hoc*, &c.] Notatur ad hoc quod simoniaca est electio si aliquis eligendo inscio pecuniam dederit vt ille eligatur, nisi data fuerit dolosè, vt electioni noceret, ita Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 7. q. 1. vers. quid si.* Nicol. Garc. *d. cap. 1. num. 8.* vbi *num. 9.* ampliat etiamsi electo[r] seu collator esset aliàs electur[us] seu collaturus si motus fuit consilio vel in-

5 terces[sio] illius, vnde qui beneficium tali modo adeptus est [be]neficij fructus suos non facit, & collatio omnino nulla est, Ludou. Gom. *in reg. de trien. quæst. 12. vers. & ista*, Nicol. Garc. *d. cap. 1. num 6.* Lessius *de iustit. lib. 2. cap. 35. num. 142.* Soar. *tom 1. de Relig. tract. de simon. cap. 38. num. 35.* quamuis contrarium teneant Couar. *in reg peccatum p. 2. §. 8. n. 8.* Nauarr. *in man c. 25. num. 113. & cons. 37. num. 3. & cons. 95. & 96. sub hoc tit.* Vtrùm autem possidens beneficium habitum per simoniam se ignorante commissam habeat titulum coloratum, & gaudeat beneficio regulæ de triennali, vide Rebuff. *de pacificis possess. num. 198. ad fin. vers. etiam cum simonia*, Lessium *de iustit. lib. 2. c. 25. n. 140.* Mantic. *Rotæ decis. 221. n. 3.* Garc. *d. c. 1. n. 15.* Vgolin. *d. tab. 4. cap. 6. § 4. n. 2.*

6 *Penitus reprobanda.*] Ideo in præsenti electio simoniaca facta est reprobanda, & non ipso iure, quia pecunia fuerat promissa vni eligentium pro omnibus ignorante electo, quo casu non est tam odiosa electio, licèt sit simoniaca, & cassanda, ita Cosm. *in pragmat. sanct. p. 1. tit. de electionib. c. si. ut §. quòd si aliter, vers. ipso iure*, Boët. *decis. 117. n. 4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. n. 176. cum seq.* Cuius tamen contrarium, videlicet prouisionem simoniacè factam ignorante prouiso esse nullam ipso iure, tenent citati Doctores *cap. præcedenti num. 3.*

7 *Obtinere de iure non potest.*] Et ideo simoniaco beneficium resignari non potest, cùm & illud tanquam inhabilis obtinere non valeat, ita Flamin. *de resignat. benefic. lib. 4. q. 3. num. 20.* Vgolin. *de simon. tab. 4 cap. 6. §. 6. num. 2.* Lessius *d. cap. 35. num. 139.* Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. de simonia cap. 58. num. 9.* Nicol. Garc. *d. c. 1. n. 56.* Non est tamen incapax si alter in gratiam ipsius emit, sed hic rem sciens contraxit ante collationem, vt tenet Henriquez *in sum. lib. 3. cap. 37. §. fin.*

SVMMARIVM.

1 *Prælato dans pecuniam ne ipsum in iure suo de facto molestet, illam repetit si Prælatus promissa non seruat, & declaratur num. seqq.*

5 *Fidem non seruanti fides seruanda non est.*

6 *Vexatio super beneficio vt redimatur potest quis soluere aliquid molestanti ipsum iniustè.*

7 *Simonia non committitur si detur pecunia Sacerdoti iniustè absolutionem deneganti ad tollendam iniustam vexationem.*

8 *Episcopi non possunt decimas à suis subditis redimere etiamsi ab eis in earum solutione iniustè vexentur.*

Cap. Dilectis. j. XXVIII.

1 MOlestatus in iure suo saltem de facto, quando pecuniam dat superiori molestanti ne illum molestet, si deinde superior contra pactum illum molestat, debet restituere pecuniam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag. 35.* Alagona *in compendio iuris Canonici, p. 614.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 10.*

Circa materiam redimendi vexationem dixi *supr. ad cap. Matthæus, hoc tit.*

2 Dum hic text. eum, qui pecuniam recepit vt ab omni grauamine cess[aret], postea circa beneficia litem mouens ad restitu[tionem] teneri si contra promissionem veniat, pati[tur] mediocrem difficultatem, videtur enim proba[bilis] iustam esse transactionem à litigantibus de rebus spiritualibus factam, vt alter recepta pecunia liti cederet, contra *cap. cum pridem, de pactis, & cap. nisi essent, de prebend.* & quæ in his iuribus dixi, & addidi, vbi præcipuè *in d. cap. nisi essent*, probaui ita demum licitum esse pecuniam recipere si pro bono pacis à iudice, vel ab arbitro mandatum sit nullæ partium conuentione præcedente. Auger difficultatem *cap. Matthæus 23. hoc tit.* vbi in casu simili ea conuentio simoniaca iudicatur. Quapropter *gloss. 1. & 2. in præsenti*, putat pecuniam iustè quidem fuisse datam, quia is, qui dedit vexationem, iniustè redimebat, quod etiam in spiritualibus licere non dubitat, vbi nullum ius vexanti competit, iniustè tamen & cum labe simoniæ fuisse receptam, quia is, qui promisit contra legem, id facere tenebatur, & ideo restituere iubetur, hanc glossæ sententiam probat Innoc. *in præsenti*, sequitur, & communem dicit Abb. *hic* Anan. *num. 9.* Zabarel. & Felin. *num. 7.* Fab. *ad l. vlt. C. de transact.* & alios relatis à Padil. *num. 13.* Præpos. qui alios refert *in sum. num. 27. 1. q. 1.* Paul. Borg. *in tract. de irregul. tit. de simon. num. 58.* Verùm contra gloss. & communem illud maximè obstat, quòd si in hoc text. ad redimendam vexationem pecunia fuisset data, recipiens indistinctè iuberetur restituere, etiamsi promissioni staret, is enim, qui iustè datum recipit, iniustè in vtroque foro restituere compellitur, *l. 2. & 4. in § quoties ff. de condict. ob turpem cap. non sanè 14. q. 5.* Nauarr. *in man. cap. 17. num. 33.* Sot. *de iustit. lib. 4. q. 7. art. 1.* & relati à Couarr. *in reg. peccatum p. 2. §. 3.* at verò Summus Pont. ita demum restituere iubet si contra promissionem factum probaretur, vt colligitur ex dictione, *si*, quæ efficit conditionale præceptum, *l. Titio ff. quando dies legati cedat*, cum aliis citatis per me *de diction. & clausulis dict. 313.* conditio autem præceptum ad eum restringit casum: quòd si non fuerit completa, non obligabit, iuxta reg. *in l. ac conditio, in princ. ff. de contr. empt. l. qui hæredi § Plautius ff. de condition. & demonstr.* DD. *in Clem. 1. de prob.* Menoch. *cons. 134. num. 7. & num. 29.* igitur fieri non potest vt iuxta sententiam gloss. text. hic declaretur. Nec huic argumento satisfacit gloss. & DD. *vbi suprà*, dum aiunt supplendum esse verbum *maximè*, vt idem sit in casu contrario, est enim absurdum planè; & illa verba legibus addere, vel detrahere non licet, quæ sensum mutant, nec fas est credere legislatores adeo fuisse fatuos vt verba contraria suæ intentioni

intentioni expresserint, nósque miserum refugium arbitramur, vt vulgarem editionem tot sæculis receptam, quam quis non intelligit, corrigat.

3 Hostiens. igitur hoc argumento motus ait credendum esse in eo text. auctoritatem superioris interuenisse, atque ideo ab vtraque parte compositionem fuisse iustam, & tunc demum restituendam pecuniam, cùm conditio non fuit obseruata, vt text. habet, quem intellectum alij quoque probant *in præsenti*, & affirmant vtrumque defendi posse: displicet tamen Ananiæ, ea tantum ratione, quia huic titulo non conuenit. Nobis verò aliis argumentis non probatur, primò quia verbis text. non conuenit, ex quibus apertè constat pecuniam à Præposito fuisse promissam, & datam absque vllo superioris, & arbitri mandato. Deinde vterque intellectus supponit promissionem ab Archidiacono factam fuisse specialiter de nullo inferendo grauamine circa beneficia, de quibus erat controuersia, quod quidem si rectum verborum sensum, & rationem iuris obseruabimus, verum non esse deprehendemus, videlicet in hoc text. nullum grauamen circa beneficia fuisse illatum impedito, aut litem motam, sed circa personam, & res alias, vt ex eo constat in illis verbis, *grauaminibus*, &c. promissio autem Archidiacono generaliter facta fuit de nullo grauamine inferendo, nec restricta ad res aliquas, & ob id pecuniam datam, & receptam fuisse absque labe simoniæ, quia circa spiritualia nulla erat controuersia à qua propter pecuniam cessaret Archidiaconus, qui postea cœpit controuersias excitare circa beneficia, existimans promissionem suam ad ea non pertinere, tum quia generalis promissio, aut transactio ad ea non trahitur, de quibus actum, & cogitatum non fuit, *l. obligatione generali ff. de pignorib. l. iubemus C. ad Velleian.* text. opt. *in l. si de certa C. de transact.* vbi Padil. *à n.* 1. multa congerit, obseruat gloss. *verbo quod promisit in cap. penult. de iureiur.* tum etiam quia promissio accipienda erat iuxta statum, qui vigebat tempore, quo facta fuit, ex doctrina Bart. tenet Afflict. *decis.* 328. *num.* 4. Tiraq. *in l. si vnquam in præfat. n.* 130. Octauian. *Pedem. decis.* 91. *num.* 3. Cùm ergo tempore factæ promissionis circa beneficia nullum grauamen infertur, videbatur non posse ad ea promissionem extendi. Accedit quòd non poterat plus operari generalis promissio circa suas species, quàm specialis circa beneficia, vnde qui aliquid in conuentione specialiter deducere non potest, si generaliter conueniat, non videtur illud contrahendi animum habuisse, vt in simili resoluunt DD. *in cap. quanto, de iudic.* Roch. *de iurepatron. verboipse velis, qu.* 29. *num* 65. Cost. *in cap. si pater, verbo Trebellianicæ num.* 7. *vers. quarto.* Cùm igitur Archidiaconus absque simonia non potest pecuniam recipere vt à controuersia beneficiorum cessaret, vt omnes volunt, planè ex sua generali promissione non videbatur ad sua beneficia obligari. His rationibus se potuit Archidiaconus excusare, quæ Summo Pontif. dubitandi occasionem præstabant.

4 Quibus suppositis resoluendum est in hoc text. illud definiri, transactionem scilicet de nullo grauamine inferendo generaliter receptam aliquo dato, & recepto simoniacam non esse, vbi de beneficiis, aut aliis spiritualibus actum non fuit, quia cùm nec verborum contrauentione expressa, nec partium intentione actuali beneficia contineat, non potest simoniæ vitium facere, quamuis adeo generalia verba sint, vt ad beneficia quoque, de quibus actum non est, conuentionem trahant. Ideo autem pecuniam restitui iubetur sub ea conditione, quoniam oportebat iudici duo maximè examinare, vnum an promissio facta fuisset per verba adeò generalia vt grauamina circa beneficia comprehenderet, de quibus nulla erat contentio, nec inter partes actum, iuxta text. *in l. si pluribus 16. ff. de acceptilat.* & receptam doctrinam Bart. *in d. l. si* de certa, quo loco dicit quod si transactionis verba adeò sint generalia, vt salua ratione recti sermonis non possint restringi ad eas tantùm res de quibus erat controuersia, omnes alias comprehendit, quæ sub generalitate verborum continentur, licèt de illis actum non fuerit; probat post alios Alex. *ibid. num.* 3. Iason. *v.* 7. & 8. Padil. *num.* 3. *in fine*, qui communem esse affirmat, resoluit Abb. videndus *in cap.* 1. *n.* 6. *de transact.* quo pacto Archidiaconus promissionem potuit violare circa beneficia Præpositum grauans, sin autem promissio non fuerat adeò generalis, referenda erat ad res de quibus fuerat contentio, & non offendebatur. Alterum verò, vtrùm iustè vel iniustè grauamen inferret iuxta supradicta. Nec obstat quòd etsi nulla fuisset simonia in ea conuentione, versatur tamen manifesta iniustitia ex parte recipientis, dum pecuniam recipiebat pro eo, quod omni lege facere tenebatur, vt probat text. *in l.* 3. *in princip. vers. quoties ff. de condict. ob turpem.* Nauar. *in man. cap.* 17. *à num.* 33. respondetur enim hoc in eo text. pretium non fuisse, sed tantùm de promissione violata actum, eo fortasse consilio, quia nolebat Præpositus in controuersiam vocare, vtrùm grauamina ab Archidiacono illata adeo fuissent iniusta, vt non potuisset ita transigere, & ideò iuxta partis petitionem Summus Pontifex causam iubet definiri. Posset etiam tentari in hoc text. Præpositum pro redimenda vexatione pecuniam dedisse, Archidiaconum verò promissionem non seruasse, propterea quòd pecuniam receperat pro re, quam non præstabat ad restitutionem vrgeri, quoniam receptum est, & verùm eum, qui pecuniam recepit, vt aliquid faciat siue ex parte recipientis, siue vtriusque detur turpitudo, restituere debere ei, qui dedit, si id, quod promisit, non faciat, etsi iustum sit, vt post Medin. docet Nauar. *vbi suprà n.* 30. *vers. quarto.* Nec valuit Præpositus de simonia Archidiaconi agere, quia fortè non erat adeò explorata.

Contra promissionem suam, &c.] Notatur ad hoc quòd 5
non seruanti fidem fides non est seruanda, ad quod plures Doctores refert Cened. *ad Decretal. collect.* 174. *num.* 4. quibus adde Ioseph. Ludou. *tom.* 3. *communium opinion. tit. de probat. Concl. vnica, vers. quælibet enim, p. mihi* 437. Menoch. *consil.* 1. *n.* 365. Seraphin. *de priuilegiis iuram. priu.* 74. *n.* 154. Surd. *cons.* 359. *n.* 9. Christoph. de Pace *in scholiis ad leges styli l.* 41. *n.* 26. Cardos. *in praxi iudicum, verbo fides n.* 2. Farinac. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 29. *n.* 65. Alexand. Trentacinqu. *var. resolut. lib.* 3. *tit. de verborum significat. resol.* 2.

In gloss. *Restituere quod accepit.* ibi, *sed verius, &* 6
æquius videtur, &c. Notatur ad hoc quòd ad redimendam vexationem super beneficio potest quis soluere aliquid molestanti ipsum iniustè, & vt per Anchar. *hic not.* 2 *& num.* 2. *vers. dic quòd quandoque*, Burr. *n.* 2. *in* 1. *notab. & num.* 3. *vers. oppon.* Sarnen. *in reg. de annalib.* 2. *num.* 4 *vers. & quamuis in beneficialibus.* Nauar. *cons.* 64. *sub hoc tit.* Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 14. *q.* 3. *n.* 7. Rot. *in Aretina capellania* 9. *February* 1618. coram bonæ mem. Buratto, inter eius impressas *decis.* 307. *n.* 5. vbi etiam post Flamin. *lib.* 7. *q.* 1. *num.* 104. & Garc. *de benefic. part.* 11. *c.* 3. *num.* 249. subdit superioris auctoritatem non requiri.

In ead. gloss. ibi, *excommunicatione iniusta.* Notatur ad hoc quòd simonia non committitur si detur pecunia Sacerdoti iniustè absolutionem deneganti ad tollendum prauum effectum, seu iniustam vexationem, vt per Redoan. *de simon. p.* 3. *cap* 21. *num.* 6. Soar. *d. lib.* 3. *de simon. cap.* 19. *n.* 8. Bonac. *de simon. q.* 4. § 16. *n.* 3. 7

In

8 In ead. gloss. ibi, *sed non committeret Episcopus simoniam si quandoque redimeret decimas.* Colligè Episcopos non posse decimas à suis subditis redimere, etiamsi ab eis in earum solutione iniustè vexentur, nec aliter eas soluere velint: ita omnes per text. ibi, *in cap. decimas 16. quæst. 3.* Soar. *de Relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. c. 50. sub num. 33.*

9 In gloss. *Promissionem.* ibi, *ergo videtur*, &c. Dum in hoc text. decernitur, iniustum vexatorem qui pecuniam acceperat vt desisteret à vexatione cogendum esse ad restitutionem si non stetit promissis, videtur à contrario sensu probare cogendum non esse ad restitutionem si stetit promissis, & re ipsa cessauit ab iniqua vexatione, quod non est dicendum, vt hæc gloss. habet, sed reiecta eius responsione existimantis in hoc text. supplendam esse dict. *maximè*, melius respondetur Pontificem in præsenti ad interrogata respondisse, interrogabatur enim, & querela apud illum interponebatur solùm de non seruata promissione, & ipse respondet promittentem cogendum esse ad restitutionem pecuniæ acceptæ, si constet non seruasse promissionem, ita Soar. *d. lib. 4. de simon. cap. 50. num. 16.* Bonacin. *in tract. de simon. quæst. 6 punct. 5. sub num. 4. vers. respondeo secundò.*

SVMMARIVM.

1 *Benedictiones nubentium, & exequiæ mortuorum, vel suffragia gratis dari debent, nec pro eis aliquid exigi potest, & num. 2.*
3 *Sacerdos pro ministratione spiritualium potest aliquid exigere, si ei sumptus desint.*
4 *Sacerdos gratis ministrare spiritualia quando debeat, & possit aliquid accipere titulo sustentationis.*
5 *Clericus vt locet operas suas, non est inconueniens.*
6 *Consuetudo vbi adest, quòd aliquid detur in exequiis mortuorum, & similibus, potest populus cogi saltem officio iudicis ad obseruandam consuetudinem.*

CAP. Suam. XXIX.

1 CApellanus pro benedictione nubentium, & exequiis mortuorum nihil potest accipere, & acceptum restituere debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innocent. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Vivian. *in ration. lib. 5. iuris Pontificij, pag. 35.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 624.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decretal. lib 5. tit. 2. cap. 1.*

2 Hanc cand. concl. ex hoc text. desumunt Soar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 13. num. 2. & 5. & cap. 15. num. 5.* Bellet. *disquisit clerical. p. 1. tit. de bonis clericorum § 3. à num. 19.* Azor. *instit. moral p. 3. lib. 12. c. 4. quæs. 2.*

3 In gloss. *Pro exequiis.* ibi, *si sumptus desint.* Notatur ad hoc quòd sacerdos pro ministratione spiritualium potest aliquid exigere si ei sumptus desint, ita Soar. *d. lib. 4. de simonia, cap 47. num. 11.* vbi dicit hanc glossam esse intelligendam de Sacerdote, qui ex officio ministrare non tenetur, vel certè addendum esse posse id facere causa approbata à Prælato ad quem spectat prouidere vt inferiores pastores populorum ab eisdem alantur sufficienter.

4 In ead. gloss. ibi, *& tamen gratis dicitur celebrare.* Notatur ad hoc quòd sacerdos gratis ministrare debet spiritualia si habet de suo, vt per Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 59. num. 3.* Vbi enim pro obligatione actionis spiritualis aliquid accipitur titulo sustentationis, simonia non committitur, quia etiam hoc casu dicitur gratis ministrare quatenus non accipitur indebitum, cùm non accipiat aliquid tanquam pretium sacri ministerij, sed ad sustentationem quæ iure debetur, ita eleganter Bonacin. *de simon quæst. 6. puncto 2. num. 1.* nec habendum est in consideratione si Sacerdotes alitunde habeant, quo alij possint, quia hoc per accidens est, nec illi obesse debet ad hoc vt recipere non possit id, quod sibi ex natura rei debetur, cùm nemo etiam diues sine stipendiis militare teneatur, vt per Valer. Reginal. in *praxi fori pœnitent. lib. 23. num. 117.* Soar. *d. lib. 4. cap. 45. num. 7.* Valent. *tom. 3. disp. 6. quæst. 16. puncto 3. vers. quod ad etiam,* Bonacin *vbi proximè,* resoluentes etiam aliunde peccare posse, vt si ex officio ministrare tenentur, & ratione officij alios reditus habeat, tunc enim peccabit contra iustitiam cùm accipiat indebitum. Peccabit etiam iniustitiæ peccato, imo & incurret simoniæ suspicionem ille, qui plures exigit pro sustentatione quàm fuerat ratio laboris & operis, vt per Soar. *d. lib. 4. cap. 46. num. 9. & cap. 47. num. 5. cum seqq.* Filliuc. *tract. 45. cap. 10. quæs. 7. n. 18 & seq.*

In ead. gloss. ibi, *nec enim est inconueniens vt clericus locet operas suas.* Ita Hostiens. *hic num. 4.* Abb. *num. 11.* Bellet. *d. §. 3. num. 17.* plures, quos refero ego ipse *de officio & potestate Episcopi p. 2 alleg. 24. num. 2.* quibus addo Lessium *de iustit. lib. 2. c. 35 dub. 8. n. 45.* Bonacin. *de simon. quæst. 6 puncto 3. num. 9.* Vnde simoniam non committi accipiendo aliquid pro obligatione manendi in tali loco, celebrandi tali hora, & similibus, resoluunt Soar. *d. lib. 4. cap. 21. num. 17.* Filliuc. *tract. 45. cap. 4. q. 11. num 49.* Bonacin. *vbi sup. n. 8.* vbi *num. 7.* subdit simoniam quoque minimè committi accipiendo pretium pro longo itinere quod Sacerdos suscepit causa celebrandi Missam. Vide posita ad *cap. significatum, 11. n 10. de præbend.*

In ead. gloss. ibi, *si tamen consuetudo,* &c. Notatur ad hoc quòd vbi adest consuetudo quòd aliquid detur in exequiis mortuorum, & consimilibus, aut legitimè appareat de quasi possessione exigendi, vtpote vt detur candelæ, cerei, prandia, nec non in administratione Sacramentorum, licèt clerico non detur actio ad petendum, vt per Hostiens. *hic num. 4.* Dec. *cons. 214. per totum,* Vgolin. *in tract. de simonia in genere tab. 1. §. 10. numer. 1. 2. & 7.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 110. num. 9. & cap. 210. n. 11. 12. & 28.* Azor. *instit. moral. pag. 3. lib. 12. cap. 19. q 1.* Potest tamen cogi populus si non iure actionis, saltem officio iudicis ad obseruandam honestam, & laudabilem consuetudinem, si quæ super his fuit, vt *infrà* dicam *ad cap. ad Apostolicam 42. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Monachum simoniacè fuisse receptum vbi per accusationem constiterit, receptus & recipiens deponuntur; vbi verò per inquisitionem hoc ipsum constiterit, receptus in arctius monasterium detruditur, recipienti verò, & maioribus pœna condigna imponitur, & interim ab executione sacrorum Ordinum suspendi debent.*
2 *Connexitatis ratione res inter alios acta aliis nocet.*
3 *Archiepiscopus potest iniungere suis suffraganeis vt seruari faciant, quod seruatur in Metropolitano.*
4 *Taxatio non cadit in his, quæ tantum per liberalem donationem conferri possunt.*
5 *Res inter alios acta in iudicio aliis præiudicat, & prodest quoad quandam præsumptionem.*
6 *Munera possunt offerri infideli ea conditione vt Baptismum suscipiat.*

7 Simonia

7 *Simonia absque vitio potest quis alteri aliquid dare vt peccatum vitet, vel vt opus spirituale faciat.*

Cap. Dilectus. ij. XXX.

1 QVando contra plures simoniacè per pretium in monasteriis receptos Canonicè instituitur accusatio, probato crimine iuridicè seueritas iuris est seruanda in dantibus & accipientibus; si verò non per accusationem, sed per solam inquisitionem constet, recepti simoniaci in arctiora monasteria ad agendam pœnitentiam mitti debent, sed superioribus, & officialibus, qui simoniacè illos receperunt, iniungenda est competens pœnitentia, & dum illam faciunt, suspendi debent ab executione Ordinum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. And. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Mar. Socin. Felin. Panorm. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag.* 36. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 524. remissiuè Ximen. *p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 2.

2 *Tam in dantes.*] Notatur ad hoc quòd ratione connexitatis res inter alios acta aliis nocet, vt per Tiraq. *in tract. res inter alios acta, vers. limita igitur* 22.

3 *Vt hanc formam per suas diœceses*, &c.] Notatur ad hoc quòd Archiepiscopus potest iniungere suis suffraganeis, vt seruari faciant, quod seruatur in Metropolitana vt per Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiepiscop. Neapolitanæ cap.* 71. *num.* 21. vbi intelligit in illis, quæ de iure seruanda sunt.

4 *Sine taxatione.*] Notatur ad hoc quòd in his, quæ tantùm per liberalem donationem conferri possunt, taxatio non cadit, secus in his rebus, quæ ex debito dantur per modum stipendij, si de modo, vel quantitate non constet ex lege, vel consuetudine, vt per Soar. *de Relig. tom.* 1 *lib.* 4. *de simonia, c.* 46. *n.* 6.

5 In gloss. *Dantes.* Notatur ad hoc quòd res inter alios acta in iudicio aliis præiudicat, & prodest quoad quandam præsumptionem, vt per Couar. *practic. c.* 13. *num.* 4.

6 In gloss. *Inuitari.* Notatur ad hoc quòd possunt offerri munera infideli, ea conditione vt baptismum suscipiat, vt per Sanchez *de matrim. lib.* 2. *disp.* 39. *n.* 4. *vers. sexto*, Soar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 6. *de simonia cap.* 16. *num.* 10. Azor. *instit. moral p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 3. *q* 5. me citato *in hoc loco* Cabreiros *de metu lib* 2. *cap.* 17. *n.* 59.

7 & ita ex hac gloss. colligitur posse quem absque vitio simoniæ aliquid alteri dare vt peccatum vitet, vel vt opus spirituale faciat in solius operantis vtilitatem, relicta illi facultate & libertate faciendi tale opus, nec alia ratione peccare præciso scandali periculo, siue tale opus sit consilij, siue supererogationis, siue præcepti, ita Navarr. *in c. inter verba concl.* 5 *illat.* 1. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 93. *concl.* 4. Lessius *de iustit. lib.* 2 *c.* 35. *dub.* 12. *num.* 66. Soar. *d. cap.* 16. *n.* 12. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 23. *num.* 152. Filliuc. *tract.* 45. *cap.* 4. *quæs.* 4 *n.* 13. Bonacin. *de simonia quæst.* 4. §. 7 *n.* 2. *cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Abbas contra testes, qui deposuerunt contra illum de simonia in iudicio inquisitionis, excipere potest quòd sunt inimici & conspiratores, alias verò exceptiones criminum opponere non potest.*
2 *Assertioni alterius facile credere non debemus.*
3 *Iudex non potest iudicare secundùm causam probatam & non deductam.*
4 *Fatuus est iudex, qui vltra petita iudicat.*
5 *Sententia vt valeat debet esse conformis libello.*
6 *Sententiæ verba obscura interpretantur iuxta conclusionem libelli, limita in criminalibus.*
7 *Reus extraiudicialiter prius ab actore monendus ex vrbanitate, & non ex iuris necessitate.*

Cap. Licèt Heli. XXXI.

IN omnibus delictis notoriis, exceptis tribus modis procedi potest: primò per accusationem, & debet præcedere legitima inscriptio: secundò per denunciationem, quam debet præcedere charitatiuè correctio: tertiò per inquisitionem, quam debet præcedere clamosa insinuatio per publicam famam, & frequentem insinuationem, ne idem sit Iudex, & accusator, sed fama accuset, & Iudex inquirat, & audito aliquo contra clericum pœna digno, iudex non debet facilè credere, vel punire, sed inquirere diligenter, & si quid probatur secundùm iura, punire potest dictando sententiam secundùm formam iudicij. Abbas si est suspectus de dilapidatione, est suspendendus ab administratione Abbatiæ. Item si per viam inquisitionis probatur simonia de Abbate, Abbas potest contra testes excipere quòd sint eius inimici, & conspiratores, alias verò exceptiones criminum opponere non valet. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Collect. Innoc. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in ration. lib.* 5 *iuris Pontif. p.* 36. Alagona *in compendio iuris Canon. p.* 625. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *c.* 3. *& lib.* 2. *registri Innoc. III. circa finem*, vbi ex integra epistola clariùs intelliges, quæ ad hunc locum spectant.

Non facilè credere debet.] Notatur ad hoc quòd non debemus alterius assertioni facilè, citóque ac temere credere, vt per Tiraquel. *de pœnis temperan. causa* 51. *num.* 26. 2

Vt iuxta iudicij formam.] Ergo si iudex iudicat secundùm causam probatam, & non deductam, certè iudicat vltra petita, quod fieri nequit à iudice sine nota stultitiæ, vt per Afflict. *decis.* 32. *num.* 1. Valasc. *de iure emphyt. q.* 6. *n.* 12 *prope fin.* Nam fatuus est iudex, qui vltra petita iudicat. Vanti. *de nullit. tit. ex defectu processus n.* 97. Cæs. Barz. *Bononien. dec.* 33. *num.* 9. Azeued. *l.* 10. *num.* 115 *cum seqq. tit.* 17. *lib.* 4. *nouæ recop.* Camill. Borell. *in summa omnium decis. tit.* 49. *de libello n.* 127. *&* 128. Valasc. *cons.* 145. *n.* 8 *cum seqq.* D. Barbos. *in l. si cùm dotem, in princ. n.* 44. *ff. soluto matrim.* 3

Sententiæ quoque forma dicetur.] Notatur ad hoc quòd sententia vt valeat debet esse conformis libello, vt per Socin. *reg* 442. *num.* 2. nam verba obscura sententiæ interpretantur iuxta conclusionem libelli, ex Mascard. *de probat. concl.* 110. *n.* 4. Menoch. *cons.* 110. *num.* 4. Seraphin. *decis.* 640. *num.* 2. Escob. *de ratiocin. c.* 18. *num.* 23. *&* 24, Card. Tusch. *tom.* 7. *lit. S. concl.* 126. *num.* 22. 36. *&* 50. Salgado *de protect. Regia tom. p.* 4. *cap.* 12. *num.* 70. Stephan. Gratian. *discept. forensium c.* 33. *num.* 11. *&* *Marchiæ decis.* 214. *num.* 5. *&* 6. Limita in criminalibus, in quibus non requiritur quod sententia sit conformis libello, imò in plus quàm sit petitum potest iudex condemnare, vt per Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 1. *n.* 39. *col.* 3. *vers. &* *confirmatur.* Bonacos. *commun. crimin. p.* 2. *verbo sententia, fol.* 68. *verso.* Menoch. *cons.* 80. *n.* 34. Camill. Borell. *in summa omnium dec. tit.* 49. *n.* 127. 4

In gl. *Inscriptio.* Notatur ad hoc quòd reus extraiudicialiter prius ab actore monendus ex vrbanitate, & non ex iuris necessitate, vt per Soar. de pace *in pract. tom* 1. *p.* 1. *temp* 2. *num.* 1. 5

SVMMARIVM.

1 *Testes criminosi an & quando admittantur in crimine simoniæ.*
2 *Inimici capitalis testimonium repellitur in causis priuilegiatis, & crimimbus exceptis.*
3 *Suspectus de inimicitia capitali repellitur à testimonio.*
4 *Actio intentata contra eum, qui ob homicidium commissum inhabilis est reputandus ad beneficium consequendum, ciuilis censetur & non criminalis.*
5 *Liti qui renuntiat simpliciter, non præsumitur id facere animo donandi.*
6 *Dignitas delinquentis in pœnis est attendenda.*
7 *Inimicitiæ quæ dicantur capitales remissiuè.*
8 *Inimicus capitalis reconciliatus & cum quo est secuta pax, testis esse potest.*

CAP. Per tuas. j. XXXII.

1 CVm *in cap. præcedenti* dictum esset quòd contra simoniacos admittuntur testes criminosi, dummodo non sint inimici, & ex odio, declaratur *in præsenti* illud intelligendum esse de æquitate iuris, si de crimine simoniæ agatur ciuiliter, & quando persona contra quam agitur est Regularis, & inferioris gradus, & malæ famæ, & quæ facilè, sine scandalo possit puniri, & si sint alia adminicula vltra testes, tunc contra illos sola exceptio inimicitiæ admittitur, & non aliorum criminum. Colligunt ex Ordinar. Abbas. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. And. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Marian. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 36. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 626. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. pag.* 1 & 2. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 2. tit. 2. c. 4.*

2 *Et inimicitiæ.*] Notatur ad hoc quòd inimici capitalis testimonium repellitur in causis priuilegiatis, & in criminibus exceptis, vt per Hippol. *cons. 12. n. 11. & cons. 20. num. 27. & cons 28. num. 7 & cons. 29. num. 24. & cons. 50. num. 31. & cons. 65. num. 20.* Menoch. *de arbitrar. lib. 1. q. 28. n. 2. cum seqq.* Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 5. q. 2. pag. mihi* 439. Farin. *in praxi criminal. p. 2. tit. de expos. contra personas testium, q. 53. num. 5.* Fr. Paulin. Berti. Lucens. *in praxi criminal. regularium tit. 6. cap. 10. num.* 40. Provt in crimine hæresis Menoch. *cons. 149. num. 14. cum seqq.* Viuian. *tom. 1. communium opin. lib. 4. tit. 10 num. 137. pag.* 527. *vers. ampliantur.* Mascard. *de probat. concl.* 857. *num.* 40. Fr. Emman. *qu. Regular. tom 2. qu. 15. art. 2.* Menoch. *d. qu.* 28. *num. 3.* Et in crimine læsæ Maiestatis Mascard. *de probat conclus. 462. n. 31. & concl. 1046. n. 3.* Farin. *d. c 53. n. 5.*

3 Amplia in suspecto de inimicitia capitali, vide Felin. *in cap. cùm I. & A. n. 7. sup. de re indic.* Grammat. *decis. 33. à num. 7.* Hippol. *cons. 15. num. 7. & cons. 20. num 40. & cons. 31. n. 15. 18. & 19.* Osasc. *cons. 66. n. 12. & 26.* Mascard. *concl. 899. num. 3. & concl. 1046. num. 3.* Farin. *d. q. 53. n. 24.*

4 *Sed ciuiliter.*] Notatur ad hoc quòd actio intentata contra eum, qui ob homicidium commissum inhabilis est reputandus ad beneficium consequendum, ciuilis censetur, non criminalis, vt censuit Rota apud Farin. *decis. 622. num. 1. in 1. collect. nouissimarum*, aliàs *p. 4. diuers.* Cùm delinquens de se confessus per suam confessionem criminosus efficiatur, iam in effectu videtur probare is text. talem esse audiendum aduersùs socium in quocumque crimine quando de illo non criminaliter, sed ciuiliter agitur, ita in effectu glos. *verbo ciuiliter*, & alij *in præsenti*, apertiùs Abb. *n. 8. in c. 1. de confess.* Dec. *in c. quoniam. in fin. de testib.* Ruin. *cons. 105. lib. 4.* Menoch. *de arbitr. casu 474. n. 66.* Facit pro hac opinione quia rationes relatæ *in l. fin. vers. nemo C. de accusat.* in quibus prohibitio interrogationis fundatur, nullo modo conueniunt casu, quo aduersùs confessum delinquentem actio ciuiliter intentatur, eo quòd tunc temporis cùm de sola partis satisfactione, & re familiari tractetur, non est cur dicatur propter confortium socij delinquentis veniam pœnæ sperare, nec eiusdem priuilegium posse libertari. Igitur supradicta prohibitio procedit solummodo quando controuersia criminaliter mouetur. Licèt enim responsio delinquentis facta in iudicio ciuili recipietur, & faceret probationem ad faciendam condemnationem, nihilominus tamen attento iure talem effectum habere non potest in iudicio criminali aduersùs socium contra quem recepta est, vt docet Bart. *in l. 2. §. 1. ff. vi bonorum rapt.* resoluunt Felin. *in cap. at si clerici n. 11.* vbi Dec. *n. 13. de iudic.* refert alios Bossi. *in præxi titul. de pleb. vocat. num. 43.*

Non spectata sententia quasi malè conscius esse.] Notatur ad hoc quòd liti qui renuntiat simpliciter, non præsumitur id facere animo donandi, vt per Tiraq. *in l. si vnquam C. de reuocandis donat. verbo donatione largitus n. 203.*

In gl. *Excellentioris.* Notatur ac quòd in pœnis attendenda dignitas delinquentis, vt per Cou. *lib. 2. vari cap. 9. n. 3.*

In gloss. *Inimicitias capitales.* Inimicitiæ capitales quæ dicantur explicant Bart. *in l. 3. §. vlt. ff. de alimentis leg. & in licet*, vbi gloss. *verbo capitales, ff. de arbitr.* Menoch. *de arbitr. casu 239. n. 8. & 11. & de præsumpt. lib. 3 præs. 37. n. 26. cum seqq.* remissiuè Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore cleric. canonis §. 3. n. 19.* Card. Nauarr. *tic. de coniecturis vltim. volunt. lib. 12. tit. 5. num. 14.* Fr. Emman. *d. q. 15. art. 3.* Flamin. *de resignation. benefic. lib. 1. q. 3. n. 258.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo inimicitia n. 1. & verbo testis num. 15.* Farin. *d. p. 2. q. 49. n. 1. cum seqq.* Masobr. *in praxi habendi concursum requis. 3. dub. 36.* secundùm Roman. impress.

In ead. gloss. ibi, *redeant in amicitiam.* &c.] Notatur ad hoc quòd Inimicus capitalis reconciliatus, & cum quo est sequita pax, testis esse potest, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa p. 2. limitat. 16. n. 7.* Mascard. *concl. 899. num. 10. & concl. 1046. num. 21.* Surd. *cons. 77. num. 17.* Fr. Paulin. Berti Lucens. *d. cap. 10. num. 9.* Reuued. *l. 2. n. 52. tit. 8. lib 4. nona recopilat.* Fatinac. *d. q. 53. n. 58.*

In ead. gloss. ibi, *non sit recens.* Notatur ad hoc quòd reconciliatus de recenti à testimonio repellitur, sicut si esset inimicus, is enim adhuc odium & nocendi animum retinere præsumitur, vt per Couar. *practic. cap. 18. num. 3.* Anch. Gomez *tom. 3. var. cap. 12. num. 14. vers. quod subintellige*, Tiraq. *cessante causa p. 2. limit. 16. num 7 & 8.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 28. n. 6.* Decian. *tract. crimin. tom. 1. lib. 3. cap. 23. num. 21.* Mascard. *concl. 857. n. 47. & concl. 899. n. 7. & concl. 1046. n. 21.* Farin. *d. q. 53. n. 59.*

In gloss. *Furti, & adulterij.* ibi, *quantumcumque sit* [illegible] *emendatus.* Notatur ad hoc quòd periurus etiam emendatus de periurio à testimonio repellitur, vt per Clar. *lib. 4. periurium num. 7.* Mascard. *concl. 1168. numer. 16. & 17. concl. 1356. n. 37.* Perez *l. 1. gloss. 1. pag. 186. tit. 8. lib. 8. Ordinam.*

In ead. gloss. ibi, *quia si semel est periurus, ad instrumentum amplius non admittitur.* Vnde testem in partis falsum & mendacem in totum reputari falsum, docent Clar. *in pract. §. fin. q. 53. vers. sed quæro*, Soar. *in thesaur. recept. sentent. lit. T. numer. 135.* Magon. *I. ucens. decis. 46. num. 22. & decis. 79. num. 10.* Mascard. *concl. 745.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*& concl.*1039.*n.*9. Viui.*tom.* 1. *comm. opinion. lib.*4.*tit.*9. *n.*224. *pag mihi* 502. Donat.à Fina. *lib.*4.*tit.*10.*n.*356. *pag.*517. Menoch.*de præsump.lib.*5.*præs.*22. Bobadil. *in sua politica lib.*5. *c.*2. *num.*57. Farin. *d. p.*2. *q.*66. *num.* 111. *cum seqq. & p.*3. *cons.*39. *n.*12.

SVMMARIVM.

1 *Electo confirmato non imputatur, si eo prohibente pro illius confirmatione pecunia data sit, & n.*2.
3 *Consanguineus, vel amicus electi ad aliquam dignitatem, qui pro ea obtinenda pecuniam dedit, non præsumitur dedisse de mandato electi, nisi illius interuenerit scientia.*
4 *Simonia quia occultè committitur satis coniecturis probatur.*
5 *Verba, sub interminatione anathematis, sententiam ferendam & non latam continent.*

CAP. Sicut tuis. XXXIII.

OMnes etiam paruuli qui nescientes per pecuniam aliorum sunt adepti Ecclesias, tenentur illas dimittere, nisi prohibeant dari pecuniam, & in eadem voluntate perseuerent, nec deinde consentiant promissam pecuniam soluendo, vel reddendo solutam, quia tunc non est in culpa, nec etiam in pœna, cùm aliud sit præbere consensum, & aliud expressè prohibere. Qui verò dederunt vel receperunt pecunias, pœna Canonica puniendi sunt, si eorum excessus est manifestus, quia alioquin Ecclesia non iudicat de occultis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Host. Butr. Anch. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij, pag.* 37. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 627. remissiuè Ximen. *p.*1. refertur ab Ant. August. *collect.*3. *Decretal. lib.*5. *tit.*2. *cap.*5.

1

2 Colligetext. non imputari electo confirmato si eo prohibente pro ipsius confirmatione pecunia data sit, vt per Syluest. *in summ. verbo simonia quæst.*13. Azor. *instit. moral part.*3. *lib.*12. *c.*7. *quæst.*1. *vers. quid si*, nam quando prouisus sciens, vel dubitans committi simoniam in sui fauorem, contradixerit, & declarauerit se illi non consentire, tunc non videtur irrita prouisio, vt per Vgolin. *de simon. tab.*4. *cap.*6 *num.*1. *& de iregul cap.*8. *num.*3. Tolet. *in instruct. Confess. lib.*5. *cap.* 90 *vers. dico quarto*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*23. *num* 178. Bonacin. *de simon. quæst.*7. *puncto* 2. *num.*17. *vers Secundò intelligitur.*

2

3 *Cum is nulla sit tibi consanguinitate coniunctus, &c.*] Notatur ad hoc quòd si consanguineus, vel amicus alicuius electi ad aliquam dignitatem dederit pecuniam pro obtinenda aliqua dignitate, non præsumitur dedisse de mandato electi, nisi illius interuenerit scientia, vt per Farin. *in praxi crimin. part.*5. *quæst.*134. *num.*67.

3

4 Notatur etiam ad hoc quòd simonia, quia occultè committitur, satis coniecturis probatur, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.*1. *præsumpt.*58. *num.*4. Aym. *cons.* 132. *num.*7. Dummodo tamen huiusmodi coniecturæ debeant esse euidentes, & claræ, & simoniam necessariò concludentes, ac reum de crimine conuincentes, vt per Felin. *in cap. super his num.* 12. *de accusat.* Alciat. *consil.* 2. *num.*41. *lib.*1. Alexand. de Neuo *consil.* 64. *num.* 2. *cum seqq.* Caputaq. *decis.* 202 *per tot. lib.*1. Setaph. *decis.* 1029. *num.* 2. *& decis.* 359. *num.*2. Rot. *decis.*108. *num.*1. *part.* 1. *recent. & decis.* 358. *num.*2. *etiam recent.* & *in Romana, seu Hispalen. simonia.*7. Fe-

4

bruary 1596. quæ habetur post *volum.* 2. *consil Farin. sub n.*108. Rot. etiam *in Leodien. Canonicatus S. Ioannis* 10. *Marty* 1619. coram bonæ memor. Vbaldo, & *in Balneo regien simoniæ* 17. *Maij* 1624. coram Reuer. D. meo Coccino Decano. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 1. *disp.*10. *q* 5. *n.*12.

In gloss. *sub interminatione anathematis.* Notatur ad hoc quòd huiusmodi verba, quæ solam comminationem significant, sententiam ferendam, & non latam continent, vt per Sayr. *in claui Regia lib.* 5. *cap.*8. *num.*19.

5

SVMMARIVM.

1 *Simonia est, si quis alicui Ecclesiæ sua bona dederit, vt eligatur in Canonicum, & illa sibi retineat pro præbenda, secus si hoc fiat sine pacto, & n.*2.
3 *Sacerdotia sine peccato quis petere potest ratione mandati, aut nominationum sine ratione alterius gratia.*
4 *Simoniam inducit sola promissio de dando.*
5 *Simoniam veram non inducit sola actuum correspectiuitas, nisi probetur præcedens pactio, & conuentio.*

CAP. Tua nos. XXXIV.

CLericus si cum pacto, vel conditione dederit, seu obtulerit Ecclesiæ sua bona vt recipiatur in Canonicum, & illa bona habeat pro præbenda, simonia est, secus si sine pacto, vel conditione offerat, scilicet humiliter, vt admittatur in Canonicum, & retineat pro præbenda sua bona, tunc possunt Canonici hoc facere purè sine simonia, & hoc in foro interiori, in quo iudicatur de manifestis tantùm; si verò qui dat dicitur hac intentione vt per temporalia bona data adipiscatur spiritualia, est simoniacus: similiter si Canonici non essent eum receptùri, nisi perciperent temporalia, sunt simoniaci in conscientia. Colligant ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabar. Bellam. Ioan. Anania, Host. Anchar. Butr. Mari. Socin. Panormit. Felin. Viuian. *in rationali. lib* 5 *iuris Pontificij, pag* 37. Alagona *in compendio iuris canonici pag* 628. remissiuè Ximen, *in concord. part.*1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *col. lect* 3. *Decretal. lib.*5. *tit.*2. *cap.*6.

1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *num.*244. Azori. *institution. moral. part.* 3. *lib.*12. *cap.*7. *quæs.*2. vbi etiam quòd in simoniæ peccatum non incideret si gratis & liberaliter sua bona donaret, & postea peteret vt in Canonicum admitteretur, & Canonici absolutè & gratis consentirent, provt etiam tenet simoniam non esse si auctoritate & consensu Episcopi retineret sibi potestatem præficiendi clericum ad præbendam ex suis bonis in Ecclesia institutam.

2

Rogans humiliter.] Notatur ad hoc quòd sacerdotia sine peccato quis petere potest ratione mandati, aut nominationum, sine ratione alterius gratiæ, vt per Rebuff. *in repet. l. Barbarius n.*3. *ff de officio Prat.*

3

Notatur etiam ad hoc quòd sola promissio de dando inducit simoniam, vt per Flamin. *de resignat. benefic. lib.*1. *q.*7. *num.*35.

In gloss. *Purè.* Notatur ad hoc quòd nisi probetur præcedens pactio, & conuentio, sola actuum correspectiuitas non inducit veram simoniam, vt per Farin. *in praxi crimin. part.*4. *cons.*75. *num.* 11. ad constituendam enim concludentem probationem simoniæ, siue confidentiæ, est necessarium probare præcedentem tractatum, & conclusionem pacti. Alciat. *cons.* 3. *num.*20. *l.*1. Rot. *decis.*108. *num.*3. *p.*1. *& decis.*266. *n.*2.

4

& decis.358. num.11. part.2. recent. & in *Leodien. Canonicatus S. Ioannis* 18. *Decembris* 1619. Coram bonæ mem. Vbaldo, & *in Toletana pensionis* 27. *Ianuar.* 1627. coram R. P. D. Dunozetto iun. quæ loquitur in materia confidentiæ, nec sufficit probare solum tractatum, nisi probetur etiam sequuta effectuatio. Rot. *in Romana seu Hispalen. simoniæ*, coram Card. Blanchetto post *d. cons.75.* Farin. *num.80.* Canaler. *decis.352. num.4.* refert Ferentil. *in annot. ad decis.445.* Buratti *num.13.* Intellige si agatur ad effectum priuationis, secus autem ad effectum repellendi aliquem ab exequutione beneficij obtinendi, vel iudicio prælationis, Seraph. *dec.316. n.3.& 4.* Marescot. *var. lib.2. c.33. n.19.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinem non debet quis ab eo recipere, quem credit simoniacum, sed ministrare potest in illo, quem prius ab isto recepit.*
2 *Circunstantia conscientiæ etiam erroneæ ligat.*
3 *Peccatum est facere contra conscientiam errantem.*

Cap. Per tuas. ij. XXXV.

1 ORdinem, v.g. Subdiaconatum ab Episcopo accipiens, qui postea intelligit esse simoniacum, sine scrupulo potest ministrare in ordine suscepto, sed durante tali conscientia erronea ad superiores ascendere non potest, ne ædificet ad gehennam, nisi deposuerit conscientiam, vel errorem. Colligunt ex Ordinar. Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Vivian *in rationali lib.5 iuris Pontif. pag.38.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag.628.* remissiuè Ximen. *de concord. p.1.* refertur ab Anton. Augustt. *collect.3. Decret. lib.5. tit.2 cap.17.*

2 *Sed contra conscientiam*, &c.] Notatur ad hoc quòd circunstantia conscientiæ etiam erroneæ ligat, vt per Nau. *in cap. consideret, in princ. num 53 de pœnit. dist.5.*

3 Et est peccatum facere contra errantem conscientiam, vt tenet Azor. *instit. moral. p.1. lib 2. c 8. q 3.* & faciunt quæ dixi *ad 1. lib de summa Trinit. num.2.*

SVMMARIVM.

1 *Simonia est pro Chrismate, vel inuestitura Ecclesiarum aliquid exigere, nec excusat consuetudo, vel nominis variatio, & num.5.*
2 *Archiepiscopus potest exercere iurisdictionem in subditos suffraganeorum in concernentibus totam prouinciam.*
3 *Consuetudo exigendi pecuniæ quantitatem, aut aliam rem in Archidiaconi inuestitura reprobatur.*
4 *Simonia committitur, cum aliquid datur pro inductione in corporalem beneficij possessionem.*
6 *Venditor, quando recusat recipere pretium rei venditæ quid faciendum, ostenditur.*

Cap. In tantum. XXXVI.

1 SImonia est aliquid pro Chrismate accipere, licèt anticipetur solutio pecuniæ, & mutetur illius nomen vocando eam paschalem, & non chrismalem, contraria consuetudine non obstante. Item pro inuestituta Ecclesiarum non potest aliquid accipi, & Ordinarius consuetudinem tollere debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bell. Ioan, Andr. Bell. Anan, Hostiens. Anchar. Butr. Marian. Socin. Panorm. Felin. Vivian. *in rationali lib.5 iuris Pontif. pag.39. part.1.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag.629.* remissiuè Ximen. *in concord part.1.* refertur ab Anton. Augustin. *collect.3. Decretal. lib.5. tit.ix. de excessib. Pralat. cap.1.*

De tua prouincia studeas abolere.] Notatur ad hoc quòd Archiepiscopus potest exercere iurisdictionem in subditos suffraganeorum in concernentibus totam prouinciam, putà in tollendo prauam consuetudinem ab illa, ita Mar. Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. cap.70. num 10.*

Per quam pro Ecclesiarum inuestitura Archidiaconi, &c.] Notatur ad hoc quòd reprobatur consuetudo exigendi pecuniæ quantitatem, aut aliam rem temporalem in Archidiaconi inuestitura, vt per Sotr. *de Relig. tom.1. lib.4. de simonia c 47. num.5. & c 48. num.4.* Nam simoniæ peccatum admittitur cùm aliquid datur, vel accipitur etiam post electionem, & confirmationem, pro inductione, & immissione eius in corporalem beneficij possessionem, Azor. *instit. moral. part.1. lib.12. c.7. quæst.1. vers. insuper.* Nulla autem committitur simonia, tradendo pecuniam illi, qui iniustè impedit beneficij possessionem capi ab eo, qui habet ius ad illud per institutionem, confirmationem, vel liberam electionem. Ratio est, quia non datur pecunia pro re spirituali, nec redimitur aliquod ius spirituale, sed factum temporale, & est annexa spirituali quatenus pendet ex titulo spirituali; cùm ergo titulus spiritualis iam planè acquisitus sit per collationem, non intenditur possessio tanquam quid annexum re spirituali, sed per se, vt quid temporale est, & immediatè. ita Nauarr. *in man c.23. num.102.* Soar. *d. lib.4. de simon. c.50. n.43.* Messi. *de iustit. lib.2. c.35. dub.18. num.130.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.23. c.11. dub.3. num.130.* Filliuc. *tom.3. tract.45 c.11. quæst.4. n.10.* quamuis contrarium teneant Sot. *lib.9. de iustit. quæst.6. art.1. ad 5.* Redoan. *de simon. p.2. c.22. num.2.* Vgolin. *in sum. tract.1. lib 1. cap.9 §.8. n.5.*

Variant.] Nam nominum variatio non excusat, vt ait Lactant. *lib.1. cap.5. diuinarum institut.* non obstante appellationum diuersitas, cùm ipsa significationes ad vnum omnia reuoluantur.

In gloss. *Qui prius*, ibi, *pretium. & res deponatur apud sequestrum.* Quando venditor recusat recipere pretium rei venditæ conuentum, vel ab arbitratore declaratum, potest de iure emptor implendo ex latere suo contractum, facere de illo depositum penes citata; & indice auctore, & quod quidem depositum vim veræ solutionis habet, ex Barthol. *in l. si soluero num.5 de solution.* quem refert Aloys. Ricc. *Curia Episcop. decis.21.* & dicit per S. Rotam sæpe decretum idem Aloys. Ricc. *in collect. decis part.4 collect 1274. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Ordinandus in subdiaconum, titulum habere debet.*
3 *Ordinatus ad præsentationem beneficij cum pacto quod nihil vnquam petierit à præsentante ratione præsentationis, non potest ascendere ad superiores Ordines, nec in suscepto ministrare.*
4 *Simoniæ labes an consideretur in casibus propositis in hoc text. ostenditur.*
5 *Simonia confidentialis, an in casu huius text. consideretur possit, ostenditur.*
6 *Text. in præsenti, & cap. penult. infra hoc tit. explicatur pacisentem cum ordinatore, vel præsentatore, non autem cum patre, vel aliis.*

7. Ordinatus

7 *Ordinatus cum patrimonio sibi donato cum conditione de restituendo post ordinationem, non incurrit vllam pœnam vel suspensionem.*

Cap. Per tuas *ij.* XXXVII.

1 Ordinatus in subdiaconum ad titulum, v, g. alicuius Ecclesiæ, si præsentatori promittit se non petiturum portionem in ea Ecclesia, quamuis existimet se non malè facere, tamen non potest ministrare in suscepto ordine, nec ascendere ad superiores, nisi fuerit cum eo dispensatum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. And. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Marc. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif pag.* 40. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 628. remissiuè Ximen. *in concord. pag.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 2. *cap.* 1.

2 *Vellet in subdiaconum ordinari, & certum titulum non haberet.*] Ergo ordinandus in Subdiaconum titulum habere debet, Concil. Trident. *sess.* 21. *de reformat. c.* 2. refero plures Doctores ego ipse *de officio & potestate Episcopi part.* 2. *Alleg.* 19. *n.* 3.

3 *Vt ipsum ad Ecclesiæ suæ titul.* &c.] Notatur ad hoc quòd ordinatus ad præsentationis beneficij cum pacto, quòd nihil vnquam petierit à præsentante ratione præsentationis, non potest ascendere ad superiores Ordines, nec in suscepto ministrare, vt per Nauar. *sub tit. de tempor. ordinat conf.* 17 *num. in nouis.* Auil. *de censur. part.* 3. *disp.* 2. *dub.* 5. *concl.* 1. *ad* 1. *argumen.* Bonacin. *eod. tract. disp.* 3. *quæst.* 6. *puncto* 5 *n.* 4. *vers. eadem suspensione*, nouissimè Sanctarell. *var. resolut quæst.* 49 *numer* 20. *in med.* vbi dicit in specie huius text. fermonem esse pacto inito cum eo, qui ad titulum Ecclesiæ aliquem præsentauit, vt susciperet Ordines, in quo casu suspensionem incurrere, & simoniam committere resoluit, & paulo pòst cum Soar, *tom.* 5. *de censur. disp.* 31. *sect.* 1 *num.* 35. notat *in hoc text.* dici incurrere præsentatum suspensionem propter pactum initum cum præsentante se nullam petiturum portionem ab eodem præsentante, quamuis ex ignorantia iuris pactum illud fecerit, vt patet ex illis verbis, ibi. *etiamsi in hoc nihilo illicitum se agere intellexerit*, esse hoc intelligendum in foro externo, quia talis ignorantia non præsumitur iusta, & probabilis, cùm sit iuris, & in re clara, iuxta vulgaria iura.

4 Erit igitur non abs re perscrutandum an in casibus propositis *in hoc text. & in cap. penult. inf. hoc tit.* simoniæ labes consideretur? in quo dubio mihi probabilius videtur simoniæ labem considerandam, cum aliqua tamen restrictione ne illa sit simonia, quæ sub stricto, sed largè sumpto vocabulo comprehenditur, ita concludunt Anan. *in cap. penult inf hoc titul num.* 3. & Butr. *num.* 5. ac Abb. etiam *num.* 5. Vgolin. *de simon. tab.* 4. *cap.* 4. *num.* 3. Campan. *in diuersorio iuris Canonici rub.* 8. *cap.* 5. *num.* 32. Quarant. *in summa Bullarij verbo Ordo vers. erit igitur pag.* 493. *in noua edit.* resoluentes etiam assumptum ad Ordines prout *in hoc text. & in d. cap penult.* non esse afficiendum aliis pœnis à reliquis Canonibus, Pontificiisque constitutionibus statutis in ipsos simoniacos, & nominatim illis præsertim quas Paulus II. comminatur *in sua Extrauagan. cum detestabile, hoc tit.*

5 Deinde interrogari potest an in casu huius text. propter interpositam fidem ab Ordinario de non petenda portione à Rectore illius Eccl siæ, ad quam fuit aggregatus; vt sub illius titulo ordinari possit, inducta sit saltem simonia confidentialis, seu beneficialis confidentia, vt locum habeant pœnæ, & censura Extrauagan. Pij V. cui dubio respondet negatiuè Quarant. *vbi proximè vers. sed res dubia.* quamuis Flamin. *in tract de confident. benef quæst.* 1. *num.* 93. Ex pluribus per eum congestis affirmatiuam partem firmare conetur.

Vlteriùs quæstio est dubia an text. *in præsenti*, & 6
prædictum *cap. pen.* complectantur pacisc entem cum donatore, patre, & aliis; in qua verior est opinio negatiua, itaut tantummodo sub his iuribus comprehendatur casus tantùm inibi expressus de pacisc ente cum ordinatore, vel præsentatore, ita Nau. *conf.* 17. *num.* 2 *vers. non inquam, de temper. ordin.* in *nouis, alias conf.* 42 *in antip.* Tolet. *in instruct. Sacerd.* 1 *cap.* 15 *post n.* 5 Henriq. *in summ. lib.* 10. *c.* 17. §. 3. *in commento lit. O.* vbi refert quam plures Theologos, vtiusque iuris peritos consultos approbasse, Nicol. Garci. *de benefic. part.* 2. *cap.* 5. *num* 168. Quamuis prædicta iura habere etiam locum quoties aliquis ex suis bonis alteri constituit titulum ad quem ordinatur ab illo recipiens promissionem, quod nihil postulabit, teneant Soar. *de religion. tom.* 1. *tractat.* 3 *lib.* 3 *cap.* 8. *num.* 4. & 5. & Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 12. *cap.* 15. *quæst.* 1. malè etiam resoluentes in hoc casu non solùm committi peccatum indebitæ ordinationis, sed etiam simoniam, nisi intelligant modo suprà explicato *num.* 4. Vnde ordinatum cum patrimonio sibi donato, eo tamen pacto seu conditione de illo reddendo & restituendo post ordinationem, non posse dici ordinatum sine titulo, ac proinde non incurrere vllam pœnam seu suspensionem etiam stante Constitut. Sixti V. contra clericos malè promotos, quæ in hac parte Clement. VIII. fuit redactio ad terminos iuris communis, resoluunt Fr. Emman. *in summ. tom.* 2 *cap.* 15. *num.* 3. Petr. de Ledesma *in summ. part.* 1. *de sacram. Ordinis cap.* 7. *conclus.* 6. *difficult.* 3. Nicol. Garc. *d. cap.* 5. *à num.* 161. Henriq. *in summ. lib.* 10. *c.* 17. §. 3. *in gloss. lit. O. & lib.* 13. *cap.* 37. §. 2. Quarant *in sum. Bullarij, verbo Ordo, vers. quod intellige*, Cardin Tolet *in institut. Sacerd. lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 5. Flamin. Paris. *de resignat. lib.* 2. *quæst.* 6. *num.* 18. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss.* 5. §. 10 *ex num.* 25. Piasec. *in praxi Episcop. part.* 1 *cap.* 1. *art.* 7. *num.* 5. Sayr. *de censur. lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 16. Ægid. De Coninch *de Sacram. disp.* 16. *dub.* 5. *num.* 38. Squillan. *de obligat. Sacerd. part.* 2. *dub.* 4. Homobon. de bonis *de examine ecclesiastica part.* 2. *tract.* 21. *cap.* 10 *quæst.* 22. Diana *resol. moral. part.* 2. *tract.* 2. *miscel. resol.* 5. Contra Nau. *in man. cap.* 27. *num.* 157. Spin. *in speculo testam* 18. *num.* 75. Fr. Emman. *in summ. tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 1. Paul Comitol. *resp. moral. lib.* 6 *quæst.* 38. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disp.* 31. *num.* 8. Bonacin *de Sacram. disp.* 8. *quæst. vnica puncto* 5 *n.* 24. Filiuc. *tom.* 1. *tract.* 17. *cap.* 5. *num.* 89. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.* 2. *lib.* 32. *tract.* 2. *c.* 25. *sect.* 3. *num.* 72. Scott. *in Pontif. constit epit.* 14 *theorem.* 136. Ioan. de la Cruz. *in direct. Conscient. part.* 2 *tit de sacram. Ordin. dub.* 6 *concl.* 2. D. Mari. Cutel. *de donat. inter patrem & filium tractation. prima discurs* 2 *partic.* 12. *ex num.* 41. existimantes sic ordinatum ad sacros Ordines cum patrimonio ficto incurrere suspensionem, & postea celebrando irregularitatem.

SVMMARIVM.

1 *Simonia est dare pecuniam pro vicariatu, vel pro alia administratione rerum spiritualium.*

2 *Actus omnes iurisdictionis voluntariæ quatenus ad effectum spiritualem ordinantur, materia sunt simoniæ.*

Cap. Consulere. XXXVIII.

1 VIcariatum, seu aliam administrationẽ rerum Ecclesiasticarum per pecuniam obtinere volens tam emens, quam vendens sunt simoniaci, & excluduntur ab illa Ecclesia, cui facta est contumelia. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pont. pag. 41.* Alagona *in compend. iuris Canon pag. 629.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1.* refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 2.*

2 Collige ex text. omnes actus iurisdictionis voluntariæ, quatenus ad effectum spiriualem ordinantur, materiam esse simoniæ, vt per Bonacin. *de simon. q. 4. §. 17. ex n. 3.* Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de simonia c. 20. n. 8.* vbi *cap. 29. num. 3.* tenet per hunc tex. temporalia officia Ecclesiæ, vel actus eorum vendi non posse sine graui peccato. Et quòd pro administratione rerum Ecclesiæ pecuniam accipi non possit, tenent Panorm. & Anan. *in præsenti*, S. Thom. 2. 2. *q. 100. art. 3.* S. Anton. *p. 2. tit. 1. c. 5. §. 17.* Selu. *de benef. p. 1. q. 7. n. 61.* Syluest. *in sum. verb. simonia, §. 9.* quia hoc est simoniacum, secundùm Azor. *instit. moral. p. 3. lib. 12. c. 14. in princ.* Sbroz. *de officio Vicarij lib. 3 q. 54. in princ.*

SVMMARIVM.

1 *Simoniacum est aliquid exigere pro consecratione Episcoporum, benedictionibus Abbatum, & ordinatione clericorum.*

2 *Simonia ex parte vendentis incepit à Giesio famulo Elisæi, & ex parte ementis à Simone mago.*

Cap. Sicut. ij. XXXIX.

1 SImoniacus est ille, qui pro consecratione Episcopi, benedictione Abbatis, vel ordine clericorum antè, vel post donat, aut recipit, & consuetudo contraria reprobatur tanquam corruptela. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag. 41.* Alagona *in compendio iuris Canonici, p. 630.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 2. cap. 3.* & est in Concil. generali Lateran. sub Innoc. III. *cap. 61.*

2 *Cum Giesi, & Simone condemnetur.*] Nam simonia ex parte vendentis incepit à Giesio famulo Elisei, qui pro sanitate ad preces eiusdem Elisæi collata Naaman Syro accepit munera 4. *Regum. c. 5.* Et ex parte ementis à Simone, vt habetur *in actibus Apostolorum cap. 8.* vide D. Thom. 22. *q. 100.* Calepin. *verbo simonia*, Prate. *in suo lexic. iuris eod verbo*, Rebuff. *resp. 63. vers. primo.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 1. c. 10. num. 8.* Les. *de iust. lib. 2. cap. 35. dub. 1.* Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de simonia, cap. 9. num. 5. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Monachi pretio recepti, vnà cum recipientibus è monasterio sunt repellendi, & in arctius ad agendam pœnitentiam detrudendi, & num. 2.*

3 *Simoniaci sunt Monachi, & quiuis religiosi recipientes aliquem pretio ad Religionis habitum, nisi monasterium sit ita tenue, quòd sustentari non valeant.*

4 *Declaratur text. in præsenti.*

5 *Receptio in sorores ad moniales omnes pertinet.*

6 *Constitutio iuris antiqui declaratoria addens nouam pœnam, non extenditur respectu pœnæ ad præterita.*

7 *Paupertatis prætextu non debet quis operari peccatum mortale.*

Cap. Quoniam. XL.

SImoniacus est qui aliquem pretio recipit monasterio, & tam receptus, quàm recipiens sunt à monasterio eiiciendi, vt in arctiori perpetuam pœnitentiam sine spe agant. Diœcesani vero singulis annis per suas Diœceses hoc publicare faciant, nec excusat paupertas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panormit. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 41.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 630.* remissiuè Ximen. *in concord. pag. 1. & 2.* refertur ad Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 2. c. 4.* & est in Concil. Lateranen. sub Innocent. III. *c. 64.*

Collige ex text. monachos pretio receptos vnà cum recipientibus è monasterio esse depellendos, & in arctiora monasteria ad agendam pœnitentiam detrudendos, sed receptos ante Concil. generale Lateranen. sub Innoc. III. ponendos esse in aliis eiusdem Ordinis monasteriis. Quòd si fortè propter nimiam multitudinem alibi nequiuerint commodè collocari, in eisdem monasteriis retinendos esse, ita tamen vt cedant prioribus locis, & inferiora scilicet loca illis assignentur, ita D. Thom. *in quæst. 100. art. 6. ad 5.* Azor. *institut. moral. part. 3. lib. 12. cap. 19. prope finem, vers. si verò*, vbi etiam tenet quòd si monachi recepti ignorent simoniam siue ante Concilium, siue post facta fuerint simoniacè receptio, postquam renunciauerint possunt de nouo recipi locis prioribus mutatis.

Vnde probare videtur hic text. professionem simoniacè factam in Religione esse validam, vt per Doctores, quos citaui *in collect. ad c. de regularibus 25 part. num. 1. super. hoc tit.*

Collige etiam ex text. simoniacos esse monachos, & quo suis religiosos recipientes aliquem ad religionis habitum pretio ab eo accepto, non tamen quando monasterium ita est tenue, vt redditus sine bona non habeat quæ sufficiant ad monachos sustentandos, tunc enim potest paciscì cum eo, qui petit ingressum, vt aliquid det vnde commodè sustentetur, ita Menoch. *consil. 94. n. 4.* Azor. *d. lib. 12. c. 16. à princip.* Soar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de simonia, cap. 17. num. 14.* vbi refert text. *in præsenti* specialiter de monialibus facere prohibitionem ne pecunia pro earum ingressu exigatur etiam paupertatis prætextu, tunc enim dicitur aliquid verè, & propriè exigi prætextu paupertatis, quando monasterium revera pauper non est, & nihilominus illo titulo & colore aliquid exigitur vel quando plus exigitur quam quod ad vnam personam sustentandam commodè iuxta exigentiam talis status sufficit, quod etiam refert Valer. Regnault. *in praxi fori pœnitent. lib. 23. num. 193. in fine.* Nec etiam ab huius text. littera alienus est alios intellectus, quem adducunt Sylvest. *in summa, verbo simonia, quæst. 15. vers. secundò, prope finem*, Azor. *d. cap. 16. quæst. 1. vers. obiicies id quod habetur*, asserentes Pontificiam prohibitionem ex eo procedere, quia moniales huiusmodi recipiebant in sorores in fraudem iuris pecunia scilicet recepta, quia in monasterium admittebantur, ac ita ex pacto pecuniam soluebant receptæ quòd in sorores admitterentur, non autem quòd eam pecuniam conferrent tanquam alimentum, quo sustentarentur, idque illæ moniales faciebant nomine

nomine prætextúque paupertatis simoniam obtendentes.

5 *Recipiant sorores.*] Notatur ad hoc quòd receptio ad moniales omnes pertinet, vt per Boër. *decis.*260. *n.*29. Nauarr. *comment.*3. *ad regul. num.*5. *& cons.*6. *num.*2. *& cons.*62. *sub tit. de regular. in antiq.* Menoch. *de præsumpt. lib.*6. *præs.*83. *num.*9. *cum seqq.* Fr. Emman. *q. regular. tom.*3. *q.*17. *art.*7.

6 *De his autem,&c.*] Notatur ad hoc quòd constitutio iuris antiqui declaratoria addens nouam pœnam, non extenditur respectu pœnæ ad præterita, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam. C. de reuocandis donat. verbo reuertatur num.*305.

In gloss. *Paupertatis* 1. ibi, *prætextu enim paupertatis non debet quis operari peccatum mortale.* Vide Surd. *de aliment. tit.*8. *priuil.*40. *num.*3. Et si nunquam liceat obtentu paupertatis delinquere, is tamen leuiùs peccat, qui ob paupertatem, vrgente videlicet fame ac necessitate, quicquam admittit, ideóque semper leuiùs est puniendus, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa.*13. *à princ.*

7

SVMMARIVM.

1 *Episcopi nihil exigere debent vt permittant in Ecclesiis sibi subiectis clericos instituì, monachos profiteri, vel mortuos sepeliri, alioquin exacta restituuntur duplicata.*

2 *Sepulturam alicui vendere prohibetur quando locus sacer est communis ad fidelium sepulturas.*

Cap. Audiuimus. XLI.

1 EPiscopi nihil exigere debent pro institutione in Ecclesiis, nec pro ingressu alicuius in Religionem, nec pro sepultura mortuorum apud Regulares, quia est abstinendum non solum à malo, sed ab omni specie mali, & si quid accipiunt, duplum restituere debent conuertendum fideliter in vtilitatem loci, cuius dispensio fuit solutum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabatell. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Host. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib.*5. *iuris Pontificij, pag.*42. Alagona *in compendio iuris Canonici, p.*630. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Ant. August. *collect.*4. *Decretal. lib.*5. *tit.*2. *c.*5. & est post Concil. Lateranen. sub Innocent. III. *c.*65.

2 *Vel apud religiosos elegit sepulturam*, &c.] Notatur ad hoc quòd quando locus sacer est communis ad fidelium sepulturas, prohibitum est ab Ecclesia sepulturam alicui ibi vendere, vt per Soar. *de relig. tom.*1. *lib.*3. *de simonia c.*14. *n.*19. Valer. Reginald. *in praxi fori penitent. lib.*23. *n.*226.

3 *Cùm igitur non solum à malo*, &c.] Notatur ad hoc quòd omnes exactiones de quibus *in præsenti*, prohiberi videntur non solum quæ verè malæ sunt, sed etiam illæ, quæ habent speciem mali, vt per Soar. *d. lib.*4. *c.*17. *num.*13.

SVMMARIVM.

1 *Sacramenta sunt liberè conferenda, cogit tamen laicos obseruare laudabiles consuetudines.*

2 *Populus cogi potest, si non iure actionis, saltem officio iudicis ad obseruandam honestam, & laudabilem consuetudinem, quòd aliquid detur pro sepulturis, exequiis mortuorum & similibus.*

3 *Pro sepultura potest aliquid recipi in vim eleemosynæ ex consuetudine iam diu obtenta.*

4 *Simonia non est post administratum spirituale exigere etiam implorato iudicis officio, quod solidum est de ea causa conferri.*

5 *Eleemosynam, si populus consuetuit Sacerdoti, vel Ecclesiæ erogare, potest cogi officio iudicis ad perseuerandam.*

6 *Sacerdotes diuina donantes, ac Sacramentorum ministeriis seruientes ali debent ab iis, quibus Sacramenta conferunt.*

7 *Consuetudo laudabilis, qua populus aliquid dat pro sepulturis, &c. seruanda est, etiamsi clerici sint diuites.*

8 *Consuetudo inducitur spatio decem annorum.*

9 *Laici coram iudice Ecclesiast. possunt cogi ad obseruantiam consuetudinis dandi aliquid pro sepulturis, &c.*

10 *Clerici tenentur ad obseruantiam laudabilis consuetudinis præscriptæ, videlicet dandi singulis annis candelas cereas albas, &c.*

11 *Laici possunt acquirere ius sepeliendi in eminentiori loco, habendi pacem à Sacerdote scamna, & huiusmodi prærogatiuas in Ecclesia.*

12 *Ea, quæ recipi possunt ex laudabili consuetudine pro spiritualibus administrandis peti non possunt, antequam administrentur.*

13 *Possessio quasi non acquiritur in actibus meræ facultatis.*

14 *Declaratur text in præsenti, & numeris seqq.*

15 *Mortuorum suffragia vendi non possunt.*

Cap. Ad Apostolicam. XLII.

SAcramenta Ecclesiastica sunt liberè conferenda, & prauæ exactiones, vt pro exequiis mortuorum, & benedictionibus nubentium, non sunt faciendæ; Episcopi cogere debent laicos seruare laudabilem consuetudinem, & piam erga Ecclesiam, quia sunt aliqui hæretici, qui nituntur illa infringere sub prætextu canonicæ pietatis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabar. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panormit. Felin. Viuian. *in rationali, lib.*5. *iuris Pontificij, p.*43. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.*630. remissiuè Ximen. *in concord. part.*1. refertur ab Anton. August. *collect.*4. *Decretal. lib.*5. *tit.*2. *cap.*6. & in Concil. Lateranen. sub Innoc. III. *cap.*66. 1

Collige ex text. populum cogi posse si non iure actionis, saltem officio Iudicis ad obseruandam honestam, & laudabilem consuetudinem, quòd aliquid detur pro sepulturis, exequiis mortuorum, benedictionibus nubentium, & similibus, vt tenent *in præsenti gloss. fin.* & Host. *num.*6. Abb. *num.*3. & Felin. *num.*2. idem Abb. *in rub. de paroch. num.*3. Cassad. *decis. vnic. de consuetud.* Felin. *in cap. veniens* 1. *n.*3. *de testib.* Ozasc. *decis.*39. *n.*17. Lap. *alleg.*97. Castr. *cons.*363. *in princ. volum.*1. Roman. *sing.*433. *& consil.*334. Rip. *in tract. de remed. præseru. contra pestem n.*111. Vgolin. *de simonia in genere tab.*1. *§.*10. *n.*1. 2. 7. *&* 12. Redoan. *eod tract. de simonia mentali p.*3. *c.*16. *num.*33. *cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.*210. *num* 13. 14. 15. *&* 24. latè Soar. *de Religion. tom.*1. *tract.*2. *lib.*1. *de diuino cultu c.*5. *n.*12. *cum seqq.* Bellet. *disquisit. clerical. part.*1. *tit. de bonis clericorum §.*3. *num* 21. Bonacin. *in tract. de simon. q.*6. *puncto* 5. *n.*2. vnde pro sepulturæ pretio potest aliquid recipi in vim eleemosynæ ex consuetudine iam diu recepta, vt tenent Couarr. *var. lib.*1. *c.*17. *num.*3. Spin. *in speculo testam. gloss.*7. *num.*28. Non est enim simonia post administratum spirituale exigere etiam implorato iudicis officio quod solidum est 2 3 4

de ea causa conferri, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 13. *num.* 136. provt etiamsi eleemosynam populus consueuit erogare Sacerdoti, vel Ecclesiæ, cogi potest officio iudicis ad perseuerandum, Surd. *de alimen. tit.* 1. *q.* 60. *n.* 6. *& tit.* 7. *q.* 9. *num.* 18. cum Sacerdotes Diuina donantes, ac Sacramentorum ministeriis seruientes ali debeant ab iis, quibus Sacramenta conferunt, vt per Lar. *in l. si quis à liberis. §. etsi impubes n.* 30. *ff. de liberis agnoscendis.*

7 Amplia huiusmodi consuetudinem esse seruandam etiamsi clerici sint diuites, nam consueta petere possunt, & solui debent, vt per Felin. *hic num.* 2. Abb. *in c. suam nun.* 12. *hoc titul.* Anch. *cons.* 66. Vgolin. *d.* §. 10. *num* 3. *vers. item locum, & num.* 7. resoluit quod datum vigore laudabilis consuetudinis est perpetuò dandum, & per contrarium statutum non potest tolli, de quo etiam Stephan. Gratian. *d. cap.* 210 *n.* 27. Quæ quidem

8 consuetudo inducitur spatio decem annorum. Felin. *hic num.* 3. *& in d. cap. suam num.* 3. vbi Abb. *num.* 9. Cas-

9 sad. *d. decis. vnic num.* 5. *de consuetud.* Cou. *d. cap.* 17. *n.* 3. Bellet. *d.* §. 3 *num* 24. Et ad illam obseruandam possunt cogi laici coram iudice Ecclesiastico, vt tenent *hic* Host. *num.* 1. *vers. cauendum & num* 6. Abb. *n.* 3. Felin. *num.* 1. Alex. *cons.* 123. *vol.* 1. Rebuff. *in tract. in quibus casibus iudices num.* 6. Bellet. *d. par.* 1. *tit de fauore clericorum reali §. vlt. n.* 73.

10 Amplia etiam quòd quemadmodum laici compelli possunt ad seruandam laudabilem consuetudinem, ita etiam ipsi clerici tenentur ad obseruantiam laudabilis

11 consuetudinis præscriptæ, puta dandi singulis annis candelas ceræ albæ, Federic. *cons.* 155. Felin. *hic num.* 3. Nam laici possunt etiam acquirere ius sepeliendi in eminentiori loco, capellam instruendi, arma, & insignia domus retinendi, & habendi oblationem à Sacerdote, & pacem habendi, scamna, & huiusmodi prærogatiuas in Ecclesia, Paris. *cons.* 149. *vol.* 4. Stephan. Gratian. *d. cap.* 210. *n.* 32. *cum seqq.*

12 Restringitur tamen vt ea, quæ recipi possunt ex laudabili consuetudine pro spiritualibus administrandis, peti non possint antequam administrentur, non obstante consuetudine, Host. *hic num.* 4. *&* 6. Abb *n.* 2. & Felin. *in princip.* idem Felin. *in cap. abolendæ num.* 7. *sepultur.*

Restringitur pariter supradicta, si huiusmodi consuetudo speciem & suspicionem aliquam simoniæ, vel turpis auaritiæ præseferat, quia cum induci non potuerit, sic etiam obseruari non debet. Vgolin. *d. t. c. b.* 1. §. 11. *n.* 2. Soar. *d. lib* 4 *de simon. c.* 49. *n.* 8. *vers. dico ergo.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *n.* 137. Bonacin. *d. puncto* 6. *n.* 2. *vers. secus dicendum.*

13 Non obstat quòd in his, quæ sunt meræ facultatis, non inducitur consuetudo restrictiua liberæ potestatis, nec ex annua datione gratis facta, Bart. *in l. cum de in rem verso ff. de vsuris.* Ias. *in l. quominus num.* 28. *ff. de fluminib.* Abb. *in cap. ex parte n.* 10. *de concess. prabend.* Cruet. *cons.* 96. *num.* 4. Castr. *cons.* 340. *vol.* 2. in quibus actibus meræ facultatis non acquiritur quasi possessio *l. fluminibus §. fin. & l. Proculus ff. de damno infecto*, nisi postquam interpellatus recusauit, Nat. *cons.* 106. *num.* 9. *& cons.* 107. *vol.* 1. Surd. *cons.* 127. *numero* 23, *vol.* 1. Quemadmodum etiam dicimus propter actus, qui fiunt ex gratia, vel amicitia, nunquam acquiri quasi possessionem iurium incorporalium *l.* 1. §. *denique, & l. si in meo fundo. ff. de aqua pluuia arc.* Rebuff. *in tractat. de materia possess in præfat. n.* 169. *&* 170. Quia respondetur huiusmodi consuetudinem ad cuius obseruantiam tenentur laici, esse specialem fauore Ecclesiæ, vt longo tempore populus sic impendendo videatur velle inducere consuetudinem in fauorem Ecclesiæ, Felin. *hic num.* 3. Abb. *in d. cap. suam n.* 8.

Videtur tamen hic text. in conclusione ex eo desumpta repugnantiam continere dum temporalium exactionem vetat, consuetudinem tamen dandi laudat, & ex ea peti, & compelli iubet. Rursus vrget in contrarium *cap. cùm Ecclesia 9. hoc eod. tit.* quatenus non solùm exigi prohibet, sed omnem consuetudinem improbat, idem habetur *in cap. non satis* 8. *ad fin hoc eod. tit. & in cap. fin. de sepultur.* Obstat etiam quòd sæpissimè funerales pompæ maximo cum apparatu celebrantur, & procul à parochia, collegia etiam & Sacerdotes aliunde vocantur, qui nulla ratione tenentur. Rursus cantores, & alia huiusmodi adhibentur, quæ ad exequias necessaria non sunt, pro quibus dubium non est vel tanquam sustentationem, vel quasi mercedem laboris temporalia peti posse.

Communis DD. resolutio habet pro ipsis exequiis, quoniam actiones sunt spirituales, quidquam exigi non posse absque vitio simoniæ, vt citata iura probant, si tamen liberè, & piè offerri consueuit, possit recipi etiam temporale, quo exequiæ, & alia spiritualia ministrantur: quòd si eo tempore non offerantur peractis liberè exequiis, poterunt officio iudicis compellere hæredes, vel exequutores, vt laudabilem consuetudinem obseruent, & consuetas oblationes persoluant; ita quando spiritualia ministrantur etiam prætextu consuetudinis exigere non liceat, nec pignus, aut cautionem petere, postea verò officio iudicis liceat ad obseruantiam consuetudinis agere, quæ si ab exactionibus initium habuit tanquam irrationabilis non excusabit, quo casu intelligendæ sunt auctoritates suprà adductæ, quibus consuetudines improbantur. Sin autem à pia fidelium deuotione inceperint, laudabiles erunt, & obseruandæ, & ita text. hic procedat, ita gloss. *verbo laudabilem, in præsenti*, & post Hostien. & alios antiquos resoluit Abb. *ibidem col. fin.* Anania, *num.* 7. testatur communem Felin. *num.* 2. eandem etiam resolutionem latiùs probant idem Abbas, Ananias, & Felin. *in cap suam, hoc eod. tit.* & colligitur ex S. Thom. 2. 2. *quæst.* 100. *artic.* 3. *in corpore* S. Antonin. *p.* 2. *tit.* 1. *cap* 5. §. 22. Sylvest. *verbo simonia qu.* Sot. *de iustit. lib.* 9. *quæst.* 6. *artic.* 2. Sed hæc communis resolutio quamuis in se vera sit, non tamen propositas tollit difficultates, adhuc enim dubitari potest an omnis exactio prohibeatur in exequiis? vtrùm etiam vera semper committatur simonia ab exigentibus? an id præsumatur, aut prohibeatur tantùm lege humana? item vtrùm in omnibus prohibitio procedat indistinctè, an verò in iis tantùm, quæ ex officio ad exequias tenentur.

Quapropter apertiùs, & verùs resoluendum est eodem pacto circa exequias esse distinguendum, etenim si temporalia tanquam pretium exigantur, vera simonia erit, sin minus, vera simonia non erit, nam leges Canonicæ non solùm spiritualium venditionem, seu appretiationem diuinis legibus interdictas prohibuerunt, sed etiam omnes illos actus, qui venditionis imaginem habent, qualis est exactio antequam spiritualia conferantur, pactio, & his similia, non quia in his vera simonia committatur, si intentio ad illam causam referatur, quæ à pretio spiritualium sit diuersa, sed quia talis exactio, & conuentio adeò sunt commutationi, & dationi similes, vt non leuis sit præsumendæ simoniæ coniectura, aut certè manifestam habeat cupiditatis, & scandali rationem ideòque merito mala, & quæ mali speciem habent, vel occasionem in re tam periculosa sanctissimè prohibuerunt. Vnde præcitata iura, quæ in exequiis morem suorum temporalia exigi vetant, & consuetudines damnant, non solùm intelligenda sunt quando verè in ratione pretij exiguntur, sed etiam absolutè si exactio,

exactio, & pactio interueniat, nec præceptum legis effugiet qui rectam habuerit intentionem recipiendi ex consuetudine si contra legis mandatum exigat, aut paciscatur, leges enim prædictæ non solùm simoniam præsumunt ex eo facto, vt Sylvest. & alij existimant; sed etiam factum ipsum sua prohibitione efficiunt simoniacum, vt *infrà* declarabitur. Cùm ergo id quod iuxta laudabilem consuetudinem absque vlla exactione vltrò à fidelibus offertur, aut post ministerium petitur, nullam habeat mali speciem; cùm manifesta causa sit ob quam recipitur, meritò text. *in præsenti* idem permittit, sic sacrorum Canonum prohibitionem in hac re declarans. Insuper est hîc distinguendum vtrùm exequiæ ab illis fiant, qui ex officio tenentur, an verò ab illis qui nulla ratione sunt obstricti. etenim de illis tantùm præcitati Canones sunt intelligendi, qui ex officij necessitate faciunt, nam cùm ab Ecclesia, & parochianis congruam sustentationem habeant, sic quòd exigunt pro eo ad quod tenentur non ratione sustentationis, quam habent, nec ratione accidentalis laboris, qui illis iam incumbit, videntur exigere, sed pro ipsis spiritualibus simoniacè, vel saltem auarè id facere ab Ecclesia iudicantur, etiamsi prætextu consuetudinis petant, cùm possint post peracta spiritualia absque vlla mali suspicione recipere. Posteriori verò casu quando ad exequias vocantur alij, qui obstricti non sunt, nullum est inconueniens, vt vel ad sustentationem, vel tanquam mercedem laboris accidentalis, si ibi reperiatur, temporalia exigant, de his enim prohibitio prædictorum Canonum non agit, quod post alios rectè aduertunt Sylvest. S. Antonin. & nouiores *vbi suprà*. Nec etiam locum habent cùm aliàs in exequiis adhibentur, quæ necessaria non sunt, & à spiritualibus distinguuntur, vt rectè docet Sot. *dicto loco*, quod verò post Caietan. ait Nau. *d. cap.* 23. *num.* 66. consueta dari etiam ante exigi posse ad euitandas lites, tutum non est, nisi de iis intelligatur, qui ad exequias non tenentur propter expressam Canonum prohibitionem, quæ etiam prætextu consuetudinis contra peti non patiuntur, & propter omnium DD. traditionem, qui contrarium citatis locis affirmant, & vltra eos S. Thom. 2. 2. *quæst.* 86. *art.* 1. *ad vlt.*

17 Quod verò ad consuetudinem attinet, licèt Abb. & communis dictis locis ita distinguant vt ea, quæ initium habuit prauum nunquam excuset, & de hac intelligantur præd cta iura, quæ consuetudinem improbant, quæ verò à pia deuotione processit iusta sit & obseruanda, de hac loquitur tex. *in præsenti*. Illud adhuc difficultatis superest, quod vix poterit constare iuxta Doctorum distinctionem, quando consuetudo bona sit, aut prana, tum quia adeò est inueterata, vt memoriam hominum excedat, vt DD. fatentur, tum etiam quia materia subiecta videtur postulare, vt ostendamus consuetudinem offerendi aliquid propriis ministris, qui ex officio tenentur, à deuotione incœpisse. Vnde dicendum est quòd si consuetudo, & vsus habeat vt temporalia tempore, quo spiritualia ministrantur, ab obligatis ministris pacto, vel exactione petantur, nec antea spiritualia conferantur, quàm temporale illud præstetur, quantumuis longæua fuerit, veluti irrationabilis improbatur, quia ab inuitis videtur extorqueri, & simoniam præseferre, vel saltem expressam imaginem ipsius, taleque videtur fuisse eius initium, qualis eius vsus nunc reperitur, & de hac planè agunt citata iura, quorum verba huic sensui maximè conueniunt. Sin autem consuetudo ita habeat vt eius vsus sit, vt aliquid à fidelibus liberè sine exactione per longum tempus offeratur, & ita recipiatur, nec præterea spiritualia denegentur, quòd ante temporalia non præstentur, tunc laudabilis est consuetudo, & à pia deuotione iudicabitur incœpisse, & ita intelligatur text. *in præsenti*. Nec oportebit vnquam initium consuetudinis aliter expendere quàm ex ipsius vsu, & progressu, quidquid DD. inuoluant, nec etiam locum habent Canones, qui consuetudinem exigendi improbant in iis, qui non tenentur ex officio, si ratione sustentationis, vel laboris accidentalis exigant, iuxta supradicta.

Verùm adhuc dubitant DD. quo pacto circa oblationes huiusmodi, quæ in exequiis & aliis officiis diuinis offeruntur propriis ministris, consuetudo quantumuis longæua possit necessitatem imponere, etenim receptum est, per actus omninò liberos, qui meræ facultatis appellantur, absque contradictione consuetudinem, vel præscriptionem introduci non posse, vt probat text. *in cap. Abbate* 25. *vers. ad hoc autem, de verb. signif. l.* 1. § *denique Marcellus l. si in meo* 22. *ff. de aqua pluuia*, docet Bart. *in l. cum de in rem verso ff. de vsuris*, latè post alios Rip. *in c. cum Ecclesia, à num.* 43. *de causa posses. & in l. quoniam* 132. *ff. de flumin.* Cou. *in reg. possessor. p.* 2. § 4. *n.* 6. Menoch. *de arbitr. casu* 160. *à num.* 3. Qua ratione qui diu eleemosynam præstiterunt aliquibus personis, nunquam cogi poterunt, & qui diu obtinuerunt, nunquam alios prohibebunt, vt resoluunt Dec. *cons.* 215. *num.* 2. Roland. *cons.* 21. *num.* 13. *lib.* 2. Aym. *cons.* 134. *num.* 9. Grammat. *decis.* 145. *num.* 1. Pesonal. *in tract. de adipisc. possess. num.* 162. *cum seqq.* Mouent difficultatem Innoc. & alij *in præsenti* fatentur idem Innoc. & Zabarel. consuetudinem hanc nullo tempore necessitatem imponere, aiúntque in hoc text. singulos nolentes consuetas oblationes dare cogi non posse, eos tamen qui voluerint consuetudinem euertere persuadendo aliis ne id faciant, per Episcopos compelli, quæ intelligentia confunditur ex illis verbis text. ibi *præcipimus obseruari*, & optimè refutatur per Abb. *hic & in d. cap. suam, inf. hoc tit.* & Socin. *in tract. de oblation. lib.* 3. *q.* 6. variis modis respondent, inter quos receptum est ex actibus meræ facultatis in fauorem Ecclesiæ consuetudinem introduci posse, arg. text. *in c. ex parte de censib.* ita Anan. & Felin. *num.* 4. *in d. cap suam.* Curt. iun. *in l. si certis annis num.* 28. *C. de pactis* Anch. *cons.* 47. Corn. *cons.* 226. *num.* 3. *lib.* 4. decis. Pedem 99. *num.* 43. qui alios plerosque citant. Verùm fauor Ecclesiæ efficere non potest, nisi aliud addatur, vt actus meræ facultatis ex tempore necessitatem imponant, repugnat enim naturalis ratio vt quis ad id compellatur inuitus, quod semper liberè absque animo se obligandi fecit. Obstat etiam quòd iuxta hanc communem sententiam sequeretur idem esse dicendum in quacunque pia præstatione, quod DD. negant. Quare aliis duobus modis præcitati DD. intelligunt text. *in præsenti*, & aliter Roman. *cons.* 344. *n.* 1. & 2. Paul. *cons.* 363. *lib.* 1. Dec. *vbi suprà*, sed nemo difficultati satisfacit.

18

Ego igitur omisso intellectu, quem in Collectan. ad hunc text. præstiti, qui iuxta supradicta vix sustineri potest, dicendum puto quòd licèt per actus meræ facultatis non inducatur consuetudo, vel aliqua obligatio, id tamen procedit si nihil aliud appareat, vnde necessitas dandi, aut animus se obligandi colligatur, quòd si appareat quamuis prima facie actus secundùm naturam suam facultatis videatur, nihilominus rectè consuetudo, & obligatio iudicabitur introducta, seu potiùs per diuturnum tempus censebitur ea præstatio, seu obligatio constituta, hoc enim casu magis ex præsumpta partium voluntate obligationem constitutam, quàm consuetudine, seu præscriptione acquisitam verius existimo, iuxta tex. *in d.l. cùm de in rem verso, & l. si quis diuturno, in princip. ff. si seruitus*

19

vendi

vendicatur, *l.2.* sic intelligenda de constituta seruitute per scientiam, & patientiam diuturni temporis, *C. de seruit. & aqua*, quicquid variis in locis ea de re Doctores contendant. Constabit autem voluisse partes diuturna præstatione obligationem facere, si aut reciproca sit, qualis inter dominum, & vasallum, seu colonum diuturna præstatione contrahitur, vt *prædictis locis* DD. resoluunt, vel quando ipsi præstanti hoc vtile fuerit, aut necessaria alia dandi causa; vel coniectura obligandi appareat. Cùm autem obligationes, quæ fiunt Sacerdotibus, non semper sint liberæ facultatis, sed aliquando necessitatis iure naturæ debitæ ante vllam legem scriptam, vel decimas introductæ, iuxta illud. *Exodi* 23. *Deuteron.*16. *Ecclesiast.*20. notatur *in c. omnis Christianus, de consecrat. distinct.*1. & quatuor necessitatis casus tradit D. Thom. ab omnibus receptus *d. art.*3. Socin. *vbi suprà*, Sylvest. *verbo decimæ quæst.*2. Sot. *de iustit. lib.9. quæst.* 3. *art.*1. iuxta quæ videtur in proposito populi consuetudo naturalem illam obligationem certis diebus, & actibus determinare, vel saltem ita constituere, vt Sacerdotes ad corporalem residentiam, & illa ministeria spiritualia meliùs petagenda alliciantur, maioremque habeant sustentationem, vt aptiores ad illud munus reperiantur, & ne deficientibus decimis in egestatem deueniant, quæ omnia efficaces sunt obligationis coniecturæ, quod videtur sentire Sylvester *vbi suprà*.

20 Sufficit autem ad huiusmodi consuetudinem inducendam decennium, vt *suprà* dixi *num.*8. tum quia consuetudines præter ius etiam in foro Canonico decem annis præscribuntur, ex doctrina *glossi.*1 *in cap. vltimo de consuetud. in sexto*, resoluit Abbas *in cap. vlt. num.*11. *de consuetud.* Felin. *in cap. statuimus num.*1. *de maiorit. & obedien.* Roch. *de consuetud. sect.*3. *num.*28. Aym. *de antiquit. part.*4. *princip. num.*7. Duen. *reg.*139. tum etiam, quia consuetudo hæc contra Laicos inducitur, quo casu secundùm ius Ciuile siue contra, siue præter ius decem annis sufficiunt, communis ex Ias. *in l. de quibus, num.*41. *ff. de legibus.* Aym. *vbi suprà num.*9. & ita in terminis huius consuetudinis circa oblationes resoluunt Abbas *in dicto cap. suam*, Felin. *in præsenti, in fine*, & à reliquis probari affirmat Roch. *vbi suprà num.*3.

21 *Pro exequiis mortuorum.*] Notatur ad hoc quòd suffragia mortuorum vendi non possunt, vt per Redoan. *de simon. part.*1. *c.*30. *num.*6. *& par.*3. *cap.*16. *num.*34. *& c.*18. *à princ.* Soar. *de relig. tom.*1. *lib.*4 *de simon. c.*15. *num.*6.

Quidam laici laudabilem consuetudinem. &c.] Mirum est qua ratione ductus Innocentius III. dicat prætextu consuetudinis pro spiritualibus quicquam recipi posse, ac proinde pias huiusmodi consuetudines obseruandas esse, non obseruantes per loci Episcopum esse compellendos, contra disposita *in c. non satis* 8. *& in c. cum Ecclesia* 9. *hoc eod. de simon.* ac in aliis iuribus probantibus nullam consuetudinem inducentem pro spiritualibus temporalia dari posse, piam esse, ac laudabilem appellari posse, vtpote quia simonia diuino testimonio damnata est tanquam rationi repugnans. Post aliquas responsiones Anton. Fuertes *canon. lect.*1. *lib.*1. *c.*7. concludit Innocentium *in præsenti* loqui de consuetudine à laicis introducta dandi aliquid gratis, & liberè sine aliqua præcedenti clericorum exactione ac petitione, quasi pro eleemosyna, & in animarum redemptionem, ad *c. medicinam, de pœnit. distinct.* 1. quod cùm nullam contineat simoniam, siquidem contributione voluntaria procedit, pia, & laudabilis erit appellanda, provt eam ita appellat Innoc.

SVMMARIVM.

1 *Abbates Cistercienses prohibentur solemniter installari, & ponitur forma obedientiæ, quam præstant suo Episcopo.*
2 *Installatio quid sit, ostenditur.*
3 *Ius stalli, seu sedendi certo loco in Ecclesia an vendi possit.*

CAP. Ne Dei. XLIII. *Honor. III.*

ABbates Cistercienses prohibentur solemniter installari, sed satis est vt profiteantur coram Archiepiscopo sub forma profitendi consueta in suo Ordine, vt habetur *in text.* Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. And. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Marian. Socin. Panor. Felin. Viuian. *in rationali lib.*5. *iuris Pontif. pag.*44. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*630. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1.

Installationis solemnitates.] Installatio est quando electus, & confirmatus introducitur in stallum, id est, sedem, siue locum constitutum in choro, & Abbati deputatum ad sedendum, notant omnes *in præsenti*. Et ideò installatio notat veram & actualem possessionem. Abb. *in cap. transmissam num.*3. *de elect.* Vinian. *in praxi iuris patron. part.*1. *lib.*5. *cap.*1. *num.*20. aliàs 102. *in nouiss. impr.* Ragus. *de voce canon. in Capitulo quæst.*25. *num.*1.

Ius stalli, seu sedendi aut standi certo loco in Ecclesia an vendi possit, vide Soar. *de relig. tom.*1. *lib.*4. *de simon cap.*28. *ad fin. num.*23. Bonacin. *de simonia q.*4. *§.*6. *in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Probanda, & redditus debentur recepto in Canonicum consuetudine non obstante.*
2 *Canonici noui in receptione prohibita est prandij exactio.*
3 *Simonia est aliquid exigere à nouiter recepto in Canonicum, etiam modicum conuertendum in commodum, & vtilitatem Canonicorum, & beneficiatorum, ac personarum Ecclesiæ.*

CAP. Iacobus. XLIV. *Greg. IX.*

CAnonici quando receperunt aliquem in Canonicum, & fratrem, tenentur statim illi prouidere de præbenda, & prouentibus, sicut vni ex aliis temota appellatione, & non obstante consuetudine in contrarium, v. g. habendi prius prandium. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Host. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panormit. Felin. Viuian. *in rationali lib.*5. *iuris Pontificij, pag.*44. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.*631. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2.

Collige ex text. exactionem prandij in receptione noui Canonici prohibitum esse, vt per Cosm. *in pragmat. sanctionum part.*2. *tit. de annatis fol. mihi* 105. *verso.* Soar. *de relig. tom.*1. *lib.*4. *de simonia cap.*47. *num.*5. Azor. *institut. moral. part.*3. *lib.*12 *cap.*11. *q.*6. vbi quæritur quid sit dicendum de statuto, quo decernitur, vt qui fuerit in canonicum receptus, certum quid soluat. Illud certissimum est à nouiter recepto, seu in admissione ad possessionem canonicatus, aut præbendæ, vel beneficij non posse exigi nec solui aliquid etiam modicum

modicum conuertendum in commodum, & vtilitatem canonicorum, & beneficiatorum, ac personarum Ecclesiæ, sed est simoniacum, non obstante aliquo statuto, vel consuetudine etiam immemoriali, vt per omnes *in præsenti, & in cap. cum M. de constitut.* vbi Abb. *num.*15. Felin. *num.*20. Dec. *à num.*110. Rip. *à n.*175. S.Thom.2.2.*quæst.*100.*art.*4. Sot.*de iustit. lib.*9. *quæst.*7.*art.*1. Gutierr.*canon. lib.*1 *cap.*29. *à numero* 26. Azeued. *ad curiam Pisan. lib.*1. *cap.vltim.lit.B.* Card. Tusch. *lit.S. concl.*252. *à num.*12. Cened. *ad Decretal. collect.*16.*num.*2. Nicol.Garc. *de benef.par.*8.*cap.*1.*n.*83. *& numero* 87. refert à Sacra Congregat. decisum non posse de cætero ex quocunque statuto imponi, vt aliquid soluatur in locum pium cedens, veluti pro fabrica, vel Sacristia Ecclesiæ, nisi fuerit per Papam ex certa scientia approbatum, & *num.*89. cum Gutier. *d. c.*29.*num.*28. resoluit nec posse post Concil. Trid. capi pro rebus piis quod consueuit capi pro commodo proprio, & *num.*90. tenet illud capi pro commodo proprio canonicorum, quod soluitur mensæ capitulari, seu conuertitur in reparationem bonorum mensæ capitularis, ex quo cedit, & redundat in vtilitatem singulorum.

4 Verùm in hac materia quinque conclusionibus omnem difficultatem dirimi posse censeo, quarum prima sit. Si vacante beneficio onus aliquod temporale sit impositum quòd certa pars fructuum, aut pecuniæ quantitas in pios vsus reseruetur, vel ad sustentationem ministrorum nulla facta conuentione, id erit absque vlla controuersia licitum, & ab omni mali suspicione alienum. Probatur conclusio, quoties nihil temporale pro spiritualibus exigitur, nullave pactio fit aut conuentio, nulla est simoniæ labes, sed sic contingit in proposito; igitur, &c. probatur etiam euidenter ex *c.vnic. §. vlt. vt Ecclesiastica benefic.* facit *cap. si propter, de rescrip. in* 6. & omnes supracitati DD. hanc conclusionem admittunt etiam nulla extante consuetudine, aut lege, & procul dubio est.

5 Secunda conclusio. Si vacanti beneficio hoc temporale onus appositum non sit, sed à personis recipiendis, instituendis, aut benedicendis exigatur nulla id constitutione, aut consuetudine permittente, siue illud in profanos, aut proprios, aut in vsus pios conuertatur, simonia meritò iudicabitur. Probatur conclusio quando temporalia ab eo exiguntur, cui spiritualia ministrantur, simonia ab Ecclesia iudicatur, quoniam talis exactio pretij rationem habet, sed vbi nulla lex, aut consuetudo id permittit, manifesta fit exactio ab eo, qui recipit spiritualia, igitur simonia iudicabitur, maiorem probat *cap. quicquid, cum multis seqq.*1. *quæst.*1. vbi omnis exactio damnatur, & gratiosa tantùm oblatio permittitur, idem probant *cap. non satis, c. cùm in Ecclesia, hoc tit.* Minor patet, consequentia bona est, auctoritas verò expressa est *in cap.ex multis, hoc eod.tit.* vbi summus Pont. omnem exactionem prohibet etiamsi in vsus pios fiat, quam citati DD. intelligunt vbi nulla lex, aut consuetudo viget, in idem facit *cap. tua nos, hoc eod. tit.* & hanc conclusionem omnes *ibidem* admittunt nemine contradicente.

6 Tertia conclusio. Si ex lege, aut consuetudine à recipiendis Canonicis, clericis instituendis, aliisve similibus aliquid in proprios, aut recipientium vsus exigatur, simoniæ crimen incurritur, lexque, aut consuetudo nullius erit momenti. Probatur, lex, aut consuetudo iuri diuino, aut rationi contraria, & quæ manifestam præbet delinquendi occasionem, nullius est momenti, *cap. vlt de consuetud. cap. vlt. de præscript. c. erit autem lex.*4. *distinct.* Hæc autem consuetudò, aut lex, quæ aliquid temporale exigit sub ea forma, repugnat iuri diuino, quia simoniam permittit, repugnat rationi, quia manifestam continet cupiditatem, & auaritiam, & præbet occasionem delinquendi, quia sub legis, aut consuetudinis prætextu poterunt passim celari simoniacæ exactiones, & saltem negari non potest quin horum trium aliquod in his legibus aut consuetudinibus reperiatur: igitur, &c. Probatur item conclusio auctoritate *d. cap. cùm in Ecclesia*, vbi nec ratione legis, aut longæuæ consuetudinis licet aliquid recipere temporale à personis Ecclesiasticis ponendis in sedem, aut instituendis, improbatúrque consuetudo quasi iuri diuino, & rationi contraria; id ipsum facit Pontifex *in cap. in tantum, hoc titulo, in fine*, ibi, *prauam consuetudinem*, text. *in præsenti*, ibi, *consuetudine non obstante*; hanc etiam concluf. omnes DD. admittunt *citatis locis*, & hodie comprobata est in Concil. Trid. *sess.*24. *de reformat.cap.*14. quo loco damnantur constitutiones Episcoporum, & consuetudines, quibus aliquid à recipiendis Canonicis, seu instituendis Clericis exigitur in alios, quam in pios vsus conuertendum.

7 Quarta conclusio. Si lex, aut consuetudo temporale aliquibus casibus recipi, aut præstari iubeat, iustè fiet si spiritualia liberè conferantur, nec ideo subtrahuntur, quòd priùs temporalia data non sint. Quod si ita exigatur pecunia, vt non aliter spiritualia ministrentur, quàm ipsa priùs persoluatur, illicita erit exactio, & irrationabilis lex, aut consuetudo, si ita fieri patiatur. Probatur conclusio, licitum est percipere ab his temporalia, quibus spiritualia conferuntur ex pia lege, & laudabili consuetudine, sed cùm lex, aut consuetudo aliquid in pios vsus præstari iubet, gratis tamen, & liberaliter priùs concessis spiritualibus, pia est, & laudabilis. Igitur, &c. Maior probatur *in cap. ad Apostolicam, hoc tit.* Minor patet, consequentia bene colligit. Probatur etiam hoc prius membrum conclusionis auctoritate D. Thomæ 2. 2. *quæst.*100. *art.*3. *in corpore*, & *ibi* etiam consentiunt omnes DD. apertè comprobatur ex Concil. Trident. *vbi suprà.* Posterior autem pars sic confirmatur; quoties per subtractionem spiritualium temporalia prius exiguntur, expressa est venditionis species, sed in his casibus omnis exactio; quæ venditionis speciem habet; interdicitur, nec lege, aut consuetudine defenditur. Igitur, &c. Maiorem probat text *in d.cap. in tantum, vers. cùm verò*, ibi, *expressius exprimat venditionis speciem qui prius pretium*, &c. facit text. *in cap. veniens, hoc eod.* obseruat S. Thom. *vbi suprà.* Minorem verò probat text. *in c. audiuimus, hoc tit.* apertè agens eo casu, quo spiritualia denegantur antequam præstentur temporalia, probat etiam hoc posterius conclusionis membrum S. Thom. *vbi suprà, in* 4. *dist.*25. *quæst.*5. quem omnes Theologi sequuntur, & Sot. *lib.*9. *de iustit. quæst.*6. *art.*2. & ad terminos huius conclusionis reducendum est decretum Concilij Tridentini *vbi suprà*; quod licet improbet absolutè constitutiones, & consuetudines, quibus aliquid exigitur in vsus non pios, non propterea approbat omnes, quibus exigitur in vsus pios, quinimo *in ils* etiam iubet euitari quicquid simoniæ habent, vel habuerunt, atque ideo planè locum habet quando in vsus pios debitis modis temporale recipitur, idque fiet si liberaliter concessis spiritualibus postea temporalia perantur, iuxta doctrinam Sancti Thomæ, & supradictam conclusionem. Huic etiam conclusioni conuenit text. *in cap. quam pio* 1. *quæst.*2. *ad finem*, ibi, *accedat gratis*, & vltra S. Thom. & alios Theologos *vbi supra.* Sylues. *verbo simonia.quæst.*9. Viger. *de institut. cap.*5.§.6. *vers.*9. Victor. *in relect. de simonia num.*27. & testimonium Theologorum, qui in hac materia constanter docent nunquam licere per subtractionem spiritualium exigere etiam ad pios vsus temporalia,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poralia, quoniam licèt ex iusta causa petantur, habet talis exactio venditionis speciem, oblatis tamen gratis, & liberè spiritualibus, docent illi licitum esse secundùm legem aut consuetudinem temporalia petere ex causa iusta, in eadem sententia est Card. *in præsenti ad finem, & in d. cap. ad Apostolicam col. 2. ad med. hoc tit.* & iuxta hæc intelligendus est Dec. *in cap. cùm M. de constitut.* & sub distinctione huius concl. vtriusque partis argumenta dirimuntur, & communis sententia defenditur, quibus adde vix probandum esse, quod de cautione exigenda ait Card. *dicto loco*, quoniam durum est, & scandalo plenum.

8 Quinta conclusio. Constitutiones, & consuetudines, quibus aliquid temporale in vsus non pios ante vel post spiritualia exigitur, vel etiam ad pios per spiritualium subtractionem extorquetur, ita demum sacris Canonibus improbantur si ab illis recipiantur temporalia, qui ex officio spirituale illud ministerium confirmandi, aut instituendi, vel simile tenentur exhibere, quòd si non teneantur, non vti sustentationis stipendium antea peti, & in proprios vsus poterunt conuerti. Probatur conclusio ea ratione quòd non licèt simoniacam receptionem iudicare, nisi eo casu, quo non apparet honesta recipiendi causa, vt per se patet; sed tunc demum non apparet causa iusta quando ab illis exactio fit, qui ex officio tenentur, siquidem cum aliunde habeant sustentationis stipendium, nempe ex fructibus beneficij, vel salario officij, si pro actibus particularibus pecuniam exigant, non ad sustentationem, sed quasi pretium, vel saltem ex auaritia videntur exigere. Ergo, &c. quod ipsum euincunt omnia iura præcitata, quibus consuetudines improbantur, agunt enim de Episcopis, Archidiaconis, & aliis Prælatis ad quos confirmatio, institutio, receptio, & alia huiusmodi pertinent, vt ex illis videre licet, & sic etiam loquitur Concil. Trid. *vbi suprà.*

9 Ex quibus illud licet colligere, quòd vt in iis institutionibus, confirmationibus beneficiorum, & Canonicorum receptionibus aliquid temporale iustè recipiatur à personis, tria simul requiruntur, primum vt constitutione, aut consuetudine id receptum sit: secundum vt in pios vsus conuertatur: tertium vt non exigatur prius per subtractionem, aut moram spiritualium, quæ tria ex præpositis conclusionibus, præsertim ex vltima colliguntur, vt per S. Thomam, & omnes Theologos, atque etiam nostros Canonistas si rectè expendamus.

SVMMARIVM.

1 *Ordinandus conueniens cum ordinante, aut præsentante ipsum post susceptos Ordines non molestare super beneficio aut alimentis, suspensus sit ab Ordine sic suscepto, & ordinator à collatione per triennium. & n. 3.*
4 *Papa solus dispensat cum inhabili ad beneficium simoniacè acquisitum, qui talem simoniam sciuit, in eámque pro se factam consensit.*

CAP. Si quis. XLV.

1 ORdinans, vel præsentans aliquem ad Ordinem, recipiendo promissionem, vel iuramentum ab eo, quod non inquietabit Episcopum defectu tituli, vel patrimonij super prouisione sua, tunc ordinans à collatione, præsentator ab executione Ordinum per triennium est suspensus; Ordinatus verò est suspensus ab Ordine susceptо donec è sede Apost. obtinuerit dispensationem; Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Hostien. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panormit. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 46. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 631. remittitur Ximen. *in concord p.* 1.

Circa intellectum huius text. dixi aliqua ad *cap. per tuas* 37. *super hoc tit.*

Si quis ordinauerit, &c.] Notatur ad hoc quòd ordinandus conueniens cum ordinante, aut præsentante ipsum post susceptos Ordines non molestare super beneficio, seu alimentis, suspensus sanè fieret ab Ordine sic susceptо, & ordinator à collatione per triennium. vt per Aual. *de cens. p.* 3. *dist.* 5. *dub.* 4. *concl.* 1. Henriq. *in summ lib.* 13. *de excomm. c.* 37. *in princip.* Gonzal *ad reg.* 9. *cancel glos.* 5. §. 10. *num.* 27. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *num.* 199. *& lib.* 32. *tract.* 2. *n.* 71. *in fine*, Sanctarell. *var. quæst.* 40. *num.* 20. Campan. *in diuersorio iuris Canonici rub.* 8. *c.* 5. *num.* 31. *versiculo*, vbi de præsentante loquens exemplificat primitus in Archidiacono, qui Episcopi oculus appellatur, vel alia persona in simili dignitate constituta, cuius officium est examinare ordinandos, inquirere an habeant sufficientem titulum postea illos præsentare Episcopo ordinatori, ad tex. *in cap. vt nostram, & in cap. ad hæc, sup. de officio Archidiac.* deinde exemplificat in Episcopo ordinario faciente litteras dimissorias suo subdito, vt promoueri possit ab alio Antistite, per quas ille approbatum & examinatum ex mandato Concil. Trident. *sess* 24. *de reform. c.* 3. dimittere debens, præsentare videtur; de quo etiam Quarant. *in summa Bullar. verbo Ordo. vers. subsequenter pag.* 385. *alias* 494. *in nouiss. edit.* Ex quibus attende differentiam inter præsentatorem nominatum *in cap. per tuas, sup. hoc tit.* & præsentatorem nominatum *in præsenti*, quia hic est præsentator ad Ordines, ille verò ad Ecclesiam, vt aduertit Campan. *loco proximè citato.*

In glos. *Sedem Apost.* Notatur ad hoc quòd qui inhabili ad beneficium simoniacè acquisitum, qui talem simoniam sciuit, in eámque pro se factam consensit, solus Papa dispensat, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib* 23. *num.* 186. *tom. in sexta.* Azor. *institut. moral. part.* 3. *lib.* 12. 13. *princip.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Monachi appellatione venit Abbas.*
3 *Simoniacus mentalis non tenetur ad restitutionem.*
4 *Declaratur text. in præsenti.*

CAP. De Mandato. XLVI. & fin.

PApa quando mandat alicui vt dispenset cum monachis, qui per simoniam dato aliquo sunt accepti in monasterium, iuxta *cap. quoniam hoc tit.* intelligitur mandatum extendi ad dispensandum cum Abbate, qui eos simoniacè recipit. Item qui sine pacto præcedente, & sine aliquo dato, vel recepto, sed solo affectu animi vtrumque acquirunt, spiritualia, & temporalia, non tenentur ea resignare pro hac simonia, sed satis est si eos pœniteat, & satisfaciant Creatori. Colligunt Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panor. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag.* 47. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 631. remittitur Ximen. *in concord. p.* 1. *& 2.*

Etiam ad Abbates extendi.] Notatur ad hoc quòd appellatione monachi venit Abbas, vt per Bertach. *in repet. verbo Abbas num.* 1. Hippol. *consil.* 9. *num.* 1. eum

cum citatis per me *de appellatina verb. vtriusque iuris signif appel.214.num.2.*

3 *Et ad significationes.*&c.] Probat hic tex.simoniacum mentalem non teneri ad r. signationem, aut restitutionem, vt per D.Thom. *2.2.quæst.100.art.6.* vbi Caiet. Sylvest.*verbo simonia quæst.20.* Armil.*eod.verbo num 58.* Navar.*in manu. cap.23.num 103.* Angl. *in floribus Theol. tit.de restitut.quæst.quis à restitut sit liber, diffic.15.* Petr. Navar.*de restit.lib.2.cap.2.à num.170.* Tolet. *in instruct. conscientia.lib.5.cap.93.* Veg.*in summ par.2.cap.101 casu 7.9.21.& 23.* Flamin.*de resignation. benefic.lib 14.quæst. 6.num vlt.& de confident quæst.26.num.40.* Fr. Emman. *in summ.tom.2.cap.66 num.1.* Iacob de Graffiis *in decis. aurels part. 1. lib 2. cap.96.n.18.* Valent. *tom.3.disput.6. quæst. 16.puncto 6.* Vgolin. *de simonia.tab. 2. de simonia mentali cap.2.* Gutier.*canon. lib.2.c 23 num.31.cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. par. 4.decis. 34.* Gaspar Roderic. *de annuis redeit b lib.1 quæst. 3 num.25 & 26.* Rebell.*de obligat iustitiæ par.2.l b 18.quæst.21.num.2.* Azor. *instit. moral par.3.lib 12.cap.20 quæst 2.* Campan. *in diuersorio iuris Canon.vnb.11.c.17.num 4 cum seqq* Nicol. Garc *de benefic par.8.cap.1.n.45* Hæc quidem sententia vera est in se, & ex littera textus conformis, quamuis contrarium tenuerunt aliter atque aliter distinguentes Maior *in 4.distin.15 quæst.7.§ sed de simonia* Ioan.de Medina *in codice de rebus per vsuram acquisitis quæst. 4 de vsura resist.in 2.argum.vers.tam ad rationes.* Barthol. Medina. *in summ.l.b. .cap.14 § 20 & 21.* Aragon *in 2.2.quæst 100. art. 5.* vbi Salon.*quæst 78. art 3.controu.19.* Petr.de Ledesma *in summ part. .tract 12.conclus.43.difficult.1.& 4.* Soar *de relig.tom 1.l b 4.de simonia cap. 53.num 43 cum seqq.* Raph. de la Torre *in 2. 2. D. Thom. tom.2. quæst. 100.articul.6 disput.6.* Less.*de iustitia lib 2 cap.25 d.b. 28.* Molfes. *in summ. Theologiæ moralis tractat 6 cap.15. num.99.* Bonacin.*de simon quæst.7 punct.3.difficul.1.num. 23.* multipliciter intelligentes text. *in præsenti,* eiúsque litteram malè percipientes dum suam defendere intendunt opinionẽ,nam Ioan.de Medina *loco proximè citato,* 4 respondet in hoc cap.Pontificem solum loquutum fuisse de iudicio exteriori, non interiori conscientiæ, aliùs verò Barthol.Medina ait in hoc cap.Pontificem sequutum fuisse probabilem opinionem eorum, qui dicunt accepta per simoniam mentalem non esse restituenda. Denique Soar,& Less. explicant text.in præsenti procedere in simonia commissa in ingressu religionis, in qua data fuit responsio, quæ non habet necessariò iniustitiam annexam, Sed his, & aliis responsionibus reiectis, quia nimium litteram textus restringunt, vt per se patet, non est cur à probabili huius text. desumpta conclusione recedamus; qui quidem non obstat quòd vsurarius mentalis teneatur ad restitutionem,*cap. consuluit,de vsuris,* quia intelligitur quando mutuatarius coactè dat vltra sortem ratione mutui, secus quando liberè. & sponte & gratiosè dat, licèt mutuans iniquam habeat conditionem, & prauum animum, nempe accipiendi ratione & vi mutui, vt per Couar, *in regul.peccatum part. 2. in initio à num. 4.* Caballin. *de vsuris num 7.& 8.* Petrus Navarrus *de restitution lib.3.cap. 2.num 171. cum seqq.* Aragon. 2. 2. *quæstion.78. articul 2.* vbi Bannes *articul 3.* & Salon. *controvers. 10.* Solis *de cessib lib 1.c. 5. num. 13.* Gasp. Roderic. *d. quæst. 3. num. 23.* & latè Campan *d. cap 27. num.10.& 11.*

Ne Prælati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedant.

TIT. VI.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Petr. de Raven. *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart.*in epitom. Decretal. fol.176.* Steph. Rauchin.*in continuatione titulorum Decretal.* Dan. Venator, *in analysi methodica iuris Pontificij, à pag. 616.* Goffr. & Hostiens. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast.Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag.*in expositit.titul.iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 5. summ. in Decretal.omnes sub hoc titulo.*

SVMMARIVM.

1 *Pecuniam dans vt Episcopalem vel spiritualem iurisdictionem exerceat, officio suo priuatur & sic conscrens illud amplius conferre non poterit, & canonicè punietur.*

2 *Simoniacus est Episcopus, qui pretio recepto suas vices committit alicui.*

3 *Verbum* amittat *est sententiæ.*

4 *Salarium accipiens ab Episcopo pro seruitio ei facto in iurisdictione commissa exercenda simoniam non committit.*

5 *Vicarius recipere debet salarium de Camera Episcopi.*

CAP. Præterea I. *Alex. III*

EPiscopalem iurisdictionem pro pecunia data exercentes, priuantur officio suo, & Episcopi, qui vendiderunt, amittunt potestatem conferendi tale officium. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Host. Anch.Butr. Mar.Socin. Panorm. Felin. Viuian. *in rationali lib 5. iuris Pontif. pag 49.* Alagona, *in iuris Canon p.633.* remissiuè Ximen *in concord p.1.* desumitur ex Concil.Lateranen. *c.15.incip.Cum in officiis § præterea quoniam* & refertur ab Anton.Augustt.*collect. 1.Decretal.lib.5.tit.3 cap.1.* 1

Collige ex text. simoniacum haberi Episcopum, 2 qui pretio recepto suas vices committit alicui. hoc est, suam iurisdictionem, vt per Azor. *instit. moral p.3.lib. 12.c.14 in princ.* vbi *q. 1.* resoluit non esse simoniacum Vicarium, qui ab Episcopo, vel alio Prælato constituitur & recipit certum salarium.

Amittat.] Est verbum latæ sententiæ, vt per Tiraq. 3 *in l si vnquam verbo reuertatur num.151.C. de reuocandis donat.* Couar. *in cap. si hæredes num.8. sup. de testam.* Sayr. *in claui Regia lib. 2. c. 8. num. 21. versic. fallit* quos refero *in meis remissionibus de dictionib & clausul. dict.21.*

In glos. *Quantitate.* ibi, *sed è conuerso Episcopus si* 4 *committat vices suas alicui potest & debet ei constituere salarium.* Sed cur quæso Episcopus simoniacus est committens pretio recepto suas vices alicui, non autem iste pretium ab Episcopo recipiens; Respondet Panorm. *hic* longè diuersam esse rationem, quia Vicarius, seu alius ab Episcopo constitutus recipit debitum sui laboris, & operæ stipendium, locat enim Episcopo suas operas, nec vllo iure cogitur suo stipendio militare, *cap. cum ex officij de præscript.* at verò Episcopus,

pus, qui Vicarium, vel alium constituit, pro sua iurisdictione exercenda, si pretium accipiat ex eo quòd suas vices committit, iurisdictionem suam vendere videtur, cùm stipendium, siue salarium potiùs conferre deberet ei, refert Azor. *d.quæs. 1.vers.sed. cur quæso:* vbi etiam tenet simoniam ab eo Episcopo committi, qui Vicarium constituit eo pacto, vt ille sit minori stipendio contentus quàm sibi debeatur, vel ea lege, & conditione vt Episcopus habeat sibi aliquam partem prouentuum spectantium ad Vicarium ratione muneris, & officij, quo ille fungitur.

In ead. glos. ibi, *de camera.* Ergo Vicarius recipere debet salarium de Camera Episcopi, vt resoluit Sbrozz. *de Vicaria Episcopi, lib.3.q.54.n.3.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Vicarius qui dedit pecuniam Episcopo, vt faceret illum Vicarium, priuari debet officio Vicariatus.*
3 *Simoniam committit Episcopus, quando aliquid exigit pro re præstanda, quam tenetur facere ratione sui officij.*
4 *Prælatus iurisdictionem temporalem vendens, si eam habet ab Ecclesia, simoniam committit.*
5 *Simoniam committit Episcopus, cui data fuit pecunia, vt Vicarium faceret in temporalibus.*
6 *Iurisdictio ordinaria non potest ab Episcopo concedi*

Cap. Quoniam. II.

1 PLebanus, vel Archipresbyter, qui pretio statuitur ad agendas vices Episcoporum, vel Archidiaconorum, seu ad terminandas causas ecclesiasticas, remouetur à Clero, & Episcopus, qui dissimulat peruerti suam iurisdictionem, censura ecclesiastica punire debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panormit. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 50.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 633.* remissiuè Ximen. *in concord. pag. 1.* refertur ad Anton. August. *collect 1. Decretal. lib. 5. tit. 3. c. 2.* & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *part. 3. cap. 1.*

2 *Remoueatur à Clero.*] Notatur ad hoc quòd Vicarius, qui dedit pecuniam Episcopo, vt illum faceret Vicarium, priuari debet officio Vicariatus, vt per Lancel. *in instit. iuris Canon. tit. de simonia §. demum.* Sbrozz. *de officio Vicarij lib. 3. quæst. 54. num. 1.* vbi ex Abb. hoc optimè factum dicit ne ex huiusmodi labe simoniæ Vicarij vt aliquid lucrentur præter sortem inducantur per fas & nefas ad extorquendum pœnas in ære, vbi in corpore luendæ forent, & facere modicas culpas grauiores in subuersionem iudiciorum, & dispendium, ac grauamen subditorum.

3 In glos. *Pretio. ibi, maximè cùm iurisdictio sit spiritualis.* Aduerte tamen quòd vbicunque Episcopus gratis facere aliquid debet ratione sui officij, simoniam committit, si aliquid exigat, vt per Soar. *de relig. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 20. num. 19.* vbi admittit quòd per illam particulam, *maximè*, non potest fieri comparatio ad actus, qui procedunt à iurisdictione temporali, cùm in eis simonia locum non habeat; sensus ergo esse videtur, vel ob hanc maximè causam ibi interuenire simoniam, quòd iurisdictio, à qua illi actus procedunt, est spiritualis, vel tunc maximè committi simoniam, quando actus ex vi obiecti, & materiæ est spiritualis. Nam verum est Prælatum iurisdictionem temporalem vendentem, si eam habet ab Ecclesia, simoniam committere, eo quòd talis iurisdictio iudicatur spiritualis dependenter, hoc est, respectu Summi Pontif. à quo habet dependentiam, secundùm Fr. Ludou. Beja Conlusitanum nostrum *in respon. casuum conscientiæ par. 1. casu 37. fol. mihi 57. verso.* Vnde simoniam committere Episcopum, cui data fuit pecunia, vt faceret Vicarium in temporalibus, tenent Lancelot. *in instit. Canon. tit. de simonia. §. demum, vers. suas,* Sbroz. *d q. 54. n 4.*

In glos. *Statuuntur.* Notatur ad hoc quòd ordinaria iurisdictio non potest ab Episcopo concedi, vt per Sanch. *ad matrim. lib. 29 num. 2.*

Cap. Quoniam. ij. III.

ECclesiæ regimen non debet Sacerdotibus committi sub annuo censu. Colligũt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. And. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panormit. Marc. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 50.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag. 633.* remissiue Ximen. *in concord. pag. 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 3. p. 3.* & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *par. 2. cap. 2.*

Vide posita *in cap. præcedenti.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus Ecclesiarum sub annuo censu concedi possunt.*
2 *Locatio fructuum Ecclesiæ, vel beneficij an possit fieri vltra triennium.*
3 *Fidei præstatio est iuramentum quo ad Deum.*
4 *Promittens per fidem, scilicet humanam, si non adimpleat, non erit periurus, sed ratione violatæ fidei peccabit, reputabiturque infamis inter homines.*
5 *Expensa in vtilitatem Ecclesiæ dicuntur conuersa, si factæ fuerunt in rem perpetuò duraturam,*
6 *Successor Prælati, alteriusue beneficiati, non tenetur stare locationi per suum prædecessorem nomine proprio factæ.*
7 *Ecclesia multis modis dicitur.*

Cap. Querelam IV. & fin.

FRuctus, & obuentiones Ecclesiæ possunt locari ad certum tempus, v.g. ad septennium pro certo annuo censu, & si conuentum fuerit intra illud tempus non auferre, standum est promissis, nec potest auferri. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Panor. Mar. Socin. Cened. *collect. 76.* Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. p. 50.* Alagona *in compend. iuris Canonici p. 634.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. par. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 3. cap. 4.* & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *par 28. c. 1*

Per septennium suscepisset, &c.] Quæret aliquis non extra rem quomodo Rector de quo *in text.* potuerit locare fructus suæ Ecclesiæ, vel beneficij ad septennium annos, cùm tantùm triennij tempus ad talem locationem, seu alienationem sit à iure præfinitum variis adscriptis pœnis contra aliter facientes *in Extravag. ambitioso, deb. Eccles. non alien. inter communes,* & per eam resoluunt citati *in meo tract. de offic. & potestat. Epis. par. 3. alleg. 95. num. 1.* Cui quæsito respondent quidam citati à Cened. *ad Decretal. collect. 76. num. 1.* decitorem huius tex. correctam esse per dictam *Extravagan. Ambitiosæ,* cuius auctor fuit Paulus II. qui vixit in Pontificatu circa annos 1471. huius verò text. Alexand.

Alexand.III. qui obiit circa annum 1181. Vel secundùm alios potest respondèri illam Paul. II. constitutionem prohibuisse locationem rerum Ecclesiæ vltra triennium, ita quidem, vt ipsas res prohibeat locari, non tamen fructus, & redditus Ecclasiasticos, sæpissimè enim contingit locari non ipsos fundos, nec ipsa Ecclesiarum prædia, sed fructus & redditus ad aliquod beneficium pertinentes, vt euenire videtur in hoc text. quam quidem fructuum & redditiuum locationem vltra triennium fieri posse resoluunt Couart.*var. lib.2. cap.16. num.6. in fine.* Redoan. *de rebus Ecclesiæ pag.350.à num.4. vers. & dicta.* Greg. *l.9. verbo arrendar tit.7. part.1.* Auend. *de exequendis mand. part.1. cap.4.num.32. ad finem.* Card. Mantic. *de tacitis & ambig. conuen. tom.1.lib.5. tit.3. num.21.* Cened. *d. collect. 76.num.3. & ad sextum collect.52. num.2.* quamuis in puncto iuris contrarium verius resoluendum puto cum Gama,& Gutier. quos refero,& sequor *d.alleg.95. num.20.*

3 *Præstita fide.*] Notatur ad hoc quòd fidei præstatio est iuramentum quoad Deum, in dubio tamen promittens per fidem intelligit de humana per quam nobiles, vel qui se tales iactant, suam fidem solent adstringere, & isto casu cùm non sit iuramentum per rem sacram, non erit periurus, sed ratione violatæ fidei peccabit, reputabitúrque infamis inter homines, vide Couu. *in cap. quamuis pactum part.1. §.2. n.2.* Ferdinan. Mendoc. *lib.1. disp.iuris c.6.quæst.3. pag.241. cum seqq.* Pinell. *in l.2. C. de rescind. vendit p.3.c.1.n.3.* Perez *l.1.vers.quari solet vtrum, tit.6.lib.8. Ordin. pag.* 186. plures per Cened.*d collect.76.n.4.*

In gloss. *Terminum* ibi, *in vtilitatem Ecclesiæ conuersa fuisset.* Aduerte expensas in vtilitatem Ecclesiæ dici conuersas si factæ fuerunt in rem Ecclesiæ perpetuò duraturam, vide Mascard. *de probat.conclus.728.* D.Barbosa *in l. filiofamil. §. fin. num.22. cum seqq. ff. soluto matrimon.*

6 In ead.gloss. ibi, *successor stare non tenetur*, &c. Notatur ad hoc quòd successor Prælati, alteriúsve beneficiati, non tenetur stare locationi per suum prædecessorem factæ, si Prælatus vel beneficiatius nomine proprio locet redditus suæ dignitatis, vel beneficij in suam vtilitatem, secus si nomine Ecclesiæ contraxisset, & pecunia inde recepta in vtilitatem Ecclesiæ conuersa fuisset, ita resoluunt plures citati per Cened. *d. collect 76. num.5.* quibus adde Mich. Grass. *tom.1. commun. opinion.l.4.tit.43. num.40.* vbi Viuian. *num.123.* Aloys. Riccius. *in collect. decis.part 4. collect. 1007. & collect.1053. in fine, & in praxi Archiepisc. Neapol. decis.112. à princip.* Modern. *de iurisdiction. part.4. casu 98. num.8. & in votis nouiss. decis. voto 180.* Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap.37. à num.18.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo fructus num.23. & verbo locatio numero 6.* Cardin. Tusc. *verbo locatio concl. 419.* Card.Mantic.*de tacit & ambig.conuention.lib.5.tit. 13.num.21.* Stephan.Quaranta *in summa Bullary, verbo alienatio rerum Ecclesiæ num.19.* Chald.Pereira *quæst. forens. lib.2. quæst.32. & de empt. cap.26.num.5.* Molina *de iustit. tract.2. disput.492. ver. quod denique.* Azor. *instit. moral. part.3. lib.8. de locato, & conducto cap.6. quæst.7.* Rebell. *de oblig iustitiæ part.2.lib.14.quæst,11. num.17.* Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.25. cap 43. num.528. cum seqq.* Martin. Bonacina *de contract.lib. disp.3.quæst.7.puncto vlt. num.10.* Marc.Ant.Genuens. *in practicabilibus Ecclesiast. quæst.137.* quos refero ego ipse *de officio & potestate Episcopi part.3. alleg.94. n.1.* vbi *numeris seqq.* multipliciter limito, & declaro supradictam conclusionem. Et illa limitatio principalis est, vt scilicet successor in Ecclesia teneatur stare locationi factæ per prædecessorem etiam nomine proprio, quando annus est inchoatus, & iam facta est impensa necessaria, vel magna pars illius, vt quia terræ sunt satæ, Bald.*in l.emptorem num.7.vers.sed pone colonus, C.locati*, Orasc. *decis.82. num.10.* Surd. *decis.52. num.12.* Maresc.ot. *var.resol. lib.1.cap.18.num.7.in fine,* & hoc casu si res de sui natura vnicum fructum reddit singulo quinquennio, standum est colono pro toto illo quinquennio, vt post Alex. & Gabr. notant Surd.*decis.52. num.vlt.* Stephan.Gratian.*disceptforens. cap.606.n.19.* Notandum autem quòd in quibus casibus successor tenetur stare locationi factæ per antecessorem,vel potest ab ea recedere, in iisdem colonus cogitur perseuerare, vel potest recedere ne iudicentur ad imparia, sed æqualitas inter eos seruetur, quia contractus claudicare non debet. Surd.*d. decis.52.n.9. & 10.* Stephan.Gratian. *d.c.606.n.13.cum seqq.* refert Ferentill.*in annot. ad decis.482.Buratt.num.18.cum seqq.*

In gloss. *Ecclesiam*,fin.ibi, *Ecclesia multis modis dicitur*,&c. Vide Turrec. *in summ.de Ecclesia lib.1.cap.2. glos.1.per text.ibi in l.7. tit.5. lib.1. for. leg.* Perez *l.1. glos.2. in princip. tit.1.lib.1. Ordinam.& l.1.glos.5. vers. tertio modo, pag.35. tit.1. lib.5. Ordinam.* Sanch.*de matrimon.lib.3. disp.15.num.20.* dixi latè *ad rub. de Eccles. ædif.* Quomodo autem Ecclesia, diffiniatur tradunt Turrecrem.*d.lib.1 c.1.circa med.* Cardin.Bellarm. *lib.3. de Ecclesia c.2.* Ant.Ricc.*in tract.de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium,lib 1 c.3.à princip.* 7

De Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.

TIT. V.

SVPER hanc rubr.scripserunt Collect.Zabar. Bell.Ioan. Andr.Anan.Butr. Anch. Panor.Felin.Mar. Socin.Petr.de Rauenna *in compend.iuris Canonici*,Martin.Mesnart.*in epitome Decret.fol.176.verbo.* Stephan.Rancin. *in contin.titul. Decretal.* Dan.Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij, à pag 681.* Goffr. Host.*in sum huius tit.* Alex. Cassan.& Anast.Germ. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* nouissimè Ioann. Honor. *lib.5. summ. in Decretal.* Barthol. Carthag. *in exposit. titulorum iuris Canonici*, Zypæ.*in analytica postremi iuris Eccles enarrat pag.384.* omnes *sub hoc tit.*

Magistri qui dicantur, latè tradit Illustriss. D. meus Roderic à Cunha *in comment.ad cap.miserum 4.dist.61.*

SVMMARIVM.

1 *Cathedralis Ecclesia prouidere debet Magistro de beneficio, qui clericos eiusdem Ecclesiæ, & alios pauperes gratis doceat, & quid hodie attento Concil. Trident. ostenditur, & n.2.*

3 *Magistri gratis discipulos docere debent.*

4 *Salaria assignari debent Theologiæ Lectoribus, & aliarum facultatum Doctoribus.*

5 *Ordinatus dicitur habere aliunde quando habet patrem diuitem.*

6 *Ordinari quis non potest absque patrimonio, etiamsi habeat patrem diuitem.*

7 *Episcopus dispensando cum scholaribus causa studij non debet aliquid ab eis exigere, vel accipere.*

8 *Venditio donorum intellectus, & voluntatis est simonia lato modo.*

Cap. Quoniam I.

Ex Conc. Lateranen.

1 ECclesia Cathedralis debet prouidere de Magistro qui clericos, & pauperes Scholares doceat gratis & ei competens præbeatur beneficium. Item nullus exigat pretium pro licentia docendi, nec ab eis, qui docent aliquid exigant sub prætextu consuetudinis, nec interdicat alicui idoneo petita licentia legere, qui contra hoc præsumpserit facere, beneficio priuari debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Butr. Anchar. Panorm. Hostiens. Mar. Socin. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 51.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 634.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alexan. III. *cap. 18.* & refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 3. cap. 1.*

2 Hodie ex noua dispositione Concil. Trident. *sess. 5. de reform. cap. 1.* in Ecclesia Metropolitanis, vel Cathedralibus, & Collegiatis, quæ sunt in aliquo insigni oppido, etiam nullus diœcesis, si ibi clerus numerosus sit, operam Episcopus dabit, vt sacræ Scripturæ lectio habeatur, & pro stipendio docentis præbenda primo libere vacans tribuatur, & si nulla, vel sufficiens aliud adsit, Episcopus fructus alicuius simplicis beneficij assignabit, vel si neque hac ratione huic Theologo prouidere possit, tunc per eos, qui beneficia habent in ciuitate, diœcesi vel aliàs vt commodius fieri poterit, Episcopus de Capituli consilio huic prouidebit, non tamen ob hanc, lectio alia omitti debet, sed ea habenda, si haberi consueuerat, de quo Concilij decreto agunt Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo prabenda Theologalis.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 20. num. 53.* Nicol. Garc. *de benefic. part. 5. c. 4. num. 155. cum seqq.* Ego ipse *de officio & potestate Episcopi part. 3. alleg. 56. à princ.*

3 *Gratis.*] Notatur ad hoc quòd Magistri debent gratis discipulos pauperes docere, vt per Tiraquel. *de nobilit. c. 29. num. 42. & seqq.*

Competens aliquod beneficium præbeatur.] Notatur ad hoc quod Theologiæ Lectoribus, & aliarum facultatum Doctoribus salaria assignari debent, & interdum beneficium conferri propter docendam Theologiam, vt per Soar. *de Religion. tom. 1. lib. 4. de simonia cap. 18. num. 7.*

4 *Ne pauperibus, qui parentum opibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd ordinatus dicitur habere aliunde quando habet patrem diuitem, vt per Surd. *de aliment. titul. 7. quæst. 37. num. 3.* vbi *num. 2.* malè resoluit posse quem ordinari absque patrimonio si habeat patrem diuitem, contra quem insurgunt Flam. *de resignat. benef. lib. 2. quæst. 6. num. 28.* Vgolin. *de potestate Episcopi cap. 26. §. 9. num. 3.* Campan. *in diuersorio iuris Canonici rub. 8. cap. 5. numero 3.* quos refero ego ipse *de officio & potest. Episcopi part. 2. alleg. 19. num. 60.*

5 *Vel sub obtentu*, &c.] Notatur ad hoc quòd Episcopus dispensando cum scholaribus causa studij non debet aliquid ab illis exigere, vel accipere, aliàs quasi simoniam committit, vt per Rebuff. *de priuileg. scholar. priuileg. 38.*

In gloss. *Consuetudinis*, ibi, *quasi simoniacum reputatur hoc.* Probat hæc gloss. dantem pretio naturales scientias acquisitas, simoniam quandam latè sumptam committere, quæ quasi simonia dici potest, & faciunt quæ Soar. *tom. 1. de Religion. lib. 4. de Simon. cap. 8. num. 5.* Verùm in hoc casu non committi simoniam rectiùs tenent Doctores communiter Theologi *in 4. distinct. 25.* vbi Durand. q. 3. Palud. *quæst. 5.* & Richard. *artic. 3. quæst. 2.* S. Thom. 2. 2. *quæst. 71. artic. 1. ad 2. & quæst. 100. artic. 3. ad 3.* Syluestr. *verbo simonia quæst. 10.* Nauarr. *in manual. cap. 13. num. 100.* Valent. *tom. 3. disput. at. 6. quæst. 16. puncto 2. colum. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 23. num. 112.* Azor. *institut. moral. part. 3. lib. 12. de simon. cap. 18. quæst. 4.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 35. dub. 13. num. 74.* Filliuc. *tractat. 45. cap. 2. quæst. 5.* Bonacin. *var. tract.* vbi de simonia, *quæst. 4. §. 10. ex num. 1.* Non enim defendi potest hæc glos. etiamsi dicamus illam loqui de venditione ipsarum scientiarum quatenus sunt habitus, & spirituales per essentiam, quia hæ nec de iure nec de facto in alium transferri possunt, atque ideo nemo erit adeò insanus, qui sic emere, aut vendere velit: est ergo intelligenda de venditione doctrinæ, per quam alij scientia communicatur, quæ pretio æstimari potest, ac proinde in tali venditione nulla potest interuenire simonia etiam latè sumpta, quinimo si is, qui publicum habet stipendium, ab aliquo pretium exigat, non scientiam vendere iudicandus est, vt docet S. Thom. *d. art. 3. ad 3.* sed id quod præstare potest, nempe doctrinam, & docendi laborem, & tunc vltra iustum pretium iniustè petit, & sic peccat contra iustitiam, Bonacin. *d. §. 10. num. 3. in fine*; at verò si aliquis scientiam ipsam frustra vendere intenderet, nec nunc simonia esset, sed iniusta alieni contrectatio, dum pro re, quam præstare non potest, pretium exigit, quod adeò verum est, vt etiamsi vendens scientiam, vel doctrinam intendat vendere ipsam veritatem, nec tunc simoniam committet, quia ipsa veritas non est aliquid supernaturale, & sacrum, ac proinde non potest esse materia simoniæ, Soar. *d. lib. 4. de simon. cap. 28. numero 11.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 35. dub. 13. numero 75.* Filliuc. *d. tractat. 45. cap. 2. quæst. 5. num. 4.*

Hinc colligitur simoniam non committere qui pretio docuerit Theologiam practicam, vel speculatiuam, seu scholasticam, aut interpretatiuam Scripturarum, quia actiones Magistri docentes Theologiam naturales sunt, & labor atque opus ipsius est pretio æstimabile, tum quia Theologia naturalibus iuribus comparatur, & ad exemplum eorum docetur, versaturque in deducendis conclusionibus ex principiis supernaturalibus: tum denique quia licet doctrina ipsa Theologiæ in se quidem supernaturalis sit, actus tamen docendi non est supernaturalis, neque ex parte principij, cùm possit quis posita reuelatione articulorum versari circa illos actibus merè naturalibus independentibus ab auxiliis gratiæ supernaturalibus, neque est supernaturalis ex parte termini, quia per se non ordinatur ad salutem spiritualem, neque est supernaturalis quoad effectum cùm instruat intellectum quatenus naturaliter ab eo fieri potest ex vi discursus; ita Victor. *relect. 1. de simon. num. 6.* Soar. *d. lib. 4. de simon. cap. 18. num. 9.* Filliuc. *d. tractat. 45. cap. 4. quæst. 7.*

Cap. Prohibeas. II.

PRetium exactum pro licentia docendi est restituendum, & promissum est remittendum, quia scriptum est, *Gratis accepistis, gratis date*, cessante appellatione. Item si inferior nondum instituit Magistros in locis debitis, superior præficere debet viros prouidos, honestos, & discretos appellatione postpo-

sita,

fita. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 51.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag 634.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 1. Decretal. lib. 3. tit. 3. c. 2.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *par. 2. cap. 17.*

Vide posita *in cap. præcedenti.*

Ne in Parochia tua pro licentia docendi exigatur aliquid, &c.] Quamuis prohibeatur *in præsenti* aliquid pro licentia studendi exigere, tamen dando vel accipiendo pretium pro huiusmodi licentia nulla simonia committitur, quia actus docendi non est res sacra, nec actus potestatis spiritualis pro qua pretium dari non potest, ita Soar. *de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon. cap. 18. num. 19.* Filliuc. *tract. 45. cap. 4. quæst. 8. num. 12.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 35. dub. 13. num. 82.* Bonacin. *var. tract.* vbi de simonia, *quæst. 4. §. 10. numero 10.* Quod quidem ex eadem ratione locum habet in vendente licentiam ad docendum Theologiam, secundùm Soar. *d. cap. 18. num. 14.* Filliuc. *d. cap. 4. quæst. 7.* Bonacin. *d. §. 10. numero 11.* quicquid existimet Lessi. *citato loco* in hoc casu dari simoniam iuris humani, non autem iuris diuini. Et demum locum habet in vendente magisterium, seu Doctoratum Theologiæ, hunc enim non esse reum simoniæ resoluunt Soar. *d. cap. 17. num. 15.* Filliuc. *d. cap. 4. quæst. 8. num. 18.* Lessi. *d. dub. 13. numero 83.* vbi ampliat etiamsi magisterium seu ius docendi conferatur à Papa potestate spirituali.

SVMMARIVM.

1 *Pecunia exigi non debet pro licentia studendi, etiamsi hoc habeat consuetudo.*
2 *Doctoratus est dignitas, & Doctor dicitur in dignitate constitutus.*
3 *Doctoratus dignitatem quis sine peccato ambire potest.*

CAP. Quanto. III.

1 PEcuniam ne quis pro licentia docendi exigat prohibetur sub pœna excommunicationis, & priuationis officij, & dignitatis, etiamsi hoc habeat consuetudo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anch. Hostiens. Butr. Felin. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 52.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag. 635.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 3. cap. 3.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *part. 2. cap. 18.*

Districtè præcipientes, &c.] Ex hoc text. Rot. *in Cracouien. iuris legendi 21. Maij 1627.* coram Reu. D. meo Coccino colligit idoneos magistros admitti ad legendum sub pœna excommunicationis, & contrariam consuetudinem tanquam iniquam, & irrationabilem damnari, proindeque non posse aliquam consuetudinem introduci, quia titulus præscriptionis erit semper iniustus, & cùm canon prohibeat præscriptionem, bona fides nihil prodest. Abb. *in cap. cum ex officij num. 4. de præscript.* Paris. *cons. 114. num. 8. & 27. lib. 1.* Cou. *in c. possessor part. 2. §. 8. num 5. in fine, & n. 5.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 131. num. 4.* & quòd sufficiat legem resistere consuetudini vt nulla valeat etiam quòd initij memoria non extet. Felin. *in cap. accedentes num. 6. vers. fallit tertiò, de præscript.* & quòd consuetudo contra ius semel reprobata per legem non possit amplius introduci, Ias. *in l. de quibus n. 80. ff. de legib.*

Dignitatem assumunt.] Ergo Doctoratus est dignitas, & Doctor dicitur in dignitate constitutus, de quo vide Tiraquell. *de nobilit. c. 28. num. 2.* Marquard. *de Iudæis part. 2. c. 7. in princ.* Duen. *reg. 190. vers. amplia. 3.* Gassàn. *in catalogo gloriæ mundi par. 8. consid. 12.* Roland. *consil. 67. num. 9. volum. 4.* Cephal. *consil. 117. num 23. vol. 1.* Caballin. *milleloq. 540.* Iacob. Benni. *de priuileg. Iureconsl. part. 3. priuil. 62.* Perez *l. 1 glossa 3. ad fin. verbo en los Doctores tit. 1. lib. 4. Ordin. pag. 771.* Menoch. *cons. 126. num. 7.* Cened. *ad Decretal. collect. 143. num. 3.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 130. art. 1.* Bobadill. *in sua politica lib. 1. c. 10. num. 42.* Card. *in praxi iudicum verbo dignitas num. 6.* Azeued. *l. vlt. num. 61. tit. 21. lib. 4 nouæ recopil.* Ioan. Garc. *de nobilit. glos. 48. §. 3. n. 78.* quam quidem dignitatem quis sine peccato ambiturus petere potest, vt ex hoc text. colligit Rebuff. *de priuileg. schol. priuil. 169.* 2

Doctor etiam nobilis est, & nobilitas priuilegiis fruitur. Cassan. *in consuetud. Burgund. rub. 4. §. 19. ex num. 1.* Tiraq. *de nobilit. cap. 20. num. 68.* Iacob. Benni. *d. part. 3. priuil. 56.* ac proinde si ex statuto Ecclesiarum præbendæ debeantur nobilibus, Doctor admittitur; secundùm Mohed. *decis. 34.* Guid. Pap. *dec. 88. num. 1.* Rebuff. *de nomin. quæst. 15. num. 10.* Segura Dualos *in direct. iud p. 1. c. 3. ex num. 3.* Viui. *lib. 2. commun. opin. 87.* 3

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Præbenda theologalis perditur per non residentiam.*
3 *Collegium in singulis Cathedralibus pro educandis pueris, quomodo instituendum remissiuè.*
4 *Docentis necessitas reuelari debet.*

CAP. Quia nonnulli. IV.

MAgister idoneus non solùm in Cathedrali, sed in qualibet Ecclesia habente facultates sufficientes constitui debet à Prælato cum Capitulo, seu cum maiori, & saniori parte Capituli eligendus, qui gratis clericos Ecclesiæ in Grammatica & alios iuxta posse instituat. In Metropolitana verò Ecclesia instituendus est Theologus, qui Sacerdotes, & alios instituat in Sacra Pagina, & præsertim in his quæ spectant ad curam animarum. Cuilibet autem Magistrorum assignari debent à Capitulo prouentus vnius præbendæ, & pro Theologo tantundem dum legit, non tamen propter hoc efficiantur Canonici: quòd si Ecclesia Metropolitana duobus nimis grauetur, Episcopus de Grammatico in alia Ecclesia sufficienti suæ ciuitatis, vel diœcesis prouidere faciat. Colligunt ex Ordinar. Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anchar. Hostiens. Butr. Panor. Mar. Socin. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag. 12.* Alagona *in compend. iuris Canonici pag. 635.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1.* desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alex. III. *c. 1.* & refertur ab Anton. Augustt. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 3. cap. vnico.* 1

Vide posita *in c. 1. sub hoc tit.*

Quandiu perstiterit in docendo. Ergo præbenda theologalis perditur per non residentiam, vt per Cosm. *in pragm. sanct. tit. de collat. §. 1. vers. prouideatur fol. 122.* 2

In Grammatica facultate.] De collegio puerorum in singulis Cathedralibus instituendo pro educandis 3

candis pueris, & docendis in Grammatica, cantu &c. agit Concil. Trident. *sess. 23. de reform. c. 18.* de quo multa Zerol. *in praxi Episc. part. 1. verbo Seminarium*, Gonzal. *ad reg. 8 Cancel. glos. 5. § 7. n. 68. cum seq.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis. 489. in 1. edit. & resolut. 380. in 2. edit.*

4 *Quæ sufficere valeat.*] Nam docentis necessitas releuari debet, vt per Surd. *de alimentis tit. 1. quæst. 53. num. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Prælati & Capitula ad studia Theologiæ scholares dociles transmittere tenentur, qui in absentia redditus præbendarum suarum, & beneficiorum per quinquennium integraliter percipiat, & si proprij redditus ad sustentationem studiosorum non sufficiunt, debet Prælatus cum Capitulo eis prouidere; Magistri verò donec docuerint integrè percipiunt fructus beneficiorum suorum.*

2 *Literati in Ecclesia Dei dicuntur radij Solis, stellæ.*

3 *Ecclesia litteratis regitur, & sustinetur, totúsque mundus illuminatur.*

4 *Docentes sacram Scripturam in scholis publicis, & discipuli, qui in illis student priuilegiis omnibus de perceptione fructuum, præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia planè gaudent.*

5 *Docentes, priuilegio percipiendi fructus gaudent quamdiu docuerint.*

6 *Distributiones quotidianas non percipit absens causa studij.*

CAP. Super specula. V. & fin.

Honor. III.

1 PRælati, & Capitula mittere debent ad studium Theologiæ aliquos dociles, qui deinde possint in Ecclesia docere, quibus subministrant necessaria, si proprij prouentus Ecclesiastici non sufficiunt, & studentes per quinquennium percipere debent fructus integros præbendarum, & beneficiorum; similiter Doctores Theologi dum docent, non obstante consuetudine, vel statuto contrario. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anchar. Hostiens. Butr. Panorm. Mar. Socin. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 53.* Alagona *in compend. iuris Canonici pag. 636.* remissiuè Calal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *In Dei Ecclesia velut splendor.*] Literati in Ecclesia dicuntur radij Solis, & stellæ, Mandos. *in reg. 16.*

3 *Cancel. quæst. 15. num. 3.* Bald. *in auth. habita num. 12. C. ne filius pro patre*, quibus regitur & sustinetur. Abb. *in cap. de multa num. 5. & 7. sup. de præbend.* Felin. *in c. si quando n. 7.* vbi Nauar. *except. 16. num. 5. sup. de rescript.* Perett. *ad Extrauag. ambitiosæ, verbo ex quibus Ecclesiæ n. 21. de rebus Ecclesiæ non alienan.* Hieronym. Giach. *in cons. Syndicatus. num. 67. & 81.* latè Carol. de Grassis *in tract. de effectib. cleric. in prælud. n. 63. cum seqq.* totúsque mundus illuminatur. Flamin. *de resignat. benefic. lib. 4. cap. 11. num. 27.* Carol. de Grassis *d. prælud. num. 88.*

4 *Docentes verò,* &c.] Notatur ad hoc quòd docentes sacram Scripturam in scholis publicis, & discipuli, qui in illis student, priuilegiis omnibus de perceptione fructuum, præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia plenè gaudent, & fruuntur, ita Concil. Trident. *sess. 5. de reform. cap 1.* Rebuff. *in praxi tit. de dispensat. de non resid. num. 25. & in tract. de priuilegiis schol. priuil. 29. & 31.* Horat. Lut. *eod. tract. priuil. 99. & 100.* Fusc. *de visitat. lib. 2. cap. 9. num. 10.* Pett. Lesnaud. *in tract. de priuileg. Doctorum, part. 2. § 22.* Iacob. Benn. *in tract. de priuil. Imp. se. part. priuil. 15. num. 1.* Fr. Emman. *in summa tom. 1. c. 33. n. 2. & tom. 2. cap. 36. num. 2. & in addit. ad Bullam Cruciatæ cap. 7. ad 4. concl. num. 27.* Veg. *in sum. p. 1. c. 36. casu 41.* Carol. de Grass. *in d. prælud. a num. 106.* Vgolin. *de officio, & potest. Episcop. cap. 19. in princ. num. 6. & cap. 23. § 1.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 4. quæst. 3. & cap. 5. quæst. 1. & 8.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancellar. § 7. proœm. num. 180.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect. 446.* Moneta *de distribut. quotidian. part. 2. quæst. 10. a princ.* quos refero ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 56. num. 18.* vbi *num. 27.* cum Nicol. Garcia *de benefic. part. 3. cap. 2. num. 59. & 60.* aduerto supradictam resolutionem esse intelligendam de iis qui docent conducti, seu salariati, aut ratione stipendij, seu cathedræ, quam habent, non verò de iis, qui sponte, aut voluntariè legunt sine stipendio & cathedra, nisi legant cum licentia vniuersitatis, seu clausti, siue Collegij Doctorum.

Per annos quinque.] Refertur ad studentes, nam docentes quoad priuilegium percipiendi fructus non habent vllam temporis determinationem, sed eo gaudent quandiu docuerint, vt per Abb. *hic num. 4. &* Moneta *d. quæst. 10. num. 16.*

Cætera quæ ad materiam huius text. pertinent, inuenies *ad cap. relatum sup. de clericis non resid.*

In glos. *Integrè.* Notatur ad hoc quòd distributiones quotidianas non percipit absens causa studij, circa quod nihil innouasse Concil. Trident. referunt Gutierr. *canon. l. 2. cap. n. 15. num. 12.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo distributiones quotidianæ, § 3.* Gonzal. *d. § 7. proœm. à num. 78.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 112.* Sandou. *de officio Ecclesiast. part. 5. cap. 17.* Quarant. *in summa Bullarij, verbo residentia, vers. quod autem,* Moneta *cap. 10. num. 23.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 166. num. 17.* Vgolin. *d. c. 19. § 2. num. 6.* Aloys. Ricc. *in fori Ecclesiast. decis. 495. in 1. edit. & resol. 386. num. 2. in 2. edit.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 23. l. 2. § 2. de resident. num. 67.*

De Iudæis, & Sarracenis & eorum seruis.

TIT. IV.

SVPER hanc rubr. scripserunt Anch. Zabar. Bell. Ioan. Andr. Anan. Butr. Panorm. Felin. Marian. Socin. Petr. de Rauenn. *in compendio iuris Canonici.* Guillel. Durand. *in Speculo iuris lib. 4. sub hoc titulo. & in breuiario aureo iuris Canonici fol. 138. verso.* Martin. Mesnard. *in epitome Decretalium fol. 177.* Stephan. Ranchin. *in continuat. titulorum Decretalium.* Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij, à pag. 620.* Goffr. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in expositt. titulorum iuris Canonici,* Zypæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat pag. 385.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 5. sum. in Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

De Iudæis tractarum edidit Marquard. *de Susannis,* & tractarunt Zaz. *in opusculo de Iudæis,* Foller. *ad constit. Regni tit. de Iudæis,* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 1. collect. 434.* Ioann. Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 4. cap. 4.* omnium latissimè Anton. Ricciul. in

in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium l. 2. per totum. Farin. *fragm. crimin. part. 2. lit. I. num* 603. *cum seqq.* Vincent. Filliuc. *tom. 2. tract. 22. c. 5.* De fœtore & ludibrio Iudæorum, & Sarracenorum vide Iacob. Gretserum *de sancta Cruce tom. 1. l. 1. c. 98. pag.* 343. Et Iudæi quando cœperint sic nominari, docent Hieronym. Roman. *de republ. Hebræa lib. 1. c. 3.* Pined. *in monarchia lib. 4. c. 6. §. 4.* Et de obstinata eorum perfidia, & de iis, qui à Christianitate ad Iudaismum nefariè & impiè transeunt, vel redeunt, latè Dominic. Garcia *in tract. contra Iudæos adhuc expectantes aduentum Messiæ* & Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 8. c. 22. à princip.*

Sarraceni vnde dicantur docent Cou. *variar. lib. 4. c. 9.* Nauar. *in cap. ita quorundam, notab. 4. num. 3. inf. hoc tit.* Pined. *in monarchia lib. 2. c. 5. §. 1.* Ferdinand. de Herrera ad *Garcillassum eclog. 2 p. 588. verbo Sarracino,* Pineda *in vita D. Ioannis Baptistæ par. 3 c. 15. §. 3.* Gueuar. *tom 2. epistolarum fol. mihi* 302. *verso.* Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 8. c. 23. quæst. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Christianum Iudæi seruum cuicunque permittitur redimere duodecim solidis, & n. 2.*
3 *Iudæi seruos Christianos habere non possunt.*
4 *Princeps secularis non potest permittere in suo regno, quòd Iudæi habeant mancipia Christiana.*
5 *Episcopi non possunt dispensare vt Iudæi habeant mancipia Christiana.*
6 *Seruus si asseratur emptus ab infideli causa mercimonij tunc si infra sex menses fuerit expostus, & emptorem non inuenerit, duodecim solidis persolutis liber efficitur.*

Cap. Præsenti. I. *Ex Con. Maten.*

1 CHristianus nullus Iudæo seruiat, quia nefas est blasphemum, detinere redemptum à Christo, ideo quilibet Christianus potest duodecim solidis captiuum Christianum à Iudæo redimere siue ad ingenuitatem, siue ad seruitium; idem dici debet si seruus Iudæi desiderat fieri Christianus, & ei non permittitur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panormit. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 56.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 637.* remissiuè Ximen. *in concord. pag. 1. & 2.* desumitur ex Concil. Matisconensi, I. *c. 16.* refertur à Buchard. *lib. 4. Decretorum c. 88.* & Iuo. *part. 1. c. 282.* & Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 5. cap. 2.*

2 Collige ex text. cuilibet permitti Christianum Iudæi seruum redimere duodecim solidis, vt per Tiraq. *de iure primog. q. 17. opin. 2. num. 9.* Anton Ricciul. *in tract de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. l. 3. 28. num. 7.* vbi *num. 9* [resoluit pretium duodecim solidorum præfixum, & stabilitum esse vti pretium rationabile.

3 *Vt nullum Christianum, &c.*] Notatur ad hoc quòd Iudæi seruos Christianos habere non possunt vt per glos. Abb. Deci. & alios per text. *ibi in cap. consuluit il 3. sup. de appellat.* Foler. *in constitut. Regni tit. de Iudæis num. 8.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 18. num. 9.* late Anton. Ricciul. *d. cap. 28. à princip.* vbi *num 3.* per *cap. si quilibet. 54. dist.* extendit vt procedat siue seruus fuerit olim Christianus, siue fuerit de recenti, aut nunc baptizatus. Nec etiam ad hoc habilitari possunt, aut tueri per principem secularem idem Ricciul. *d. c. 28. num. 12.* quia Princeps secularis non potest permittere in suo Regno, quòd Iudæi habeant mancipia Christiana, Sigismun. Scacc. *de appellationibus quæst. 16. limit. 1. num. 129.* Nec etiam possunt habilitari per dispensationem Episcopi, quia ille non potest dispensare contra ius nisi expressè, vel tacitè permittatur, vt per Card. *in cap. ad hæc inf. hoc tit.* vbi Abb. *num. 3.* Socin. *num 5. vers. extra glossam,* Felin. *sub num. 3. vers. vtrum autem Episcopus,* & Anania, *n. 6. vers. sed nunquid.* Nam Christiani libertatem nanciscuntur si Iudæorum fiant mancipia etiam iusto bello capta, secundùm Cou. *in reg. peccatum par. 2. §. 11. num. 5.* Salon. *in tract. de dominio quæst. 3. artic. 1. post. 3. conclus.* Sayr. *in claui Regia lib. 9. c. 6. num. 12.* qui indifferenter loquuntur siue Iudæi sint Christianis Principibus subiecti, siue non. Quamuis contrarium, immo Christianos fieri captiuos Iudæorum & fidelium si capiantur bello iusto, & capientes non sint subditi imperio Christianorum, non sine probabilitate teneant. Siluest. *verbo furtum quæst. 6.* Sot. *de iustit lib. 4. quæst. 2. art. 2. post. 3. concl.* Molin. *de iustit. tract. 2. disput. 53. & disp. 37. vers. ab hac conclusione,* Less. *eod. tract. lib. 2. c. 5. dub. 4. num. 12.*

4

In glos. *Datis.* ibi, *de mancipio empto causa mercimonij,* &c. Notatur ad hoc quòd si seruus asseratur emptus ab infideli causa mercimonij, tunc si intra tres menses fuerit expositus venalis, & emptorem non inuenerit, duodecim solidis pro quolibet bono seruo persolutis, si ille ad Ecclesiam confugiens suam voluntatem patefecerit, liber efficitur, vt per Anton. Ricciul *d. c. 28. num. 7.*

6

In glos. *Seruitium.* ibi. *locus erit gratificationi.* Notatur ad hæc quòd si plures simul eodémque tempore conuenerint ad huiusmodi redemptionem, locus erit gratificationi, vt per Tiraq. *d. c. 2. num. 9.*

7

SVMMARIVM.

1 *Iudæus Christianum in seruum habere non potest, in adscriptitium verò potest.*
2 *Iudæus potest habere adscriptitium Christianum in consequentiam ruris, quod possidet*
3 *Originarij, siue adscriptitij liberi sunt.*
4 *Iudæus si habeat causam cum Christiano, iudicanda est secundum æquitatem, sed distingue vt ibi.*

Cap. Multorum. II. *Greg.*

1 IVdæus non potest habere mancipium Christianum, tamen potest habere colonos agrorum Christianos, qui diutius ibi manserant, qui peragant omnia iura, quæ de colonis, vel originariis statuuntur; sed si Iudæus abò illos transferat, vel in alio obsequio detinet, amittit ius coloniæ, & ius dominij. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. And. Anania, Host. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 56.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 637.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* desumitur ex registro B. Gregorij *lib. 3. indict. 13. epistol. 12.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 5. cap. 1.*

2 Collige ex tex. Iudæum posse habere adscriptitium Christianum in consequentiam ruris, quod possidet, vt per Bero. *in c. 1. sub. n. 19. c. vers. nec etiam product. sup. de const.* Siluest. *in summ. verbo Iudæus q. 2. dict. 2.* Angel. *eod. verbo num. 2.* Perez. *l. 6. in princ tit. 1 lib. 8. Ordinam. pag. 60.* Marquard. *in tract. de Iudæis part. 2. cap. 5. num. 20.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 22 quæst. 8.*

Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 1. c. 31. num. 21.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium. Ecclesiæ exist. lib. 1. c. 28. num. 21.* quamuis enim Iudæus non possit principaliter possidere Christianum mancipium, potest tamen in consequentiam fundi, cui est adscriptum, Tiraq. *in tract. res inter alios acta, in princip. vers. sic & semper*, Rebuff. *in priuileg scholarium, priuil. 106. vers. 28.* Quicquid non posse Iudæum emere fundum, cui sunt adscripti serui Christiani, teneant Ioan. de Platea *in l. quemadmodum n. 9. vers. sed quid si vendidi, C. de agricol. & cens.* Surd. *de aliment. titul. 8. priuil. 89. num. 2.* est tamen verum quòd non possunt istis adscriptitiis imponere aliquod onus vltra illa, quæ peragere debent coloni originarij, vt aduertit Anton. Ricciul. *d. cap. 28. n. 23.*

3 In glos. *sint. liberi.* ibi, *nota originarios, siue adscriptios liberos esse.* Vide Perez *loco proximè citato.* Valasc. *de iure emphyt. q. 37. num. 3. & 4.* Sanch. *de matrimon. lib. 7. disp. 19. num. 1.*

4 In glos. *iuris seueritate.* Notatur ad hoc quòd si causa ventilatur inter Iudæum, & Christianum, sunt iudicandi secundùm rigorem, vt per Socin. *hic in fine*, Ias. *in l. & si post tres. notab. 1 ff. si quis caut. & in l si insulam, etiam notab. 2 ff. de verbor. obligat.* Corset. *in cap. interposita § sanè post princ. sup. de appellat.* Socin. *cons. 62. n. 17. lib. 1.* Lancel. *de attent. par. 20. 12. limit. 11. num. 8.* Decian. *in tract. crimin. lib. 3. cap. 13. num. 15.* Contrariam tamen opinionem, quòd vbicunque viget æquitas, illa sit seruanda tam inter Iudæos, quàm etiam inter Christianos, tenent Felin. *hic num. 5.* Roland. *consil. 35. num. 53. lib. 2.* Foller. *in constit Regni tit. de Iudais n. 15. cum seqq.* Tiraquel. *de iure primog. quæst. 66. num. 7.* Natt. *cons. 620. num. 17.* Roland. *cons. 35. num 18. cum seqq.* & ex *num 51. lib. 2.* Menoch *remed 8 recuper. num. 288.* Farin. *fragm. crimin par. 2. lit. I. num. 603.* & hanc quamuis sub dubio probare videtur Aym. *consil. 73. sub num. 25.* Sunt qui dissidentes Doctorum opiniones nituntur fœdere distinctionis complanare, nempe vt si loquamur de æquitate non scripta procedat prior opinio huius glos. si verò loquamur de æquitate scripta tunc potior sit opinio secunda, ita concordare nituntur Rip. *in l si insulam n. 10. ff. de verborum signific.* quem refert, & sequitur Marquard *de Iudæis par. 2. c. 5. sub num. 7.* Laderch. *cons. 97. num. 4.* Farin. *d tit. 2 n. 615.* & non dissentit. Rota *in Romana alimentorum 11. Ianu. 1621.* coram R. P. D. Manzanedo.

SVMMARIVM.

1 *Iudæis non permittitur in dominiis Principum Christianorum nouas synagogas extruere, sed tantum antiquas retinere, vt num 2.*
3 *Architectis, & fabris Christianis non licet laborare in ædificandis, siue restaurandis Iudæorum synagogis.*
4 *Vendere non licet materiam, vt illa Iudæi vtantur ad cultum Iudaicum.*

Cap. Iudæi. j III.

1 IVdæi permittuntur habere antiquas Synagogas, sed non erigere nouas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib 5. iuris Pontif. pag. 75.* Alagona, *in compend. iuris Canon pag. 637.* remissiuè Ximen *in concord p. 1. & 2.* desumitur ex registro B. Gregorij *lib. 7. epist. 5. indict. 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 5. cap. 4.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Azor. *institut. moral. par. 1. lib. 8. c. 12. quæst. 10.* Ioan. Franc. Leò *in thesauro fori Ecclesiast. par. 4. c. 4. n. 50.* vbi etiam aduertit posse Iudæos collapsas, & ruinam minantes Synagogas restaurare, non autem pretiosiores, aut ampliores eas exaltare, nec antiquas funditus dirutas in locis vbi fuerunt antiquæ ædificare.

Aduertendum est minimè licere architectis, & fabris Christianis laborare in ædificandis, siue restauran- 3
dis Synagogis Iudæorum, vt resoluit Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 2. cap. 30. num. 7.* quicquid huiusmodi fabros non esse condemnandos si causa officij, quod profitentur, id faciant teneat Fructuosus Bisbe *en el tratado de las comedias cap. 16. concl. 3. fol. 83.* si enim non licet vendere res ad hoc, vt illis Iudæi vtantur ad cultum Iudaicum, D. Thom. *2. 2. quæst. 169. art. 2. ad 4.* Syluest. *in sum. verbo infidelis ad quæst. 4. ad fin.* Valent. *2. 2. disp. 1. quæst. 10 puncto 5.* Molin. *de iustit. tractat. 2. disp. 340. colum. pen. vers. quando aliquid* Sanch. *in precepta Decalogi lib. 1. c. 7. num. 5.* certè tanto minus licebit immediatè laborare in Synagoga, quia viget eadem, & maior ratio, *Auth. multo magis C. de sacros. Eccles.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæis non licet in die Veneris sancto tenere ostia, vel fenestras apertas, & num. 2.*
3 *Iudæorum ritus quando tendunt in opprobrium Christianæ fidei non sunt ferendi Iudæi in talibus ritibus.*

Cap. Quia super. IV.

IVdæi in tota die Parasceues, id est, Veneris sancti, 1
habere debent clausa ostia, & fenestras. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 57.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 637.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit 5. c. 7.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Repert. 2
Inquisit. *verbo Iudæus § vltim.* Quando enim ritus Iudæorum tendunt in opprobrium Christianæ fidei non sunt ferendi Iudæi in talibus ritibus. vt per Bald. *cons. 316. vers. 8. lib. 1.* Brun. *in tractat stantibus masculis art 6. num. 60. vers. item Iudæi* Marant. *de ordine iudiciorum par. 3. vers. iudicij tela num. 60.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib 2. c. 18. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicandi sunt Christiani, qui in domo seruant Iudæis, vel Saracenis, siue Paganis, & principes seculares excommunicari debent, qui Iudæos baptizatos suis bonis spoliare præsumunt.*
2 *Habitare simul cum Iudæis, siue Saracenis prohibitum est.*
3 *Iudæi filius veniendo ad Catholicam fidem patris potestatem exit.*
4 *Iudæi filius veniens ad fidem Catholicam non potest prætextu ingratitudinis à parente exheredari, immo potest alimenta petere, & dotem.*
5 *Iudæi etiam inter Christianos possunt habere bona stabilia.*
6 *Iudæi filius baptizatus retinet iura susceptionis erga parentes, & reliquos.*
7 *Iudæus retinet iura successionis in bonis parentis ad fi-* § *Iudæ-*
dem conuersi.

8 *Iudæo in balneum ingredi non licet, nec ad eius nuptias, ludos, & choreas.*
9 *Excommunicari an quis possit post mortem, remissiuè.*
11 *Iudæus an inter Christianos possit esse notarius, Doctor, Aduocatus, vel arbiter.*
12 *Iudæi à Christianis hæredes instituti non possunt.*

CAP. Iudæi. ℣. V.

1 CHristiani, qui præsumpserunt habitare cum Iudæis, sunt excommunicandi; Iudæi & Sarraceni in domo sua mancipia Christiana habere non possunt. Item qui conuertuntur ad fidem, non sunt spoliandi suis bonis, & principes vel potestates locorum faciant ei restitui omnia bona integra sub pœna excommunicationis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 57.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 638.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* desumitur ex Concil. Lateran. *cap. 26.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 5. cap. 5.*

2 Collige ex text. in prima eius parte prohibitum esse Christianis simul cum Iudæis, vel Sarracenis habitare, vt per Aloys. de Leo *in l. 1. num. 15. vers. neque habitationem C. hoc. tit.* Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 31. num. 5.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 2. cap. 41. num. 2. & 3.* vbi *num. 4.* aduertit iure nouo solùm esse prohibitam habitationem simultaneam in eadem domo, sed etiam in eodem loco, nam ex constit. Pauli IV. quæ est 3. in ordine Bullarij incip. *Cùm nimis absurdum,* & ex alia Pij V. incip. *Romanus Pontifex*, omnes debent habitare in vno, eodémque loco, & si ille capax non fuerit, in duobus, vel tribus, vel quot satis sint contigui, ad quos vnicus tantùm ingressus pateat, & quibus vnus detur exitus, & *n. 5.* cum Sanch. *d. cap. 31. num. 6. vers. quare hinc colligitur*, declarat non procedere conclusionem ex text. desumptam in Iudæis, & infidelibus, qui à Christianis detinentur tanquam serui, cùm seruilis conditio excludat præsumptionem subuersionis.

3 *Qui cum eis præsumpserint habitare*, &c.] Ergo filius Iudæi veniendo ad Catholicam fidem patris potestatem exit, nam per conuersionem ad fidem rumpuntur vincula patriæ potestatis, & efficitur sui iuris, ita Marquard. *de Iudæis part. 3. c. 4. num. 8.* Ascan. *in tract. de patria potest. effectu 77. num. 6. & seqq. & n. 55.*

4 Vrsill. *ad afflict. decis. 151. num. 9.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 18. num 4.* Anton. Ricciul. *d. lib. 2. cap. 29. num. 5.* Et non potest prætextu ingratitudinis à parente exheredari Surd. *eod. tract. tit. 7. quæst. 1. num. 44.* Anton. Ricciull. *d. c. 29. num. 12. & 16.* quòd potest petere alimenta & filia potest petere dotem.

5 *A possessionibus suis*, &c.] Ergo Iudæi etiam inter Christianos possunt habere bona stabilia, vt per Innoc. *in cap. quod super num. 4. de voto*, Roman. *consil. 489. incip. hæc domina.* Anton. Ricciull. *d. lib. 2. cap. 50. num. 1.* vbi *num. 2.* extendit etiam ad bona Ecclesiastica in emphyteusim, & *n 4.* limitat in statu Ecclesiastico, in quo Iudæi nequeunt bona immobilia possidere ex speciali constitut. Pauli IV. *in ord. 3. §. 2. in fine.*

6 *Vt portionem hæreditatis suæ*, &c.] Notatur ad hoc quòd filius Iudæi baptizatus succedit patri, vt per Tiraquel. *de iure primog. quæst. 66. num. 41.* Nauarr. *cons. 5. sub tit. de testamen. in antiq.* retinet enim iura successionis erga parentes, & reliquos, non secus ac prius, quia dignitas adepta per baptismum non debet reddere illum deterioris conditionis, Marquard. *de Iudæis part. 3. cap. 2. num. 12.* Anton. Ricciul. *d. lib. 2. c. 29. num. 9. & 10.* vbi *num. 11.* quòd retinet iura suauitatis. Ita etiam cùm iura sanguinis velut naturalia sint indelebilia, *l. iuris sanguinis ff. de regulis iuris, l. ius agnationis ff. de pactis.* Iudæus retinet iura successionis in bonis parentis ad fidem conuersi, *§. 1. Inst. de legit. part. tutela*, Ant. Ricciul. *dict. lib. 2. c. 47.* quicquid dicat Bertrand. *consil. 226. lib. 4 part. 1.*

In glos. *Possessionibus.* Notatur ad hoc quòd Iudæus 7
effectus Christianus adhuc tenetur restituere mala ablata, & omne illud quod ciuiliter ex furto, seu alio delicto nascitur, vt per Farin. *in praxi crimin. quæst. 97. num. 156.* & alios citatos per illust. D. meum Rodericum à Cunha *in comment. ad cap. 1. dist. 26. num. 7.*

In glos. *Permittantur*, ibi, *quia repellit Iudæos à com-* 8
munione Christianorum. Et ideo non licet simul eum cum Iudæo in balneum ingredi, *c. nullus 28. q. 1.* Philiarch. *de officio Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 3. c. 12. in fine.* Sanch. *d. cap. 31. num. 11.* Anton. Ricciul. *d. lib. 2. cap. 41. num. 23.* nec eos inuitare ad conuiuium, vel eorum conuiuia accedere, *cap. omnes 28. q. 1.* idem Anton. Ricciul. *d. c. 51. n. 25.* Sanch. *d. c. 31. n. 12.* vbi *num. 17.* quòd nobis interdictum est cum Iudæis accedere ad eorum nuptias, ludos, vel choreas.

In ead. glos. ibi, *excommunicandus est post mortem.* 9
An autem post mortem quis possit excommunicari, vide Nauar. *in manu. c. 27. num. 271.* Castr. *lib. 2. de iusta hæreticorum punit. c. 19. & 20.* Couar. *in cap. alma mater p. 1. §. 11. num. 8.* Azor. *institut. moral. p. 2. lib. 5. c. 26. q. 2.*

In ead. glos. ibi, *repellit enim eos à legitimis actibus,* 10
Vide posita *ad cap. pen. inf. hoc tit.*

In ead. glos. ibi. *& ab officiis publicis.* De Iudæo an 11
inter Christianos possit esse notarius, vide Anton. Ricciul. *d. lib. 2. cap. 27.* & an possit esse Procurator, *cap. 26.* & an possit adipisci gradum Doctoratus, *cap. 25.* & an inter Christianos possit exercere officium Aduocati, *c. 24.* & an possit esse arbiter inter Christianos, *cap. 23.* & an possit esse defensor ciuitatis, vel consequi alium patriæ honorem, *c. 22. n. 9.*

In ead. glos. ibi, *ne ex testamento Christiani aliquid* 12
capiant. Ergo per directum prohibentur Iudæi ne à Christianis hæredes instituantur, ad quod singularem dicit hanc glossam Roman. *singul. 735. incip. Christianus*, quem refert Menoch. *de arbit. casu 449. n. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Christiani Sarracenis arma, & lignamina deferentes galearum dum ad impugnandos Christianos ea subministrant, excommunicationi, aliisque pœnis subiacent, & n. 2.*
3 *Sarraceni dicuntur omnes, qui impia & nefaria Mahometi secta, atque perfidia inhærent.*
4 *Armorum nomine comprehenduntur ea, quæ tam ad defendendum, quàm offendendum, & pugnandum idonea, & opposita sunt.*
5 *Pœna opposita contra asportantes arma, non comprehendit eos, qui vaginas ad enses recondendos asportauerint.*
6 *Ferrum in hoc text. intelligitur tam factum, quàm infectum.*
7 *Lignamina galearum sunt, & dicuntur ligna, ex quibus fieri solent triremes, & aliud quodlibet genus nauigij oblongi.*
8 *Prohibitio de non ferendis armis ad Sarracenos, intelligitur de inimicis nominis Christiani, qui actu, vel habitu habent bellum cum Christianis.*
9 *Pœnas plures vni delicto imponit Ecclesia propter ipsius delicti immanitatem.*

10. *Excom-*

10 *Excommunicatus vnus potest iterum excommunicari.*
11 *Seruus sit capientis, qui ad hostes arma asportauerit.*
12 *Participium præteriti temporis etiam in dubio est latæ sententiæ.*
13 *Seruitus de iure naturali inducta.*

CAP. Ita quorundam. VI.

1 CHristiani qui Sarracenis deferunt arma, ferrum, lignamina, & necessaria ad impugnandos Christianos subministrant; similiter, qui in galeis, & piraticis nauibus Sarracenorum curam gubernationis exercent, sunt excommunicati fiunt serui capientium, & rerum suarum per principes Catholicos, & consules ciuitatum priuatione mulctantur. Denique præcipitur quòd in Ecclesiis maritimis crebrò proferatur excommunicatio solemnis contra tales. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anchar. Hostiens. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Nauarr. *tom. 2 suorum operum relectionem fecit*, Vivian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 58.* Alagona *in compend. iuris Canonici pag. 638.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alex. III. *c. 24.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1 Decretal. lib. 5. tit. 5. c. 6.*

2 Probat hic text. quòd Christiani Sarracenis arma, ferrum, & lignanima deferentes galearum, dum ad impugnandos Christianos ea subministrant, & qui in galeis & piraticis Sarracenorum nauibus regimen & curam gubernationis exercent, excocommunicationi subiacent, & rerum suarum per Principes Catholicos, & consules ciuitatum priuatione mulctantur, & ipso iure capientium serui fiunt. Iam hodie hæc excommunicatio est de reseruatis Bullæ in Cœna Domini *c. 7.* & prohibitio multis pœnis per Christianos Principes facta, provt extat in Ordin. Regia Lusit. *lib. 5. tit.* 109. vbi parens meus, & apud Castellanos *l. 4. tit. 21. p. 4. & l. 22. tit. 5. p. 5* i vbi Greg. Lopez, & *l. vlt. tit. 12. lib. 1. Ordin.* vbi Perez, & *l. 10. tit. 2. l 8. nouæ recopil.* vbi Azeued. de materia vide Clar. *in pract. lib. 5. § fin. q 77. n. 25.* Monach. *de arbitr. casu 95 à num. 24. & casu 585.* Mozz. *de contract. tract. de empt. tit. de rebus quæ emi vel vendi possunt num. 47.* Azeued. *d. l. 10. num. 11.* Bobadill. *in sua politica lib. 4. c. 5. num. 4.* Sayr. *de claui Regia lib. 9. c. 6. num 14.* Farin. *in praxi crim. p. 3. quæst. 108. n. 6.* Pradil. *in summa legum pœnalium part. 2. casu 100.* Horten. Calu. *de brachio Regio part. 6. num. 102. vers. ne Christiani.* Cabed. *Lusit. deci. 47. n. 1. & decis. 115 per totam par. 2.* Molina *de iustit. tract. 1. disp. 343. vers. deinde prohibitum.* Paul. Comitol. *respons. moral. l. 5. quæst. 8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 9. n. 292. cum seqq.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 8. c. 23. q. 3. cum multis seqq.*

3 *Saracenis.*] Omnes comprehendit, qui impiæ, & nefariæ Mahometi sectæ, atque perfidiæ inhærent, siue sint Turcæ, siue Tartari, siue Persæ, siue Arabes, siue Ægyptij, Africani, & Mauri, vt per Franc. Anton. de Sousa *in relect. de censuris Bullæ Cœnæ c. 8. num. 3.* Azor. *d. cap. 2. quæst. 4.* vbi etiam resoluit quòd licèt ex hoc text. *in præsenti* Christiana arma ad Iudæos, Paganos, siue Ethnicos deferentes non sint excommunicatione affecti, quoniam Iudæi, vel Pagani nomine Saracenorum minimè significantur. At verò in constit. Pontificia, quæ dicitur Bulla in Cœna Domini, excommunicatio comprehendit etiam Christianos, qui ad Iudæos arma deferunt, vel etiam ad Paganos, seu Ethnicos, dummodo sint Christiani nominis inimici, qui actu vel habitu bella cum Christianis gerant.

4 *Arma.*] Comprehenduntur tam ea, quæ ad defendendum; quàm ea, quæ ad offendendum & pugnandum idonea, & apposita sunt, vt scuta, galeæ, loricæ, gladij, hastæ, sagittæ, tela, & alia id genus multa; item fustes & lapides, non ad ædificia, sed ad machinas bellicas comparati, siue pilæ, siue globi lapidei, aut ferrei, qui vi tormentorum bellicorum solent excludi; ita Azor. *d. c. 23. q. 10.* Non comprehenduntur tamen asportantes vaginas ad enses recondendos, ex Decian. *tractat. crimin. lib. 8. cap. 3. num. 57.* quem refert parens meus *in remiss. ad Ordinar. Regias Lusitan. lib. 5. tit. 109. princip. num. 2.*

5 *Ferrum.*] Siue factum, siue infectum, vt *in l. nemo C. quæ res exportari non debeant*, nomine facti ferri intelligitur quicquid est ex ferro fabricatum, & potest vtile esse ad bellicos vsus, nomine verò infecti ipsa ferri lamina, seu massa exporrecta, vel conglobata, impolita, ac rudis, vt per Azor. *d. c. 23. q. 12.*

6 *Et lignamina deferant galearum.*] Lignanima galearum sunt & dicuntur ligna, ex quibus fieri solent, aut possunt triremes, & aliud quodlibet genus nauigij oblongi, Azor. *d. c. 23. q. 12.*

7 *Dum ad impugnandos Christianos*, &c.] Verba hæc referri debent ad illos, qui frequenter eos solent impugnare, quia prohibitio de non inferendis armis tantùm habet locum in Sarracenis, vel hostibus nominis Christiani, qui actu vel habito habent bellum cum Christianis odio solo nominis Christiani, vide Nauarr. *in repet. huius text. notab. 4.* Boër. *decis. 178. n. 20.* Cabed. *Lusit. decis. 115. n. 4 part. 2.* Vnde non comprehendi excommunicatione huius text. qui arma deferunt ad Sarracenos, qui bello Christianos contra alios Sarracenos, vel Paganos, aut Hæreticos defendunt, vel adiuuant tenent Azor. *d. c. 23. q. 8.*

8 *Tales igitur*, &c.] Notatur ad hoc quòd propter immanitatem delicti, Ecclesia plures pœnas vni delicto imponit, vt per Tiraq. *de pœnis temper. c. 93. n. 58.*

9 Notatur etiam ad hoc quòd vnus excommunicatus potest iterum excommunicari, & data absolutione vnius excommunicationis, adhuc remanet alia excommunicatio, quæ tunc incipit habere effectum cùm absoluitur à prima, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 3. n. 81. & 83.*

10 *Et capientium fieri seruos*, &c.] Notatur ad hoc quòd si capiatur ille, qui ad hostes arma portabat, seruus fit capientis, vt per Mench. *illust. quæst. cap. 10. num. 1.* vbi *etiam* resoluit huiusmodi seruum delicto effectum posse fugere tuta conscientia, *& cap. 9. num. 2.* per hunc text. tenet à iure diuino quasi supernaturaliter homines seruos pœnæ effici per peccatum, an autem possit aliquis seruus effici propter rebellionem in principem commissam, vide Morl. *in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 12 quæst. 5.*

11 In glos. *Subiectos*, ibi, *& sic ipso iure sunt excommunicati* Notatur ad hoc, quòd participium præteriti temporis etiam in dubio est latæ sententiæ, vt per Tiraq. *in l. si vnquam verbo reuertatur num. 33. C. de reuocandis donat.* Moneta *de distribut. quotid parte 2. q. 7. n. 18.*

12 In glos. *Seruos* ibi. *Not. seruitutem de iure naturali inductam.* Vide Cæpol. *de seruit. vrban cap. 1. num. 1.*

13 In glos. *Priuatione.* ibi, *hoc potuit Papa facere contra laicos ratione commissi.* Notatur ad hoc, quòd Papa potest statuere vt laicus committens aliquod crimen, fit seruus, vt per Nauarr. *hic net ab. 11. in glos. 5. & in glos. pen. num. 15.* subdens aliquam seruitutem inductam esse iure Pontificio.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi Synagogas de nouo exigere non possunt, sed tantùm collapsas, & ruinam minantes restaurare & n. 2. 3. Ædificare*

3 *Ædificare prohibitus, non prohibetur reædificare.*
4 *Res semel destructa, si reficiatur, non dicitur eadem, sed noua, & diuersa.*
5 *Christianis non licet quicquam vendere paganis ad eum finem scilicet, vt extruantur, fulciantur, aut muniantur idolorum fana, &c.*

Cap. Consuluit. VII.

1 IVdæi non possunt constituere nouas Synagogas, sed tantùm collapsas, & ruinam minantes restaurare, non tamen eas exaltare, vel ampliores, aut pretiosiores facere, quàm fuerunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5 iuris Pontificij, pag. 59.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 638.* remisiuè
2 Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 4. cap. 1.* Vide quæ dixi *ad cap. Iudæi 3. n. 2. sub hoc tit.*

3 *Vt eas reædificent.*] Ergo prohibitus ædificare non prohibetur reædificare, vt per Felin. *in cap. cùm accessissent num. 34.* & *ibi* Decian. *num. 19. sup. de constit.* Boër. *decis. 44. num 3. cum seq.* Cassan. *in consuet. Burgundiæ rub. 13. verbo de nouueau fol. 379.* Auiles ad *c. 22. Prætorum num. 24. num. seqq.* Anton. Gom. *l. 46. Tauri n. 15. & 16. vers. & ita video*, Chald. Pereira *de renouat. emphyt. quæst. 11. num. 20.* Bobadil. *in sua politica lib. 3. c. 5. n. 13.* D. Baboss. *in l. diuortio §. fin. num. 122. part. 1. ff. soluto matrim.*

4 *Quam antea fuisse noscuntur.*] Notatur ad hoc quòd res semel destructa si reficiatur, non dicitur eadem, sed noua & diuersa, vt per Surd. *cons. 121. num. 8. & 23.* quem refert & sequitur Steph. Gratian. *discept. forens. cap. 74. num. 17.*

5 Aduerte minimè licere Christianis quicquam vendere Paganis ad eum finem, videlicet, vt extruantur, fulciantur, reficiantur, aut muniantur idolorum fana, aut Sarracenorum delubra, vulgo mesquitas, quoniam hæc impio cultui, & superstitioni deseruiunt: nec item ad eum finem, scilicet ad Synagogas Iudæorum ædificandas, eo quòd per se & natura sua ad Iudaicos ritus, & cæremonias diriguntur, licèt enim Ecclesia sinat Iudæos veteres Synagogas reficere, aut fulciri ruinosas, non ideo fas est Christianis vendere Iudæis ligna, cæmentum, & lapides, quibus reparentur, nam ea vendere in eos vsus, & ad eum finem sua natura malum est. Ita Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 8. c. 24. quæst. vlt. & lib. 9. c. 11. quæst. 3. & p. 2. & lib. 12. cap. vlt.* Nau. *cons. 2. sub hoc tit. in antiq.* Ant. Ricciul. *de iure personarum, extra gremium Ecclesiæ exist. lib. 2. c. 39. num 5. & 6.* vbi *num. 6.* ampliat procedere etiamsi vendantur res indifferentes, videlicet communes bono, & malo vsui, licèt non vendantur ea intentione, vt Iudæus ad malum abutatur, si tamen Christianus nouit Iudæum abusurum.

SVMMARIVM.

1 *Christiani esse non debent in familiari seruitio Iudæorum.*
2 *Iudæorum communio, & familiaritas nobis est interdicta.*
3 *Christianæ fœminæ non licet nutricis filij Iudæi munus subire, etiam cum dispensatione Episcopi.*
4 *Nutrices Christianæ etiam extra Iudæorum domos, eorum filios lactare non possunt.*

Cap. Ad hæc. VIII.

CHristiani sunt censuris compellendi ne se Iudæorum seruitio assiduè pro mercede exponant. 1
Item obstetrices, & nutrices non præsumant nutrire pueros in domibus Hebræorum; ne ob assiduam familiaritatem simplices peruertantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 59.* Alagona *in compend. iuris Canon pag. 638.* remissiuè Ximen. *in concord part. 1.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 4. cap. 2.* & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *part. 20. cap. 2. §. ad hæc.*

Collige ex tex. Iudæorum communionem & familiaritatem nobis esse interdictam, quia subesse potest subuersionis periculum, vt per Auiles *ad cap. Prætorum 26. in gloss apartamento à num. 2.* Perez *l. 10. tit. 13. lib. 8. Ordin.* Cened. *ad decretal. collect. 15. num. 1.* Filliuc. *tom 2. tract. 22 cap. 5. num. 126.* Sanch. *in præcepta Decal. tom 1. lib. 2. c. 31. num. 2. cum seqq.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. l. 2. c. 38. num. 3.* resoluentes etiam fideles à mortali peccato non excusari si moniti huiusmodi familiaritatem non vitent, quando peruersionis periculum imminere potest. quòd quidem si absit; & sperari possit conuersio infidelium, nulla remanet prohibitio quominus possimus cum illis communicare. 2

Et nutricibus eorum, &c.] Notatur ad hoc quòd non licet fœminæ Christianæ nutricis filij Iudæi munus obire. Foler, *in constit. Regni tit. de Iudæis num. 10. in pragmatica Caroli V.* Azor. *instit. moral. part 1. l. 5. c. 22. quæs. 9.* Ioan. Franc. Led. *in thesauro fori Ecclesiast. part. 4. c. 4. num. 44.* Sanch. *d. c. 31. num. 19.* Anton. Ricciul. *d. lib. 2. cap. 28 num. 10. & 15.* resoluit cum Fel. & aliis regulariter Episcopum non posse dispensare, vt Iudæus possit habere nutricem Christianam. Et peculiari constit. Gregor. XII. 70. incip. *Antiqua Iudæorum*, Iudæus retinens nutrices contra sactorum Canonum statuta potest puniri etiam ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis, quia est vnus ex casibus comprehensis in ista constitut. 3

In eorum domibus nutrice, &c.] Ergo extra domum poterunt Iudæi habere nutrices Christianas, per quas suos infantes lactari faciant, vt tenent *in præsenti* Zabarel. *vers. oppono*, Mar. Socin. *sub n. 5. vers secundus intellectus.* Abb. *sub n. 2. vers. & breuiter*, cum *gloss hic sub hoc verbo.* Verùm contrarium melius defendunt *hic* Ioan. Andr. *in finalibus verbis*, Butr. *in fine.* Anan. *sub n. 5. & 6.* Felin. *n. 3. vers. sed contrarium*, Sylues. *verbo Iudæus q. 2 dict. 3.* Armil. *eod. verbo n. 8.* Aloys. Leo *in l. 1. n. 20. C hoc tit.* Azor. *d. cap. 22. quæs. 9.* Franc. Leo *d. cap. 4. num. 44.* Sanch. *d. c. 31. n. 19. & 27.* respondentes text. *in præsenti* dum dicit in eorundem domibus non posuisse eam particulam ad restringendam prohibitionem, sed gratia frequentionis vsus, quia frequentius intra domum contingit nutritio. Quod adeò verum est vt nec Episcopi dispensare possint vt nutrices Christianæ extra domos Iudæorum habitantes eorum infantes lactare & nutrire valeant, provt resoluit Ioan. Franc. Leo *d. c. 4. num. 45.* & post Felin. & Aloys. de Leo, regulariter hoc esse verum testatur Anton. Ricciul. *d. l. 2. cap. 28. num. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæi inuiti non sunt baptizandi, nec ad hoc cogendi, nec sine iudicio puniendi, aut rebus suis spoliandi, vel*

in suis festiuitatibus molestandi, nec ipsarum cœmeteria violanda, aut eorum corpora exhumanda.

2 *Iudæi ad Fidem seu Baptismum compellendi non sunt.*

3 *Iudæorum & infidelium infantes, qui adhuc ad vsum rationis non peruenerunt, non possunt inuitis parentibus baptizari.*

4 *Iudæos expellere non possunt Principes Christiani ex suo territorio sine iusta causa.*

5 *Iudæi ex Roma, Hispania, Francia, & aliis regnis olim electi fuerunt.*

6 *Pœnis alternatiuè impositis optio datur reo, quod intelligetur vt ibi.*

Cap. Sicut Iudæi. IX.

1 IVdæi non sunt inuiti baptizandi, nec ad hoc cogendi, quia tunc non crederentur habere fidem Christi, nec sine iudicio sunt puniendi in bonis, vel corpore, nullus omnino debet bonas eorum consuetudines immutare, & coacta seruitia ab eis exigere, nisi quæ consueuerunt facere. Item nemo audeat mutilare, vel inuadere eorum cœmeterium, nec humata corpora effodere, & si quis sciens hoc decretum præsumpserit contraire, nisi se corrigat satisfaciendo, est excommunicandus, vel mulctandus officio, aut honore. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anan. Hostiens. Butr. Anch. Panorm. Felin. Mar. Soc. Cened. *collect.* 59. Vivian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontificij, pag.* 60. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 639. remittitur Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 5. *tit.* 4. *cap.* 3. & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *part.* 20. *cap.* 1.

2 *Ad baptismum venire compell.* &c.] Ergo Iudæi ad Fidem, seu baptismum compellendi non sunt, de quo vide D. Thom. 2. 2. *quæst.* 10. *artic.* 8. Riccard. *in* 4. *sent. distinct.* 6. *art.* 3. *quæst.* 1. & *ibi* Paul. *distinct.* 4. *quæst.* 4. Durand. *quæst.* 6. Sot. *dist.* 5. *quæst. vnic. art.* 10. Bald. Nouell. *de dote part.* 11. *num.* 47. Natt. *consil.* 434 *num.* 1. Greg. *l.* 2. *gloss* 3. *tit.* 23. *part.* 2. Ioan. Franc. Leo *in thes. fori Ecclesiast. part.* 4 c 4. *num.* Marquard. *de Iudæis part.* 3. *c.* 2. *num.* 8. Patis. *cons.* 2. *num.* 17. & 18 *lib.* 4. Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.* 2. *c.* 31. *per totum* Christoph. de Pace *ad l.* 84. *styli num.* 5.

3 Vtrùm autem Iudæorum & infidelium infantes, qui adhuc ad vsum rationis non peruenerunt, possint inuitis parentibus, baptizari, quæstio est ad præsens institutum non contemnenda, in qua partem negatiuam, nempe quòd parentibus inuitis pueri ante vsum rationis baptizari licitè non possint, tenent D. Thom. *d. quæst.* 10. *art. vlt.* Riccard. Palud. & Sot. *citatis locis*, D. Antonin. *in summ. part.* 2. *tit.* 12. *c.* 2. § *pueri Iudæorum.* Victor. *de Sacram. tit. de Baptismo, num.* 27. Zabar. Anania, Socin. Abb. & Felin. *in præsenti.* Simanch. *de catholic. instit. c.* 29. *à num.* 51 *&c.* 35. *num.* 13. Ioseph. Angles *in floribus Theolog. quæst.* 2. *de recipien. baptism. art* 2. Rebaur. *de Imper. cap.* 10. *num.* 215. Cuch. *instit. canon. lib.* 5. *tit. de baptismo n.* 130. Zanch. *in tract. de hæreticis c.* 36. *num.* 1. Borgnin. *decis.* 21. *num.* 14. *part.* 2. Cornel. Benincas. *tract. de pauperi in* 5. *speci. in ind. num.* 8. Nau. *consil.* 4. *tit. de conuer. infidel.* Burlat. *consil.* 231. *num.* 1. & 2 *lib.* 3. Afflict. *decis.* 151. Natta *cons.* 434. Marquard. *de Iudæis part.* 3. *c.* 8. Philip. Paschal. *de patria potestate part.* 1. *c.* 2. *sub num.* 3. Mench. *illustr. lib.* 1. *c.* 8. *num.* 12. Petr. de Aragon. 2. 2. *quæst.* 10. *art.* 8 *pag.* 286. *cum seqq. & artic.* 12. vbi Barnes *quæst.* 10. *art.* 10. *colum.* 614. *cum seqq. & art.* 11. Perez *l.* 3. *vers. de infidelibus verò nondum doli capaci. tit.* 4. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 117. Gab. Vasquez *in* 3. *part. D. Thomæ tom.* 1. *disput.* 155. Ægid. de Coninch. *de Sacram. & censur. tom.* 1. *disput.* 68. *art.* 10. Soar. *tom.* 3. *disp.* 25. *sect.* 3. Ioan. Francisc. Leo *d. c.* 5. *à num.* 7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 27. *num.* 68. Anton. Ricciul. *d. lib.* 2. *c.* 32. plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 59. *num.* 1. Quamuis contrarium teneant Scot. Archid. Gemin. Ioan. Andr. Gabr. Biel. Angl. Zazi. & alij quos refert, & improbat Anton. Ricciul. *d. cap.* 32. *num.* 2.

An denique possint Principes Christiani Iudæos ex proprio territorio expellere dubitauit Marquard. *in suo sæpe citato tract. de Iudæis part.* 1. *c.* 6. *num.* 3. vbi affirmatiuam tandem opinionem sequitur. Sed verius est quòd ex potestate ordinaria, & rationi regulatæ nequit Princeps ex sola eius voluntate eiicere ex suo territorio, & ditione Iudæos pacificè, & bene viuentes, ita Oldrad. *consil.* 87. & 264. Socin. *cons.* 86. *lib.* 4. Roland. *consil.* 25. *num.* 19. *lib.* 3. Paris. *consil.* 2. *tom.* 3. *lib.* 4. Corset. *de potestate Regis quæst.* 81. Hermes *in tract. de instaur. relig. lib.* 2. *c.* 12. Cened. *ad Decretal. collect.* 15. *num.* 2. & *collect.* 83. *num.* 3. Ludou. Rodolph. *de suprema seu absoluta Principis potest. cap.* 6. *num.* 106. Anton. Ricciul. *d. lib.* 2. *cap.* 51. *à princip.* Christoph. de Pace *ad l.* 84. *styli.* 4

Quando verò adesset iusta causa eiiciendi Iudæos, vt si periculum, vel scandalum immineret in rebus Christianorum, aut si ipsi Iudæi machinationes, & enormia contra Fidem præpararent, & similibus, expellendi sunt, nec tolerandi, quia cùm abutantur gratia, priuilegium amittere merentur tanquam ingrati, vt supracitati Doctores notant, & præcipuè Cardin. Tusch. *lit. I. verbo Iudæus concl.* 371. *num.* 58. Farin. *fragm. crimin. part.* 2. *lit. I. num.* 614. Ricciul. *d. cap.* 51. *à num.* 9. vbi percurrit, ac recenset iustas causas eiiciendi Iudæos. Olim enim è Roma iussi fuerunt discedere in actib. Apost. *c.* 18. *num.* 2. & pulsi per paganos, seu gentiles, vt scribit Ioseph. *antiq. Iudaic. lib.* 19. *cap.* 10. Et edicto publico omnes fuerunt expulsi à Francorum regno anno 1182. & sequenti, teste Cened. *d. collect.* 59. *num.* 3. Et ab Hispaniarum Regnis per Ferdinandum & Elisibetham Reges Catholicos expulsi fuerunt quadraginta millia Iudæorum, vt attestantur Rojas *de hæret. part.* 1. *num.* 565. *cum seqq. & sing.* 37. *num.* 4. Perez *l.* 40. *tit.* 4. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 79. *in fin. & pag.* 80. Illesc. *in Chronica Pontificali part.* 2. *lib.* 6. *c.* 20. § 2. Cened. *d. collect.* 15. *num.* 3. Franc. de Pisa *en la historia de Toledo lib.* 4. *c.* 35. *prope finem.* Et de Sabaudia, Anglia, & Statu Mediolani multos fuisse expulsos asserit Ludouic. Rodolphin. *d. c.* 6. *num.* 111. & 112.

In gloss. *Aut excommunicationis*, sin. ibi, *& ita videtur & in epitome inducis quod istorum propœna imponat.* Notatur ad hoc quòd in pœnis alternatiuè impositis optio datur reo, similis gloss. *in cap. fraternitatis* 34. *dist.* & *in cap. à crapula, de vita. & honest. cleric.* vtrobique scribentes, Franc. *ad reg. in alternatiuis num.* 1. *de regulis iuris lib.* 6. Felin. *in cap. inter cæteras, num.* 5. *de rescript.* vbi Decius *num.* 9. multi de quibus Bernard. *in pract. cap.* 79 *num.* 3. & *reg.* 546. Anton. Gom. *tom.* 3 *var. bap. num.* 39. Cald. Pereira *de nominat. emphyt. quæst.* 10. *num.* 81. Cened. *ad Decretal. collect.* 59. *num.* 4. Sayr. *in claui regia lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 14. Verùm hoc ita indistinctè acceptum secus non est, vt etiam supracitati Doctores fatentur, ideòque ex Doctrina Bart. *in l.* 1. *vers. fc. expilatores n.* 2. *ff. de effractorib.* quam sequuntur Felin. & Dec. *dictis locis*, Clar. *in pract. §. fin. quæst.* 85. *num.* 6. Menoch. *de arbitrar. lib.* 1. *quæst.* 94. *num.* 1. *cum seqq.* & alij, de quibus Cened. *vbi suprà* distinguendum quòd si verba legis pœnas alternatiuè ignorantis ad iudicem inferantur, ipsius erit electio, & ita procedunt *l.* 1. *C. de his qui latrones. & cap. quoniam frequenter* § *vlt. vers. si autem. sup vt lite non conteste. l. si fugitiui*, vt Bald. *num.* 8. *C. de seruis fugit. cum similibus*

similibus. Si verè reum respiciunt, veluti soluat centum, vel recedat à ciuitate, ad illum electio spectabit, & ita intelligitur *l.quicunque,in princ.iuncta gloss,2. C. de seruis fugit.* quod quidem verum est quamuis reo electio tribuatur etiam casu quo verba ad illum passiuè referantur, veluti patiatur hanc, vel illam pœnam, vt per Dec. *in d. cap. inter cæteras num.10. & in d.l.si fugitiui num.96.*Menoch.*d quæst.94.n.5.* quicquid contradicat Abb. *in præsenti*, per hunc text. qui tamen nihil obstat, quia cum in altera parte alienatiuè agat de excommunicatione,quæ à iudice imponi debet,eodem etiam modo altera pars est intelligenda, nempe quòd à iudice priuatio de qua *ibi* fiat, arg. *l.1. cum ibi notatis ff. de reb. dub.* declarant Dec. *d. n.50.* Menoch. *num.6. vbi proximè.*

SVMMARIVM.

1 *Ponit duas indulgentias illorum, qui paganis prædicant.*
2 *Missis ad Iudæorum,& Infidelium conuersionem specialiter concessum est, vt seruata temporum qualitate iuxta Canonicas sanctiones liceat vesci cibis, quæ ab infidelibus illis apponuntur.*
3 *Prædicare nemo potest sine licentia sui Prælati.*

Cap. Quàm sit. X.

1 PRædicantes Paganis Fidem Christi possunt edere cibos ministratos à paganis, seruata qualitate ciborum secundùm ius Canonicum. Possunt etiam iis adhærere clerici & Religiosi idonei quæsita, & obtenta facultate à superioribus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania,Hostiens. Anchar. Butr. Mar. Socin.Panor.Felin.Viuian.*in rationali lib.5.iuris Pontificij,pag.61.* Alagona *in compendio iuris Canonici,pag.639.* remissiuè Ximen. *in concord.p.1.* refertur ab Anton. Augustˉ. *collect.2. Decretal.lib.5.tit.4.cap.4.*

2 *Vt vobis his cibis,*&c.] Notatur ad hoc quòd missis ad Iudæorum, & infidelium conuersionem specialiter concessum est vt seruata temporum qualitate iuxta Canonicas sanctiones liceat vesci cibis, quæ ab infidelibus illis apponuntur, vt per Hostiens. *hic in princip.* Butr. *numero 6.* Abb. *num.2.* & Socin. *numero 1.* Anton. Ricciul. *in pract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.2. cap.41. num.30.* quod est intelligendum dummodo cibi allati edantur vti res à Deo creatæ, secus si edantur tanquam res idolo consectatæ, quia tunc fame mori magis debemus quàm illis vesci, *cap. sic latius 23. quæst.4.* quem sic intelligunt *ibi* Archid. *num.1.& 2.* Bellam. *in fine,* Turrecrem. etiam *in fine,* Silucst. *verbò Iudæus quæst.1. dicto 2.* Rosel.*eod. verbo 1. num.1.* Sanch.*in præcepta Decalogi tom.1.lib.2. cap.31. sub num.7.*

3 *Et habita Prælatorum,*&c.]Ergo nemo prædicare potest sine licentia sui Prælati,de quo dixi *in meo tract. de officio,& potest.Episcop. p.3.alleg.76.à num.2.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text.refertur.*
2 *Bello durante,nec pro redimendo captiuo non possunt arma ad barbaros infideles faciendos fortiores deferri.*
3 *Censura lata in admittentem aliquod delictum an liget mandantem, aut consulentem, remissiuè.*
4 *Christiani apud Turcas captiui & in eorum triremibus, catenis vincti contra Christianos remigare coacti, an peccent mortaliter sic remigando, & aliquam incurrant excommunicationem remissiuè.*

Cap. Significauit. XI.

TRanseuntes ad terras Sarracenorum pro redimendis captiuis debent iurare coram Episcopo se non laturos in suis mercibus, & alio modo aliquid, quod erit commodum, & subsidium Sarracenis extra articulum redemptionis. Irem qui tempore treugæ deferunt merces prohibitas Sarracenis causa lucrandi, sunt excommunicati, sic qui mittunt per nuncios. Item qui iurant non portare merces prohibitas, nisi sit pax inter ipsos, & Christianos, si deferunt tempore treugæ sunt excommunicati. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Mar. Socin. Panormit. Felin. Viuian.*in rationali,lib.5.iuris Pontificij pag.37.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag.639.* remissiuè Ximen. *in concord. part.1. & 2.* refertur ab Anton. Augustˉ. *collect.4. Decretal.lib.5.tit.4.cap.5.* 1

Collige ex text. quòd durante bello nec pro redimendo captiuo, possunt apta arma ad barbaros infideles faciendos fortiores ad pugnandum deferri, vt per Strach. *de mercat.p.2.num.41.*Clar.*§.fin.quæst.77.n.25.* Azeued. *l.10.n.7.tit.2. lib.8.nouæ recop.* vbi *à numero 3.* ampliat hoc procedere etiam in tempore treugæ, & Cæpol.*cons.31.lib.2.*dicit quòd eadem prohibitio quæ versatur tempore belli,durat in tempore treugæ,quamuis Sanch. *d.part.2.num.43.*& Boër.*decis.178. num.18.* asserant quòd cessante bello, seu inita pace, vel factis induciis permissum esset, & quidem indistinctè Christianis mercatoribus cum dictis hostibus & mercatoribus habere commercium, secum habitare, & ad eos quascunque merces exportare, seu exportari facere, quibus Sarracenis & hostibus commodum etiam & subsidium afferatur, dummodo non sint merces prohibitæ. 2

Merces eis per nuncios, &c.] Fecit ad illam quæst. an censura lata in admittentem aliquod delictum liget mandantem, aut consulentem, de qua plures Doctores refert Sanch. *de matrim.lib.3.disp.49.n.2.* 3

Aut subsidium prouenire.] Vtrùm autem Christiani apud Turcas captiui; & in eorum triremibus, catenis vincti contra Christianos remigare coacti peccent mortaliter sic remigando, & aliquam incurrant excommunicationem, vide Ludou. Beiam. *responsorum casuum conscientiæ p.3. casu 13.* 4

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati sunt qui cum Sarracenis tempore guerræ aliquod habent commercium, vel eis præstant subsidium.*
2 *Belli tempore omne commercium est prohibitum, & omnes merces sunt prohibitæ portari ad hostes.*
3 *Papa an habeat supremam potestatem in prohibendo, & concedendo commercium cum infidelibus, & iure bellandi eos, remissiuè.*
4 *Verbum* incidant, *latam sententiam significat.*

Cap. Quod olim. XII.

EXcommunicati sunt qui tempore guerræ habent mercimonium cum Sarracenis, vel per se, vel per alios dant subsidia rerum vel consilia. Colligunt ex Ordinar. Abbas antiq. Innoc.Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm.Mar. Socin. Felin. Viuian. *in rationali lib.5. iuris Pontif.* 1

pag.

*pag.*63. Alagona *in compendio iuris canonici pag.*640. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Anton. August. *collect.*1. *Decret. lib.*5. *tit.*4. *cap.*6.

2 *Quandiu inter nos, & illos guerra durauerit.* Notatur ad hoc quòd tempore guerræ omne commercium est prohibitum, & omnes merces sunt prohibitæ portari ad hostes, si tamen non sit guerra, tunc non intelligitur merces prohibita, & non incidit in pœnam portans quascumque merces ad Sarracenos, nisi esset aliqua de mercibus contentis *in cap. ita quorundam, sup. hoc tit.* vt per Xuar. *alleg.*18. *num.*3. *& conf.*2. *de nauibus transiuehendis num.*3. Greg. Lop. *l.*22. *verbo trigo tit* 5. *part.*5.

3 *Vestræ igitur discretioni*, &c.] Vtrùm Summus Pontif. habeat supremam potestatem in prohibendo, & concedendo commercium cum infidelibus, & ius debellandi eos, disputaui in meo tract. *de officio & potestate Episcopi p.*1. *tit.*2. *c.*2.

4 *Incidant.*] Hoc verbum latam sententiam significat, vt per Sayr. *in claui Regia lib.*3. *cap.*8. *n.*21.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi nutrices, vel seruientes Christianos habere non debent contrafacientibus interdicitur Christianorum commercium.*
2 *Familiaritas seu conuersatio cum Iudæis non est licita.*
3 *Prouerbia vulgaria possunt allegari.*
4 *Iudæi eam retributionem Christianis impendunt, quam mus in pera.*
5 *Inquisitores hæreticæ pranitatis punire possunt Iudæos retinentes nutrices contra Sacrorum Canonum statuta.*
6 *Christus descendit in stomachum sumentis sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum quandiu manent naturaliter species panis, & vini.*

Cap. Etsi Iudæos. III. *Innocent. III.*

1 IVdæi cùm sint facti serui, & Christiani liberi, non debent habere nutrices, vel seruientes Christianos, si secus faciant, interdicetur Christianis sub pœna excommunicationis ne audeant habere aliquod commercium cum illis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Cened. *Collect.*15. Viuian. *in ration. lib.*5. *iuris Pontif. pag.*63. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*640. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.*3. *Decretal. lib.*5. *tit.*3. *cap.*1.

Collige ex text. posse Christianum habere seruum Iudæum, ita tamen vt cum eo familiaritatem non ineat, vt per Syluestr. *verbo Iudæus quæst.*1. *n.*1. Armil. *num.*7. Tabien. *quæst.*3. *n.*4. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*1. *lib.*2. *cap.*11. *num.*6.

2 *In nostram familiaritatem.*] Notatur ad hoc quòd familiaritas, seu conuersatio cum Iudæis non est licita, de quò citaui plures Doctores *ad cap. ad hæc* 8. *in princ. sup. hoc tit.*

3 *Iuxta vulgare prouerbium.*] Ergo prouerbia vulgaria possunt allegari, vt per Felin. *in cap.*1. *num.*56. *de rescriptis*, Iaf. *in l.*1. *num.*36. *§. si certum petatur*, Pacian. *de probat. lib.*1. *c.*4. *n.*21. Illustriss. D. Rodericum à Cunha *in prœm. Decreti n.*25.

4 *Mus in pera.*] Cùm igitur Iudæi eam retributionem Christianis impendant, quam mus in pera, eorum consortium fugere debemus, vt per Petr. de Aragona 2.2. *quæst.*10. *artic.*9. *in explicat. articuli in princip. pag.*301. Cened. *d. collect.*15. *num.*1.

5 *Nutrices.* Hodie peculiari constit. Gregorij XIII. *in ord.*70. *incipien. Antiqua Iudæorum*, potest ab Inquisitoribus hæreticæ pranitatis puniri Iudæus retinens nutrices contra sacrorum Canonum statuta, vide quæ dixi *ad c. ad hæc* 8. *verbo, & nutricibus, sup. hoc tit.*

6 In gloss. *Effundere.* Aduerte quòd Christus descendit in stomachum sumentis sacrosanctum Sacramentum Eucharistiæ quandiu manent naturaliter species illæ panis, & vini, quocunque deferantur, vide Gutierrez *repet. cap. ad limina* 30. *q.*1. *§.*6. *num.*109. Rebuff. *in repet. cap. omnis vtriusque sexus. versimo dicunt. sup. de pœnit. & remiss. pag. mihi* 569. alios Doctores refert Cened. *d. collect.*15. *num. vlt.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæus, qui percusserit clericum, temporaliter punitur, & si de facto puniri non potest, interdicitur illi Christianorum commercium.*
2 *Iniuriam passus potest agere ad punitionem iniuriæ principaliter, ciuiliter vel criminaliter, & incidenter ad damna, & expensas.*
3 *Iudex criminalis potest agnoscere de causa ciuili incidenter ad criminalem.*
4 *Infidelis excommunicari non potest.*
5 *Christianis licitum est cum Iudæis contrahere.*

Cap. Postulasti. XIV.

SI Iudæus percusserit clericum, & sub ditione Episcopi, debet illum punire in re temporali, vel pecunia, & iurare vt læso congruè satisfaciat; si est sub dominio alterius, moneat dominum vt idem faciat, quòd si dominus negligit implere, Episcopus censuris interdicat Christianis ne quis præsumat exercere commercia cum Hebræo donec satisfaciat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innoc. Zabarell. Bellam. Ioan Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Vivian, *in rationali lib.*5. *iuris Pontif. pag.*64. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.*640. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1.

Collige ex text. quòd Iudæus percutiens clericum non incurrit excommunicationem *canon. si quis suadente* 17. *quæst.*4. ad quod plures ibi citati Doctores *n.*5.

Ipsum pœna pecuniaria, &c.] Notatur ad hoc quòd iniuriam passus potest agere ad punitionem iniuriæ principaliter, ciuiliter vel criminaliter, & incidenter ad damna & expensas, vt per Couu. *lib.*2. *var. cap.*10. *num.*7. *versic. sic.* Nam Iudex criminalis potest cognoscere de causa ciuili incidenter ad causam criminalem. D. Barbos. *in l. si ab hostibus §. fin. num.*46. *ff. soluto matrim.*

4 *Tu Christianis omnibus per censuras*, &c.] Ex eo quia infidelis non potest excommunicari, vt per Spin. *in speculo testam gloss.*11. *rub. num.*55.

5 *Præsumat commercia exercere.*] Ergo licitum est Christianis cum Iudæis contrahere, cùm enim in præsenti & similibus iuribus propter delictum in pœnam interdicatur commercium Christianorum cum illis, absque difficultate, supponit commercium cum eis esse nobis licitum, ex reg. quòd priuato suppomit habitum, *l. decem ff. de verber. oblig.* & ideo ita resolvunt Corset. *in sing. verbo societas lib.*1. Foller. *in const. Regni tit. de Iudæis in pragm. & quia n.*9. Rom. *cons.*488. incip. *hæc domina Petra*, Petr. Suntarna *de dispensat. matrimonial. in fine num.*21. Cornaz *Lucensis decis.*117. *n.*3. Marquard. *de Iudæis part.*1. *cap.*5. Henric. *de fidei iuss. cap.*8. *n.*

à num.116. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.1. l.2.c.31. n.23.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist. lib.2.c.42.à princip.* vbi *n.3.* extendit vt procedat etiam in Principe,& *n.4.* vt Iudæus possit contrahere etiam cum Ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi, & Sarraceni vtriusque sexus debent in terris Christianorum vti habitu per quem a Christianis discernantur, & in die passionis Domini non debent in publicum progredi, nec in contumeliam Creatoris prosilire.*
2 *Iudæi debent à Christianis qualitate habitus discerni.*
3 *Commixtio carnalis Christiani cum Iudæa, & ex aduerso, damnata est, & fœdissima reputatur.*
4 *Iudæi in diebus lamentationis, & Dominicæ passionis in publicum prodire non debent.*
5 *Statutum prohibens artifices in certis festis artem exercere, non comprehendit Iudæos, nisi specificè de illis loquatur.*
6 *Iudæorum illusiones, & opprobria in spretum Fidei sunt maximè damnata.*
7 *Iudæus carnaliter cognoscens Christianam, qua pœna sit puniendus, ostenditur.*
8 *Christianus ignoranter cognoscens Iudæum excusatur.*

Cap. In nonnullis. XV.

1 IVdæi & Sarraceni habitu à Christianis debent distingui, & in Dominica Passionis, ac in hebdomada sancta non exire in publicum, si secus faciant, eos seculares Principes puniri faciant, ne Christum blasphemare præsumant. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Innocent. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Mar. Socin. Felin. Panorm. Hostiens. Vivian. *in rationali lib.5. iuris Pontificij pag.64.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.640.* remittitur Ximen. *in concord. p.1. & 2.* desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alex.III. *cap.68.* & refertur ab Anton. Aug. *collect.4. Decretal. lib.5 tit.5.cap.1.*

2 *Habitus distinguit diuersitas.*] Notatur ad hoc quòd Iudæi debent à Christianis qualitate habitus discerni, vt per Guillel. *in c. Raynutius, sup. de testam. in princip. n.63. cum seqq.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum & vxorem §.70. num.29.* Perez *l.8. 37. & 38. tit.3. lib.8. Ordin.* Cened. *ad Decretal. collect.59. num.3.* hoc idem peculiari pragmatica sanxit in Regno Neapolitano Carolus V. vt in *pragmatica incipient. Et quia perfidorum*, & Paulus IV. ac Pius V. Pontifices Maximi hoc pariter prouidis constit. sanxerunt, ille *in constitut. incip Cum nimis absurdum*, hic verò *in constitut. 3. incipit Romanus Pontifex*, quarum constitutionum auctoritate sancitum est vt masculi biretum; fœminæ verò aliud signum patens, itaut nullo modo celare; aut abscondi possit, palàm deferre teneantur, nec super non delatione bireti, aut alterius signi huiusmodi cuiusuis eorum gradus, vel præeminentiæ, seu tolerantiæ excusari, aut per Camerarium, aut Sedis Apost. Legatos absolui possint cum amplissima derogatione priuilegiorum in contrarium quomodocunque facientium, refert Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib.2. cap.43. num.1.* vbi *num.5.* cum Fulgos. *cons.55. num.2. vers. secundò sciendum*, & Marquard. *de Iudæis p.1. cap.4. vers. valeret tamen*, ac aliis per eum citatis, resoluit huiusmodi priuilegium de non deferendo signum ex causa bene visa concedi posse Hebræis per summum Pont.

Collect. Barbos. Tom. III.

Ne igitur tam damnatæ commixtionis,&c.] Damnata enim est & fœdissima omnino reputatur carnalis commixtio Christiani cum Iudæa,& vice versa,conc. *l. ne quis Christianam* vbi Salicet. & Fulgos. *C. hoc tit.* Cor. *consil.114. in princip. & num.8. lib.1.* Decian. *tract. crimin. lib.5. cap.12. num.20. in fine & num.23.* Menoch. *de arbitr. casu 290. in princip.* Molin. *de Iust. tom.4. tract. 3. disp.104. num.6.* Gom. *l.80. Tauri n.26.* Felin. *in praxi crimin. q.139. n.28.* 3

In diebus autem lamentationis,&c.] Notatur ad hoc quòd Iudæi in diebus lamentationis, & Dominicæ Passionis in publicum prodire non debent, vnde in sancta hebdomada, & festo Paschatis è domo Iudæos exire non posse Papiæ constitutum dicit Borgnin. Caualcan. *Fiuiz. decis. 12. num.14. cum seqq.* quem refert & sequitur Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.2. concl.5. in coronide num.8. & 9.* 4

Vtrùm autem statutum prohibens artifices in certis festis artem exercere, comprehendat artifices Iudæos, solet ab aliquibus in dubium reuocari, in quo negatiuè respondet Bald. *consil.112. incip. Statuto cauetur lib.4.* quem refert & sequitur Surd *cons.120. sub num.18. vers. & respectu solemnitatum* quod quidem intelligendum est, nisi statutum vlteriùs procedat, & specificè de Iudæis, vel de infidelibus loquatur, tunc enim possunt ad festorum obseruantiam arctari, non quia statuentes velint per festorum obseruantiam eorum saluti consulere; sed ne per exercitum nobis videantur illudere; quo fit vt cùm in Vrbe ex peculiari constit. Pauli IV. incip. *Cum nimis absurdum §.2.* Iudæi obligentur ad obseruantiam festorum, quæ seruat Ecclesia, meritò ad illa tenentur, ita Anton. Ricciul. *d. lib.2 cap.8. à princip.* 5

Illud autem districtissimè,&c.] Notatur ad hoc quòd Iudæorum illusiones, & opprobria in spretum Fidei sunt maximè damnata, vt per Farin. *in praxi crimin p.5. q.139. num.26.* 6

In gl. *Antmaduersione.* Notatur ad hoc quòd Iudæus carnaliter cognoscens Christianam pœna pecuniaria vel alia temporalia est puniendus. Sed in hoc attendenda est conditio personarum, & maximè mulieris, an sit honesta matrona, seu mulier nobilis, an verò vilis conditionis, inhonestæ, ac meretriciæ vitæ: item an Iudæus sit minor 25. annis, an vxoratus, vel solutus, an semel tantùm vel pluries, & cum pluribus mulieribus se commiscuerit. His enim aut similibus circunstantiis delictum aggrauantibus, & magis turpe facientibus iudex quandoque leuem, seu pecuniariam, quandoque grauem, & corporalem, quandoque etiam grauissimam & mortis pœnam imponet. Vide Marquardi *de Iudæis p.2. cap.3. num.2. in fine, vers. & quod in Iudæo, & num.11.* Decian. *d. cap.12. num.20. vers. verum est*, Menoch. *d. casu 290. num.15. in fine.* Petr. Caball *resolut. crimin. casu 4. num.8.* quos refert, & sequitur Farin. *in praxi crimin. p.3. q.139. n.8.* 7

In glos. *Erroris*, ibi, *ergo si ignoranter commisceatur Christianus Iudæa, dummodo non sit crassa siue affectata ignorantia excusatur.* Vide Marquard. *d. cap.3. num.17.* Menoch. *d. casu 290. num.6. vers. excusatur.* Farinac. *d. quæst.139. num.45.* 8

SVMMARIVM.

1 *Iudæum, vel Paganum publicis officiis præponens, per Concilium Prouinciale corripitur, & præposito denegatur Christianorum commercium donec dispoſuerit officium, & in vsus Christianorum pauperum restituet inde quæsita, secundùm Episcopi prouidentiam.*

2 *Iudæi sunt incapaces cuiuscumque iurisdictionis, & potestatis inter Christianos.*
3 *Iudæo, vel infideli inter Christianos officium publicum committens debet nedum puniri, sed dicitur sacrilegium committere.*
4 *Pœnas pecuniarias pro criminibus inflictas in pios vsus potius, quàm in propriam vtilitatem Prælati erogare debent.*
5 *Pauperibus certæ quantitatis restitutio, & distributio pro satisfactione malè ablatorum debet fieri per Episcopum quando executor est suspectus.*
6 *Dispositio loquens de Iudeis non extenditur ad paganos nisi ex speciali legis prouisione.*

Cap. Cùm sit. XVI.

1 IVdæi in officiis publicis poni non debent, qui autem illi commiserit publicum officium, præmissa monitione à Concilio Prouinciali, quod singulis annis est celebrandum, compescatur, & cum Iudæo proposito Christiani nullum commercium habeant, donec dimiserit officium acceptum, & conuerterit in vsum pauperum Christianorum arbitrio Episcopi, quidquid acquisiuit in officio, idem dicitur de paganis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Bellam. Anania, Hostiens. Butr. Anch. Panor. Mar. Socin. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 65.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 640.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* desumitur ex Concil. Lateranen. sub Innoc. III. *c. 69.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5 tit. 4. cap. 2.*

2 *Prohibentes ne Iudei publicis officiis &c.*] Notatur ad hoc quòd nulla officia publica Iudæis debent iniungi, vt per Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 39. vers. quintus est, ad fin.* Salzed. *in pract. cap. 22 verbo neophyti num. 3.* nam Iudæi sunt incapaces cuiuscunque iurisdictionis, & potestatis inter Christianos, de quo dicam *ad cap. ex speciali, pen. hot tit.*

3 *Si quis autem,* &c.] Committens enim officium publicum Iudæo, vel infideli inter Christianos, debet nedum puniri, sed dicitur sacrilegium committere, *cap. nimis §. sacrilegi 17. q. 4.* Anan. *hic ante num. 3.* Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 2. cap. 22. n. 12.*

4 *Donec in vsus pauperum,* &c.] Verba hæc præ cæteris à iudicibus Ecclesiasticis, & Prælatis sunt obseruanda, vt pœnas pecuniarias pro criminibus inflictas in pios vsus potius, quàm in propriam vtilitatem erogare curent, vt per Cou. *lib. 2. var. c. 9. num 9. vers. quartum.*

5 *Secundùm prouidentiam diœcesani,* &c] Aduerte quòd licèt restitutio, & distributio certæ quantitatis pauperibus erogandæ pro satisfactione malè ablatorum possit & debeat fieri per executionem vltimæ voluntatis, quando tamen suspectus est is, qui tenetur restituere, tunc solus Episcopus ius habet restituendi, vt per Cou. *in cap. nos quidem, num. 8. sup. de testam.* Et ideo cùm text. *in præsenti* agat de Iudæo, qui officium publicum inter Christianos exercens multa ab eis iniquè extorsit, de cuius fidelitate in restituendo cùm meritò dubitari potuisset, tum ob auaritiam suam, tum etiam ob odium contra Christianos, quos expoliauerat, prudenter ordinatum fuit, vt restitutionem illam secundùm Episcopi prouidentiam faceret; ita Sayr. *in claui Regia lib. 10. tract. 5. cap. 2. n. 18.* aduertens quòd quando probabiliter dubitaretur de fidelitate eius, qui restituere debet, tunc Episcopus illum compellere potest, vt eius interuentu restitueret, aut saltem cum consilio parochi, vel Confessarij.

Hoc idem extendimus ad paganos.] Notatur ad hoc 6 quòd dispositio loquens de Iudæis non extenditur ad paganos, nisi fiat ex speciali legis prouisione, vt *in præsenti*, quæ specialitas arguit, quòd regulariter dispositio iuris communis esset in contrarium. Ita *in præsenti* tenent Anan. *num. 17.* Abb. *n. 3. vers. item collige.* Marquard. *de Iudæis p. 2. cap. 2. n. 8.*

Cap. Ad liberandam. XVII.

REpetit quæ dicuntur *in cap. ita quorundam, hoc tit.* 1 & addit quòd eis non aperiatur gremium Ecclesiæ, nisi priùs restituant in subsidium terræ sanctæ totum, quod lucrati sunt in commercio, & tantundem de suo, & si non sunt soluendo, ita puniantur, vt alij terreantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Butr. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Viuian. *in rationali, lib. 5. iuris Pontificij, pag. 65.* Alagona *in compendio iuris Canon. p. 641.* remissiuè Ximen *in conc. p. 1. & 2.*

Vide posita *ad c. ita quorundam, sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæi, vel pagani publicis officiis præficiendi non sunt, & si eis Regalia iura vendantur, ad ea colligenda præficiendus est Christianus non suspectus.*
2 *Iudæus est prorsus incapax cuiuscunque iurisdictionis, & potestatis, tam ordinariæ, quàm delegatæ inter Christianos.*
3 *Iudæi repelluntur ab oneribus, & honoribus publicis.*
4 *Neophytus an ad publica officia promoueri possit, remissiuè.*
5 *Christianus vetus in honoribus assequendis præferendus est neophyto.*
6 *Neophyti, & qui à Iudæis, vel Mauris originem trahunt, ad quæ non admittantur in Regnis Portugalliæ & Castellæ, ostenditur.*
7 *Gabellarius inter Christianos an possit esse Iudæus, vel infidelis ostenditur.*
8 *Pœnam minuere ob charitatem, vel amicitiam potest iudex.*

Cap. Ex speciali. XVIII. *Greg. IX.*

REges sunt inducendi vt in officiis publicis non 1 præficiant Iudæos Christianis, & si fortè iam vendiderunt suos redditus Iudæis, vel Sarracenis, tunc deputare debent Christianum non suspectum in grauamine deferendo cleticis, vel Ecclesiasticis per quem Iudæi, & Sarraceni sine iniuria Christianorum consequantur iura regalia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zab. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Mar. Socin. Panor. Fel. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 66.* Alag. *in com. iuris Canon. pag. 641.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Ne in officiis publicis Iudæos, &c.] Notatur ad hoc quòd Iudæus est prorsus cuiuscunque iurisdictionis, & potestatis incapax inter Christianos, vt per Bart. *in rub ff. de iustit & iure n. 1.* vbi Ias. *n. 2. & 8.* Anch. *cons. 17. n. 2.* Alex. *cons. 75. ante n. 1. lib. 5.* Rol. *cons. 35. n. 41. lib.* Brun. *in tract. stantibus masculis art. 6. sub n. 60. vers. & quòd Iudæi,* siue sit iurisdictio ordinaria, *l. fin. C. hoc tit.* Bart. & Fulgos. *in l. fin. C. de postulando,* vide Bart. *cons. 16. incip. viso quodam processu, circa fin. l. 2.* Alex. *d. cons. 75. ante n. 2.* siue delegata Albert. *in d. l. fin. C. hoc tit.* Iacob. de Nigris *in rubr. ff. de officio eius, cui est mandata iurisd. n. 13.* latè Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib. 2. cap. 22. n. 1. & 5.*

Hinc

Hinc etiam Iudæi repelluntur à muneribus & honoribus publicis, ex Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 1. quæst. 126. num. 10.* Vtrùm verò neophyti ad publica officia promoueri possint, disputat Anton. Ricciul. *in tract. de neophytis cap. 3.* vbi plures Doctores refert, & affirmatiuè respondet, & *num. 12.* resoluit Christianum veterem in honoribus assequendis præferendum esse neophyto, & citat Rip. *in cap. eam te num. 32. de rescript.* Auendan. *de exequendis mand. p. 1. cap. 19. num. 20. vers. cæteri verò.* Augustt. Caput. *in tract. de regimine Reip. cap. 3. num. 78. vers. & nota quòd Christiani antiquiores.* In Regno tamen Portugaliæ non solùm neophyti, si qui ibi fuerint, sed nec etiam veteres Christiani, originem tamen à Sarracenis, vel Iudæis trahentes ad vlla officia publica admittuntur ex Regio diplomate, & inhabiles sunt ad canonicatus, & dignitates in Cathedralibus, & principales dignitates in Collegiatis, cæteráque Ecclesiastica beneficia curam animarum habentia intra septimam generationem ex Apostolica constit. in forma Breuis felicis record. Clementis VIII. & altera ampliatiua felicis etiam record. Pauli V. quarum termini *in meo tract. de officio & potestate Episc. p. 1. tit. 3. glos. 7. n. 30. cum seq.* In Regno verò Castellæ huiusmodi neophyti, & cæteri noui Christiani non prohibentur ad omnia publica officia promoueri, sed solummodo ad certa & destinata, de quibus agit Ignat. de Villar. *in Syluaresponsor. lib. 1 respons. 12.* vbi *n. 30.* refert illos non admitti ad officia iudicum in supremis Consiliis Regni; nec in Cancellariis, & *n. 41.* quòd etiam remouentur ab officiis domus Regiæ Castellæ, & *n. 42.* ab officiis sanctæ Inquisitionis, à collegiis scholarium, & à monasteriis fratrum D. Hieronymi; & *n. 43.* à præbendis, & dignitatibus in Ecclesia Toletana, & *n. 44.* ab omnibus Ordinibus Militaribus, & *n. 45.* ad officio nutricum prolis Regiæ, & *n. 46.* ab officio medicorum domus Regiæ, & monasteriæ D. Mariæ de Guadalupe, & in Regno Valentiæ, ab officio pharmacopolarum, & *n. 47.* in Regno Nauarræ ab officio aduocationis, & ab officiis iustitiæ.

Et si fortè redditus suos, &c.] Probat hic text. vt si fortè illustris Portugaliæ Rex suos redditus Iudæis vendiderit, vel paganis, Christianum deputet grauaminibus inferendis clericis & Ecclesiis minimè suspectum, cuius opera Iudæi, siue Sarraceni, sine vlla Christianorum iniuria Regalia iura consequantur, ita Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 8. c. 22. q. 10.* Vnde non prohibentur Christiani locare Iudæis redditus, & gabellas, immo permittitur, modò Rex, vel dominus terræ deputet aliquem fidelem Christianum ad exigendum illas, & non permittat vt ipse Iudæus per se, vel alium deputatum à se exigat, vt per Nau. *cons. 1. q. 23. n. 57. sub tit. de constit in antiq.* Aliter autem Iudæus, vel infidelis inter Christianos non potest esse gabellarius iurium fiscalium, vt ait Gutier. *de gabellis q. 132. n. 5.* vbi variis Catholicorum legibus apud Hispanos asserit esse dispositum. Nec etiam potest esse ratiocinarius ciuitatis, neque fisci, ex eo quia hoc munus est publicum, Bart. *in l. 3. §. cura carnis ff. de officio præfecti vrbis,* Garc. *de expensis c. 24 n. 26.* Munnoz *de ratiocin c. 8. num. 3.*

Gerimus charitatis affectu.] Notatur ad hoc quòd Iudex potest ob charitatem, vel amicitiam pœnam minuere, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa 16. à princip.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Baptizatus & mox baptizandus eodē vtūtur priuilegio.*
3 *Seruus Iudæi quomodo emendus, ostenditur.*

CAP. Nulli. XIX. & fin.

IVdæo non licet emere, vel in suo seruitio tenere homine baptizatum, vel baptizari volentem. Item si Iudæus causa commercij emit hominem non conuersum ad Fidem, & emptus baptizatur, vel vult fieri Christianus, datis illis duodecim solidis liberatur seruus à seruitio. Item si Iudæus intra tres menses non exponit venalem hominem talem; vel si emit eundem ad sibi seruiendum, tunc nec Iudæus potest illum amplius vendere, nec alius eum emere, sed sine pretio fit liber. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Mar. Socin. Panorm. Felin. Vivian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif pag. 66.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag. 641.* remissiuè Vimen. *de concord. p. 1. & 2.*

Baptizatum, vel baptizari volentem.] Ergo baptizatus & mox baptizandus eodem vtuntur priuilegio, vt per Tiraq. *de iure mariti glos. 2. num. 9.* quia accingendus de proximo habetur pro accincto, vt per Doctores, quos citaui *in tract. Axiomatum iuris vsufreq. Axiom. 6 num. 1.*

Quod si quem, &c.] Probat hic text. quòd si mercimonij, vel negotiationis causa Iudæus seruum non Christianum emit, tunc si intra tres menses fuerit expositus venalis, & emptorem non inuenerit, duodecim solidis pro quolibet bono seruo persolutis, si ille ad Ecclesiam confugiens suam voluntatem patefecerit, libet efficitur, ita Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existt. lib. 2. c. 28. num. 7.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 2. quæst. 43. vers. quinta propositio,* vbi etiam dicit prædictos duodecim solidos, id est, aureos dandos pro seruo optimo, esse minuendos, si seruus talis non sit, & *vers. quarta propositio,* tenet quòd trium mensium tempus inchoatur à die, quo emit Iudæus.

De Hæreticis.

TIT. VII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rub. scribentes.*
2 *Hæreticorum materiam qui tractent, citantur.*
3 *Hæresis vnde dicatur, ostenditur.*
4 *Hæresis quomodo definiatur, & n. 5.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Anchar. Butr. Panormit. Felin. Mar. Socin. Petrus de Rauenna *in compendio iuris Canonici*, Guillelm. Durand. *in speculo iuris lib. 4. sub hoc tit. & in breuiario aureo iuris Canon fol. 139.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum fol. 180.* Martin. Mesnart. *in epit. Decret. fol. 178. verso,* Stephan. Ranch. *in continuat. titulorum Decret.* Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontif. pag. 622.* Goffred. & Hostiens. *in summ. huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Lancelot. *in institut. iuris Canonici*, Barthol. Carthag. *in expositt. titulorum iuris Canon.* Canis. *in summ. eiusdem iuris.* Zypæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiastici enarrat. pag. 386.* Cafarel. *in erotem. iuris Canon.* Ioann. Honor. *lib. 5. summ. in Decret. l.* omnes *sub hoc tit.*

2 De materia huius tit. particulares tractatus edidere Corrad. Brun. *tom. 11. tract. Doctor. par. 1. fol. 272. cum addit. Peniæ.* Cundisaluus de Villadieg. *eod. tom. 11. par. 2. fol. 32.* Ioann. Rojas *eod. tom. 11. part. 2. fol. 208.* Ioann. Nicol. Arclatanus *eod. tom 11. part. 2. fol. 9.* Ludou. Correrius *eod. tom. 11. part. 2. fol. 42.* Paulus Griland. *eod. tom. 11. part. 2 fol. 24.* Zanchin. Vgolin. *eod. tom. 11. part. 2. fol. 134.* Bernard. Comensis *in lucerna Inquisitorum hæreticæ prauitatis eod. tom. 11. part. 2. fol. 133.* Arnald. Albertin. *de hæreticis & Catholicis assertionibus agnoscendis eod. tom. 11. part. 2 fol. 42.* Georgius Ederius *in malleo hæreticorum*, agunt D. Thom. 2. 2. *quæst. 11.* Summistæ *verbo hæresis*, Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punit.* Palat. *in alleg. in causa hæresis*, Simanch. *de institut. Catholicis*, Clar. *in pract. §. hæresis*, Zerol. *in prax. Episcop. part. 1. verbo hæreticus*, Cardos. *in praxi iudicum eod. verbo.* Couarr. *lib 3. var. cap. 1.* Bernard. & Salzed. *in pract. canon. c. 114. & seq. alias in nouiss. edit.* Menoch. *de arbitr. casu 372 & cons. 91. & de præsumpt. l. 5. præf. 6. & 7.* Decian. *tract crimin. lib 5. cap. 7. cum seqq.* Mascard. *de probation. concl. 855. cum seqq.* Pradil. *in summa legum pœnalium part. 1. cap. 1.* Bernardin. Muscatel. *in pract. criminali tit. de crimine læsæ maiestatis diuinæ*, Petr. de Ledesma *in summ part. 2. tract. 1. c. 6.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 8. c. 9. & 10.* Ioan. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part. 3. c. 6.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. l 17. c. 4.* optimè Sanch. *in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib 5. de hæresi.* Ex professo & elegantem de hæresi tractatum edidit Prosper. Farinac. alium etiam de hac re nouissimè post hæc scripta visum ad manus meas peruenit adm. Reuerendi P. Antonij Sanctarelli, vbi multis citatis Doctoribus materiam non minus eleganter & doctè disponit, & tractat.

3 Hæresis dicitur ab αἱρέομαι *capio, eligo*, & sic hæreticus quasi liberè proprio arbitrio eligens opinionem nouam contra fidem, hæresis verò hoc est, electio eiusdem nouæ opinionis, *cap. hæresis cum seq. 14. quæst 3.* Isidor. *lib. 8. etymolog. cap. 3.* Rojas *in tract. de hæret. singul. 73 lit. H.* Simanch. *de Cathol. instit. cap. 31. in princip.* Sylvest. *verbo hæresis in princ.* Conrad. Brun. *de hæret. lib. 1. cap. 1.* Dicitur etiam à nonnullis, *hæresis*, à verbo hæreo, quasi hæreticus hæreat errori, hæresis verò ipsa hæsio erroris dicatur in spectantibus ad Fidem, pro quo facit quod hæreticus non ille dicitur, qui simpliciter & quocunque modo, sed qui pertinaciter, & cum obstinatione errat, & sic ille, qui adhæret errori, vt est text. singularis *in cap. dixit Apostolus*, ibi, *nequaquam sunt inter hæreticos computandi, 24. q. 3.*

4 Circa verò definitionem reddendam laborant Doctores tam nostri quàm Theologi, præsertim Arnald. Albertin. *in rubr. de hæret. lib. 6 & de agnosc. assertion. Cathol. quæst. 1.* Sylvest. *verbo hæresis 2.* Simanch. *de Catholicis q. 1.* Alphons. Aluar. Guerrero *in thesauro Religionis Christ. tit. de hæret. colum. 11. & 12.* Villadieg. Ludou. Carrer. Farinac. Sanctarell. & cæteri quotquot de hæreticis scripserunt, inter quos post longas disputationes vt plurimum in ea conueniunt definitione, vt videlicet hæresis sit opinio, seu dogma falsum Catholicæ veritati contrarium in eo, qui Christianam Fidem professus est, cuius definitionis; auctor est Turrec. *in tract. de potestate Papæ lib. 4. cap. 1.* sequitur Albertin. *dictis locis*, quæ tamen definitio in vno superflua videtur, quia dum dicit dogma Catholicæ veritati contrarium, eo ipso dicit dogma falsum, sicque verbum, *falsum*, redundat: in alio verò diminuta videtur, nec hæresis substantiam comprehendit, quæ potest non dari, licèt omnia, quæ sunt in prædicta definitione, dentur si ille, qui taliter errat contra Fidem paratus sit corrigi, & correctioni S. Matris Ecclesiæ se submittat, & ita vel aliter in eo deficiat contumacia.

Potest igitur aptiùs hæresis definiri vt sit error quem quis pertinaciter tenet contra Fidem Catholicam, quam professus est. Ponitur verbum *error* loco generis, quia pluribus aliis competit erroribus specie differentibus, reliquæ particulæ loco differentiarum apponuntur. Ponitur enim verbum, *pertinaciter*, ad excludendos errores etiam contra Fidem, quos quis ita apprehendit vt paratus sit corrigi, quo casu non est error talis quòd hæresim constituat, iuxta illud Augustini *lib. 1. de Trinit.* errare potero, sed hæreticus non ero, idem August. *in d. cap. dixi Apostolus 24. q. 3.* Dixi, *contra Fidem*, quia non sufficit quòd quis erret pertinaciter, sed requiritur formaliter, quòd error versetur circa ea, quæ sunt Fidei, & ita ad excludendos errores in rebus naturalibus circa vim & numeram elementorum, numerum syderum, & alia huiusmodi, in quibus Fides Catholica nihil certum determinat quod sit Fidei contrarium. Dixi, *quam quis professus est*, ad significandum quòd error talis necessariò dari debet in Catholico, qui sacramento Baptismi regeneratus est, & ita ad excludendos Iudæos, Sarracenos, Gentiles, & alios infideles extra Ecclesiam existentes, qui licèt errent contra Fidem, non tamen formaliter hæretici sunt.

SVMMARIVM.

1 *Dubius in fide, infidelis est, & n. 2.*
3 *Hæresis de substantia est, quòd sit electio pertinax doctrinæ contrariæ veritati Fidei.*
4 *Dubitatio proueniens ex subreptitia tentatione, non facit hæreticum.*
5 *Dubium proueniens ex simplicitate vel ignorantia, non facit dubitantem hæreticum si suam opinionem non defendat, sed Ecclesiæ subiicias.*

CAP. Dubius. I. *Steph.*

1 DVbius in Fide infidelis est, nec est credendum Dei qui Fidei veritatem ignorat. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Bellam. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Ancharan. Butr. Felin. Panormit. Mar. Socin. Cened. *collect. 66.* Vivian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag 70.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag 643.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 6 cap. 1.*

An & quando dubius in Fide censeatur hæreticus, 2 vide latè *in alleg. hæresis cap. 5. incip. & per ista* Can. *de locis Theologicis lib. 1. cap. 9.* Nauarr. *in man. cap. 11. num. 17. & in cas. si quis autem n. 18. 19 & 49 de pœnit. distinct. 7. & in cap. inter verba conclus. 6. corol. 19. n. 55.* Perez *l. 1. tit. 1. lib. 1. Ordin. verbo sancta fe pag. 16. & l. 3. vers. ex quo requisito tit. 4. l. 8. pag. 83.* Menoch. *cons. 49. num. 48. & à num. 53.* Clar. *lib. 5. §. hæresis num. 2.* Iacob. Simanch. *de cathol. instit. c. 28 n. 7.* Lucern. Inquis. *verbo dubius in Fide*, Sanch. *de hæret. c. 2. n. 15.* Rojas *eod. tract. p. 1. n. 272. & 275. sing. 57. vers. ad rem igitur*, Hieron. de la Rua *in controu. 7. scholastica vers. nec sum immemor. ex pag. 201.* Petr. de Aragon. *2. 2. q. 11. à 2. pag. 335. vers. secundum dubium est*, Azeued. *l. 2. num. 74. cum seq. tit. 3. lib. 8. nouæ recop.* Tolet. *in instruct. conscientia l. 4. cap. 4. in fine.* Valent. *in 2. 2. disp. 1. quæst. 11. puncto 1. diffic. 2.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part. 2. num. 21.* Penna *in direct. inquisit. part. 2. commento 1.* Cened. *ad Decretal. collect.*

*collect.66.num.1.*Torres *de Trinit. quæst. 32. art.4. part. 3.comment. asser. 5.* Soar. *de Fide disput. 19. sect. 4.num. 10.*latè Sanct *de hæresi c.1.à num.13.* Azor. *instit.moral. par 1.l.8.cap.9.quæst.5.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.17.num.49.* vbi in intellectu, Farin. *in praxi crimin.part.5.quæst.124.num.114. & seq.* optimè Sanch. *in præcepta Decalogi lib.1.c.7.num.11 cum seqq.* Anton. Ricciul. *in tract.de iure personarum extra gremium Ecclesiæ exist.lib.5.c.4.* Zerol *in prax. Episcop part.1.verbo casus, vers.dubij.* Villalob. *in summ.tom.2.tract.1.dub.10. num.3.* Sylui.2.2.S.*Thom.quæst.11.art.2.* Fabr *de sacram. Ordinis distinct.25.quæst.5.disput.3.c.4.num.112.* Homobon.de Bonis *de examine ecclesiastico part.2. tract.12.c. 4.quæst.16.* Molfes. *in sum. Theolog.moral. tom.1. tract 8. c.8.num.44.* Lara *in 2.2.quæst. 11. art. 3. disp 42.num. 5.* Ægid.Coninch. *de act.b supernat.disp.18.dub.7.* Tanner. *in 2.2.disp.2.q.8.dub.6.n.109.* Petean. etiam 2.2.*quæst. 11.art.2.dub.2.* Portel. *in addit. ad dubia Regular. verbo hæresis num.4.* Diana *resol. moral p.2.tract.2.miscel. resol. 53.* vbi sustinet dubium in Fide non esse hæreticum, quia de ratione hæresis est electio erroris contra Fidem, sed dubitans nondum aliquid elegit, sed manet in dubio, & in ancipiti; ergo non est hæreticus, & respondet text. *in præsenti* dum asserit dubium in Fide esse infidelem procedere priuatiuè, quia scilicet priuatur certitudine assensus necessaria ad habitum Fidei retinendum; non autem esse verum contrariè quasi habeat actum Fidei contrarium cùm re vera non habeat; & secundò respondet quòd dubius in Fide dicitur infidelis quoad forum externum.

3 Cùm autem de substantia hæresis sit electio pertinax doctrinæ contrariæ veritati fidei *cap. hæresis, & cap.hæreticus 24. quæst.3.* Caiet. & Victor.2.2.*quæst.12. art.2.* Castr. *de iusta hæreticorum punit.l.1.c.9.* Albertin. *de hæret.quæst.3. num. 3. in fine,* Dried. *de libertate Christiana tit. 48. sub num. 7.* & dubitans non habeat aliquam electionem, sed sit dubius in vtramque partem, vt per se patet, ergo non videtur dicendum dubium in fide infidelem, vel hæreticum esse. Quare pro solutione quidam text. *in præsenti*, intelligunt non contrariè, quasi huiusmodi dubium in fide assensus fidei contrarium habeat, sed priuatiuè, quia priuatur certitudine assensus necessaria ad habitum fidei retinendum. Alij respondent intelligi quoad fori externi præsumptionem, quia communiter cum eo dubio coniungitur consensus erroneus. Alij intelligunt quando dubitans reflectitur supra suum actum. Zerola verò *in sua praxi Episcop. loco proximè citato*, intelligit de dubio in fide, qui pertinaciter ita insistit dubitationi, quod non sit paratus corrigi ad mandatum superioris.

4 Quare dubitatio proueniens ex subreptitia tentatione, quæ contingit quando ex inopinata quadam cogitatione, aut diabolica illusione quis incipit indeliberatè dubitare circa Fidem, in se tamen reuersus captiuat intellectum suum in obsequium Christi, & deliberat credere quod credit Ecclesia, non facit hæreticum, ita Augustt. de Ancona *de potestate Ecclesiæ quæst. 28.art.1.in resol.* Ioan. Andr. *hìc num.1.* Butr. *num. 5.* Anch. *num.1.ver.& hoc verum.* Henric. *num.2.* Zabarel. *in 1.oppos.* Anan. *num.1.* Socin. *num 7.& seq.* Abb. *num.1.* Felin. *etiam num.1.vers. primò dummodo dubietas.* Alber. *de hæret.quæst.8 num.2.* Rojas *eod. tract. part. 1.n 272. & sing.56.n.3.* Clar. *d.§. hæresis num.2.in fine*, Iacob.de Graffiis *in aureis decis. part.1.lib.2.tit.de hæret.c.8.n.10. & seq* Bunn.2.2.q.11.*art.1.vers. ex his sequitur.* Decian. *tract crimin. lib.5. cap. 17. vers. primò quando non dubitatur.* Sic etiam quando dubium prouenit ex simplicitate, vel ignorantia, non facit dubitantem hæreticum si suam opinionem non defendat, sed Ecclesiæ subiiciat. Abb. *hìc num.2.* Socin. *n.9.vers. predicta tamen* & Felin. *n.2.* Cott. *in memorabil. verbo hæret cus non est* Clar. *d.§. hæresis n.2.vers. fortius dicit.* Simanch. *de cathol. instit. tit.11 n.9.* Gabri. *cons.178.n.10.& seq lib.1.* Decian. *d.lib.5.c.18.vers.38.& 30.*

SVMMARIVM.

1 *Reuocare valens alios ab errore, & tacens, se ipsum errare demonstrat, & n.2.*

3 *Corrigere alium in delicto committendo quilibet tenetur.*

CAP. Qui alios. II. *Leo.*

ERrare se demonstrat qui alios non reuocat ab errore 1
cùm possit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. And. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Mar. Socin. Panorm. Felin. Vivian. *in rationali lib.5.iuris Pontif. pag.71.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.643.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1.*refertur ab Anton. Augustt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit.6 cap.2.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Perez 2
l.5.gloss.1.pag.108.& pag.210.& seqq.tit.4.lib.8.Ordin. Azeued *l.5.num.43.tit.1.lib.8.nouæ recop. & l.1.num.68. tit.3 eod. lib.8 & cons.28.à num.30.* Sanch. *de matrim.l.2. disp.38.n.1. vers.quartò* vbi *n.20. vers. ad quartum*, dicit hunc text. loqui de errore culpabili, secus de inuincibili, nouissimè Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impressã mihi visus, *in comment.ad c. 3.dist.83.n.1.* vbi adducit in hanc rem illud Senecæ in Med. carmin.

——*Culpa cunctorum redit*
Qui non vetat peccare, cùm possit, iubet.

Notatur ad hoc quod quilibet tenetur alium cor- 3
rigere in delicto committendo, vt per Duen. *reg. 99. vers. fallit secundo*, Fr. Emman. *in summ.tom.1.cap. 80. num.3.*

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus perseuerans aeternaliter damnatur, cui nec prodest Baptismus; nec eleemosyna, vel martyrium, aut aliud quodcunque bonum quo ad hoc vt consequatur vitam aeternam.*

2 *Sarracenus hæreticus dici non potest, etiamsi negaret articulum Fidei.*

3 *Hæreticus est, qui sentit contra id quod Ecclesia proponit ad credendum.*

4 *Hæreticus censendus est, tenens veram opinionem, sed putans illam esse contra Catholicam Ecclesiam.*

CAP. Firmissimè. III. *D.Aug.*

HÆreticus, vel schismaticus, nisi resipiscat, in æter- 1
num damnabitur, nec ad salutem proderunt ei Baptismus, eleemosyna & mori pro Christo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Anch. Butr. Mar. Socin. Felin. Panorm. Host. Vivian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.71.* Alagona *in compen. iuris Canon. pag.643.* remissiuè Ximen. *in concord. part.2.*refertur ab Anton. Augustt. *collect. 1. Decretal. lib.5. tit.6.c.1.*

Catholicæ fuerit incorporatus, &c.] Notatur ad hoc, 2
quòd Sarracenus, vel infidelis hæreticus dici non potest, etiamsi negauerit articulum fidei; vt per Couar. *lib. 3.varia.c.1.n.1.* quod tamen intellige cum Sanctarel. *de hæresi cap.1.dub.2.num.8.*

Qui Ecclesiæ Catholicæ, &c.] Aduerte hæreticum esse, qui sentit contra id, quod Ecclesia proponit ad credendum, vt per Vasquez 3. *c.* 2. *quæst.* 76. *art.* 3 *disp.* 126. *cap. in princip.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap* 7. *num.* 4. Sanctarel. *d. c.* 1. *num.* 19 vbi etiam aduertit satis esse ad veram hæresim, si quis ex infirmitate, Sitie passione contradicat auctoritati Ecclesiæ. Hinc etiam tenentem veram opinionem, & putantem illam esse contra Catholicam Ecclesiam, hæreticum dici censuerunt Henriq. *in summa lib.* 13 *c.* 17. *num.* 3. Sayr. *de censur. lib.* 3. *c.* 4. *num.* 14. Petr. de Ledesm. *in summ. tom.* 2 *tract.* 1. *c.* 6. Ludouic. à Paramo *de origine S. Inquisitionis lib.* 3. *quæst.* 3. *n.* 20. Sanch *in præcept. Decal. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 30. Farinac. *de hæresi quæst.* 179. *sub numer.* 3. *vers. quid è contra,* quos refert & sequitur Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib.* 5. *c.* 5 *num* 1.

SVMMARIVM.

1 *Auctore damnato dammatur eius opera, siue sint bona, siue mala n.* 2.
3 *Amplia siue libri circumferantur impressi, siue manuscripti.*
4 *Amplia etiam in libris scriptis, & editis, tam ante, quàm post damnationem.*
5 *Libros prohibitos habentes, aut legentes si sint hæreticorum, subsunt excommunicationi Bullæ in Cœna Domini.*
6 *Libros hæreticorum retinere dicitur, non solum is, qui domi suæ illos retinet, sed etiam qui in aliena.*
7 *Imprimentes libros hæreticorum sunt excommunicati in Bulla Cœnæ Domini, & possunt puniri tanquam illorum fautores,*

Cap. Fraternitati. IV. *Greg.*

1 AVctor quando damnatur, eius opera siue sint bona, siue mala, non recipiuntur. Colligunt ex Ordinar. Abb-antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mar. Socin. Cened. *Collect.* 8. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 71. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 64. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. desumitur ex D. Greg. in registro *lib* 7. *epistol.* 47 *indict.* 2. refertur ab Antonin. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 5. *cap.* 4.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Host. *hic num.* 1. Innoc. & Butr. *num.* 2. Panorm. *num.* 1. Socin. *num.* 1. *&* 3. Albert. *de hæreticis quæst.* 12. *num.* 13. Iacob. Simanch. *de Cathol. instit. c.* 38. *ex num.* 7. *& in enchirid. tit.* 39. *num.* 5. Alphons. de Castro *de iusta hæreticorum punit. l.* 2. *c.* 17. *col.* 3. *vers. an autem de huiusmodi,* Penia *in direct. Inquis. part.* 2. *schol.* 1. *comment.* 3. *vers. primum damnato.* Cened. *ad Decretal. collect.* 8. *n.* 1. Anton de Sousa *in relect. de censur. Bullæ in Cœna Domini c.* 2. *disp.* 13. *num.* 1. latè Sanctarel. *de hæresi c.* 13. *dubit. vnic. num.* 11. *vers. obiicies.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure person. lib.* 5. *c.* 23. *à princip.* vbi *num.* 4 *cum gloss. hic verbo Cælestinus.* & Butr. *num.* 3. ampliat procedere siue libri sint boni, siue mali, quia auctore damnato semper libri intelliguntur damnati, nisi sint expressè approbati.

3 Amplia supradictam text. conclusionem procedere; Siue libri circumferantur impressi, siue manuscripti, vt per Vgol. *de censur. part.* 2. *in gloss. verbo ac eorundem libro, vers. quarto in excummun. incidunt.* Sanch. *in præcepta Decalogi l.* 2. *c.* 10. *num.* 28. Farin. *in tract. de hæresi quæst.* 180. *num.* 30. Anton. Ricciul. *d. c.* 23. *n.* 6. Soar *tract. de fide disp.* 20. *sect.* 2. *num.* 10. nouissimè post hæscripta visus Sanctarel *de benefic c.* 13. *dub. vnic. num.* 6. vti non tenet euadere excommunicationem Bullæ Cœnæ, qui legeret librum auctoris hæretici, quamvis non esset typis mandatus, nec à librario compositus.

Secundò amplia, vt procedat non solùm in libris 4
iam scriptis tempore, quo auctor damnatur, sed etiam
in quibuslibet aliis, siue ante, siue post damnationem
editis, vt per Peniam *d. comment.* 3. *verbo monendi tamen*
vers. iam illud. Ricciul. *d. c.* 24. *n.* 8.

Libros prohibitos habentes, aut legentes, si sint 5
hæreticorum subsunt excommunicationi Bullæ in
Cœna Domini, in 1. clausula, & potest inquiri
contra eos, tanquam contra suspectos de hæresi, de
quo vide Vinald. *in candelabro aureo in explic. Bullæ in*
Cœna Domini, num. 11. Mascard. *de probat. concl.* 745.
num. 10 *&* *concl.* 862. Iacob de Graff. *in aureis decis. l.* 4.
c. 18. *num.* 29. plures, quos refert Cened. *ad Decretal.*
collect. 8. *num.* 2. quibus adde Azor. *institut. moral. part.* 1.
lib. 8. *c.* 16 *quæst.* 10. Zerol. *in praxi Episcop part.* 1. *verbo*
casus, vers. libros, Sayr. *de censur. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 12. Sanch.
in præcep. Dical lib. 2. *c.* 10. Sanctarel. *de hæresi c.* 13. *dub.*
vnic. à princ. Dicitur verò retinere hæreticorum libros 6
non solùm is, qui domi suæ illos retinet, sed etiam
qui in aliena, Vgol. *verbo aut. retinentes in princip. n.* 3.
Sanch. *d. c.* 50. *num.* 51 Sayr. *de censur. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 16.
Soar. *de fide, disp.* 20. *sect.* 2. *num.* 21. Sanctarel. *d. c.* 13.
dub. vnic. num. 6 *in fine,* aduertens hoc procedere siue
eos libros retineat nomine proprio, siue alieno, illosque reddi suspectos de hæresi, etiamsi dicant, quòd
eos nunquam legerint. Quibus autem casibus libros
hæreticorum legentes in excommunicationem incidant, melius quam omnes tractat Sanctarel. *d. cap.* 13. *à*
princ.

Vnde contra imprimentes libros hæreticorum 7
posse tanquam contra fautores hæreticorum procedi refert Sanctarel. *d. c.* 13. *num.* 18. & eos incidere in
excommunicationem Bullæ Cœnæ, ac similiter cooperantes impressioni talium librorum, referunt Sanct
de censur. lib. 3. *c.* 5. *num.* 17. Iacob. de Graf. *d. lib* 4. *c.* 18.
num. 50. Quare in Conc. Lateranen. sub Leone X.
sess. 10. & in Trid. *sess.* 4 prohibetur ne libri imprimantur, nisi priùs per Episcopum, & Inquisitorem
Apost. fuerint diligenter examinati, quòd si quis contra fecerit, statim incurrat excommunicationem, & libri concrementur, prout referunt citati per me *de offic.*
& potest. Episcopi p. 3. *alleg.* Sanctarel. *d. c.* 13. *num.* 18.
vers. notandum.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus instituens in suo testamento hæreticos, aut paganos, excommunicatur, & n.* 2.
3 *Instituens hæreticum hæredem ante mortem in excommunicationem incidit.*
4 *Mortuus est omnis censuræ incapax.*

Cap. Si quis Episcopus V.

1 EPiscopus instituens in suo testamento hæreticos, aut paganos, in excommunicationem incidit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Bellam. Ioan Andr. Anania, Host. Butr. Anch. Panormit. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 72. Alagona *in compen. iuris Canon. pag.* 64. remissiuè Ximen. *in concord. pag.* 1. *&* 2. desumitur ex Concil. African. *c.* 48. in Conciliis Latinis, & refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 6. *c.* 5.

Hanc

Hanc eandem conclus. ex hoc tex. desumunt Angel. *verbo Hæreticus num.* 14. Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium lib.* 2. *c.* 44. *num.* 8. Sanctarel. *de hæresi c.* 25. *dub.* 3. *num.* 8. & benè Couar. *in c.* 1. *de testamen. num.* 3. intelligit hunc text. vt in eo Episcopo locum habeat, qui hæreticos consanguineos, aut extraneos hæredes instituit, & citat Roman. *sing.* 735. dicentem idem esse in quocunque alio Christiano, quod in Episcopo.

2

Vt saltem post mortem, &c.] His verbis significatur instituentem hæreticum hæredem ante mortem in excommunicationem incidisse, vt benè ponderat Sanctarel. *d. c.* 15. *num.* 10. aduertens ideò excommunicatione affici, quia instituens hæreticum hæredem redditur tunc de hæresi suspectus, Carrer. *de Hæreticis c.* 2. *num.* 69. Menoch. *de præsumpt. l.* 5. *præsumpt.* 6. *n.* 33. & ideo cùm mortuus sit omnis censuræ incapax, ex Glos. *verbo autem, in cap. mulieres. §. fin. de sentent. excommun.* Couarr. *in cap. Alma mater part.* 1. § 11. *num.* 8. Nauar. *in manuali c.* 27. *num.* 13. Soar. *tom.* 5. *disp.* 5. *sect.* 1. *num.* 3. necessariò debet concludi in excommunicationem incidisse, dum in testamento instituit hæredem, nec enim aliud tempus potest assignari, maximè quia institutio est perfecta statim atque testamentum fuit confectum cum solemnitatibus à iure præscriptis, ac per consequens tunc consummatum delictum. Nec contra hunc intellectum obstant supra adducta huius text. verba, quia vt ait Azor. *instit. moral. part.* 2. *c.* 26. *quæs.* 2. sunt intelligenda, id est, potest post mortem declarari hunc, vel illum cum hæresi ex hac vita decessisse, ac proinde tanquam excommunicatum esse Ecclesiastica sepultura priuandum, viuos non posse pro eo Missarum sacrificia, aut preces offerre, & bona eius publicanda.

3

Notatur hic tex. ad hoc quòd in crimine hæresis etiam post mortem quis accusari, & puniri potest, vt per Zanchin. *de hæret. c.* 24. *num.* 1. & 4. vbi Campeg. *lit. A.* Benia *in direct. Inquisit.* 3. *part. commento* 92. *vers. in crimina*, Anton. Gom. *tom.* 3. *var. c.* 1. *num.* 80. Pereg. *de iure fisci lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 29. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 10. *num.* 37.

4

SVMMARIVM.

1 *Episcopi, & Clerici instituentes hæreticos hæredes sunt excommunicati. n.* 2.

3 *Christianus Iudæis, vel infidelibus aliquid legare in testamento non potest.*

4 *Christianus non potest hæretico, vel infideli donare inter viuos.*

5 *Hæretico relinqui testamento potest, & in vita donari causa pietatis, & ad eius necessitatem sublenandam.*

CAP. In eos. VI.

1

EPiscopus si moriens instituat hæredem hæreticum, vel paganum, siue extraneum à sua consanguinitate, siue consanguineum, saltem post mortem excommunicatur, vel declaratur excommunicatus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anch. Panorm. Felin. Marin Socin. Vivian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 73. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 644. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. desumitur ex Concil. Africano, vt habetur in subscriptione, sed hoc nondum repertum est, habetur tamen in Concil. Carthagin. *c.* 3. & apud Theodor. Balsam. in Synod. Carthagin. *c.* 25. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 6. *cap.* 9.

Probat hic text. non solùm Episcopos, sed etiam alios clericos instituentes hæreticos hæredes esse excommunicatos, vt per Hostiens. *hic num.* 4. & Panorm. *num.* 1. Sanctarel. *in tract. de hæresi c.* 15. *dub.* 3 *num.* 9. quod quidem multi ampliant ad quoscunque fideles, qui instituunt hæreticos hæredes, vt testatur Sanctarel. *loco proximè citato*, & credit idem procedere in laicis, quod tex. disponit in clericis. Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum l.* 2. *c.* 44 *num.* 12. ex ea ratione, quia negari non potest quin prohibitio facta de clericis sub anathematis pœna non arguat factum prohibitum esse sui natura malum.

2

Ex quibus infertur Christianum Iudæis, vel infidelibus aliquid legare in testamento non posse vt per Sanch. *in præcepta Decal. lib.* 2. *c.* 31. *num.* 22. Menoch. *consil.* 185. *num.* 14. & *consil.* 186. *num.* 14. Ricciul. *d. cap.* 44. *num.* 12. *in fine*, & citatos à Sanctarel. *d. cap.* 15. *num.* 4.

3

In glos. *Conferant.* ibi, *non distinguitur in morte, vel in vita*, &c. Notatur ad hoc, quòd Christianus non potest hæretico, vel Iudæo donare inter viuos, vt per Franch *in rubr. de testam. sub num.* 29. *in fine* Ricciul. *d. cap.* 44 *num.* 12.

4

In ead. glos. ibi, *causa pietatis fortè posset ei dari, ne perirent famæ*, &c. Notatur ad hoc, quòd hæretico relinqui testamento potest, & in vita donari ex causa pietatis, & ad eius necessitatem sublenandam, vt per Surd. *de alimentis tit.* 9 *quæst.* 33. *num.* 7. *cum seqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *c.* 14. *num.* 4. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 154 *col.* 2. *vers. de iure Ciuil.* Ricciul. *d. c.* 44. *num.* 15. Sanctarel *c.* 15. *num.* 7.

5

SVMMARIVM.

1 *Christus Dominus fuit verus Deus, & verus homo & num.* 2.

CAP. Cùm Christus. VII.

Alexand. II.

1

CHristus sicut verus est Deus, ita verus est homo ex anima rationali, & humana carne subsistens, oppositum est hæreticum, & anathemati subiicitur, verbi gratia, si quis dicat Christum non esse aliquid secundùm quòd homo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marin. Socin. Vivian. *in rationali lib* 5 *iuris Pontificij pag.* 72. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 644. *remissiuè* Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 6. *c.* 5. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *pag.* 49. *c.* 20.

2

Collige ex text. Christum Dominum esse verè Deum & hominem, nam esse verum Deum de Fide credendum esse tradunt Clemens Roman. *lib.* 8. *constitut. Apost cap.* 18. Ignat. *in epist. ad Antioch. & in epist. ad Philadelph. & in epist. ad Philip.* Dionys. Areop. *lib. de mystica Theolog. c.* 2. Martial. *in epist. ad Burdegalen.* Iustin. *in lib. de vera & recta Fide & in Apologia ad Antoninum Pium*, Clem. Alexand. *lib.* 1. *pedagog. cap.* 6. *in princip* Cyprian. *lib.* 2. *ad Quirin. cap.* 6. Greg. Thaumat. *in confessione Fidei* quæ extat. *in tomis Conciliorum ante quintam Synodum*, & apud Greg. Nyssen. *in orat. de eadem*, & Euseb. *lib.* 7. *hist. cap.* 25. Et Christum esse verum Deum & hominem credendum de Fide docent Concil. I I. Constantinop. (quod est 1. Synodus generalis) *can.* 2. 7. 8. 10. & 11. Sexta Synod. gener. *act.* 4. Concil. Hispalen. 2. *cap.* 18. Gregor. Nazianzen. *oration.*

oration. in Christi natiuitatem, Ambros. *lib. de incarnationis Dominicæ Sacramento c. 6. & lib. de 2. Fide ad Gracian.* August. *lib. 4. de Trinit. c. 7.* Gregor. *lib. 18. Moral. c. 36.* Leo *epist. 97. ad Leon. August.*

SVMMARIVM.

1 *Hæretici, receptatores, & fautores eorum, excommunicati sunt, & decedentes in hoc peccato in loco sacro sepeliri non debent, nec pro eis orari.*
2 *Defensores hæreticorum, qui dicantur, ostenditur.*
3 *Receptores hæreticorum excommunicantur in hoc tex. & in Bulla Cœnæ Domini.*
4 *Receptores hæreticorum, qui dicantur, remissiuè.*

CAP. Sicut. VIII. *Ex Con. Lateran.*

1 HÆretici, & eorum fautores, vt qui eos tenent in domo, vel in terra sua, vel fouent, vel præsumunt negationem exercere cum eis, sunt excommunicati, & si in hoc peccato moriantur, non debent sepeliri in loco sacro, nec fieri oblatio pro eis, non obstante quocumque indulto. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Bellam. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anch. Panorm. Felin. Marin. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij, pag. 12.* Alagona *in compend. iuris Canonici pag. 644.* remissiuè Ximen *in concord. p. 1 & 2.* desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alex. III. *c. 37.* refertur ab Anton. August. *collect. Decretal. lib 5. tit. 6. cap. 6.*

2 *Defensores.*] Dicuntur defensores hæreticorum qui viribus, potentia, armis, & fauore hæreticos defendunt si in manus Inquisitorum deueniant, vt tutò possint viuere, & ne ob causam hæresis puniantur, accusentur, denuntientur, & interrogentur, & ideo defensores, & fautores hæreticorum idem ferè significant. Simanch. *de Catholicis instit. tit. 15. num. 11.* Penia *in direct. Inquisitorum par. 2. quæst. 53. conuent. 78.* Item dicuntur defensores hæreticorum, qui eos iuuant, ne contra illos fiat executio sententiæ, Car. *lib. 1. de iusta hæreticorum punitione c. 17.* Sayr. *de censur. lib. 3. c. 4. num. 9.* Azor. *institut. moral. par. 1. lib. 8. c. 15. quæs. 6.* & alij plures, quos refert, & sequitur Sanctarel. *in tract. de hæresi c. 11. num. 25.* aduertens per aliquas Summorum. Pontif. constitutiones defensores hæreticorum, eorúmque fautores illos dici, qui è manibus Curiæ hæreticum eruunt, & *num. 26.* resoluit excommunicationem, de qua *in hoc tex. & in Bulla Cœnæ Domini:* aliasque pœnas impositas contra hæreticorum defensores, non incurrere, qui eos defendunt in criminibus extra hæresim.

3 *Et receptatores eorum.*] Notatur ad hoc, quòd receptatores hæreticorum excommunicantur, vt etiam habetur in constit. Nicolai III. & Pauli IV. apud Peniam *inter litteras Apostolicas*, ac etiam incurrunt excommunicationem Bullæ in Cœna Domini, vt refert Sanctarel. *d. tractat. de hæresi cap. 12. num. 8.* Et si per annum in excommunicatione permanserint huiusmodi receptatores hæreticorum, habentur pro hæreticis, & vt hæretici possunt condemnari, Læl. Zech. *in summa par. 1. tit. de fide, rub. de hæresi. c. 11. in. 13.* & ipso iure sunt infames, & à publicis officiis reiiciuntur, vt patet ex constit. Federici Imperatoris, & Innocentij IV. apud Peniam *inter litteras Apost.* Et si fuerint clerici, omni officio, & beneficio per sententiam iudicis priuandi sunt, vt per Griland. *in tract. de hæreticis q. 19. num. 1.*

4 Qui dicantur receptatores hæreticorum, vide apud Simanch. *de Cathol. institut. cap. 15. num. 11. cum seqq.* Graff. *in decis. aureis par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 31.* Eymed. *in 2. parte direct. Inquisit. quæst. 51.* vbi Penia *comment. 76.* Aldouin. *consil. 22. num. 11.* Menoch. *de arbitr. casu 374. num 13. cons. 149. num. 32. & 35.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo hæreticus num. 19.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 5. num. 3.* Decian. *in tract. crimin. l. 5. cap. 52. num. 22.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 8. cap. 15. quæs. 2.* Anton. de Soula *in relect. de censur. Bullæ Cœnæ cap. 2. dub. 9.* Sanch. *in præcepta Decal. lib. 2. cap. 10. num. 10.* Scot. *de fide disput. 24. sect. 1. num. 4.* Sanctarel. *d. tractat. de hæresi cap. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Matrimonium est Sacramentum verè, & propriè septem legis Euangelicæ Sacramentis.*
3 *Hæretica est propositio, quæ in aliquo aduersatur Catholicæ Fidei.*
4 *Clericus degradandus est antequam tradatur Curiæ seculari.*
5 *Hæreticus propter hæresim priuatur beneficijs Ecclesiasticis.*
6 *Hæreticus ipso iure priuatur beneficiis Ecclesiast. ante sententiam declaratoriam.*
7 *Beneficia hæretici quia ipso iure vacant, possint impetrari ante sententiam criminis declaratoriam.*
8 *Hæretici post sententiam criminis declaratoriam priuantur fructibus beneficiorum perceptis à die commissi delicti.*
9 *Hæretici, qui post deprehensionem erroris continuò ad Fidem redeunt, errorem suum publicè superioris arbitrio abiurantes, & satisfactionem congruam exhibere parati, euadunt hæreticorum pœnas.*
10 *Hæretici, quando dicantur continuò & sponte redire ad Fidem, ostenditur.*
11 *Hæresis abiuratio fieri debet publicè, & in loco publico.*
12 *Abiurare in loco publico non debet, qui de hæresi leuiter suspectus, vel antequam sit accusatus, & inquisitus, sponte ad Inquisitores adit, &c.*
13 *Hæreticus ad arbitrium Episcopi debet vel flam. vel post publicè abiurare.*
14 *Hæreticus quando dicatur incontinenter reuersus, iudicis arbitrio relinquitur.*
15 *Relapsi qui dicantur, ostenditur.*
16 *Relapsus dicitur fugiens è carcere illo effracto.*
17 *Relapsus dicitur non seruans pœnitentiam primo illi sibi iniunctam.*
18 *Inquisitores sacræ Fidei quomodo Ecclesiæ reconcilient, ostenditur.*
19 *Saccus benedictus, qui hæreticis pœnitentibus detur, vnde originem duxerit, remissiuè.*
20 *Hæretici relapsi, etiamsi ad Fidem conuertantur, Curiæ seculari tradantur, nisi sponte redeant ad Ecclesiam.*
21 *Qui dicantur sponte venire, & comparere ostendit.*
22 *Capitulum sede vacante potest cognoscere de crimine hæresis.*
23 *Clericus verbaliter depositus fruitur priuilegio Canonis, si deferat habitum, & tonsuram, & iuxta clericorum viuat.*
24 *Clericus verbaliter depositus fori priuilegio fruitur.*
25 *Hæreticus probatur per facti euidentiam, vt qui publicè hæresim prædicat.*
26 *Deprehensus à iudice in delicto aliis præsentibus testibus facto, euidentia conuincitur.*

CAP.

CAP. Ad abolendam. IX. *Luc. III.*

1 HÆreticus est & excommunicatus qui ab Episcopo cum consilio clericorum talis iudicatur, & qui non meruit aliter sentire de sacramentis quàm Ecclesia Romana prædicat, & obseruat. Clericus qui manifestè in hæresi est deprehensus nisi statim cognito errore sponte recurrat ad vnitatem Fidei Catholicæ, & suum errorem ad arbitrium Episcopi regionis publicè censuerit abiurare, & congruam satisfactionem adhibere, debet degradari, idest, spoliari prærogatiua clericatus cum omni officio, & beneficio Ecclesiastico, & tradi potestati seculari debitè puniendus, sicut & laicus punitur, nisi statim abiurauerit, &c. pro qualitate criminis. Item qui inueniantur notati aliqua sola suspicione nisi ad arbitrium Episcopi iuxta considerationem suspicionis & qualitatem personæ congruè se purgauerint, subiaceant eidem sententiæ. Item qui post abiurationem erroris, vel postquam se purgauerint in examine proprij Episcopi deprehenduntur incidisse in abiuratam hæresim seculari iudicio sine vlla penitus audientia relinqui debent. Item Rectores, & Barones ciuitatum, & locorum commoniti ab Episcopo iurent corporaliter promittendo quod requisiti fideliter, & efficaciter adiuuabunt Ecclesiam contra hæreticos, & complices pro suo posse, & officio, & bona fide, quod si hoc obseruare noluerint, honoribus, quos habent, priuandi sunt, nec ad alios assumendi, & excommunicari, ac eorum terræ interdici debent. Item ciuitas, quæ resistat his institutis, & contra monitionem Episcopi negligit punire hæreticos, commercio aliarum ciuitatum carere debet, ac dignitate Episcopali priuari. Item qui sunt exempti ab Episcopo, & soli Papæ subiacent, in his tamen, quæ sunt instituta contra hæreticos, subiici debent Episcopis tanquam delegatis sedis Apostol. non obstantibus priuilegiis. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Bellam. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 73.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 644.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1 & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 6. cap. 11.*

2 *Matrimonio, vel reliquis Eccles. aſt. Sacramentis.*] Ergo matrimonium est Sacramentum verè & propriè ex septem Ecclesiæ Sacramentis, vt de Fide definitum est in Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. matrim. canon. 1.* & ita hanc Catholicam veritatem multis comprobant Tertul. *in exhortatione ad castitatem cap. 5. vers. vno matrimonio,* Isidor. Hispal. *de officiis Ecclesiast. lib. 2. cap. 19.* latè Ioãoc. Cocci. *tom. 2. thesauri Cathol. lib. 9. art. 2.* Perez *l. 1. verbo que es el Raraiso tit. 1. lib. 5. Ordinam.* Spin. *in specul. testamen. glos. 15. princ. num. 15.* Sayr. *de Sacramentis in genere l. 1. cap. 2. q. 2 art. 4. vers. quoad verò matrimon.* Valen. *tom. 4. disp. 10. quæst. 1. punct. 5.* Petr. Ledesm. *in summa part. 1. de sacramen. matrimon. cap. 2. concl. 1 & 19.* Sanch. *de matrimon. lib. 2. disp. 10.* Gutierr. *eod. tract at cap. 42.* Bonac. *eod tract q. 2. punct. 1. num. 2.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 2. diff. 18. num. 5.* Rebell. *de obligat. iustit. par. 2. lib. 2. q. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœniten. lib. 31. cap. 1. à num. 2.* Ægid. *de Sacram. tom. 2. disp. 24. dub. 2. num. 5.* Henriq. *in summa lib. 11. in proœm. §. 3. lit. M.*

3 *Prædicat & obseruat.*] Aduerte hæreticam esse propositionem; quæ in aliquo aduersatur Catholicæ Fidei, idest, propositionibus, quæ in respicientibus Fidem continentur in veteri, vel nouo Testamento, vel diffinitionibus ab Ecclesia in Conciliis, vel extra firmatis aut receptæ Sanctorum Patrum sententiæ, vt tradunt Can. *de locis Theologicis lib. 12. cap. 7.* Turrecrem. *in summa de Ecclesia l. 4. c. 10.* Locat. *in opere iudic. verbo credibilia n. 8. & seq* Simanch. *de Catholic. inst. tit. 54. num. 3. & in ench. violatæ religionis tit. 24. num. 2.* quos refert, & sequitur Anton. Ricciul. *in tract. de iure person. lib. 5. cap. 8. num. 1.*

4 *Totius Ecclesiastici Ordinis prærogatiua nudetur.*] Notatur ad hoc, quòd clericus degradandus est, antequam tradatur Curiæ seculari, vt docent *in præsenti*, Hostiens. *num. 6.* Anch. *num. 4.* Panorm. *num. 2. & 3.* Zabarell. *in princip.* Anania *num. 7.* Butr. *num 1.* Ioan. Andr. *in princip.* Clar. *in §. fin. q. 36 num. 35.* Couar. *pract. q. 32 num. 2.* Bobadill. *in sua politica l. 2. cap. 18. n. 54. & 76.* Farinac. *in praxi crimin. q. 8. n. 78.* latè Sanctarell. *de tract. de hæresi c. 26. à princip.*

5 *Et beneficio spoliatus Ecclesiastico.*] Notatur ad hoc quòd hæretici propter hæresim priuantur beneficiis Ecclesiasticis, vt per Anton. Ricciull. *in tract. de iure personarum, l. 5. cap. 19. num 8.* Sanctarell. *d. tract. de hæresi, cap. 33. num. 1.* vbi refert ex Pii V. constitut. Sedi Apost. esse reseruatum ius conferendi beneficia, quibus clerici priuati sunt propter hæresim, & nunquam intelligi esse collata huiusmodi beneficia, nisi in collatione fiat expressa mentio, quòd beneficia vacauerint propter hæresim.

6 Extenditur suprà proxima resolutio, vt priuatio fiat ipso iure, nec requiratur sententia priuatoria, vt resoluunt Rebuff. *in praxi p. 3. tit. de modis amittendi beneficia, num. 4.* Couarr. *variar. l. 2. cap 8. num 4. vers. nihilominus,* Bursatus *consil. 14. n. 18. lib. 1.* Nauarr. *cons. 19. sub hoc tit.* Rojas *sing. 73.* Bernard *in pract. cap. 104.* Menoch. *de arbitr. casu 416. num. 6.* Penia *in direct. Inquisit. p. 3. comment. 162.* Flamin. *de resig. l. 3. quæst. 1. num. 31. & 32.* Fr. Emman. *in summa tom. 1. cap. 129. num. 3.* Petr. Ledesma *in summa p. 2. tract. 1. cap. 4. conclus. 14.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 8. cap. 12. quæst. 3. & 8. & p. 2. lib. 5. cap. 17. in princip.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ glos. 15. num. 66.* Soar. *de censur. disp. 43. sect. 1. num. 4. & de Fide disp. 21. sect. 5. num 20.* Nicol. Garc. *de beneficiis part. 11. c. 10. n. 59. cum multis seqq.* Farin. *de hæresi q. 189. n. 77.* Sanctarell. *eodem tract. cap. 33. num. 1.* Sanch. *in præcept. Decal. tom. 1. l. 2. cap. 26 num. 5.* Rota Romana *decis. 707. & 718. lib. 3. p. 3. diuers.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l. 30. tract. 3. num. 318.* Anton. Ricciul. *d. tract. de iure personarum. l. 5. cap. 19. num. 19.* Quamuis contrariam opinionem, nempe quod requiratur sententia priuatoria, teneant Castr. *lib. 2. de iusta hæreticorum punit. cap. 9.* quem sequuntur Simanch. *de Cathol. institut. tit. 46. num. 72.* & Salzed. ad Bernard. *d. cap. 114. litt. A.* nam licèt istorum opinio in rigore disp. defendi posset, vt aduerti *de officio, & potest. Episcop. part. 1. alleg. 57. num. 37.* prior tamen est adeò recepta, vt videatur ab omnium sententia discedere velle, qui illam impugnare auderet.

7 Cùm ergo beneficia hæretici ipso iure vacent, possunt tanquam vacantia impetrari ante sententiam criminis declaratoriam, & alteri conferri, provt tenent Rota *d. decis. 797. n. 4. p. 3. diuers.* Bursat. *cons. 14. n. 18. & seqq. lib. 1.* Flamin. *de resignat. lib. 1. quæst. 3. num. 2. & lib. 3. quæst. 1. num. 33.* Decian. *tract. crimin lib. 5. cap. 44. num 26.* Sanch. *in præcepta Decal. lib. 2. cap. 26. num. 121.* Ricciul. *d. cap. 19. num. 11.* Sanctarell. *d. cap. 33. num. 8.* Quamuis enim hæretici post sententiam hæresis declaratoriam non solum priuentur beneficiis, sed etiam fructibus perceptis à die commissi delicti, vt resoluunt Henriq. *in summa lib. 15. cap. 13. num. 52.* Molina *de iustit. tract. 2. disp. 86.* Ricciul. *d. cap. 19. num. 4.* Sanctarell. *d. cap. 33. num. 9.* ante tamen sententiam criminis declaratoriam non tenetur ad dimittendum beneficium, neque se spoliandum, vt aduertunt plures citati per Ricciul. *d. cap. 39. num. 12.* quibus adde Soar.

in

in tract. de Fide disput. 21. sect. 5. num. 19. & Sanctarel. *d. num 9.*

9 *Nisi continuò*, &c.] Notatur ad hoc quòd hæretici, qui post deprehensionem erroris continuò ad Fidem redeunt, errorem suum publicè arbitrio superioris abiurantes, & satisfactionem congruam exhibere parati, euadunt hæreticorum pœnas, adeò vt illis beneficia Ecclesiastica, quæ obtinent, relinquantur, & bona, si quæ sunt illis ablata, restituantur, vt docent *in præsenti*, Ioann. Andr. Butr. Anania, Panorm. & reliqui, Rebuff. *in praxi beneficiali tit. de modis amittendi beneficia sub num. 5. & 6.* Ricciul. *d. cap. 19. num. 20.* Et quòd pœnitens in crimine hæresis veniam obtinet, & eximitur à pœnis corporalibus, dicit Surd. *de alim. tit. 7 q 26. n. 20.* Spiritualem tamen pœnam non aufugere aduertit Menoch. *de arbitr. casu 372. n. 10.*

10 *Continuè.*] Dicitur continuò, & sponte redire ad effectum vt possit beneficia retinere, si errorem fateatur antequam fiat aliqua probatio contra ipsum, Abb. *hic num. 6.* Rebuff. *d. tit. de modis amittendi beneficia n. 12.* Ad alios verò effectus, nempe vt indulgeri ei possit maiori, vel minori imposita pœnitentia, quando dicatur in continenti, & sponte redire, consulendus est idem Abb. *in excommunicamus lib. 1. sub num. 10. hoc tit.* Simanch. *de Catholicis institut. tit. 47. n. 7.* Farinac. *de hæresi quæst. 93. §. 2.* quos refert Ricciul. *d. q. 19 n. 25.* aduertens *n. 25.* quòd si hæreticus redeat post sententiam, vel factas probationes, non poterit retinere beneficia, quæ obtinebat, nec alia obtinere, nisi ex Apost. dispensatione.

11 *Publicè.*] Igitur abiuratio hæresis fieri debet publicè, & in loco publico, vt docent *hic* Butr. *n. 6.* Socin. *num 8.* Anania *num. 12.* Direct. Inquis. *part. 3. n. 126. & 127.* vbi Penia *comment. 42.* Menoch. *d. casu 372. num. 1.* vbi *num. 2.* dicit hæreticum manifestum
12 hæresim manifestè abiurare debere. Ille verò, qui antequam sit accusatus, vel inquisitus, sponte ad inquisitores adit, suos errores confitetur, & paratus est sentire cum Romana Ecclesia, non debet in loco publico abiurare, vt aduertunt Locatus *in iudiciali Inquisit. verbo Ordinarios n. 2.* Rojas *sing. 13. n. 8. & in tract de hæreticis part. 2 num. 272.* Sicut nec debet publicè abiurare, qui de hæresi fuit leuiter suspectus Direct. Inquisit *part. 3. n. 161.* vbi Penna *comment. 40. vers. præterea differunt*, Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepiscopali c. 84. num 9.* Quamuis verò de hæresi leuiter suspectus, non debet in loco publico abiurare, attamen secretè, & coram paucis personis est cogendus facere abiurationem, ita Scaccia *de iud. causarum cap. 59. num. 10.* Simanch. *de Catholic. tit. 1. à n. 18.* quos refert, & sequitur Sanctarell. *d. tract. de hæresi c. 41. num. 4.* Cuius quidem abiurationis formulæ variæ sunt in iure, provt vniuscuiusque criminis natura postulat, vna præscribitur *in cap. Ego Berengarius, de consec. dist. 2.* quam retulit Eymer. *part. 2. pag. 181.* & aliam eiusdem Berengarij, Pennia *part. 2. comment. 24. fol. 26.* aliam Turrec. *lib. 3. de Ecclesia part. 2. c. 1.* aliam Castr. *de iusta hæretic. punit. l. 1. c. fin.* aliam Rojas *sing. 1.* alias referunt Zanchin. *de hæret. cap. 20. num. 2.* Cumen. *in Lucerna Inquisit. verbo abiuratio*, Brun. *lib. 3. de hæret. cap. 6.* Albertin. *de agnosc. assert. Cathol. q. 30. ex n. 60.*

13 *Ad arbitrium Episcopi.*] Illud verbum *arbitrium* refertur ad tempus abiurationis, vt sit sensus, ad arbitrium. Episcopi debere hæreticum, vel statim, vel post publicè abiurare; ita Menoch. *d. casu 372. n. 7.*

14 *Confestim.*] Iudicis arbitrio relinquitur, quando hæreticus dicatur incontinenter reuersus, vt per Menoch. *de arbitr. casu 373.* vide quæ dixi de hac dict. *in tract. de diction. vsufr. dict. 65.*

15 *In abiuratam hæresim recidisse.*] De relapsis, & qua pœna sint puniendi, vide Peniam *in direct. Inquisit. p. 3. comment. 38. n. 150.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo hæretici, §. 28.* Azor. *institut. moral p. 1. lib. 8. c. 14.* Locat. *verbo relapsi*, Menoch. *de arbitr. casu 374.* Sanctarell. *de hæresi cap. 42.* latè Torreblanc. *in tract. de Magia, lib. 3. de criminis punit. cap. 22. de relapsis*, apud quos dicuntur illi relapsi, qui ad hæresim iterum reuertuntur, postquam vt pœnitentes abiurarunt, vel post abiuratam hæresim non quidem relabuntur in eam, sed hæreticis fauent, illos defendunt, receptant, &c. vel qui post indictam purgationem iterum in hæresim reincidunt, vt apud proximè citatos videre licet, & præcipuè apud Sanctarell. qui plures casus adducit, in quibus hæretici in hæresim vel relapsi, vel non relapsi dicuntur.

Fugiens è carcere illo effracto dicitur relapsus, vi- 16
de Menoch. *de præsumpt. lib. 2. quæst. 89. n. 47.* Penia *in direct. Inquisit. p. 3. comment. 35. pag. 468.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo hæretici, §. 23.* Masquard. *de probat. concl. 820. num. 23.*

Pœnitentiam primi ordinis sibi iniunctam non se- 17
uans dicitur relapsus, vide Menoch. *consil. 82. num. 10. cum seqq.* Clar. *in pract. §. hæresis num. 11.* An Inquisitores Fidei sint iudices omnium causarum eorum, qui habitum gestant publicæ pœnitentiæ, vide Simanch. *de Catholicis institut. c. 47. num. 18.* Rojas *sing. 98.* Penia *in 3. p. 3. Directorij, schol. 144.* Cen. *ad Decretum collect. 34. num. 1.*

Sacræ Fidei Inquisitores aliquos Ecclesiæ reconci- 18
liant, eique ad certum tempus, vel ad vitam pœnitentiam iniungunt, & ideò paruulum quemdam saccum eorum humeris imponunt, qui cùm ab Episcopo olim pœnitentibus daretur, cœpit saccus benedictus vocari. Quare nunc saccus ab Inquisitoribus impositus, qui Hispanico sermone dici solet, *Sambenito*, id est, saccus benedictus, maximi apud Lusitanos, & Hispanos dedecoris est & ignominiæ, vide Peniam *in direct. Inquisit. p. 3. comment. 42. pag. 498.* Fr. Hieron. Roman. *lib. 5. de Repub. Christiana, c. 28.* Sebast. Couar. *de Orozco en el thesoro della lengua Castellana*, verbo *Sambenito.* Azor. *institut moral p. 1. l. 7. c. 32. quæst. 6. in fine*, Cened. *ad Decretal. collect. 103. num. 5.*

Seculari iudicio, &c.] Notatur ad hoc quòd hæ- 19
retici relapsi, etiamsi ad fidem conuertantur, Curiæ seculari traduntur, vt per Butr. *num. 1.* Panorm. *num. 1.* Hostiens. *num. 9.* Felin. *num. 2. in præsenti*, Clar. *§ hæresis num. 7.* Simanch. *de Catholicis tit 37. num. 10.* Bossius *tit. de hæreticis num. 19.* Menoch. *de arbitr. casu 374. n. 1.* Sanctarell. *d. tract. de hæreticis c. 42. num. 17.* vbi etiam rationem adducit, cur Ecclesia relapsos non recipiat, sed tradat brachio seculari. Si verò sponte redeant ad Ecclesiam, suúmque errorem coram Inquisitore, & sponte fateantur, eorum vitæ parcitur, ita Repertorium Inquisit. *verbo relapsus, vers. si tamen, & verbo misericordia, vers. ego tamen.* Castr. *de iusta hæreticorum punitione lib. 2. c. 2.* Locat. *in indic. Inquisit. verbo abiurare, num. 4.* Menoch. *consil. 82. num. 260.* Penia *in direct. Inquisit. p. 3. comment. 12. vers. sed quid si relapsus.* Paramus *de officio S. Inquisitionis lib. 3. quæst. 4. rubr. de forma, & ordine iudiciario, num. 12.* Illi verò dicuntur sponte ve- 20
nire, & comparere, qui indiciis non præuenti comparent coram Inquisitoribus; quando verò hæreticus relapsus timet, ne ab aliquibus apud Inquisit. accusetur, vel facile id præuidere potest, tunc non dicitur hîc sponte redire ad Ecclesiam, sed ex metu, & tunc relapsorum vitæ non parcitur, ex Paramo *in d. rubr. de forma, & ordine iudiciario n. 12.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 56. num. 12.* Sanctarell. *d. cap. 42. num. 18.*

In gloss. *Clerici.* Notatur ad hoc iuncto text. 21
quòd

quòd Capitulum. Sede vacante potest cognoscere de crimine hæresis, vt per Hostiens. *num.* 2. & 4. Henric. *num.* 4. Panorm. *num.* 1. Sylvest. *verbo hæresis* 2. *num.* 2. Molin. *de iustit. tract.* 5. *disp.* 28. *num.* 2. *in fine.* Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap.* 40. *num.* 4.

In gloss. *Prærogatiua*, ibi, *Clericus depositus non habet priuilegium clericale.* Notatur ad hoc, quod clericus 23 verbaliter depositus fruitur priuilegio Canonis si deferat habitum, & tonsuram, & instar clericorum viuat, vt per Abb. *hìc num.* 11. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 17. Tiraq. *in tract. cessante causa limit.* 15 *num.* 4. Henriq. *in summa lib.* 13. *cap.* 55. *num.* 3. Sanctarell. *d. tract. hæresi cap.* 26. *num.* 4. ita & eodem modo clericus verbaliter depositus fruitur priuilegio fori, nec enim potest conueniri 24 coram iudice seculari, nec capi, aut ab illo puniri, nisi tradatur Curiæ sæculari à iudice Ecclesiast. Marant. *de ordine iudiciario part.* 4. *distinct.* 11. *num.* 72. Borgas. *de irregul. par.* 6. *tit. de senten. depos. num.* 3. Clar. *in* §. *fin. quæst.* 36. *num.* 32. *cum seqq.* Menoch. *consil.* 789. *num.* 9. Gama *de Sacramentis præstandis vlt. supplicio damnatis quæst.* 5. *num.* 21. Pennia *in direct. Inquisit. par.* 3. *schol.* 49. *vers. postremò quamuis.* Crass. *de effectib cleric. effectu* 1. *num.* 824. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 8. *n.* 75. Bobadil. *in sua politica l.* 2. *cap.* 18. *num.* 38. Sanctarell. *d. c.* 26. *num.* 5. qui resoluunt clericum actualiter degradatum amittere vtrumque priuilegium.

In gloss. *Deprehensi*, ibi, *quia publicè prædicant hæresim.* Notatur ad hoc, quòd hæreticus probatur per fa- 25 cti euidentiam, vt quia publicè quis hæresim prædicet, ita direct. Inquisit. *par.* 1. *quæst.* 55. Marscard. *de probat. concl.* 860. *à princip.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 318. vbi resoluit manifestum hæreticum dici, qui dogma hæreticum publicè prædicat, & defendit.

In ead. gloss. ibi, *per testes aut sua confessione.* Notatur 26 ad hoc; quod deprehensus à iudice in delicto aliis testibus præsentibus facti euidentia conuincitur, vt per Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 21. *n.* 143. Aldret. *de religiosa discip. tuenda lib.* 2. *c.* 6. *n.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Bona hæreticorum confiscantur, & in terris Ecclesiæ applicantur fisco Ecclesiæ, in terris imperij iudicis secularis fisco.*
2 *Hæreticorum bona propter hæresim confiscantur.*
3 *Bona hæreticorum ipso iure confiscantur à die, quo inciderunt in hæresim, itaut non teneantur ante iudicis sententiam illa fisco offerre.*
4 *Hæreticus, antequam feratur sententia declaratoria contra eum, habet rerum suarum possessionem.*
5 *Vsusfructus commoditas propter vsufructuarij hæresim confiscatur.*
6 *Debita, & iura conditionalia, si descendant ex contractu, quamuis adimpleatur conditio post condemnationem, confiscantur propter hæresim secus si descendant ex vltima voluntate.*
7 *Emphyteusis quæ ad extraneos hæredes transit propter hæresim cum cæteris bonis emphyteutæ confiscatur.*
8 *Emphyteusis Ecclesiastica propter emphyteutæ hæresim confiscatur.*
9 *Regnum propter Regis hæresim per summum Pont. potest ab illo amoueri, & ad ipsum pertinet ius eligendi, si filij, cæteriquè proprinquiores hæretici sint.*
10 *Censui res obligatæ propter hæresim fisco deferuntur, reseruato tamen iure, quod in eis dominus census habet.*
11 *Bona futura, & acquisita hæretico post condemnationem confiscantur.*
12 *Peculium profectitium, quod pater in bonis filiorum habet, propter patris crimen non publicatur, sed filio reseruatur.*
13 *Aduentitiorum proprietas, ob paternum crimen, non publicatur, nec quoad proprietatem, quæ est filij, nec quoad vsumfructum viuente patre.*
14 *Aduentitiorum proprietas, etiam ob filij crimen non publicatur, sed manet apud patrem consolidata cum ipsorum vsufructu.*
15 *Castrensia, vel quasi filiorum ob paternum crimen non publicantur.*
16 *Castrense peculium, vel quasi non publicatur publicatis filiisfamilias bonis ob eius crimen, sed defertur patri in patriæ potestatis solatium.*
17 *Feuda non confiscantur in præiudicium domini recti.*
18 *Maioratus ob delictum possessoris, qui eius primus institutor non est, confiscari non potest.*
19 *Maioratus fructus vita hæretici possessoris durante non publicantur, sed statim cum ipso maioratu transeunt ad sequentem vocatum.*
20 *Maioratus in institutione clausula apposita, vt hora præcedente ante commissum delictum maioratus transeat in sequentem, valet.*
21 *Iuspatronatus per se principale, & distinctum non venit in confiscatione bonorum.*
22 *Dos vxoris Catholicæ nescientis quod vir esset hæreticus, quando cum eo nupsit, non confiscatur.*
23 *Crimen læsæ Maiestatis committentes quas pœnas incurrant, ostenditur.*
24 *Hæreticus per pœnitentiam non euadit pœnam confiscationis bonorum.*
25 *Filij etiam Catholici paterna hæreditate priuantur propter hæresim patris.*
26 *Filij etiam orthodoxi propter paternam hæresim legitima priuantur.*
27 *Alimentis priuantur filij propter paternam hæresim.*
28 *Dotem ex bonis parentis hæretici filiæ habere non possunt.*

Cap. Vrgentis. X. *Innocent. III.*

BOna hæreticorum publicantur, & confiscantur 1 & in tertis Ecclesiæ applicantur fisco Ecclesiæ, in terris Principum secularium, eorum fisco, ad quod si sint negligentes, possunt compelli à iudice censuris Ecclesiasticis, nec talia bona ampliùs reuertuntur ad prædictos hæreticos. Si tamen conuertantur, & abnegent consortium hæreticorum, si aliquis iudex voluerit, poterit misericorditer condonare. Item filij hæreticorum amittunt hæreditatem sicut in crimine læsæ maiestatis, ergo multo magis læsi Dei, præsertim quia in multis casibus pro parentibus temporaliter puniuntur secundùm ius Canonicum. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anch. Panormit. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontific. pag.* 75. Alagona *in compendio iuris Canonici. pag.* 645. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. habetur integra *lib.* 2. *registri Innoc. III. epistola* 1. & refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 4 *cap.* 1.

Collige ex text. confiscari hæreticorum bona propter hæresis crimen, vt notant *hìc* Ioan. Andr. Butr. *num.* 1. Henric. *num.* 3. Zabar. *num.* 1. Anania etiam *n.* 1. & 9. Clar. *in* §. *hæresis num.* 8. *ad finem, & num.* 13. & §. *fin. quæst.* 78. *n.* 27. Bonacos. *commun crimin. par.* 1. *verbo bona damnatorum, fol.* 17. & *part.* 2. *verbo confiscatio, fol.* 16. Cotta *in memorab. verbo confiscatio.* Viu. Soar. & alij *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 9. *tit.* 31. Petr. Greg. *syntagmatum iuris lib.* 33. *cap.* 9. *num.* 1. Mench. *de successionum progressu lib.* 1. §. 4. *num.* 166. Menoch. *remed.* 1.

recuper.

*recuper. num.*308. *& de arbitr. casu* 374. *num.*4. *& consil.* 185. *num.*8. *& cons.*289. *num.*10. Pereg. *de iure fisci l.*5 *tit.*1. *num.*166. Surd. *de alimentis tit.*8. *priuileg.*35. *& tit.*9. *quæst.*32. *& decis.*247. *à princip.* Francisc. Torreblanca *in epitome delictorum lib.*3. *cap.*12. *num.*7. Decian. *in tract. criminal. lib.*5. *cap.*57. *num.*23. *vers. tertia* D. Barbosa *in l.*1. *part.*4. *à num.*89. *ff. solut. matrimon.* Lessius *de iustit. lib.*2. *cap.*29. *num.*8. Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum lib.*5. *cap.*31. Sanch. *in præcepta Decal. cap.*19. Farinac. *in prax. crimin. p.*1. *q.*25. *n.*10. *&* 11. *& de hæresi quæst.*198. *n.*3. Sanctarel. *eodem tract cap.*20. *à princip.*

Quæ quidem bona hæreticorum ipso iure confiscantur à die, quo quis incidit in hæresim, & patet ex *cap. cum secundùm leges, de hæreticis in* 6. & notat *ibi* glos. *verbo ipso iure*, Clar. *§. hæresis, vers. item bona condemnatorum.* Anton. Gomez *tom.*3 *variar. cap.*2. *num.*1. Scaccia *in tract. de iudiciis causarum ciuilium, tom.*1. *cap.*98 *num.*20. Azor. *institut. moral. par.*1. *l.*8. *c.*12. *q.*1. Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap.*71. *num.*21. Non tamen ipsi hæretici, & alij, quorum bona ipso iure confiscantur ante iudicis sententiam, illa fisco offerre tenentur, vt docent Gomez *d. tom.*3. *cap. vlt. num.*3. Rojas *sing.*26. *num.*5. *&* 6. Couarr. *de sponsal. lib. part.*2. *c.*6. *§.*8. *num.*10. Simanch. *de Catholicis institut. tit.*9. *num.*157. *cum seqq.* Valentia 1. 2. *disput.*7 *quæst.*5. *puncto* 6. *q.*3. *vers. ea quæ deinde, &* 2.2 *disput.*1. *quæst.*11. *art.*3. Arag. 2.2. *quæst.*11. *art.*3. *§ his suppositis.* Vasquez 1.2. *disput.* 170. *cap.*3. Peregr. *de duello quæst.*7. *num.*14. Azor. *d. part.*1. *lib.*5. *cap.*7. *quæst.*1. *&* 3. *& lib.*8. *cap.*12. *quæst.*3. *cum seq.* Molin. *de iustit. tom.*1. *disput.*65. *vers. contrariam sententiam,* Soar. *de Fide disput.*22. *sect.*2. *n.*3. Sanch. *d. lib.*2. *cap.*22. *num.*7. Sanctarel. *d. cap.*21. *num.*2. nam antequam feratur sententia declaratoria contra hæreticum, habet ille rerum suarum possessionem, vt docent Surd. *de aliment. tit.*9. *quæst.*32. *num.*24. & alij, quos refert, & sequitur Ricciul. *d. lib.*5. *cap.*31. *num.*10. Quamuis hæreticos, & alios, quorum bona sunt ipso iure confiscata, teneri etiam ante latam sententiam ea tradere Fisco sentiant minus bene Anton. Gomez sibi ipsi contrarius *tom.*3. *variar. cap.*2. *num.*5. Nauar. *in manuali c* 23. *num.*67. Flamin. *de resignat l.*3. *quæst.*1. *num.*12. *&* 81. Lorca 1.2. *disp.*24. *de legibus num.*2. *§. vlt.* & alij ab eis citati.

Amplia primò principalem text. conclusionem in vsufructu, cuius commoditas propter vsufructuarij hæresim confiscatur, vide tamen Anton. Gomez *tom.*2. *variar. cap.*15. *num.*18. Lucan. *de priuil. fisci, p.*2 *princ. tit. de publicatione bonorum n.*2. Peregrin. *eodem tract. lib.*5. *tit.*1. *num.*73. *&* 116. Ioann. Garc. *de expensis, c.*10. *num.*47. Vasquez 1.2. *q.*96. *art.*5. *disp.*169. *cap.*1. *n.*10. Surd. *de alimentis tit* 8. *priuil.*59. *num.*22. *&* 23. Molin. *de iustit. tract.*2. *disp.*9. *vers. ex dictis facilius,* Sayr. *in claui Regia, lib.*9. *cap.*7. Farin. *in praxi crimin. q.*25. *num.*150. Sanch. *d. lib.*2. *cap.*16. *& num.*3.

Amplia secundò in debitis, & iuribus conditionalibus si descendant ex contractu, quamuis adimpleatur conditio post condemnationem, secus dicendum, si debita, & iura conditionalia descendant ex vltima voluntate, veluti si sint hæreditas, legata, aut fideicommissa conditionalia, quæ non publicantur, quando conditio exiat post condemnationem. Ita Menoch. *cons.*101. *num.*25. Quemad. *in suis quæst. fiscal. quæst.*10. Azeued. *l.*5. *num.*42. *&* 142. *tit.*10. *lib.*4. *nouæ recopil.* Peregrin. *de iure fisci, lib.*5. *tit.*1. *num.*132. Azor. *institut. moral. p.*1. *lib.*5. *cap.*7. *quæst.*8. Vasquez *d. cap.*1. *num.*7. Sanch. *d. lib.*2. *cap.*14. *num.*15. D. Barbosa *in l. si constante* 25. *§. fin. num.*4. *ff. soluto matrimon.* Farinac. *d. q.*6. *n.*25. *§.*143. *&* 144. *& in tractat. de hæresi q.*190. *§.*1. *num.*13.

Amplia tertiò in emphyteusi, quæ ad extraneos, hæredes transire potest non existente aliqua speciali prohibitione, quia publicatur cum cæteris emphyteutæ bonis, vide Ordin. Regiam Lusitan. *lib.*5. *tit.*1. *§.*2. Clar. *§. emphyteusis q.*29. *num. vnico, vers. tu dic.* Turzan. *tom.*2. *commun. opinion. lib.*9. *tit.*31. *num.*27. *pag.*554. Quemad. *in suis quæst. fiscalib. q.*11. Decian. *tract. crimin. lib.*5. *cap.*44. *n.*5. Didac. Cantera *in quæst. crimin. cap.*1. *num.*46. Vasquez *in* 2.2. *q.*96. *art.*5. *disp.* 169. *cap.*3. *num.*25. Azor. *instit. moral. part.*1. *lib.*8. *c.*12. *q.*11. Molina *de iustit. tract.*2. *disp.*481. *concl.*1. Farin. *d. q.*25. *num.*59. & remissiue *in tract. de hæresi, q.*190. § 4. *num.*63. Sanctar. *eod. tract. cap.*19. *num.*7. Sanch. *d. lib.*2. *cap.*19. *à num* 24. *& num.*26. resoluit quòd potest fiscus cogi ad instantiam domini directi, vt eam alienet, & transferat in personam, quæ non ita potens tótque priuilegiis gaudens sit, & *num.*27. tenet quòd si neget apud fiscum, tenetur fiscus integrum suum ius domino seruare, quòd habebat in emphyteusi dum à delinquente possidebatur.

Amplia quartò, in emphyteusi Ecclesiastica, scilicet, quæ accipitur ab Ecclesia, Xenodochiis, & locis piis, vt per Cassan. *in consuetud. Burgundiæ rubr.*2. *§.*2. *in princ. num.*10. Quemada *in suis quæst. fiscalibus q.*21. Simanch. *de Catholicis institut. tit.*9. *num.*103. Farinac. *d. q.*25 *num.*56. *vers. sed quod immò.* Azor. *d. p.*1. *lib.*8. *cap.*12. *quæst.*11. Sanch. *d. lib.*2. *cap.*19. *num.*29. *vbi num.*31. verius existimat dari optionem Ecclesiæ vt intra biennium deliberet, an malit reuocare quàm fiscum habere emphyteutam. Quamuis Ecclesiasticam emphyteusim non publicari teneant Clar. *§. emphyteusis quæst.*29. *num. vnic. vers. breuiter,* Bernard. *in pract c.*132. *n.*4. Molina *d. disp.*481. *concl.*2.

Amplia quintò in Rege hæretico, cuius regnum per summum Pontificem potest amoueri, & ad ipsum pertinet ius eligendi, si filij, & cæteri quoque propinquiores hæretici sint, vt per Azor. *instit. moral. par.*1. *lib.*8. *c.*12. *q.*17. *& c.*27. *q.*7.

Amplia sextò in rebus censui obligatis, quæ fisco deferuntur, reseruato tamen iure, quod in eis habet dominus census, vt per Didac. Quanter. *in quæst. crimin. c.*1. *q.*47. Sanch. *d. lib.*2. *c.*10. *n.*18. Farin. *in tract. de hæresi q.*190. *§.*1. *n.*18.

Limita primò in bonis futuris, & acquisitis ab hæretico post condemnationem, quæ in confiscationem minimè veniunt, vt per Baiard. ad Clar. *§ hæresis n.*39. Sanch. *d. lib.*2. *c.*14. *n.*7. *cum seqq.* Farin. *de hæresi q.*190. *§.*1. *num.*25.

Limita secundò in peculio profectitio, quod patet in bonis filiorum habet, quia ob patris crimen non publicatur, sed filio reseruatur, vide Cou. *l.*2. *var.c.*8. *n.*7. *vers. hinc apparet.* Duen. *reg.*275. *limit.*7. Menoch. *remed* 9. *recup. num.*73. Farin. *d. quæst.*15 *n.*16. Azeued. *l.*1. *num.*209. *tit.*3. *lib.*8. *nouæ recopil.* Peregr. *de iure fisci lib.*5. *tit.*1. *num.*126. Sanch. *d. lib.*2. *cap.*16. *à num.*20. Et etiam ob filij delictum non publicari tenent Menoch. *num.*97. Pereg. *num.*125. Farin. *num.*1. *dicto loco* Azeued. *d. l.*1. *num.*110. Clar. *d. quæst.*78. *num.*11. vbi Bajard. *num.*49. Ascan. *de patria potestate c.*6. *effect.* 2. *num.*37. Card. Pereira *in l. si curatorem, verbo lapsi num.*118. *& num.*152. *vers. sed in proposita specie.* Azor. *instit. moral. par.*1. *lib.*5. *c.*7. *q.*8. Lessi. *de iustit. lib.*2. *c.*4. *dub.*1. *num.*12. Sanch. *d. lib.*2. *c.*15. *à n.*16. Sanctarel. *de hæresi cap.*18. *num.*6.

Limita tertiò in proprietate aduentitiorum quæ ob paternum crimen non publicantur, nec quoad proprietatem, quæ est filij; nec quoad vsumfructum viuente patre, vide Azeuedo *d. l.*1. *n.*208. Quantera *d. l.*1. *n.*41. Sanch. *d. lib.*2. *c.*16. *n.*9. Azor. *instit. moral. part.*1. *lib.*8. *cap.*12. *q.*15. Farinac. *in tract. de hæresi quæst.*190. §.1.

§. 1. *num.* 27. Quam quidem aduentitiorum proprietatem etiam ob filij. mil. crimen non publicari, sed manere apud patrem consolidatam cum ipsorum vsufructu ad patrem pertinente, tenent Franc. Lucan. *in tract. de fiscor. part.* 2. *princip. tit. de publicat. bonorum num.* 3. Menoch. *remed.* 9. *recuper. num.* 66. Maranta *de ordine iudic. par.* 6. *actu fin. num.* 35. Peregr. *d. tit.* 1. *num.* 128. Ascan. *d. effectu* 2. *n.* 36. & 37. Mendez à Castro *in l. cùm oportet n.* 85. & 92. *C. de bonis quæ liberis*, Sanch. *d. lib.* 2 *cap.* 15 *num.* 9. Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap.* 18. *num.* 3.

Limita quartò in castrensi, vel quasi filiorum, quod
15 ob paternum crimen non publicatur cùm sit filij, vide Azeuedo *d. l.* 1. *num.* 207. Quantera *in suis quæstion. criminal. tit. de quæst. tangentibus punitionem delictorum cap.* 1. *num.* 34. Sanchez *d. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 1. Vasquez
16 1. 2. *disput.* 169. *cap.* 1. *num.* 10. Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap.* 18. *num.* 8. Et publicatis filijsfamil. bonis ob eius crimen peculium castrense, vel quasi non publicari, sed deferri patri in patriæ potestatis solatium, tenent Menoch. *d. remed.* 70 Clar. *d. quæst.* 78. *num.* 13. Honded. *concil.* 93 *num.* 37. *volum.* 1. Emman. Soarez de Ribeira *in addit. ad Anton. Gomez tom.* 2. *vari. cap.* 15. *lit. D*, Costa *in* §. *cum in bello verbo patris num.* 11. Ascani. *d. effectu* 2. *num.* 37. Peregr. *de iure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 124. Mascard. *de probat conclus.* 1158. *num.* 10. Mendez à Castro *in d. l. cùm oportet num.* 84. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 23. *num.* 15. & 13. plures refert, & sequitur Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 15. *à num.* 4. & nouissimè Sanctarel. *d. tract. de hæresi c.* 19. *num.* 1. Quamuis hoc peculium posse confiscari tueantur Anton. Gom. *d. num.* 15. *ad finem.* Quanteta *d. cap.* 1. *num.* 40. Peregr. *d. tit.* 1. *n.* 130. Azeued. *d. l.* 1. *n.* 210. Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo laesis num.* 112. *vers. sed in oppositum.* Azor. *d. par.* 1. *lib.* 5. *cap.* 7. *quæst.* 8. & *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 22. *q.* 8. Soar. de Fide. *disp.* 22. *sect.* 5. *num.* 9.

17 Limita quintò in feudis, quæ non confiscantur in præiudicium domini directi, vide Simanch. *de Catholicis institit. tit.* 9. *num.* 20. Guilelm. *in c. Raynutius, verbo & vxorem num.* 244. Viuian. *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 81. *num. vers. cæterum.* Quantera *d. cap.* 1. *n.* 19. Penna *ad direct. Inquisit par.* 3. *q.* 112. *comment.* 161 *vers. quid si clericus bona feudalia habeat.* Menoch. *cons.* 304. *num.* 13. Azor. *d par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 12. *q.* 10. Farin. *in praxi crimin. q.* 25. *à num.* 62. & nouissimè *in tract. de hæresi. q.* 190. §. 4. *à num.* 59.

18 Limita sexto in maioratu, qui ob delictum possessoris, qui eius primus institutor non est, confiscari non potest, vt per Simanch. *d. tit.* 9. *à n.* 252. Quantera *d. cap* 1. *à num.* 51. Azor. *d part.* 1. *lib.* 8. *cap.* 12. *quæst.* 13. Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 18. Nec etiam ipsius maioratus fru-
19 ctus vita possessoris durante publicantur, sed statim cum ipso maioratu transeunt ad sequentem vocatum. Ita Clar. § *fin quæst.* 78. *n.* 10. Gabr. *lib.* 7. *commun. tit. de criminal. concl.* 24. *num.* 3. Menoch. *cons.* 104. *n.* 42. Farin. *d. q.* 25. *num.* 35. Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 15. nouissimè Mendez à Castro *in praxi Lusitana lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 11. Contrariam tamen opinionem, immo fructuum commoditates ad fiscum durante possessoris vita pertinere, tenent Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 9 *& lib* 4. *cap. fin. num.* 11. Bajar. *ad Clar. d. quæst.* 78. *num.* 29. Peregrin. *de iure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 101. Sayr. *in claui Regia lib.* 9. *cap.* 7. *num.* 7. *in fin.* Molina *de iustitia tract.* 2. *disp.* 470. *vers. id praterea. & disp.* 656. *num.* 6. Si tamen maioratus habeat clausulam in institutione, vt hora præcedente ante commis-
20 sum delictum maioratus transeat in sequentem, valet huiusmodi institutio, nec dicitur clausula hæc apposita in fraudem fisci, licèt in vita delinquentis priuetur commoditate, ex Bald. *in l. parentes num.* 1. *C. de testib.* Telli. *l.* 27. Taurt. *à num.* 18. Molina. *de primogen. lib.* 2. *c.* 12. *num.* 56. & *l.* 4. *cap. vlt. n.* 16. Gregor. *l.* 6. *verbo que la no pudiese tit.* 11. *part.* 6. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *q.* 224. *n.* 50. & *cons.* 91. *n.* 6. Pereg. *de iure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *n.* 103. Gutier. *pract. l.* 2. *q.* 66. D. Barbosa *in l. si ab hostibus* §. *fin. n.* 21. *ff. soluto matrimon.* Cabedo *par.* 2. *Lusitan decis.* 96. *n.* 3. Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *c.* 30. *n.* 4. & *cap.* 18. *num.* 25.

21 Limita septimò in iurepatronatus personali, & de per se principali & distincto, quod non includitur in confiscatione bonorum, nec de per se iudex laicus poterit illud confiscare ex defectu iurisdictionis, & incapacitate, sed remanebit penes delinquentem, donec per iudicem Ecclesiasticum priuetur tanquam indignus, de quo vide Roch. *d. iurepatron. verbo ipse, vel is quæst.* 29. *num.* 69. Clar. §. *fin. quæst.* 78. *num.* 8. Guillelm. *in cap. Rainutius verbo & vxorem decis.* 5. *num.* 280. Simanch. *de cathol. tit.* 46. *num.* 63. Rojas *sing.* 117. *num.* 4. Molina *de primogen. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 6. Costa *in c. si pater verbo Trebellianicæ num* 7. Perez *ad l.* 1. *verbo si el que fuere quæst.* 8. *tit.* 6. *l.* 1. *Ordin.* plures Doctores refert Cened. *ad Decretal. collect.* 5. *num.* 3. quibus adde Viuium *tom.* 2. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 31. *n.* 2. Quanieram *d. cap.* 1. *num.* 49. & 50. Spino *in speculo testam. gloss.* 4. *princip. num.* 115. D. Sahagun *in cap. quanto, supra de iudic. num.* 2. *cum seqq.* Surd. *de alim. tit.* 9. *quæst.* 22. *num.* 28. Decian *tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 24. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 12. *q.* 9. Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst.* 25. *num.* 151. & *in tract. de hæresi q.* 190. §. 1. *n.* 24. Anton. Ricciul. *d. lib.* 5. *cap.* 34. Sanctarell. *de xæresi cap.* 19. *à num.* 1. multos citat Sanch *in præcepta Decalog. lib.* 2. *cap.* 19. *à princ.* alios congerit Nicol. Garc. *de benefic. part.* 5. *cap.* 9. *n.* 25. *cum sequentibus.*

22 Limita octauò in dote vxoris Catholicæ nescientis quòd vir esset hæreticus, quando cum eo nupsit, quæ non confiscatur propter mariti hæresim. Vide Simanch. *de Catholicis institit. tit.* 9. *num.* 66. Quanteram *d. cap.* 1. *num.* 22. *vers. aut contraxit ignoranter, & n* 24. *vers. aut mulier ignorabat maritum.* Decian. *d. lib.* 5. *c.* 45. *num* 10. Soar. *de Fide disp.* 21. *sect.* 6. *num.* 8. Vasq. 1. 2. *disp.* 169. *cap.* 2. *num.* 13. Sanctarell. *de hæresi cap.* 9. *num.* 10. *cum seqq.* Sanch. *d l.* 2. *cap.* 17. *à num.* 3. Farin. *d. quæst.* 25. *à n.* 111. & nouissimè *in tract. de hæresi q.* 190. §. 3. *num.* 43. vbi *num.* 44. *cum seqq.* ampliat ad bona paraphernalia vxoris, ad donationem propter nuptias, ad quæsita ab vxore constante matrimonio, & ad res donatas vxori à consanguineis viri, nisi expressè fuerit tempore donationis dictum, quòd donatur vt marito acquiratur.

Reis læsæ maiestatis, &c.] De pœnis illorum, qui 23
committunt crimen læsæ maiestatis plures Doctores agentes refert parens meus *in comment. ad Ordin. Regiam Lusitan. lib.* 5. *tit.* 6. §. 9. *num.* 2. Et quòd sint capite puniendi, constituit eadem Ordin. ibi, *que morra morte natural.* desumpta ex *l. quisquis, in princip. C. ad legem Iuliam Maiest.* ibi *gladio feriatur*, & ex § *publica autem Instit. de puplicis iudic.* Decian. *tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 39. Bernard. Muscatel *in pract. crimin. tit. de crimine læsæ maiestatis humanæ à num* 35.

Nisi eis ad cor reuertentibus, &c.] Notatur ad hoc 24
quòd hæreticus per pœnitentiam non euadit pœnam confiscationis bonorum, vt per Felin. *hìc not.* 2. Brun. *de hæret. lib.* 5. *cap.* 6. *in fine* Rojas *eod. tract. p.* 1. *num.* 118. Simanch. *de Cathol. instit. tit.* 42. *n.* 17. *in fine*, Sanch. *in præcepta Decalogi l.* 2. *cap.* 14. *n.* 12. nihilominus tamen Principes siue Ecclesiastici, siue temporales, quibus bona per confiscationem sunt acquisita, ex misericor-

dia hæretico pœnitenti bona confiscata condonare possunt vt habet text. *in præsenti*, & gloss. *hîc verbo misereri*, notant Anch. atque Abb. *n. 2. in 3. not.* Felin. *sub n. 2. ibidem, n. 3.* ex generali consuetudine totius Italiæ receptum esse vt hæretico ad cor reuertenti bona confiscata condonentur, scribunt Paris. *cons. 2. n. 185. lib. 4.* Rebuff. *de pacificis possess. num. 196.* Clar. *§. hæresis, sub num. 7.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. tit. 44. num. 10.* Surd. *cons. 386. n. 16.* Farin. *de hæresi quæst. 190. n. 144.* latè Anton. Ricciul. *d. l. 5. c. 42. à princip.* vbi *n. 16.* post gloss. *hîc, verbo ad audientiam*, aduertit quòd relapsus quamuis in concernentibus animam admittatur ad pœnitentiam, tamen vbi traditur seculari, non remittitur illi confiscatio bonorum.

25 *Exhæredatio filiorum*, &c.] Notatur ad hoc quòd ob paternam hæresim filij etiam Catholici paterna hæreditate priuantur. Vide Couarr. *lib. 1 var. cap. 8. num. 2. vers. primum an ob crimen*, Clar. *§. hæresis num. 12. vers. & scias*, Simanch. *de Catholicis inst. tit. 9. à n. 4. & tit. 29. à num. 1.* Menoch. *de arbitr. casu 546. n. 11.* Rojas *in hæret. part. 2. num. 191. & sing. 64.* Didac. Quantera *in quæst. criminal. rub. de hæreticis cap. 1. num. 20.* Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 45. à num. 2.* Iacob. de Graffiis *in decis. aureis lib. 2. cap. 11. num. 51. & segq.* Farinac. *in praxi crimin. quæst. 24. num. 54.* & nouissimè *de hæresi quæst. 191. à num. 1.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 27.*

26 Amplia primò vt filij propter paternam hæresim etiam orthodoxi priuantur legitima, vide Griland. *in tract. de hæreticis quæst. 4. num. 1. & 2.* Iacob. de Graffiis *d. cap. 11. num. 9.* Decian. *d. cap. 46. num. 3. vers. & amplia.* Quemada *quæst. 24. num. 2.* Farin. *d. quæst. 24. num 44. & 45. & d. quæst. 191. num. 2.* Sanch. *d. l. 2. c. 16. à num. 26.*

27 Amplia secundò vt sicut filij propter paternam hæresim priuantur legitima, eadem ratione priuantur etiam alimentis, vide Laram *in l. si quis à liberis §. si mater num. 16. ff. de liberis agnosc.* Bacc. *de non meliorandis filiabus cap. 15. à n. 25.* Peniam *in direct. Inquisit. part. 2. commento 9.* Quantera *in quæst. crimin. rubr. de hæresi cap. 1. num. 54.* Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 45. n. 3. vers. amplia.* Peregr. *de iure fisci lib. 5. tit. 1. à num. 34.* Molina *de iustit. tract. 2. disp. 167. vers. obserua*, D. Barbos. *in l. 1. part. 4. num. 84. & 85. ff. soluto matrim.* Sanch. *d. lib. 2. cap. 16 à n. 25. & c. 27 n. 16.* Rebello *de oblig. iustitiæ part. 2. l. b. 5. quæst. 4. num 33.* Farin. *in tract. de hæresi q. 191. n. 5. & 6.* Chald. Pereira *in comment. ad l. vnicam C. ex delictis. par. 5. n. 10.*

28 Amplia tertiò, vt patre hæretico existente filiæ fœminæ ex eius bonis, nec etiam dotem consequi debent, vide Simanch. *de Catholicis institut. tit. 9. num. 23. & 24.* Peregrin. *d. lib. 5. tit. 1. num. 76.* Surd. *de alimentis tit. 6. quæst. 31. num. 16.* Quemada *quæst 24.* Quantera *d. c. 1. sub n. 20.* D. Barbos. *d. part. 4. n. 83. & 85.* Chald. Pereira *d. part. 5. n. 10.* Farin. *d. quæst. 191. n. 8.* Ignat. del Villar. *in Sylua respons. l. 1. resp. 12. num. 11. & 54.* Rebello *d. quæst. 4. num. 32.* vbi resoluit fiscum non teneri filiabus hæretici dotes præstare, sed potius dotes ab hæretico post lapsum in hæresim datas repeti per fiscum, etiamsi filiæ dotandæ natæ sint ante commissum hæresis crimen, quod etiam resoluunt post multos à se relatos Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 16. num. 25.* & Ricciul. *lib. 5. cap. 40.*

SVMMARIVM.

1 *Aduocati, vel notarij hæretici, aut eorum defensoribus fauentes, seu litigantibus sub eis patrocinantes, & pro illis instrumenta scribentes, infames sunt, & ab illo officio suspensi.*

2 *Expressum specialiter plus roboris habet, quàm quod generaliter.*

3 *Aduocati infames fiunt si præstent auxilium, consilium, hæreticis, & eorum fautoribus, &c.*

4 *Aduocati non in causa hæresis, sed in alia causa criminali pro hæretico aduocantes, an huius textis pœnam incurrant, ostenditur.*

5 *Aduocati, & procuratores dari debent quando dubitatur an sit aliquis hæreticus, & an id, de quo inquiritur, sit hæresis.*

6 *Bona defensorum, & fautorum hæreticorum, ac credentium, &c. ipso iure confiscantur.*

CAP. Si aduersus. XI.

ADuocati, & notarij, qui hæreticis, & eorum fautoribus in aliquo auxiliantur, consilium dant, vel fauorem, aut patrocinium præbent, in causis, vel factis, seu aliis sub examine prædictorum, aut si attentent facere scripta, vel instrumenta publica pro ipsis, siquam, hoc præsumpserint, sunt suspensi ab officio, & subiacent perpetuæ infamiæ. Colligunt ex Ostien. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marin. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 75.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag. 646.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* tefertur ab Ant. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 4. c. 2.*

Quia plus, &c.] Notatur ad hoc, quòd plus roboris habet quod specialiter est expressum, quàm quod generaliter, vt per Tiraquell. *de iure mariti gloss. 7. n. 124.*

Vbis aduocatis, &c.] Notatur ad hoc, quòd Aduocati infames fiunt, si præstent auxilium, consilium fauorem, & patrocinium, non solùm hæreticis, sed etiam eorum fautoribus, defensoribus, & credentibus, siúntque inhabiles ad officium exercendum, vt notant omnes *in præsenti*, teste Sanctarel. *in tract. de hæresi cap. 12. n. 21. in fine.* Item excommunicati fiunt in constitut. Martini V. quam refert Penia *inter litteras Apost.* & docent Carer. *de hæreticis, num. 114.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. cap. 20.* Vgol. *in Bulla Cœnæ, verbo fautores, in clausula 1. in princip. num. 6.* vbi ait esse excommunicatos in Bulla Cœnæ, quod etiam dicit Iacob. de Graffiis *decis. aureis l. 5. c. 18. n. 39.* Vtrùm autem Aduocati huiusmodi prædictas pœnas incurrant si patrocinium præstent pro hæreticis, eorúmque credentibus, &c. non in causa hæresis, sed in aliis delictis, & causis? affirmatiuè respondent Host. *n. 1. & 2.* Zabarel. *n. 3.* & Henric. *n. 8. in præsenti.* Carrer. *de hæreticis n. 119.* Angelus *in summa, verbo hæreticus n. 20.* Alij verò dicunt non esse defensorem hæreticorum itaut propterea incurratur excommunicatio Bullæ Cœnæ, per eum, qui defendit hæreticum, non in causa hæresis, sed in alia causa criminali, ita Syluest. *verbo hæreticus 1. n. 10.* Tolet. *lib. 1. c. 19. n. 7.* quos refert, & sequitur Sanctarel. *d. c. 11. n. 13.*

Intellige tamen principalem conclusionem procedere, quando constat inquisitum esse hæreticum, non quando dubitatur, an sit hæreticus, seu an id, de quo inquititur, sit hæresis, debent dari Aduocati, & procuratores, possúntque illi absque aliquo pœnæ incursu talem de hæresi delatum, seu accusatum excusando defendere, Clar. *in §. hæresis num. 17.* Simanch. *de Catholicis tit. 12. num. 4.* Afflict. *in constitut. Regni de hæreticis rubr. 1. n. 94.* Penia *in 3. part. direct. Inquisit. comm. 36. num. 139.* bene Zerola *in prax. Episcop. part. 1. verbo hæretici §. 15.* Sanctarel. *d. c. 11. n. 24.*

In gloss. *Auxilium*, ibi, *cùm non solùm bona debeant confiscari*, &c. Notatur ad hoc, quòd bona defensorum; & fautorum hæreticorum, ac credentium,

&c

& receptatorum ipso iure confiscantur, vt per Host. *hic n.1.* Dec. *in tract.crimin.lib.5.cap.51. num.79.* Sanctarell. *d.cap.11.num.28.in medio.*

SVMMARIVM.

1 *Laici non debent prædicare, nec occulta conuenticula facere, nec Sacerdotes reprehendere.*
2 *Conuenticula occulta faciens habet præsumptionem contra se.*
3 *Prædicationis officium laici assumere non debent.*
4 *Prædicandi officium, an requirat Ordinem sacerdotalem, an verò sufficiat aliquis ex sacris vel minoribus, ostenditur.*
5 *Episcopus habet fundatam intentionem vt ad eum spectet collatio beneficiorum in sua diœcesi existentium.*

Cap. Cùm ex iniuncto. XII.

1 LAici, qui celebrant occulta conuenticula, vel officium prædicationis Christi sibi vsurpant, seu eludunt simplicitatem Sacerdotum, aspernantes eorum consortium, reprehensione digni sunt, quia Christus lux odit tenebras, & iussit prædicari omni creaturæ in lumine, & super tecta. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect Zabar. Ioan.Andr.Ananiæ,Host,Butr. Anch. Panor.Felin.Mar. Socin.Viu. *in ration.lib.5. iuris Pontific pag.76.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.646.*remissiuè Ximen. *in conc. p.1.& 2.* extat integra *lib.2. registr.* Innocent.III. & refertur ab Anton. August *collect.3.Decretal.lib.5.tit.4.cap.3.*

2 *Occulta conuenticula.*] Vnde contra eos, præsumitur, Tiraq. *de retract.tit.2.in præfat.num.13.& 14.& de pœnis temp c.11.num.11.cum seqq.*

3 *Officium prædicationis Christi sibi vsurpant.*]Ergo laici prædicatoris officium assumere non possunt; verùm, qui sacerdotio, aut aliis duobus sacris Ordinibus insignitus non esset, vtrùm assumi,vt prædicet, necne,possit,dubitatum fuit; & Nauar. *cons.2.de tempor.ordin. in antiq.* aliàs *cons.7. sub tit. de Officio Ordinarij in nouis*, tuetur affirmatiuam partem, respondens text. dicenti, ne aliquis præter sacerdotes Domini audeat prædicare, *in c.adiiciamus,16.q.1.*vt procedat in eo,qui propria.& ordinaria auctoritate prædicare præsumit,qualem quidem auctoritatem habent curati. Mihi tamen non exilis de hac Nauarri sententia videtur dubitatio, si veritate fulcitur,quod tradit Henriq *in summa lib.7. cap.28.§ 8.in text.& comment.* quòd Paul.III.Societati Iesu indulserit, vt ipsius Regulares valeant prædicare, licet sacris initiati non sint, nisi enim ius contradiceret, incassum particulari priuilegio Paul. III. Iesuitis concessisset.

Tam institutio,&c.]Notatur ad hoc,quòd Episcopus habet fundatam intentionem, vt ad eum spectet collatio beneficiorum existentium in sua diœcesi, vt per Ioseph. Ludou. *tom.3. comm. opin. tit. de beneficiorum collatione,concl.vnic.in prine.*Flamin.*de resig.l.7.q.14.n.2. cum seqq.* Chald. Pereira *de potestate eligendi c.6.n.14.*

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hunc text. scribentes.*
2 *Hæreticus puræ mentalis non incurrit pœnas in hoc text. comminatas.*
3 *Iudex secularis in causa hæresis est merus executor.*
4 *Hæretici qualiter per publicas, & supremas potestates sint puniendi, remittuè.*
5 *Inquisitores & alij iudices Ecclesiastici tradentes rerum Curiæ seculari nullam incurrunt irregularitatem, etiamsi reus mortis pœna afficiatur.*
6 *Clericus hæreticus prius degradatur, & iudici seculari postea traditur animaduersione debita puriendus.*
7 *Bona clerici hæretici, quæ ex Ecclesia,vel eius respectu acquisiuit, eidem Ecclesiæ restituenda sunt.*
8 *Patrimonialia bona confiscata propter crimen hæresis sunt applicanda fisco Ecclesiæ Episcop.*
9 *Inuentus ille dicitur in delicto, contra quem maleficium probatur.*
10 *Hæreticus ipso iure est censendus ille, qui propter causam ad fidem spectantem est excommunicatus,& per annum in tali excommunicatione permansit.*
11 *Excommunicatus ex alio delicto propter hæresim, & per annum in excommunicatione permanens, non est habendus, nec condemnandus tanquam hæreticus, sed tanquam suspectus de hæresi.*
12 *Inquisitores contra hæreticam prauitatem possunt procedere, & inquirere contra persistentem in excommunicatione per annum.*
13 *Insordescens in excommunicatione ad effectum, vt suspectus habeatur de hæresi, quæ requirantur ostenditur, & num.14.*
15 *Annus, quo quis ob peccatum hæresis permansit in excommunicatione, debet esse continuatus.*
16 *Verba*, ex tunc veteri hæretici, *&c. sunt latæ sententiæ.*
17 *Filij hæreticorum, quorum statuæ combustæ fuerunt, an incidant in pœnas, ac si parentes verè ob hæresim combusti essent, ostenditur.*
18 *Iudex, qui negligit facere iustitiam excommunicatur.*
19 *Iudex ex negligentia malè iudicans facit litem suam.*
20 *Credentes hæreticorum qui dicantur, ostenditur.*
21 *Credentes hæreticorum excommunicantur, incurruntque pœnas in iure statutas contra hæreticos,& in excommunicatione per annum permanentes ipso iure sunt infames, & priuandi omni officio, & beneficio Ecclesiastico.*
22 *Receptatores hæreticorum, qui dicantur, remittuè.*
23 *Fautores hæreticorum qui dicantur, ostenditur.*
24 *Hæretici eorúmque fautores sunt infames.*
25 *Hæretici publica officia obire non possunt.*
26 *Hæretici non possunt creari defensores ciuitatum, nec vocari ad consilia, nec esse milites, aut Aduocati.*
27 *Hæretici, eorúmque fautores, defensores,&c. repelluntur à testimonio.*
28 *Hæreticus testari non potest.*
29 *Testamentum hæretici & qualibet alia dispositio,etiam ad pias causas, est nulla.*
30 *Testari non potest hæreticus, siue post siue ante sententiam declaratoriam criminis, etiam inter liberos orthodoxos.*
31 *Hæreticus cuiuscunque successionis est incapax, siue successio illi deferatur iure communi, siue militari, aut fideicommissi, vel per viam contractus inter viuos, & num.32.*
33 *Hæreticus reconciliatus nanciscitur vtramque testamenti factionem.*
34 *Alimentorum legati capax est hæreticus, quamuis cæterorum relictorum sit incapax.*
35 *Hæretici non possunt esse iudices & processus coram eis agitati ac sententiæ per ipsos latæ sunt ipso iure nullæ.*
36 *Sententia lata ab excommunicato est nulla.*
37 *Instrumenta per notarium hæreticum confecta nullius sunt momenti.*
38 *Delicta nonnuquam dignitate augentur.*
39 *Sepultura Ecclesiast. priuantur hæretici.*
48 *Prædicandi officium nullus potest sibi assumere sine superioris licentia.*

41 *Episcopus volens prædicare in aliena diœcesi tenetur obtinere licentiam ab Episcopo illius diœcesis.*

42 *Sæcularis, vel regularis clericus prædicare volens qualiter teneatur ab Episcopo licentiam obtinere, ostenditur.*

43 *Regulares in Ecclesiis suorum ordinum prædicantes non obtenta Episcopi licentia, non ab eo, sed à suis superioribus puniri debent.*

44 *Episcopus non potest excommunicare regulares prædicantes sine eius licentia.*

45 *Hæresis crimine proceditur per inquisitionem nulla præcedente infamia, aut diffamatione.*

46 *Testes duo fide digni & omni exceptione maiores sufficiunt ad convincendum hæreticum.*

Cap. Excommunicamus. *j.* XIII.

1 HÆretici omnes quocunque nomine dicantur excommunicationi subiacent. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anch. Panorm. Felin. Marin. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 77.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag. 646.* remissiuè Ximen. *in conc. p. 1. & 2.* desumitur ex Concil. generali Lateranen. sub Innocent. III. *cap. 3.* & refertur ab Anton. Augustt. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 4. cap. 1.*

2 Excommunicatio comminata in hoc text. & in prima clausula Bullæ in Cœna Domini contra quoscunque Hæreticos, Apostatas, & Schismaticos non comprehendit hæreticum purè mentalem, seu per occultum, qui mente solùm est hæreticus, nec vllis signis hæresim internam manifestauit, ac proinde alias pœnas contra hæreticos impositas non incurrit, ita plures, quos refert Cened. *ad Decretal. collect. 103. num. 2.* quibus adde Azor. *instit. moral. part. 1. l. b 5. cap. 10. & lib. 8. cap. 10. quæst. 3. cum tribus seqq. & cap. 19. quæst. 4.* Vasquez *part. 2. disput. 160. num. 20.* Ludouic. Carbon. *de legibus lib. 8. disp. 14.* Salas *eod. tract. disput. 19. sect. 1.* Valent. *2. 2. disput. 7. quæst. 5. punct. 7. & quæst. 11. punct. 3.* Becan. *de Fide cap. 15 quæst. 1. num. 2.* Turrian. *eod. tractat. disput. 56. dub. 2.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 4. num. 20.* Aulla *eodem tract. part. 1. dub 10. conclus. 1. & part. 7. disput. 2. dub. 1.* Soar. *tom. 5. disp. 21. sect. 2. num. 1. & disp 4. sect. 2. num. 1. & in tract. de legibus lib. 3. cap. 13 & lib. 4. cap. 12. & in tract de Fide disp 21. sect. 2. num. 4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 17. quæst. 5. num. 58.* Nicol. Garcia *de beneficiis part. 11. cap. 10. num. 91.* Sanch. *in præcepta Decal. lib. 2. cap. 8. num 2. & 3.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure person. lib. 5. cap. 10. num. 13.* Farinac. *de hæresi quæst. 192. num. 6.* Sanctarell. *eodem tract. cap. 3. num. 5.* vbi *n. 6.* citat, & reprobat plures contrarium tenentes, videlicet hæreticos mentales, seu per se occultos esse excommunicatos, & Ecclesiam habere iurisdictionem in actus purè internos, possèque illos punire per excommunicationem, ex quorum numero sunt multi Iurisperiti, vide Tiraquell. *in l. si vnquam, verbo reuertatur numero 240.* Ceual. *quæst 698.* Azeued. *l. 1. num. 151. & seq. tit. 3. l. 8 nouæ recopil.* Spin. *in Speculo testamen. gloss. 7. à num. 13.* Menoch. *de arbitr. casu 360. num. 6. & 7.* & alij plures ab ipsis relati.

§. Damnati.

3 Damnati de hæresi tradi debent brachio seculari debita pœna puniendi, quorum bona, si sunt laici, confiscantur, si clerici, applicantur Ecclesiis, à quibus stipendia receperunt. Colligunt Doctores *in principio text.* citati.

Secularibus potestatibus, &c.] Nota, quòd iudex secularis in causa hæresis meros executor est, nec de processu, nec de sententia, aut mandato Inquisitoris, nec de crimine hæresis, propter quod ei remittitur puniendus, cognoscere potest, etiamsi mortis pœna imponenda sit, de quo vide Lucern. Inquisit. *in verbo executio contra damnatos*, Gondis. Villadiego *de hæret. quæst. 19. vers. an iudex secularis*, Ioan. Rojas *de priuileg. Inquis. num. 450.* Simanch. *de Cathol. institut. cap. 36. ex num. 4.* Zanchin. *de hæret. cap. 8. in lit. A.* Penia *in direct. Inquisit. part. 3. schol. 99. vers. ex hoc asserunt*, plures DD. refert Cened. *ad Decretal. collect. 55. num. 2.* quibus adde Soar. de Pace *in pract. tom. 2 prælud. 2. n. 60.* Curia Philipp. *part. 3. §. 3. num. 19.* Ludou. Mitand. *de ordine iudiciario q. 1. art. 5. concl. 5.* Mendes à Castro *in praxi Lusitana lib. 2. c. 1. num. 26.* Farinac. *in tract. de hæresi q. 186. num. 162.*

Animaduersione debito puniendi.] Qualiter autem hæretici per publicas, & supremas potestates sint puniendi, & an pœna mortis afficiendi, dicam ad gloss. *verbo puniendi, in cap. excommunicamus 15. infra hoc tit.*

Hinc nota Inquisitores, & alios iudices Ecclesiasticos tradentes reum iudici seculari nullam incurrere irregularitatem, quamuis reus pœna mortis afficiatur, vt docent Simanch. *de Cathol. instit. c. 34. n. 38.* Felician. *de censur. tit. de irregular. cap. de secunda specie irregularitatis, quæ contrahitur extra bellum, vers. Inquisitor tradens,* Viuald. *in candelab. aureo tit. de irregul ex homicid. var. num. 246.* Pen. *in direct. Inquis. part. 2. commento 20. ex pag. 131.* Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 2. n. 9.* Couarr. *in Clement. si furiosus part. 2. §. 5 num. 6.* Penia *ad direct. Inquisit. part. 2. comment. 20.* Perez *l. 3. vers. sed dubium occurrit, tit. 4. l. 8. Ordin.* Azeued. *ad Curiam Philippicam lib. 2. c. 21. n. 1.* Aulla *de censur. part. 7. disp. 5. sect. 2. dub. 2.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo hæretici §. 12.* Sanctarell. *in tract. de hæresi cap. 16. num. 7.* vbi *num. 8.* cum Penia, Aulla, Henriq. tenet Inquisitores nullam irregularitatem incurrere, etiamsi non præmittant protestationem, & instent pro sententiæ executione, iudex secularis illam differat.

Prius à suis Ordinibus degradatis.] Notatur ad hoc, quòd clericus hæreticus ptius degradatur, & iudici seculari postea traditur animaduersione debita puniendus, vt per Cened. *d. collect. 55. num. 5.* & plures citatos à Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap. 26. num. 1.* vbi *num. 2.* ait clericos in minoribus Ordinibus constitutos degradari tantùm verbaliter, & non realiter, antequam morti tradantur, & *n. 6.* quòd clericus absens verbaliter degradatur, & per sententiam relinquitur Curiæ seculari in tantum, quòd sine alia actuali degradatione, etiam pœna mortis à iudice laico puniri poterit, addens ex aliis melius esse, vt priùs degradetur actualiter.

Applicetur Ecclesiis.] Notatur adhuc, quòd bona clerici hæretici, quæ ex Ecclesia, vel eius respectu acquisiuit, eidem Ecclesiæ restituenda sunt, de quo vide Couuar. *2. var. cap. 9. num. 12.* Clar. *§ hæresis num. 13. vers. punctus est*, Simanch. *de cathol. instit. c. 9. num. 89.* Anton. Scap. *de iure non scripto lib. 5. c. 133.* Penia *in direct. Inquisit. part. 3. schol. 154.* refert DD. Cened. *d. collect. 55. n. 6.* quibus adde Peregrinum *de iure fisci lib. 5. tit. 1. n. 97. in fine*, Vasquez *1. 2. quæst. 96. art. 5. disp. 196. c. 2. num. 19. vers. 9.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 11. quæst. 14.* Chald. Pereira *in commentariis ad l. vnic. C. de delict. defunct. part. 5. num. 7.* Sanch. *in præcep. Decal. l. c. 20. num 24.* latè Sanctarell. *d. tract. de hæresi c. 23. n. 2.* vbi aduertit, quòd quando clericus à pluribus Ecclesiis stipendia accepit, eius bona confiscata pertinent ad omnes illas Ecclesias iuxta proportionem stipendij accepti.

Amplii,

Amplia, vt bona patrimonialia confiscata clericorum applicanda sint fisco Ecclesiæ Episcop. vt per Zabarell. *in clementina 2. de hæreticis §. Inquisitoribus num.3.* & *ibi* Imola. *n.8.* Bernard. *in pract. cap.124. num.4.* Peregr. *de iure fisci lib.4. tit.5. num.31.* Bursat. *cons.43. num.37.* & *38. lib.1.* Sylvest. *verbo hæreticus 1. num.13.* Farinac. *de hæresi quæst.190. §.11. num.154. cum seqq.* Sanctarell. *d. c.23.* quamuis alij velint esse applicanda fisco seculari, vt per Azeued. *l.1. num.200. tit.3. lib.8. nouæ recopil.* Couarr. *lib.2. variar. c.9. num.12.* qui referunt in Regno Castellæ bona clericorum applicari fisco seculari, idem etiam affirmat Salzed. *ad Bernard. d. cap.114. lit. F,* dicens talem esse consuetudinem in Hispania, & Gallia, quod de Gallia receptum esse affirmat Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo & vxorem num.242. cum seqq. de testam.*

§. Qui autem.

Suspecti de hæresi nisi debitè se purgauerint iuxta considetationem suspicionis, & qualitatem personæ, debent excommunicari, & vitari donec satisfaciant, & si per annum perstiterint in excommunicatione, tanquam hæretici condemnandi sunt. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

Inuenti fuerint, &c.] Nota, quod ille dicitur inuentus in delicto, contra quem maleficium probatur, vt per Palat. *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum, notabil.3. §.21. num.14.*

Quòd si per annum in excommunicatione, &c.] Notatur ad hoc, quod ille, qui propter causam ad fidem spectantem est excommunicatus, & per annum in tali excommunicatione permansit, vt hæreticus debet haberi, vt per Vgol. *de censur. tab.1. cap.14. §.3. num.2.* Direct. Inquisit. *part.3. quæst.124.* vbi Penia *comm.49. §. quod si is,* Menoch. *de arbitr. casu 415. num.6.* Clar. *in §. hæresis num.21. vers. hæc autem conclusio,* Couarr. *in cap. alma mater. part.1. §.7. num.11.* Simanch. *de catholicis tit.2. n.9. & tit.24. num.2.* Rojas *sing.60. num.3.* Scaccia *lib.1. de iudicijs causarum c.98. num.36.* Salzed. *ad Bernard. cap.116. num.12.* Sayr. *de censur. lib.2. c.10. num.11.* Cened. *pract. lib.1. quæst.15.* Sanctarell. *in tract. de hæresi cap.4. num.1.* Ratio est, quia quando excommunicatio est lata pro crimine inferente priuationem ipso iure persistens in excommunicatione per annum, iuris præsumptione videtur fateri crimen, ob quod excommunicatur, *cap. rursus 11. quæst.3.* cum similibus citatis à Ricciul. *in tract. de inre person. lib.4. cap.7. num.4.* Extende huiusmodi excommunicatum propter crimen hæresis, & per annum in excommunicatione permanentem ipso iure absque alia sententia condemnatoria esse habendum, vt hæreticum, vt per Hostiens. *hic num.7. & 8.* Ioan. Andr. *num.4.* Panor. *num.11.* Socin. *num.14.* Anch. *n.4. & 5.* Anania *n.6.* & Burr. *num.17.* Requiritur tamen sententia declaratoria, vt per Scaccia *d.c.98 num.10.* Sanctarell. *d.c.4. n.2.* aduertens cum Zanch. Tabien. Penia, & aliis, quod ad hoc, vt tanquam hæreticus condemnetur, debet citari ad se purgandum de suspicione, quòd sit hæreticus, quia nempè per annum insorduit in excommunicatione, & scribit Menoch. *d. casu 416. num.69.* iudicem antequam condemnet prædictum tanquam hæreticum, debere illum citare ad comparendum, & allegandam causam, quare non debeat declarari excommunicatus, nam qui per annum permansit in excommunicatione, non potest declarari tanquam suspectus de hæresi, si probet se fuisse legitimè impeditum, & ita non potuisse se præsentare, Salzed. *ad Bernard. d. c.116. n.12.* idem dicendum si infra annum petiit absolui, Nauarr. *cons.7. num.7. sub hoc tit.*

Qui vero ex alio delicto præter hæresim fuit excommunicatus, & in excommunicatione illa permansit per annum, non est habendus, nec condemnandus, tanquam hæreticus, sed solùm vt suspectus de hæresi, vt patet ex Conc. Trid. *sess.25. de reform. cap.3.* ita docent Abb. *hic num.7.* Locat. *in indic. Inquisitverbo excommunicati num.2.* Grillan. *de hæreticis, quæst.8. num.4.* Couarr. *in cap. alma mater part.1. §.7. a num.10.* Duen. *à reg.153. vers. quarto amplia,* Rebuff. *in repetit. c. postulastis, de clerico excomm. ministr. à n.108. & in praxi tit. declaratio nouæ prouis. in verb. teque absoluentes, num.10.* Marant. *de ordine iudic. part.6. cap. de contumac. num.35.* direct. Inquisit. *part.2 quæst.47. n.6. & 7.* Lælius Zech. *in summa part.1. tit. de Fide rubr. de hæreticis c.15. n.13.* Maiol. *de irregul. lib.3. c.21. n.12.* Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiepisc. op. Neapolit c.84. num.8.* Fuscus *de visit. lib.1. c.29. n.2.* Perez *l.1. vers. & excommunicatus persistens tit.5. & l.9. in glos. verbo statuere tit.19. lib.8. Ordin.* Hamad. *l.32. glos.2. à princip. tit.19. partit.1.* Iacob. de Graff. *in decis. aureis lib.2. c.76. n.8.* Salzed. *ad Bernard. in pract. c.118. n.4. cum seqq. in nouiss. impress.* Azeued *l.14. n.14. tit.1. lib.4. nouæ recopil. & l.1 n.213. tit.5 lib 8.* Fr. Emmanuel. *quæst. regul. tom.2. quæst.103. art.3.* Hic enim censetur malè sentire de Fide, & de potestate Ecclesiæ, ac propterea Inquisitores possunt procedere contra eum, & inquirere quid de Fide, & potestate Ecclesiæ sentiat, vt ex Simanch. Couar. Gutierr. & aliis comprobat Sanctarell. *in tract. de hæresi c.4. n.4. in fine,* & ideo necesse est, quòd in casu, in quo agitur contra excommunicatum, tanquam contra suspectum de hæresi, fiat processus ab inquisitoribus super hæretica prauitate deputatis est constitut. Pij V. de qua meminerunt Seraphin. *decis.1285. num.3.* & 4. Anton. Ricciul. *in tract. de iure person. lib.4. cap.8. num.13.*

Multa autem requiruntur, vt quis dicatur insordescens in excommunicatione, id effectum vt suspectus habeatur de hæresi, priuetúrque beneficiis, quorum duo principaliora sunt. Primum est, quòd perseuerantia sit cum animi pertinacia, quæ includat contemptum Clauium, vt censuit Rota *in Oscen. Archidiaconatus 16. Maij 1603.* coram illustrissimo Card. Lancel. apud Farin. *tom.2. cons. decis.196. n.5.* & iterum *in ead. 24. Maij 1607.* coram R. P. D. Pamphilio apud Farinac *decis.132. n.7. part.1. recent.* Et ideò ad effectum docendi de insordescentia, est opus docere in primis excommunicatum habuisse notitiam excommunicationis, aliàs sine notitia non potest dari contumacia, & consequenter contemptus. Rota *in d. Oscen. Archidiac. 11. Iunij 1602.* coram Illustrissimo Lancel. apud Farinac. *d. tom.2. cons. decis.181. n.2.* Sic etiam is qui intra annum instetit pro absolutione, non potest dici quòd perseuerauit in excommunicatione per annum, ita Rebuff. *in d. cap. postulastis num.256.* Ant. Ricciul. *d. lib.4. cap.8. n.5.* Sanctarell. *d. cap.4. n.3. in princip.* vnde Rota *in d. Oscen. Archidiacon. 16. Maij 1063.* censuit non posse dici perseuerasse in excommunicatione eum qui petiit absolutionem, & obtinuit supplicationem signari, quamuis deinde eam non expedierit, etiam ex simplici mutatione voluntatis, & quamuis post petitam absolutionem excommunicatus fecerit alios actus illicitos, & damnosos, quia isti operantur, vt de nouo dicatur excommunicatus, non autem, quòd tollatur actus præcedens petitæ absolutionis. dic etiam non potest dici perseuerasse in excommunicatione, & consequenter insordescentiam contraxisse eum, qui fecit diligentias pro obtinenda absolutione, & obtinere non potuit, vel aliquo impedimento impeditus non potuit comparere. Ricciul. *dict. c.8. n.9. & 10.* Sanctarell. *dict. cap.4. n.3. & 4.*

14 Secundum est, quòd post annum, seu aliud tempus præfixum ad insordescentiam, moueatur priùs, vt resipiscat, vt tenet Marc. Anton. Genuen. *in practicabilibus Ecclesiast. quæst.* 712. illud in præsentiarum aduertendum duxi persistenti per annum in excommunicationem non prodesse absolutionem, quæ datur à Papa in impetrationibus gratiarum, & collationibus beneficiorum ad effectum gratiæ consequendæ: ita Roland. *consil.* 46. *num.* 37. *vol.* 1. Navar. *in manuali cap.* 27. *n.* 22. *& in cap. in quorundam, de Iudæis notab.* 11. *num.* 15. Rebuff. *d. tit. forma nouæ prouisionis verbo tèque absoluentes num.* 10. Henriq. *lib.* 13. *c.* 13. §. 3. *& in commento lit. F.* Sayr. *de censur. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 6. *&* 12. Auila *eod. tract part.* 2. *cap.* 6. *disp.* 5. *dub.* 2. *concl.* 4. Nicol. Garcia *de benef. p.* 7. *c.* 13. *n.* 61. & patet *ex reg.* 65. *de insordescentibus*, nisi Papa sciret hunc insorduisse per annum in excommunicatione, ita ex Auila adducit Sanctarel. *d. c.* 4. *n.* 7. *in fine.*

15 *Per annum.*] Significat annum debere esse continuatum, & ideò annum, quo quis ob peccatum hæresis permansit in excommunicatione, debere esse continuatum, resoluunt Archid. *in cap. cum contumacia, hoc tit. lib* 6. *num.* 6. & *ibi* Franc. *num.* 2. ac Gemin. *num.* 9. Seraphin. *decis.* 1285. *num.* 4. *cum seqq.* vbi ait sic declarasse Sacram Congregationem Concil. & sic non sufficere si quis steterit per sex menses in excommunicatione, & deinde obtenta absolutione cum reincidentia post absolutionem steterit per alios sex, tenent Rebuff. *in d. cap. postulastis num.* 252. Nauar. *sua hoc tit. consil.* 7. *num.* 3. Rota apud Farin. *tom.* 2. *conciliorum decis.* 196. *num.* 5. Riccius *d. lib.* 4. *cap* 8. *num.* 1. & sic totum annum debere esse elapsum asserunt Cou. *in cap. alma mater part.* 1. §. 7. *num.* 11. Vgolin. *de censur. tab.* 1. *cap.* 14. §. 3. *n.* 2. Penia *in direct. inquisit. p.* 3. *comment.* 49. §. *quod si is* quod refert Sanctarel. *d. c.* 4. *num.* 6. *in fine.*

16 *Et tunc velut hæretici*, &c.] Hæc verba esse latæ sententiæ asserit Tiraquel. *in l. si vnquam verbo reuertatur num.* 112.

17 In gloss. *Condemnentur.* Notatur ad hoc, quòd quando parentum statuæ comburuntur, eo quòd vocati legitimè per edicta ab Inquisit. non comparent, vt se tueantur ab hæresi, de qua delati sunt, eorum filij pœnas, ac si verè parentes ob hæresim combusti essent, non incurrunt, vt per Simanch. *de catholicis instrut. tit.* 2. *num.* 20. *&* 21. *& tit.* 14. *in fine.* Penia *in direct. Inquisit. part.* 3. *comment.* 49. *col.* 3. *vers. adueniente autem*, Flamin. Carth. *in tract. de execut. sententiæ contumacialis cap.* 1. *num.* 278. Scaccia *de iud. c. lib.* 1. *c.* 28 *num.* 25. & in crimine læsæ Maiestatis post multos, quos citat, idem resoluit Centolin. *in additon. ad Farinac. decis.* 62. *lit. B. in limit.* 3. *part.* 1. contrariam tamen sententiam, immò omnes incurri à filiis damnato sic parente ob contumaciam defendunt idem Penia *d. part.* 3. *comment.* 164. *col.* 2. *vers. at in casu nostro.* Molin. *de instit. tract.* 2. *tom.* 3. *disp.* 658 *n.* 19. Decian. *in tract. crimin. lib.* 7. *c.* 41. *num.* 31. Sanch *in præcep. Decal. lib.* 2. *c.* 27. *num.* 19. Sanctarel. *de hæresi cap.* 34. *num.* 19.

18 In gloss. *Neglexerit*, ibi, *iudex qui negligit facere iustitiam, excommunicatur.* Vide Farinach. *in praxi crimin p.* 3. *q.* 111. *num.* 416.

19 In ead. gloss. ibi *& facit litem suam.* Notatur ad hoc quòd iudex ex negligentia malè iudicans facit litem suam, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 341. *num.* 1. *&* 8. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *quæst.* 39. *art.* 1. Farin. *d. quæst.* 111. *num.* 398.

§. Credentes.

20 Receptatores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicantur, & talis excommunicatus, si intra annum non satisfaciat, est infamis, nec admittitur ad publica officia, & concilia vel ad eligendos alios ad huiusmodi, nec ad testificandum, nec potest testari, nec succedere in hæreditate: nullus cogitur in quocunque negotio illi respondere, sed ipse tenetur respondere aliis: causæ non proferantur ad eius audientiam, nec ab eo sententia lata valet; non potest patrocinari, nec ab illo facta instrumenta tenent. Si est clericus, deponitur ab officio, & beneficio, & qui contemnunt tales vitare, postquam sunt ab Ecclesia notati, sunt excommunicati donec satisfecerint. Nemo administret eis Ecclesiæ Sacramenta, nec eos Christianæ tradat sepulturæ, nec accipiat eleemosynas, aut oblationes eorum; qui secus fecerit, priuatur suo officio, ad quod non erit restituendus sine speciali indulto sedis Apost. & si sint Regulares, non seruentur eorum priuilegia in illa diœcesi.

Credentes hæreticorum dicuntur, qui eorum erroribus contra Fidem assentiuntur, & implicitè credunt, quòd aliqui hæretici credunt, cùm tamen nullum eorum errorem, aut hæresim in particulari, credant, ita Nauarr. *in man. cap.* 27 *num.* 55. Catter. *de hæreticis num.* 175. Simanch. *de Catholicis tit.* 15. *num.* 2. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 5. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *cap.* 51. *num.* 15. Iacob. de Graff. *in decis. aureis part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18 *num.* 30. Vgol. *de censur. Papæ reseruat. part.* 2. *cap.* 1. *verbo ac eorum credentes.* Penia *in direct. Inquisit. part.* 2 *comment.* 75. Sayr. *de censur. lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 1. Azor. *instit. moral part.* 1. *lib* 8. *cap.* 15. *quæst.* 1. Soar. *de censur. disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 6. *& in tract. de Fide disp.* 24. *sect.* 1. *num.* 1 *cum seqq.* Sanch. *in præcep. Decal. lib.* 2. *cap.* 10. *à num.* 1. Anton. de Sousa *in relect. de censur. Bullæ Cœnæ cap.* 2. *dissut.* 8. Sanctarel. *de hæresi cap.* 11. *num.* 29. *cum seqq.* Item & censentur credentes hæreticorum, qui illorum sermonibus, ac concionibus frequenter intersunt, vt per Ananiam *hic num.* 12. Azor. Graf. Penia, & Sanctarel. *locis proximè citatis.*

Huiusmodi credentes excommunicantur in præsenti, & in bullis Martini V. & Pauli IV. apud Peniam *inter litteras Apostol.* & in Bulla Cœnæ Domini, vt refert Sanctarel. *d. cap.* 11. *num.* 29. *in fine*, sunt enim hæretici, ad eósque extenduntur pœnæ, qui in iuribus Canonicis statutæ sunt contra hæreticos, vt per Henric. *num.* 11. Ananiam *num.* 1. *&* 11. Panorm. *n.* 12. & Socin. *num.* 36. *in præsenti*, Syluest. *verbo hæresis* 2. *num.* 10. Itaut si in excommunicatione per annum permanserint, ipso iure sunt infames, nec ad publica officia admittantur, vt probat text. *in præsenti*, & notat hic Innocent. *num* 1. *in verbo credentes*, Host. *num.* 19. Anchar. *num.* 1. *&* 3. Grilan. *de hæreticis, quæst.* 9. *num.* 1. Locat. *in iudicio Inquisit. verbo credentes, num.* 1. *& verbo excommunicati*, *num.* 3. & sunt etiam priuandi omni officio, & beneficio Ecclesiastico, Director. Inquisitor. *part.* 2. *quæst.* 47. *num.* 2. *&* 3. Decian. *in tract. crimin. lib.* 3. *cap.* 51. *num.* 3. quos refert, & sequitur Sanctarel. *dict. cap.* 11. *n.* 32.

21 *Receptatores, defensores.*] De receptatoribus, & defensoribus hæreticorum, qui dicantur, & quas pœnas incurrant, dixi *ad cap. sicut* 8. *supra hoc tit.*

22 *Et fautores hæreticorum.*] Illi dicuntur quo quomodo, vt hæretici sunt, opem præstant ne à iudicis ministris comprehendantur, aut comprehensi puniantur, aut quoquo modo illis fauent in sua hæresi tuenda, aut docenda, vel illos celant, & veritatem dissimulant, aliisque modis, quos latè prosequuntur *direct. Inquisit. part.* 2. *quæst.* 53. vbi Penia *comment.* 78. Graf. *in decis. aureis part* 1. *lib.* 4. *c.* 18 *num.* 17. Vgol. *de censur. Papæ reseruatis part.* 2. *c.* 1. *verbo fautores*, Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 8. *c.* 15. *quæst* 7. Sayr. *de censur. l.* 3. *c.* 5. *num.* 7. Sanc. *in præcep. Decal. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 11. *cum seqq.*

seqq. Soar. *de Fide disp.* 14. *sect.* 1. *num.* 6. Anton. de Sousa *in relect. de censur. Bullæ Cœnæ cap.* 2. *disp.* 11. Sanctarell. *de hæresi cap.* 11. *à princip.* vbi *num.* 20. refert hæreticorum fautores esse excommunicatos in Bulla Cœnæ, & quòd si in excommunicatione per annum permansetint, ipso iure fiunt infames, & inhabiles ad publica officia, & ad hoc citat text. *in præsenti.*

24 *Ipso iure sit infamis*] Notatur ad hoc, quòd hæretici eorúmque fautores sunt infames, vt per Peniam *in direct. Inquisit. part* 1. *comment.* 4. Grillan. *de hæreticis q* 3. *n.* 2. Azor. *institut. moral. part.* 1 *lib.* 8 *c.* 13. *quæst.* 8. *vers. septima*, Soar. *de Fide disp.* 21. *sect.* 5 *num.* 3. Sanctarell. *in tract. de hæresi c.* 25. *num.* 10. Quam quidem infamiam incurrunt eo ipso, quòd inciderunt in hæresim, interueniente tamen sententia declaratoria criminis, non verò necessariò requiritur condemnatoria, vt tenent Azor. *loco proximè citato*, & Sanch *in præcep. Decal. l.* 2. *c.* 26. *num.* 1. Farinac. *de hæresi quæst.* 189. *n.* 56. Sanctarel. *eod. tract. c.* 25 *n.* 10 *in medio.* Quamuis hæreticos esse ipso iure infames ante omnem iudicis sententiam teneant Rojas *sing.* 81. Penia *in direct. Inquisit. part.* 1. *comment.* 4. Peregr. *de iure fisci l.* 5. *tit.* 1. *n.* 1-2. *vers. notandum tamen*, Azeued. *l.* 3. *n.* 32. *tit.* 3 *lib.* 8 *nouæ recopil.* Soar. *d. sect.* 5. *num* 4.

25 *Nec ad publica officia.* &c.] Nam cùm hæretici infames sint, publica officia obire non possunt, vt per Socin. *hic num.* 34. Rojas *sing.* 36. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5. *c.* 43 *num.* 6. Farinac. *de hæresi quæst.* 189. *num.* 44. Ricciul. *de iure person. lib.* 3. *c.* 20 *num* 6. Sanctarell. *d.*
26 *c.* 25. *num.* 11. Et ideo non possunt creari defensores ciuitatum, *l. iubemus, C. de Episcop. audien.* nec vocari ad consilia text. *in præsenti, & authent. credentes, C. hoc tit.* referunt Ricciul. *d c.* 26. *num.* 7. & Sanctarell. *d. n.* 11. *vers. hæretici.* Nec item possunt esse milites, vt constat ex *l. quicunque* §. *nullum, C. hoc tit.* & ex aliis adductis per Decian. *lib.* 6. *c.* 43 *n.* 4. & Sanctarell. *loco proximè citato.* Non possunt gradum doctoratus adipisci, aut aduocationis munere fungi, vt habetur *in præsenti, in dict. authentica credentes*, vt ex aliis docent Ricciul. *d. c.* 20. *n.* 11. & 13. Sanctarell. *d. n.* 11. *vers. nec possunt.*

27 *Nec ad testimonium admittatur.*] Notatur ad hoc, quod hæretici, eorúmque fautores, defensores, receptatores, & credentes repelluntur à testimonio ferendo, vt per Menoch. *cons.* 149. *num.* 28. Rebuff. *de reprobat. testium. num.* 226. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 56. *num.* 206. Sanctarel. *de hæresi cap.* 25. *num.* 11. *prope finem.*

28 *Sit etiam intestabilis*] Notatur ad hoc, quòd hæreticus testari non potest, vt per Burſat. *consil.* 280. *num.* 1. Rojas *sing* 61. *n.* 2. Spin *in speculo testamentorum glos.* 12 *rub. num.* 42. Greg. *l.* 7. *verbo Catholicos tit.* 7. *part.* 6. *& l.* 2. *verbo de sus hijos. tit.* 26 *partit.* 7. Simanch. *de Catholicis tit.* 9. *à num* 3, Penia *in direct. Inquisit. part.* 2. *comment.* 9. Sanch. *in præcept. Decal l.* 2 *c.* 24. *num.* 1. *cum seqq.* Anton. Ricciul. *de iure personarum c* 28. *à princip.* Farinac. *de hæresi, quæst* 9. *num.* 89. Sanctarel. *eodem tract. cap.* 15. *num.* 1. & speciale est in excommunicato propter hæresim; cùm quilibet alius habeat vtramque testamenti factionem, ex Mench. *Illustrium c.* 102. *num.* 5.

29 Amplia suprà proximè adductam conclusionem, vt procedat etiamsi hæreticus testetur ad pias causas, nihilominus enim testamentum, & quælibet alia dispositio est nulla, Carrer. *de hæreticis, num.* 151. Locat. *in iudiciali Inquisit. verbo pœna num.* 9. *vers. decimo septimo*, Farinac. *d. quæst.* 9. *num.* 92. Ricciul. *d cap.* 28. *num.* 5. Sanctarel. *d. cap.* 15. *num.* 1. *vers. nec potest.* Secundò amplia, vt procedat, siue testatur testamento, siue
30 codicillis, siue quolibet alio genere voluntatis, Rojas *sing.* 185. *num.* 6. Ricciul. *d. cap.* 28. *n.* 4. Tertiò amplia, vt neque possit testari inter liberos Orthodoxos, *glos. verbo ipso iure, vers. sic puto in cap. cùm secundùm leges, de hæreticis lib.* 6. Simanch. *de catholicis tit.* 9. *n.* 4. Sanctarel. *d. num.* 1. *vers. nec potest, in fine.* Quartò amplia, vt procedat siue testamentum sit conditum post, siue ante sententiam declaratoriam criminis, quia ad istum effectum ea sequuta retrotrahitur ad diem patrati criminis, & testamentum habetur perinde, ac si fuisset conditum post sententiam, ita Penia *in dir. Inquisit. part.* 3. *comment.* 165. *vers. rursus*, Peregr. *de iure fisci lib.* 5. *tit.* 1. *num.* 172. *vers. notandum tamen.* Ricciul. *d. cap.* 28. *num.* 9. quicquid contrarium, videlicet, quòd ante declaratoriam sustineatur, sed ea sequutæ reuocetur, teneant Decian. *tract. crimin. lib.* 7. *c.* 40. *n.* 20. Tello *l.* 4. *Tauri num.* 34. Vasq. 1. 2. *quæst.* 96. *artic.* 3. *disp.* 171. *cap.* 1. *num.* 11. Molin. *de institt. tract.* 2 *disp.* 95. *vers. sciendum est*, Sanch. *d cap.* 24. *num.* 3. Sanctarel. *d. cap.* 15. *num.* 2.

Nec ad hæreditatis successionem accedat.] Notatur ad 31
hoc, quòd hæreticus cuiuscunque successionis est incapax, vt per Quemada *in quæst fiscal. q.* 18. Simanch. *de Catholicis, tit.* 9. *num.* 124. Menoch. *consil.* 186. *num.* 14. Decian. *in tract. crimin lib.* 5. *cap.* 44. *num.* 17. Rojas *sing.* 79. Vasq. 1. 2 *disp.* 169. *cap.* 3. *num.* 32. Azor *institut moral part.* 1. *lib* 5 *cap.* 8. *quæst.* 1. *& lib.* 8. *c.* 12. *quæst.* 8. Farin. *de hæresi quæst.* 179. *num.* 94. Quamuis hæreticum posse succedere, esséque capacem hæreditatis ante sententiam criminis declaratoriam teneant Lessius *de iustitia lib.* 2. *cap.* 19. *dub.* 5. *num.* 52. Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 34. Sanctarel. *d. tract de hæresi c.* 15. *num.* 3. respondentes ad text. *in præsenti*, quòd scilicet procedat, quando credentes, fautores, &c. fuerunt declarati excommunicati, & per annum permanentes in excommunicatione noluerunt satisfacere, quæ quidem responsio licèt in terminis text. procedere videatur, prior tamen opinio sicut est receptior, ita & verior, quare ad aliquas eius ampliationes, & limitationes deueniendum.

Amplia primò, vt procedat, siue successio illi de- 32
feratur iure communi, siue iure militari, siue iure fidei commissi, institutionis, aut legati particularis, vt post multos à se relatos resoluit Ricciul. *d. l.* 3. *c.* 27. *num.* 3. & 4. Secundò amplia, vt procedat etiamsi successio deferatur per viam contractus inter viuos, Azor. *d. lib.* 5. *cap.* 8. *quæst.* 1. *& lib.* 8. *cap.* 12. *quæst.* 8. Sanch. *d. cap.* 14. *num.* 36. Ricciul. *d. cap.* 27. *num.* 5. Tertiò amplia, vt procedat etiamsi successio, aut relictum deferatur vigore maioratus, seu primogenituræ, vt per Meres *in tract. de maioratu part.* 1. *q.* 1. *num.* 59. *cum seqq.* quem referunt, & sequuntur Sanch. *sub d. num.* 32. *circa medium*, Ricciul. *d. c.* 27. *num.* 6.

Limita ne procedat in hæretico reconciliato, is 33
enim per reconciliationem nanciscitur vtramque testamenti factionem, quæ sibi suffragatur, vt in futurum possit testari, & hæres institui, vt per Sanch. *d. cap.* 14. *num.* 40. Ricciul. *d c.* 27. *n.* 17. Secundò limita ne procedat in legato alimentorum, cuius hæreticus est capax, quamuis cæterorum relictorum sit incapax, vt per Bos. *tit. de publicat. bonorum, n.* 72. Borgnin. *tract. de vsufructu, num* 238. Surd. *de aliment. tit.* 9. *quæst.* 33. *num.* 7. 8. & 9. Sanch. *d. l. b.* 2. *cap.* 14. *num.* 41. Molin. *tract.* 2. *disp.* 154. *col.* 2. *vers. de iure Ciuili.* Sanctarell. *d. tract. de hæresi c.* 15 *n.* 7. Ricciul. *d. c.* 27. *n.* 19. quicquid contrarium velit Menoch. *cons.* 185. *n.* 8.

Eius sententia nullam obtineat firmitatem.] Notatur 34
ad hoc quòd hæretici non possunt esse iudices, & ab eis sententiæ latæ sunt nullæ ipso iure, vt per Ioan. Andr. *num.* 15. Hostiens. *num.* 19. Socin. *num.* 39. & alios in præsenti, Decian. *tract. crim. lib.* 5. *cap.* 43. *num.* 3. & *cap.* 51. *num.* 79. Ricciul. *d. lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 9. *vers.*

ſicuti, Sanctarell. *d. tract. de hæreſi cap. 25. num. 11. in medio.* Et proceſſus coram iudice hæretico agitatus eſt nullus ipſo iure, Marant. *de ordine iudic. part. 4. diſt. 16.*
36 *num. 77.* Rojas *ſingul. 88. à num. 3.* Ricciul. & Sanctarell. *locis proximè citatis.* Et hinc notarunt aliqui ſententiam latam ab excommunicato eſſe nullam, vt per Marant. *part. 6. princip. num. 99.* Vantium *de nullit. tit. de nullit. ex defectu iuriſd. n. 137.*

37 *Si tabellio inſtrumenta*, &c.] Notatur ad hoc, quòd inſtrumenta per notarium hæreticum confecta nullius penitus momenti cenſentur, vt per Hoſtienſ. *num 19.* Henric. *num. 10.* Abb. antiq. *num. 2.* Anch. *num. 5.* Ioan. Andr. *num. 15.* & Socin. *num. 39.* in præſenti, quos refert Sanctarell. *d. tract. de hæreſi cap. 25. num. 11. ante finem.* quod eſt intelligendum de inſtrumentis factis à tabellionibus, poſtquam in hæreſim lapſi ſunt, vt notant Rojas *ſingul. 98. num. 2.* Scacc. *de indic. cap. 98. num. 19.* ſi verò ad Fidem redierint, poterunt officium notarij exercere, vt ex Riminald. iuniori *conſil. 185.* aduertit Sanctarell. *loco proximè citato.*

38 *Vt ità quo maior eſt culpa*, &c.] Notatur ad hoc, quòd delicta nonnunquam dignitate augentur, vt per Tiraq. *de nobilit. c. 20. num. 116. cum ſeq. & de pœnis temper. cauſa 31. num. 17.*

39 *Tradere ſepulturæ.*] Notatur ad hoc, quòd hæretici priuantur Eccleſiaſtica ſepultura, vt per Zabar. *hic n. 6.* Ananiam *num. 10.* Butr. *num. 38.* Sylueſtr. *verbo ſepultura num. 9.* Simanch. *de Catholicis tit. 18. num. 7.* Grillan. *de hæreticis quæſt. 9. n. 2.* Rojas *ſing. 181.* Caſtr. *de iuſta hæreticorum punit. lib. 1. c. 18. verſ. at cum nullus:* Spin. *in ſpeculo teſtamen. gloſ. 1. principali n. 17.* Penia *in direct. Inquiſit. part. 3. ſchol. 102. verſ. ſed alterum,* Azor. *inſtitut. moral. part. 1. lib 8. cap. 13. quæſt. 8. verſ. ſexta.* Sanctarell. *de hæreſi cap. 28. num. 12.* vbi *in numeris ſeqq.* agit de excommunicatione text. *in cap. 2. hoc tit. lib. 6.*

§. Quia verò.

40 Probat hic §. ſine ſuperioris licentia nullum poſſe ſibi officium prædicandi aſſumere, vt pluribus ad id auctoritatibus adductis probare nititur Ludou. Mi-
41 randa *in manuali Prælatorum tom. 1. quæſt. 50. art. 1. concluſ. 1.* Campanil. *in diuerſor. iuris Canon. rubr. 12. cap. 14. num. 6. cum ſeqq.* vbi *num. 7.* refert idem eſſe in Epiſcopo volente prædicare in aliena diœceſi, proindéque teneri habere licentiam ab Epiſcopo illius diœceſis, præcipuè ſi contradiceret, quod etiam tenent Aloyſ. Ricciul. *in deciſ. curiæ Archiep. deciſ. 180. part. 2.* & Steph. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 393 à num. 9.* vbi *num. 11.* dicit priuilegium Epiſcoporum, vt per vniuerſum mundum poſſint prædicare, iuxta illud *Matthæi 9. & Marc. vlt.* intelligendum, niſi in alienis diœceſibus prohibeantur ab Epiſcopis illius loci, quaſi poteſtas prædicandi ſic intelligenda in proprio populo, non in alieno, Fuſc. *de viſit. l. 2. cap. 20. n. 21. in fine.* Nam in Concil. Trident. *ſeſſ. 24. de reform. cap. 4.* deciſum eſt, vt nullus ſecularis, ſiue regularis etiam in Eccleſiis ſuorum Ordinum contradicente Epiſcopo prædicare præſumat, & ita virtute illius decreti poterit Epiſcopus interdicere Regulari ne prædicet, etiam non reddita cauſa, vt deciſum atteſtatur Franc. Leo *in theſauro fori Eccleſ. part. 1. c. 8. n. 9.* quod quidem Conc. decretum de non prædicando contradicente Epiſcopo in Eccleſiis ſuorum Ordinum intelligendum eſt de illo tempore, & hora, qua Epiſcopus prædicare voluerit, aut coram ſe facere ſolemniter prædicari, non verò aliàs, ne contradicere videatur alij decreto eiuſdem Concil. *ſeſſ. 5. de reformat. cap. 2.* vbi ita habetur, Regulares verò cuiuſcumque ordinis niſi à ſuis ſuperioribus de vita, moribus, & ſcientia examinati, & approbati fuerint, ac de eorum lic. ntia etiam in Eccleſia ſuorum Ordinum prædicare non poſſint, cum qua licentia perſonaliter ſe coram Epiſcopis præſentare, & ab eis benedictionem petere teneantur, antequam prædicare incipiant. In Eccleſiis verò, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, vltra licentiam ſuorum ſuperiorum etiam Epiſcopi licentiam habere teneantur, ſine qua in ipſis Eccleſiis non ſuorum Ordinum nullo modo prædicare poſſint, &c. Et ideo 42
cenſuit Sacra Congregatio Regulares in Eccleſiis ſuorum Ordinum prædicare volentes non teneri ab Epiſcopo licentiam obtinere, ſed tantùm à ſuis ſuperioribus de moribus & ſcientia examinati & approbari debere, ac ab eis habere licentiam, & cum ea ſe perſonaliter coram Epiſcopo præſentare, ab eóque benedictionem petere, tametſi cum minimè obtinuerint, provt referunt Fr. Emman. *quæſt. regul. tom. 3. q. 32. art. 5.* Valer. Reginald. *d. lib. 18. n. 123.* Et licèt Pius V. cóſtitutione ſua incip. *Ad hoc nos Deus*, de ann. 1571. die verò 23. Septembr. Regularibus conceſſerit, vt irrequiſito, & contradicente Epiſcopo prædicare poſſint, in multiſque aliis Conc. Trident. decretis tam illa conſtitutione, quàm aliis cum ipſis Regulatibus diſpenſauerit, paritérque inter eos tam mendicantes, quàm non mendicantes eadem priuilegia, & declarationes communicauerit; illa tamen omnia per Greg. XIII. reuocata, & ad terminos iuris, & Concil. Trident. reducta fuerunt conſtitutione ipſius Gregor. incip. *In tanta rerum*, publicata Romæ Kalend. Martij anni 1572. qui quidem Gregor. licèt poſtmodùm priuilegia mendicantium confirmauerit cum clauſula, *nullis contrariis etiam ſuis obſtantibus*, in ipſis tamen confirmationis litteris apposita eſt alia clauſula, *in quantum decretis Concil. Trident. non ſunt contraria*, ita quòd nec poſteriores reconfirmationes reuaident. d. decreta Pij V. in quantum aduerſantur Concil. Trident. quam clauſulam etiam alij Pontifices in ſimilibus ſuis confirmationibus ſemper apponi voluerunt vt ex ipſarum confirmationum tenore recognoſcere licet.

Regulares autem, qui in Eccleſia ſui Ordinis præ- 43
dicare auderent, non obtenta licentia Epiſcopi, controuerſum fuit à quo eſſent pœna plectendi, in quo dubio Sacra Congregatio ita reſpondit. Congregatio cenſuit Regulares, qui abſque licentia Epiſcopi prædicauerint in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, tametſi decreto Conc. *cap. 2. ſeſſ. 5.* contrafecerint, non poſſe tamen puniri ab Epiſcopo, ſed tantùm à ſuis Superioribus regularibus, refert Quarant. *in ſumma Bullarij, verbo Priuilegia regularium.*

Excommunicationis vinculo innodentur.] Notatur 44
ad hoc, quòd Epiſcopus non poteſt excommunicare Regulares prædicantes ſine licentia Ordinarij, vel Sedis Apoſtol. vt per Simanch. *de catholic. inſtit. tit. 49.* Penia *in direct. Inquiſit. part. 2. cap. 13. com. 40.* Zerola *in praxi Epiſcop. part. 1. verbo excommunicationis caſus formalis, §. 5. dub. 4. pag. 139.* Cened. *practic. lib. 1. quæſt. 26. num. 12.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 18. n. 130.* Aldrete *de religioſa diſciplina tuenda, lib. 2. cap. 20.*

§. Adiicimus.

Archiepiſcopi per ſe, vel per alias idoneas perſonas ſemel in anno debent Parochiam viſitare, in qua ex fama habitare hæreticos, & aliquos improbos viros, vel ſi expedit, totam viciniam compellant iurare vt ſi duos hæreticos ſciuerint, vel conuenticula, vel vi-

&

& moribus decedentes à communi vita, & moribus fidelium, eos Episcopo indicent, & Episcopus vocet ad se accusatos, qui nisi se purgauerint ab obiecto reatu, vel si post purgationem relabantur in pristinam perfidiam, puniantur canonicè; si verò obstinatè renuerint iurare, ex hoc ipso tanquam hæretici reputentur. Denique Episcopus si in purgando Episcopatu suo ab hæresi negligentes, vel remissus fuerit, cùm id certis indiciis apparuerit, ab Episcopatu deponi debet, & alter idoneus substitui, qui velit, & possit hæresi confundere. Colligunt Doctores *in principio tex.* citati.

45 Notatur hic §. ad hoc quòd in crimine hæresis proceditur per iniquisitionem, nulla præcedente infamia, aut diffamatione, vt per Duen. *reg.* 298. *vers. limita nonò*, Adret. *de religiosa disciplina tuenda lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 13. Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 5. *quæst.* 7. *pag. mihi* 444. *concl.* 1. vbi etiam extendit ad crimen læsæ maiestatis, de quo etiam Menoch. *cons.* 100. *n.* 64. Nauar. *in rubr. de iudic. num.* 77. Decian. *tract. crimin. lib.* 7. *cap.* 43. *num.* 8. Farinac. *in praxi crimin. par.* 1. *q.* 9. *num.* 14. & 15.

46 *Tres, aut plures boni testimonij viros.*] Immo sufficiunt ad conuincendum hæreticum duo testes fide digni, & omni exceptione maiores, vt per Mascard. *de probat. conclus.* 855. Azeued. *l.* 1. *num.* 104. *cum seqq. tit.* 3. *lib.* 6. *nouæ recopil.* Spin. *in speculo testament. par.* 12. *rub. n.* 35. Zerola *in prax. Episcop par.* 1. *verbo hæretici* §. 20.

Cap. Sicut in vno XIV. *Greg. IX.*

1 LAicis cuiuscunque ordinis sint, est interdictum officium prædicandi, quia ordo Doctorum est præcipuus in Ecclesia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anch. Panorm. Felin. Marin. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij, pag.* 81. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 648. remissiuè Ximen. *in concord. par.* 2.

2 Vide dicta ad cap. *cùm ex iniuncto* 12. *num.* 3. & 4. *sup. hoc tit.* & *ad cap. responso* 43. *num.* 2. *de sentent. excommun.*

SVMMARIVM.

1 *Hæretici omnes, qui sunt excommunicati, & damnati ab Ecclesia, brachio seculari tradi, & si sunt clerici, priùs degradari debent.*

2 *Verbum*, excommunicamus, *latam sententiam significat.*

3 *Magistratus secularis quemcumque hæreticum sibi à iudicibus Fidei traditum debet vltimo supplicio afficere.*

4 *Hæretici ex generali consuetudine hodie comburi solent, postquam priùs strangulantur, nisi pertinaces sint, quia tunc viui comburendi sint.*

5 *Deprehensi in hæresi illi dicuntur, qui euidentia facti sunt hæretici.*

6 *Deprehensus in generali dicetur, qui in flagranti fuerit captus.*

7 *Carceris pœna perpetua quæ fuerit, & an sit antiquata, ostenditur.*

8 *Credentes hæreticorum hæretici sunt.*

Cap. Excommunicamus. *ij.* XV.

HÆretici omnes, qui sunt excommunicati, & damnati ab Ecclesia, brachio seculari tradi, & si sunt clerici, priùs degradari debent, vt *in cap. excommunicamus li* 1. *sup. eod.* Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marin. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 82. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 648. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & 2.

Excommunicationem, de qua *in hoc tex.* esse latæ 2
sententiæ asserit Savr. *in claui Regia lib.* 3. *c.* 8. *n.* 25.

Animaduersione debita puniendi.] Quærit gloss. *hic* 3
verbo puniendi, qualiter isti hæretici puniri debent secundùm leges postquam per Ecclesiam sunt condemnati, & respondet vltimo supplicio puniri per iudices seculares cum certa distinctione, quam hodie non habere locum refert additio marginalis, aduertens, quòd magistratus secularis quemcunque hæreticum sibi à iudicibus fidei traditum debet vltimo supplicio afficere, quod etiam tenent Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 10. *num.* 10. Sylvest. *verbo hæresis* 1. *num.* 14. Simanch. *de Catholicis tit.* 46. *num.* 42. Anton. Gomez *tom.* 3. *variar. cap.* 2. *num.* 1. Petr. *Gregor. syntagmatum iuris lib.* 33. *cap.* 8. *num.* 20. Afflict. *in constitut. Regni tit. de hæreticis rubr.* 1. *num.* 36. Albert. *de agnoscendis hæreticis quæst.* 8. & *quæst.* 34. *num* 51. Castr. *de iusta hæreticorum punit. lib.* 1. *cap.* 9. *lib.* 2. *c.* 12. Valent. 2. 2. *disp.* 1. *quæst.* 11. *punct.* 3. Azor. *institut. moral. p.* 1. *lib.* 8. *cap.* 13. *quæst. vlt. vers. vltima pœna*, Menoch. *de arbitr. casu* 374. *num.* 1. Turrian. *de Fide disp.* 56. *dub.* 1. Soar. *eodem tract. disp.* 23. *sect.* 1. Sanctarel. *de hæresi cap.* 27. *num.* 3. Et ex 4
generali omnium consuetudine impij hæretici comburi solent, postquam priùs strangulantur, nisi pertinaces sint, quia tunc viui comburendi sunt, vt testantur Couar. *d. num.* 10. Gomez *d. num* 1. Castr. *d. lib.* 2. *cap.* 12. Anton. Gom. *var. tom.* 3. *de delictis cap.* 2. *num.* 1. Clar. §. *hæresis num.* 8. Ioan. Rojas *sing.* 91. Simanch. *de Cathol. instit. cap.* 46. *ex num.* 41. & *in enchirid tit.* 67. *ex numer.* 1. Andr. Gam. *de officio, & potest. Legati de latere, lib.* 8. *ex num,* 85. Sebast. Medic. *in sum. omnium hæresum part.* 1. *quæst.* 13. Anton. Scap. *de iure non scripto lib.* 5. *cap.* 32. *num.* 8. Flamin. Chartar. *de execut. sentent. capto bannito cap. fin. num.* 451. & *seq.* Hieron. Romanus *lib.* 1. *de Republica Christiana, cap.* 20. *vers. tiene o'e la santa inquisicion*, Perez *l.* 1. *in gloss. con animo pertinace, vers. vlterius etiam dubitatur, tit.* 1. *lib.* 1. *Ordin. pag.* 21. & *l.* 3. *vers. est alia pœna tit.* 4. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 91 & *l.* 3. *vers. quæritur præterea, tit.* 4. *eod. lib.* 8. *pag.* 101. Spin. *in speculo testam. in gloss. rubr. p.* 12. *n.* 46. Menoch. *d. casu* 374. *n.* 2. Cened. ad Decretal. *collect.* 55. *num.* 3. Decian. *in tract. crimin. lib.* 5 *cap.* 42. *num.* 4. Martin. Delr. *disquisit. magic. lib.* 5. *sect.* 16. optimè Sanctarel. *d. cap.* 27. *num.* 4.

§. Si quis.

Si qui prædictorum hæreticorum deprehensi vo- 5
lunt redire ad pœnitentiam, in perpetuo carcere sunt detrudendi. Item credentes erroribus hæreticorum iudicantur hæretici ab Ecclesia. Colligunt Doctores *n. princ. tex.* citati.

Deprehensi.] Illi dicuntur deprehensi in hæresi, qui 6
facti euidentia sunt hæretici, putà, quia publicè prædicant hæresim, vel legitima probatione, vel ex sua confessione, vt per Palat. *in cap. per vestras, de donat. inter virum, notab.* 3. §. 21. *n.* 17. & 18.

Deprehensus in generali dicetur qui in flagranti fuerit captus, vel si delictum fateatur, seu de eo sit legitimè conuictus, vel si crimen sit adeò notorium de facto, vt nullus sit inficiationi locus, de quo vide Alex. de Neno *consil.* 59. *num.* 10. *in fine*, Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore Clericorum personali,* §. 7. *num.* 4.

In

7 *In perpetuum carcerem detrudantur.*] Olim qui perpetuò detrudebantur in carcerem, non solum verbaliter ab Altaris ministerio remouebantur, sed etiam actualiter degradabantur, vt per Albertin. *in c. quoniam, num. 55. de hæret. lib. 6.* Aldrete *de reliosa disciplina tuenda lib. 2 cap. 27 num. 15.* Hodie tamen id antiquatum est, vt præfati doctores obseruant. Pœna illa carceris perpetui grauissima reputatur, & capitali equalis habetur & propterea indicenda non est, nisi pro enormi, & graui delicto. Bernard. & Salzed. *in pract. c. 139.* Menoch. *de arbitr. lib. 1. q. 89.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 22 art. 4.*

8 *Credentes autem*, &c.] Notatur ad hoc, quòd credentes hæreticorum hæretici sunt, Tolet. *lib. 1 cap. 19.* Simanch. *de Catholicis tit. 15. num. 2.* Soar. *tom. 5. de censur. disput. 11. sect. 2. num. 5.* Sanctarel. *de hæresi cap. 11. num. 30.*

SVMMARIVM.

1 *Hæretici adstricti liberantur ab omni obligatione,*
2 *Vasalli liberantur ab omni debito fidelitatis præstando, si ipsi domini manifestè in hæresim labantur.*
3 *Filij propter hæresim paternam liberantur à patria potestate.*
4 *Filius tenetur præstare alimenta patri hæretico.*
5 *Mancipia Christiana ob dominorum hæresim libertatem consequuntur, quamuis domini hæretici redeant ad fidem*
6 *Debitores sunt liberi à debito soluendo suo creditori hæretico.*
7 *Iurans se aliquid soluturum certa die & antequam dies adueniat, is in cuius fauorem est facta promissio, incidit in excommunicationem, an debeat illi fieri solutio, ostenditur.*

CAP. Absolutos. XVI. & fin.

1 LIberantur ab omni obligatione siue fidelitatis, siue homagij, siue iuramenti, &c. qui in manifestam hæresim lapsi tenebantur adstricti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Coll. & Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anch. Panorm. Felin. Marin. Socin. Cened. *collect. 162.* Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 83* Alagona *in compendio iuris Canon pag. 648.* remissiue Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Perez *l. 3. ver. vnde quam citò aliquis, tit. 4. l. 8. Ordin. pag. 138.* Penia *in direct. Inquisit. par. 3. schol. 159. alias comment. 168.* Simanch. *de Cathol. instit. cap. 46. ex num. 73. & cap. 23. num. 11. & in enchirid. tit. 21. num. 9.* Ioseph. Stephan. *in tract. de potestate coactiua Romani Pont. cap. 12. num. 17.* Ioan. Rojas *sing. 212.* Læl. de Zanchis *de priuileg. Eccles. priuil. 143. num. 25.* Conrad. Brun. *de hæret. lib. 4. cap 14.* Paul Layman *in Theologia morali lib. 2. tract. 1. cap. 16. num. 4. vers. sexto.* Gutier. *canonicar. lib. 1. cap. 1. à num. 18.* Cened. *ad Decretal collect. 162. n. 1.*

3 *Et totius ob equity.*] Ergo filij propter hæresim paternam liberantur à patria potestate, ac sui iuris fiunt, statim ante vllam sententiam criminis declaratoriam, de quo plures citat DD. Cened. *d. collect. 162. num. 2.* quibus adde Molin. *de iustit. tract. 2. disput. 9. vers. ab hac reg. & disput. 229. in tertio modo liberationis à patria potestate,* Sayr. *in claui Regia lib. 3 cap. 9 num. 30. & lib. 9. cap. 7. num. 7.* Lessium *de iustit. lib. 2. c. 3. dub. 5. num. 23.* Azor. *instit. moral. par. 2 lib. 2. cap. 22. quæst. 6.* Rebel. *de oblgat. iust par. 1. lib. 1 quæst. 7. sect. 2 num. 23.* Sanch. *in præcepta Deca lib. 2 cap 24 à num 5.* Sanctarel. *de hæresi cap 37. num. 1.* Quòd autem filius teneatur
4 præstare alimenta patri hæretico, tenent Lata *in l. si quis à liberis, § etsi impubes, num. 10. ff. de liberis agnoscendis,* Surd. *de alimen. tit. 7. quæst. 14. n. 29. cum seqq.* Sanch. *d. c. 24. n. 7.* & plures alij quos refert, & sequitur Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap. 37. num. 2.* quicquid in contrarium velint Bald. *in authen. bona damnatorum num. 4. C. de bonis damnatorum,* Tiraq. *de retract. li. 1. § 1. glos. 9 num. 72.* Palar. *in repetit rubr. de donat. inter virum § 64. num. 13.*

Sic etiam mancipia Christiana ob dominorum hæresim libertatem consequi, tenent Simanch. *de Catholicis tit. 61. n. 8.* Castr. *lib. 2. de iusta hæreticorum punit. c. 7.* Io. Rojas *sing. 76.* Dec. *in tr. crimin. lib 5. c. 44. n. 22.* Pennia *in direct. Inquisit. part. 3. quæst. 119. commen. 168.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 40.* Vasquez 1. 2. *disp. 169. cap. 2 num. 19. & disp. 172. cap. 3. num. 15.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 12. quæst. 7. & lib. 5 cap. 7. quæst. 8.* Sanch. *d. cap. 24. n. 10. cum seqq.* Paul Comitol. *resp. moral. lib. 3. quæst. 43. ad finem* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 17 num. 6. vers. secundum* Farinac. *de hæres quæst. 197. num. 30.* Sanctarel. *eodem tract. c. 37. num. 4.* vbi cum Molin. Sanch. & Farinac. *citatis locis* ampliat dicta mancipia fieri ita libera vt quamuis hæretico redeunti ad Fidem bona restituantur liberalitate Principis, minimè propterea admittitur libertas à prædictis mancipiis, additque mancipia, quæ Christi Fidem non habent, ob hæresim domini non acquirere libertatem, sed cum aliis bonis delinquentis transire in fiscum

In glos. *Aliquo pacto.* ibi, *ergo si sub pœna,* &c.] Notatur ad hoc, quòd debitores sunt liberi à debito soluendo suo creditori hæretico, vt per Abb. *hic num. 1.* Ananiam *in princip.* Butr. *num. 3.* Socin. *in princip.* Zabarel. *num. 1.* refert, & sequitur Sanctarel. *d. hæresi cap. 37. num. 4.* vbi dicit hoc verum esse, quamuis debitor iurauerit se suo tempore soluturum, addens requiri tertiam declaratoriam antequam debitores liberentur ab obligatione soluendi debita creditoribus hæreticis, & citat Bursat. *cons. 14. num 18. cum seqq. lib. 1.* Azor. *d. part. 1. lib. 8. c. 13. quæst. 2.* Sanch. *d. c. 24. num. 8.* Quæ quidem liberatio debitorum ab obligatione soluendi debita creditoribus hæreticis, non propterea fit, vt debitores ea debita sibi acquirant, sed solum, vt non teneantur ea soluere creditoribus hæreticis, sed fisco, cui eorum actiones omnes competunt, vt sentire videntur Sanchez *d. cap. 24. numero 8.* Bec. *de Fide cap. 16. quæst. 2. numero 16.* Sanctarel. *d. cap. 37. num. 5.*

Vtrum autem, quando quis iurauit se aliquid soluturum certa die, & antequam dies adueniat is, in cuius fauorem est facta promissio, incidit in excommunicationem, debebat illi fieri solutio? tres sunt opiniones, vna est huius glos. asserentis non esse faciendam, quam etiam tenent Hostiens. *in cap. veritate, de dolo, & contumacia,* vbi Butr. *num. 24.* Vgol. *de censur. tab. 2. c. 20. § 2. num. 3.* Bald. *in cap. intelleximus 4. num. 5. de iudic.* Altera sententia est Innoc. *in d. cap. veritate,* asserentis in his terminis solutionem excommunicato esse faciendam excommunicatione non obstante, quam tuentur Syluest. *in summa verbo excommunicatio 5. quæst. 12.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 15. sect. 8. num. 5.* Bonac. *eod tract disp. 2. quæst. 2 punct. 6. § 2. num. 2 vers.* Tertia denique opinio habet pecunias *ex quo patet.* non esse soluendas excommunicato, sed deponendam apud ædem sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam ad effectum, vt excommunicato soluantur postquam beneficium absolutionis fuerit assecutus, ita glos. *verbo constricti, in cap. nos Sanctorum, 15. quæst. 6.* Felin. *hic in fine, & in cap. inter alia, num 4. de sent. excommunicat.* Abb. *in c. si verè num. 5. eod. tit. & in cap. veritate*

veritatis num.39.de dolo, & contumacia, Anania *hic n.5.* & hanc opinionem veriorem, & receptiorem esse profitetur Anton. Ricciul.*de iure person.extra gremium Ecclesiæ existen. lib.4.cap.56.num.12.*ex ea ratione,quia quamuis promissio restringatur ad licita, *cap. quanto, & cap. quoniam, de iureiuran.* tamen iurisiurandi religio obligat nos ad obseruantiam saltem de facto eo modo, quo seruari potest citra peccatum, *cap. debitores de iureiuran.* per depositum autem inducitur obseruantia, saltem per æquipollens, nec requirit communicationem.

De Schismaticis, & Ordinatis ab eis

TIT. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rub. scribentes.*
2 *Schismaticorum materia vbi tractetur, ostenditur.*
3 *Schisma Græca vox, quæ Latinè scissuram significat.*
4 *Schisma definitur vt sit diuisio per quam quis se ab vnitate Ecclesiæ separat.*
5 *Schisma in quo differat à crimine hæresis ostenditur.*
6 *Schisma datur quoties temere quis desinit summo Pont. obedire, secus si data legitima causa*
7 *Schismaticus quando hæreticus formaliter dicendus sit, ostenditur.*
8 *Schismatis ratio consistit in ea inobedientia quæ habet annexam rebellionem in Pontificem ex parte sui officij.*

1 SVPER hanc rub. scripserunt Zabarel, Ioan.And.Aretin. Anchar. Felin.Marin. Socin. Panorm. Butr. Petr. de Rauena *compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.*181. Daniel.Venator. *in analysi methodica iuris Pontificy à pag.* 628. Goffred. & Hostiens.*in sum.huius tit.*Alexand.Cassan. & Anastas. Cermon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in expositt. titulorum iuris Canon.* Lancel. *in instit. ejusdem iuris,* Caniss.*in sum ejusdem iuris,*nouissimè Ioan.Honor.*l.b 5. summ.in decretal.* omnes *sub hoc tit.*

2 De materia tit. vide Simanch. *de catholicis institut. tit.*58. *& in enchiridion.tit.de schismat.* Bernard. & Salzed. *in pract.*115,Vgolin. *de irregul. cap.* 36. §.3. *& de censuris Papæ reseruatis part* 2.c.1 *vers. nec non schismaticos,* Petr. de Ledesma *in summa tom.* 2. *tract.*3. *cap.*12. *concl.*3. *cum seqq.* Decian. *in tract. crimin. lib* 5. *cap.*60.
3 *cum seqq.* Valent. *tom.*3. *disp.*3. *quæst.*15. Azor. *institut. moral. part.*1. *l.*8. *cap.*20. Sanch. *in præcept. Decal.l.*2. c.36.Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.*17.*cap.*12. *num.*111. *cum seqq.* Anton.de Soula *in relect. de censur. Bullæ Cœnæ cap.*2.*disp.*18.Anton.Ricciul.*de iure person. extra gremium Ecclesiæ existentium lib.* 9. Sanctarel. *in tract.de hæresi cap.*43. Paul. Laymann. *in sum.Theologiæ lib* 2. *tract.*3.*cap.*11.

4 Schisma Græca vox est, quæ latinè scissuram significat,*c. schisma* 27.*quæst.*1. Diffinitur autem à S.Thom. 2.2. *quæst.*39. *art.*1. vt sit diuisio per quam quis se ab vnitate Ecclesiæ separat in quantum Ecclesia est quoddam corpus mysticum ex vniuersis fidelibus, & Romano Pont. tanquam capite constans, sequuntur
5 & latè explicant Sanch. *in præcepta Decalogi tom.*1. *l.*2.*cap.*36.*num.*1.Ricciul. *de iure personarum extra gremium Eccles. existent. lib.*9.*cap.*1 *ex num.*5 Differt autem schisma essentialiter à crimine hæresis, sicut & schismaticus ab hæretico, nam schisma in hac materia natura sua solùm importat separationem, seu diuisionem temere factam ab Ecclesiæ vnitate, secundùm quod non Fidei, sed charitati opponitur, quâ fideles tanquam membra Ecclesiæ inter se vnita reperiuntur respectu Pontificis, cui tanquam Ecclesiæ capiti tenentur obedire, *Extrauag. vnam sanctam,de maiorit.* Hostiens. *in summ.de schismat.* constat ex *c.loquitur,cap.alienus* 24.*quæst.*1. *cap.vnic. in princ hoc tit. l.*6. probauitque D.Hieron. *in epist.*1 *Pauli ad Timoth.c.*3. cuius auctoritas refertur à Gratiano *in cap. inter hæresim* 24. *quæst.*3. vnde fit vt omnis hæreticus à fortiori sit schismaticus, dum pertinaciter errans contra Fidem diuidit se ipsum ab Ecclesiæ vnitate, vt S.Thom. & cæteri Doctores agnoscunt.

Dixi schisma dari quoties temere quis desinit summo Pont. obedire, quia secus erit data legitima causa, veluti si ignorantia facti detur circa obedientiam præstandam propter ambiguam de ipso & alio in simul factam electionem,provt contigit tempore Vrbani VI. tunc enim cum vtrique insimul obediendum non sit, quia Ecclesia non diuiditur, eadémque est, & semper fuit,vt ex Cantic. constat ibi, *vna est columba mea, perfecta mea,* &c. & ex Paulo ad Ephes.cap.4.*vnum corpus, vnus spiritus, vnus Dominus, vna Fides, vnum Baptisma,* habetur *in cap. hanc regulam* 1. *quæst.*1.*d. cap. loquitur* 24. *q.*1. vnum enim est ouile, & vnus Pastor, ex *Ioan. cap.*10. tantùm obediendum erit illi, qui verus Pontifex & Christi vicarius declaratus fuerit à Concilio generali, ad quod eo casu recurrendum est, ex text. celebri *in cap. si duo forte contra fas* 79. *dist.* vbi glos. singularis per Abb. *in cap. quia diligentia, num.*3. *de elect.& in cap. licet de vitanda, eod. tit.* Roias *de hæret. part.*2. *num.* 519. Nec schismaticus dicendus erit qui sub tali dubio Pontifici obedientiam denegauerit,arg. text.*in cap.factus* 7.*quæst.*1.glos.*verbo qui verò.in cap.*1. 24.*quæst.*1. singularis per Abb.*in d.cap. quia diligentiæ num.*2.tradunt Paul.Griland.*de hæred.quæst.*2.Ludouic. Garrer. *in simili tract. in* §. *Circa num.*57. Simanch.*de Cathol.instit.cap.*58.*n.*9.Clar.§ *fin. q.*77.*col. pen.*

Dixi hoc crimen de se, & natura sua importare hæresim, quia secus erit si sub eadem separatione, seu diuisione ab vnitate Ecclesiæ inuoluatur aliquis error intellectus, veluti si talis putet se iuste facere, tunc enim hæreticus formaliter dicendus erit, arg. text.*in Clem.vnic* §.*sanè,de vsuris,* iuncta *Clem. ad nostram, de hæret.*tex.sic intelligendus *in cap.*1. *hoc tit.* vbi de hæresiarchis, & schismaticis insimul fit mentio, resoluit Simanch. *vbi sup.num.*4. *& in praxi hæreseos c.*5.

Dixi à capite separari, vt intelligamus rationem schismatis non consistere in quacunque Papæ inobedientia (aliàs quandocunque transgrederetur præceptum Ecclesiæ incideret in schisma) sed in ea inobedientia, quæ habet annexam rebellionem in Pontificem non ex parte rei præceptæ, sed ex parte officij ipsius Pontificis, nempe quando quis recusat subesse Pontifici vti capiti Ecclesiæ, & sic ratione officij quo fungitur.Valent.2.2.*disp.*3. *quæst.*15.*puncto* 1. Vgolin. *de censur.Papæ reseruat. part.*2.*c.*1. *vers. nec non schismaticos* §.1.*num.*4. Azori.*instit. moral. part.*1.*lib.*8 *cap.*20. *quæs.*4.Sanch.*in præcepta Decalogi tom.*1. *lib.*2. *cap.*36 *sub num.*3.

SVMMARIVM.

1 *Ordinationes,beneficiorum collationes, & ecclesiasticarum rerum alienationes per schismaticos factæ, sunt irritæ, & à dignitate & Ordine suspenduntur qui schisma tenere iurant.*

2 *Schismatici gesta nullius sunt momenti.*
3 *Sacramenta à schismatico administrata, an, & quando valida sint, ostenditur.*
4 *Episcopus schismaticus, excommunicatus, suspensus, vel degradatus confert Ordinis characterem, sed non eius exequutionem.*
5 *Schismatici non sunt irregulares.*
6 *Schismatici non sunt absolutè excommunicati in hoc text. sed solum in Bulla Cœnæ Domini.*
7 *Beneficiorum collationes, & dignitatum, ac vniones, & priuilegia facta à schismaticis nulla sunt.*
8 *Collatio facta à schismaticis non est irrita, sed irritanda.*
9 *Suspensi ab Ordinibus & dignitate sunt, qui sponte iuramentum præbent de tenendo schismate.*

Cap. Quod à prædecessore. I.

1 ORdinationes factæ à schismaticis, & ab ordinatis ab eis sunt irritæ, & qui acceperunt dignitates Ecclesiasticas, vel beneficia, carent impetratis. Alienationes factæ de rebus Ecclesiæ per schismaticos, vel laicos non valent, & res sine omni onere reuertuntur ad Ecclesias, & qui præsumit facere contra prædicta, est excommunicatus: & sponte iurantes de tenendo schismate, sunt suspensi à sacris Ordinibus, & dignitatibus. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anch. Panorm. Felin. Marin. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 110. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 662. remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *cap. 2.* & refertur ab Anton. Augustt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 7 cap. 2.*

2 *Ordinationes ab Octauiano*, &c.] Notatur ad hoc, quòd gesta per Schismaticos regulariter nullius sunt momenti, veluti in casu, in quo actus est gestus extra formam Ecclesiæ, tunc enim esset omnino nullus, siue sit Sacramentum, quod vltra gratiam nullam executionem desiderat, siue Sacramentum, quòd vltra gratiam requirat executionem, quia quicquid geritur contra formam Ecclesiæ nullum est, ita glos. *hic verbo irritas*, & Abb. *sub num. 4.* Anania *num. 2.* & Socin. *n. 6.* Triumph. *de potest. Papæ quæst. 25. art. 3. in respons. ad 3.* quos refert, & sequitur Ricciul. *de iure person. lib 9. cap. 3. num. 3.* vbi *num. 5.* declarat, vt procedat in schismatico existente extra communionem Ecclesiæ, & *num. 7.* etiam declarat, quòd quando Sacramentum administratur à schismatico secundùm formam Ecclesiæ, eo quia intendit facere, quod facit Ecclesia, tunc siquidem versamur in Sacramentis, quæ vltra gratiam, aliam executionem non expectant, prout sunt confectio Corporis Christi, Baptismus, & vnctio sacra, tunc tenet, quamuis recipientes ab eis peccent mortaliter, nisi in casibus à iure permissis. Si verò versemur in Sacramentis, quæ vltra gratiam, desiderant executionem, prout est sacramentum Ordinis, tunc respectu caracteris valet, quia cum illud sit impressum in anima etiam à schismaticis confertur, vt docet glosl. *in præsenti in d. verbo irritas*, & *ibi* Abb. Respectu autem executionis non confertur nisi Sacramentum fuerit receptum ex ignorantia probabili; hæc tamen ignorantia tandiu suffragatur quandiu durat probilitas. Postquam autem res erit patefacta, requiritur dispensatio. Hæc Anton. Ricciul. *loco proximè citato.* Quod autem quilibet Episcopus schismaticus
4 excommunicatus, suspensus, vel degradatus conferat Ordinis characterem, sed non eius executionem, per hunc text. tenent Couar. *in cap. alma mater p. 1. §. 6. n. 6.* Azor. *inst. moral. p. 2. lib. 3. c. 48. q. 7.*

Cum tex. *in præsenti* solas Ordinum collationes à schismaticis factas, irritas reddat quoad vsum Ordinum in recipientes scienter, & nullam irregularitatem imponat, nec in iure imposita reperiatur, dicendum est schismaticos non esse irregulares, prout expressè tenent Soar. *de censur. tom. 5. disp. 23. sect. 2. num. 7.* Sanctarel. *d. tract. de hæresi cap. 43. num. 13.* Sanch. *in præcep. Decalog. lib. 2. cap. 36. num. 20.* Sayr. *de censuris lib. 7. cap. 12 num. 16. vers. tertiò, iuncto vers. primus est de hæresi*, qui bene addit existente schismate notorio, hos fore irregulares irregularitate generali, quæ ex quouis crimine notorio, digno depositione oritur, quæ cessat ablata infamia per contrariam pœnitentiam. Licèt schismaticos irregularitatem incurrere minus benè defendant Clar. *in §. fin. quæst. 77. num. 17.* Penia *in direct. Inquisit. part. 2. quæst. 48. comment. 73. vers. cognitis dignum est*, Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 8. cap. 20. q. 1.*

6 Sic etiam nec huiusmodi schismatici videntur absolutè, & in vniuersum excommunicati *in hoc text.* vt aduertunt Soar. *d. disp. 23. sect. 3. num. 1 & à num. 4.* Nicol. Garcia *de benef. part. 11. c. 10. §. 1. num. 137.* sed solùm in Bulla Cœnæ Domini casu 1. excommunicantur absolutè vt per Azor. *d. c. 20. quæs. 5.* Sout. *d. tom. 5. disput. 21. sect. 2. à num. 12.* Petr. de Ledesma *summa part. 2. tract. 3. c. 12 concl. 20.* Acosta de Andrada *ad Bullam Cruciatæ quæst. 64.* Anton. de Sousa *in relect. de censuris Bullæ Cœnæ cap. 2. disput. 18.* Sanctarel. *d. cap. 43. num. 8.*

Seu beneficia per dictos schismaticos, &c.] Notatur ad hoc quòd collationes beneficiorum, & dignitatũ factæ à schismatico nullæ sunt, vt per Corras. *de benef. part. 3. cap. vlt. num. 19.* Nicol. Garcia *d. c. 10. num. 159.* Anton. Ricciul. *lib. 9. cap. 4. num. 4.* Sanctarel. *d. c. 43. num. 15.* Et pari ratione nullæ reputantur vniones, vt fuit resolutum *in Valentina vnionis 2. Iunij* 1606. coram Reuerendissimo D. Coccino Rotæ Decano. Sicut etiam nullum reputatur priuilegium, Seraph. *decis. 611.*

Careant.] Notatur ad hoc, quòd collatio facta à
7 schismaticis non est irrita, sed irritanda, vt per Soar. *d. disp. 23. sect. 3. num. 4.* quem refert, & sequitur Sanch. *d. cap. 36. num. 20.* sed verbum hoc latam sententiam continere tenet Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 8. n. 16.*

8 *Illos verò qui sponte*, &c.] Notatur ad hoc, quòd suspensi ab Ordinibus, & dignitate sunt, qui sponte iuramentum præbent de tenendo schismate, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32 tract. 2. num. 74. vers. est item.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus à schismatico ab officio est repellendus nisi probet secum dispensatum per habentem potestatem.*
2 *Dictio, incunctanter, omnem dilationem, & omne temporis spatium excludit.*
3 *Dispensandi facultatem habens promouendo inhabilem adhibita causæ cognitione præsumitur cum eo dispensare.*
4 *Schismatici etiam post peractam pœnitentiam inhabiles sunt ad Ecclesiast. beneficia obtinenda absque dispensatione.*

Cap. Fraternitati. II. & fin.

Innoc. III.

ORdinatus à schismatico est statim repellendus ab officio, nisi legitimè probet secum fuisse dispensatum ab habente auctoritatem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarel. Ioan. Andr.

Andr Anania, Host. Butr. Anch. Panor, Felin, Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 110. Alagona *in compendio iuris Canon. pag* 962. item siue Ximen. *in concord p.1.& 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decret. lib. 5 tit 5. cap vnic.*

2 *Incunctanter.*] Notatur ad hoc, quòd dictio hæc omnem dilationem, & omne temporis spatium excludit, ad pœnæ executionem latam sententiam continere censetur, vt per Sayr. *in clau Regia lib. 3 c. 8. n. 27.*

3 In glos. *Dispensatum.* Notatur ad hoc, quòd habens dispensandi facultatem promouendo inhabilem adhibita causæ cognitione, præsumitur cum eo dispensare, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 20. num 25.* Masdard. *de probat. concl. 1239. num. 16.* Henriq. *in summa lib. 13. de excommunicat. c. 13. num. 3.* Azor. *institut. moral. part. 1. l. 5. 15. quæst. vlt.* Fr. Emmanuel. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 46. art. 1.* optimè Sanch. *de matrimon. lib. 8 disp. 4. num. 15.* vbi *num. 17.* dicit sibi magis placere opinionem asserentem censeri tunc etiam Principem inferiorem dispensare, quamuis causæ cognitionem non præmittat, latè & eleganter Illustrissimus D. meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus, *in comment. ad cap si quilibet 16. ex num. 5. dist. 54.*

4 In glos. *Potestatem.* ibi, *conuersus ad vnitatem Ecclesiæ*, &c. Schismatici igitur etiam post peractam pœnitentiam inhabiles sunt ad beneficia Ecclesiastica obtinenda absque dispensatione, de quo vide Rebuff. *in praxi tit. de modis amittendi beneficia num.* 29. Peña *in direct. Inquisit. part 2. quæst.* 48. *comment.* 73. Vgolin *de irregul. cap.* 36. *§.* 3. *num.* 7. Soar. *tom.* 4. *de censur. disp.* 43. *sect. 2. num* 7. Azor. *d. part. 1. l.* 8. *cap.* 20. *quæst.* 8. Sanchez *in præcep. Decal. lib. 2 c.* 36. *n.* 18. Sanctarel. *in tract. de hæresi cap.* 43 *num.* 12. Nicol. Garcia *de benef. part.* 11. *cap.* 10. *§.* 1 *num.* 161. vbi *à num.* 163. tenet, quòd requiritur dispensatio Papæ, nisi delictum esset occultum schismatis, quia in eo poterit Episcopus dispensare virtute Trident. *sess.* 24 *c.* 5. *de reformat.* prout resoluit Sanchez *d. c.* 36. *n.* 18. vbi *num.* 19. tenet pœnam illam priuationis ipso iure beneficiorum ante schisma adeptorum, tanquam fundamento destitutam non esse admittendam licèt contrarium tueantur Rebuff. *d. n.* 29. & Flamin. *de resignat. lib.* 3. *q.* 1. *num.* 36.

De Apostatis, & reiterantibus Baptisma.

Tit. IX.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zab. Ioan. Andr. Anch. Batr. Panorm. Mar. Socin. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici, fol.* 239. Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum fol.* 181. Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 181. Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontif. a pag.* 630. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast. Germon *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in exposit. titulorum iuris Canon.* Zypæ. *in analytica posterioremi iuris ecclesiastici enarrat. pag.* 391. omnes *sub hoc tit.*

De Apostatis à Fide, ac eorum pœnis vide Simanch. *de Catholicis, tit. 7. & in ench. tit.* 4. Bernard. & Salzed. *in pract. cap* 114 *in nouissima impressione*, Albert. Trot. *de vero, & perfecto clerico par.* 1. *l.* 2. *c.* 30. Castr. *de iusta hæreticorum punit. lib.* 1. *c.* 7. & 23. Clar. *lib.* 5. *§.* Barbos. Collect. Tom. III.

fin quæst. 78. *num.* 4. Affl. *in constit. Neapolit. lib.* 1 *rubr.* 3. *& seq.* direct. Inquisit *part.* 2 *quæst.* 49. vbi Peña *in comment.* 74. Menoch. *de arbitr. casu* 421. & *casu* 546. Mascard. *de probat. conclus.* 112. Vgol. *de censur Bullæ Cœnæ lib.* 2. *cap.* 1. *vers. & à Christiana Fide Apostatas & de irreg. cap.* 36. *§.* 4. Decian. *in tract. crimin lib.* 5. *cap.* 70. *cum seqq.* Petrus de Ledesma *in summa part.* 2. *tractat.* 1. *cap.* 7. Valent. *tom.* 3. *disp.* 1 *quæst.* 12. Soar. *tom.* 5 *de censur. disput.* 43 *sect.* 1. *num.* 1 & 2. Surd. *de aliment tit.* 8. *priuil.* 68. Perez *ad tit.* 4. *vers. quæritur* 19. *lib.* 8. *Ordin. part.* 135. Turrian. *de Fide disput.* 57. *dubit at* 1. Cardos. *in praxi iudicum, & aduocaturum. verbo apostasia*, Card. Tusch. *tom.* 1. *lit A. concluf.* 424. & *seqq.* Azor. *institut. moral part.* 1 *lib.* 8. *cap.* 21. Farinac. *fragmen. crimin. parte* 1. *lit. A. numero* 235. Sanch. *in præcepta Decalog. lib.* 2. *cap.* 7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 17. *tractat.* 1 *c.* 5. *à n.* 72. Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existentium l.* 6. *de apostatis Fidei*, Sanctarel. *in tract. de hæresi c.* 2.

De Apostatis à religione, vide Bonacos. *commun. crimin. part.* 2. *verbo apostata fol.* 4. & 5. Azor *d part.* 1. *lib.* 12. *c.* 16. Prosper de August. *in addit. ad Steph. Quarantam verbo apostata*, Fr. Emmanuel. *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 30. Aldret. *de religiosa disciplina tuenda l.* 2. *c.* 18. Ludouic. Miranda *in manuali Prælat. tom.* 1. *quæst.* 41. Anton. Ricciul. *d. tract. de iure pers. l.* 8. *de apostatis à statu Religionis regularis*, Sanch *in præcepta Decalogi tom.* 2. *lib.* 6 *c.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Clericus, vt priuilegio fori priuetur eo quod se enormitatibus immiscuit, requiritur quòd incedat sine habitu, & tonsura.*
3 *Clericus, vt dicatur se in enormitatibus immiscuisse ad hoc vt priuetur priuilegio fori, & beneficio, non sufficit vnum delictum, sed plura requiruntur.*
4 *Comprehensus in enormitatibus quando quis dicatur ostenditur.*
5 *Apostasiæ triplex species*
6 *Apostata dicitur, idest, tetro stans.*

Cap. Præterea I. *Alex. III.*

CLerici, qui relicto ordine clericali, & habitu suo tanquam laici conuersantur in Apostasia, si in crimine comprehensi teneantur per censuram Ecclesiasticam non liberantur. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 112. Alagona *in compend. iuris Canon pag.* 664. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 8. *c.* 2. & est post Concil. Lateran. *p.* 26. *c.* 16. 1

Relicto Ordine clericali, & habitu.] Ergo clericus, vt priuilegio fori priuetur, eo quòd se enormitatibus immiscuit requiritur quòd incedat sine habitu, & tonsura, vt per hunc text. tenent Bos. *sub tit. de foro competenti n* 154. Clar. *in §. fin. q.* 36. *vers cæterum*, Roland. *cons.* 4. *n.* 12. *vol* 1. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 8. *num.* 56. Diana *resol. moral p.* 1. *tract.* 2. *resol.* 23. 2

Si in criminibus. Ergo ad priuandum clericum priuilegio fori & beneficio, ad hoc, vt dicatur se in enormitatibus immiscere, non sufficit vnum delictum, sed plura requiruntur, Con. *in pract. c.* 32 *n.* 2. *vers tertiò*, Capyc. *decis.* 61. *n.* 1. Roland. *d. cons.* 4. *num* 32. Alex. de Neuo. *cons.* 59 *n.* 20. & 21. Cabal. *resolut. crim. casu* 60. *n.* 17. me citato Diana *d. resol.* 23. 3

4 *Comprehensi.*] Requiritur etiam ad priuandum clericum priuilegio fori, quòd in enormitatibus comprehendatur, Cæpol.*cons.*11.*num.*34. Alexand.de Neuo *d.cons.*59. *in fine* Roland. *d.cons.*4. *num.*32. comprehensus autem dicetur, si in flagranti fuerit captus, *l. palam.*§. *quæ in adulterio ff.de ritu nupt. cap.si quis Duconus*, vbi glos. *verbo deprehensi* 50. *distinct.* vel si ipse antequam opponat de priuilegio clericali delictum fateatur, de eo sit legitimè conuictus, vel si crimen sit adeo notorium de facto,vt nullus sit inficiationi locus, vt per Alex.de Neuo *d.cons.*59.*num.*10. *in fine* Bellet.*disquisit.clericalium par.*2.*tit.de fauore Clericorum personali* §.7.*num.*4.

Verùm autem clericus huiusmodi, qui se miscuit enormitatibus, amittat priuilegium fori absque alia monitione, itaut sine metu censuratum possit illum iudex laicus punire? quæstio est dubia, in qua auctoritate huius text. & *cap.ex parte, de priuileg. & cap perpendimus, de sent.excomm.* affirmatiuam partem tuentur Sylues. *in summ. verbo excommunicatio* 6.*num.*7. Clar *in practic.lib.*5.*quæst.*36. *num.*23. Iacob. de Graff. *in aureis decis.p.*1 *lib.*2. *c.*20. *num.*151. Scacc. *de iudic.tom.*1. *c.*11.*num.*79. Bobadil. *in sua politica lib.*2. *c.*18.*num.*95. Farin. *in praxi crimin.quæst.*8 *num.*54. Molin. *de iustit. tom.*4.*tract.*3. *disp.*49.*num.*21. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.*19.*c.vlt. sect.*1.*num.*70. Aloys.Ricc.*in praxi aurea resolut* 172.*num.*29.

Negatiuam verò partem sequuntur magis communiter Doctores, eamque expressè tenent Tabien. *verbo excommunicatio* 5.*num.*25. Triuis.*lib.*2.*decis.*45. *num.*17. Albert.*in cap.quamquam. de hæret.quæst.*14.*n.*11. Megal.*in* 3.*p.lib.*3.*c.*11.*n.*30.31.*&* 32. Franc. à Ponte *cons.*24.*n.* 4. Paul.Comitol. *resp.moral.lib.*1.*quæst.*96. *n.*3. Ioan.de la Cruz *in direct. conscient. p.*2. *de sacram. Ordin.dub.*8. *concl.*4. Filliuc.*tom* 1.*tr.*16. *c* 11.*n.*314. Bonacin.*de legibus disp.*10. *quæst.* 2. *puncto* 1.§.1.*n.*4. Anguian *in simili tract.lib.*1.*controu n.*19.21.*&* 24. Ambrosius *de immun. Eccles.c* 17.*n* 16. Fachin. *controu.lib.*9.*c.*28. qua tetenta sententia non obstabunt iura supradicta, quia respondetur prout *ibid.* dixi.

5 In glos. *Apostasiam* ibi, *est autem triplex*, &c. De hac triplici apostasiæ specie latè Ant. Ricc.*in tract. de iure person. extra gremium Ecclesiæ existentium. lib.*6.7. *&* 8.

6 In ead.glos.ibi,*&* *dicitur apostata. ideſt retro stans.* Ita Nauar.*cons.*15.*n.*10.*sub tit.de regul.in antiquis*, Fr.Emm. *quæst.regul.tom.*1.*q.*30.*art.*1.

SVMMARIVM.

1 *Acolytus si occultè rebaptizanti præbuit ministerium, promoueri potest, secus si publicè, nisi cum eo Religionem intrante dispensetur.*
2 *Rebaptizans cum peccato mortali & rebaptizatus irregularitatem contrahunt, quod intellige vt ibi.*
3 *Ob ætatem teneram,& florescentem mitius quis punitur.*
4 *Mitius punitur qui deliquit, vt consuleret consanguineo.*
5 *Rebaptizanti publicè ministrans irregularitatem incurrit.*
6 *Papa solus dispensat in irregularitate, quæ contrahitur ex iteratione Baptismi publica.*
7 *Episcopus dispensare potest in irregularitate proueniente ex rebaptizatione occulta.*
8 *Irregularis efficitur, qui baptizanti ministrat Acolyti, Diaconi vel Subdiaconi officio fungens.*
9 *Compatres scienter rebaptizationis participes, an aliquam irregularitatem incurrant, ostenditur.*
10 *Delictum facilius expiatur ex quadam pietate commissum, quam vbi impietas præstat causam delicto.*
11 *Irregularitas illa, quæ est ex proprio delicto suscepa per professionem non tollitur.*

Cap. Ex litterarum. II.

AColytus in minori ætate quando administrauit sacerdoti rebaptizanti, si peccatum est occultum potest promoueri ad superiores Ordines, vt agat pœnitentiam, secus si peccatum est publicum, nisi fiat Religiosus, & in fauorem Religionis cum eo dispensetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib.*5. *Stor. Pontif. pag.*112. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*664. remissiuè Ximen.*in concord.p.*1.*&*2. refertur ab Ant. Aug. *collect.*1. *Decret.lib.*5.*tit.*8.*c.*3.*&* est post Concil. Later. *part.* 26. *c.*1.

Collige ex text. ex culpabili iteratione Baptismi publica, vel etiam occulta contrahi irregularitatem, & consequenter tam rebaptizantem cum peccato mortali quàm rebaptizatum fieri irregularem, de quo vide Maiol.*de irregul.lib.*3.*c.* 14. Victoriam *in summa,tit. de baptismo, n.*31.*&* 36. Couar. *in Clemen.si furiosus inuisitio p.*1.*n.*8. Bernard & Salzed. *in pract c.*15. Humad.*in gloss.*3.*tit.*4.*part.*2. Viuald. *in candelabro aureo tit. de baptismo à n.*45. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.*30. *n.*173.*&* *seq.* Nug *p.*3.*q.*66.*art.*9. *concl.*4. Cened.*ad Decretum collect.*63 *n.*4. Zerol.*in praxi Episc.p.*1 *verbo irregularitas* §.11. optime Ægid.*de Sacram.& censur.tom.*2. *disp.*18.*dub.*5.*à n.*34. Bonac.*de censur.disp.*7.*q.*3 *punct.*3. *n.*1. Sanctarel.*de hæresi c.* 45. *n.*8. Intellige si rebaptizet cum intentione rebaptizandi, nam absque eanon incurret irregularitatem, vt ex Henriq. Vgol. Auil. & Soar. colligit Bonac.*d.punct.*3.*n.*7. vbi.*n.*4. limitat in rebaptizante sub conditione, quamuis temere, & non præmissa inquisitione, de quo etiam Paul. Layman. *in Theologo moral.lib.*1.*tract* 5 *p.*5 *c.*2.*n.*1.*vers.quarto.*

Minor ætas. [Notatur ad hoc, quòd ob ætatem teneram, & florescentem mitius quis punitur, vt per Tiraq. *de pœnis temperandis causa* 7 *à n.*1.

Et intentio fraternæ salutis.] Notatur ad hoc, quòd mitiùs punitur qui deliquit, vt consuleret consanguineo, vt per Tiraq.*d.tract.de pœnis temperandis c.*20.*n.*3. *cum seq.*

Si publicum est quod proponitur.] Notatur ad hoc, quòd vt ministrans rebaptizanti irregularitatem incurrat, debet esse crimen publicum, vt per Soar. *tom.*3.*disp.*31. *sect.*6.*dub* 3. Ægid.*d.disp.*18. *dubitat.*3.*n.*36. Paul. Layman.*d.c.*2.*n.*1.*vers.* *sunt verò*

Nisi ad religionem, &c.] In irregularitate, quæ contrahitur ex iteratione Baptismi publicæ, solus Papa dispensare potest, qui vix rebaptizantes dispensat, vt religionem ingrediantur, prout attestantur Tabien.*in summa verbo dispensatio.n.*13 *vers.*14.*&* Salzed.ad Bernard. *d.c.*15.*lit.B.vers.* *&* *non solum, in fine.* In rebaptizatione verò occulta potest Episcopus dispensare, quis potest dispensare in irregularitate prouenient ex delicto occulto virtute Concil. Trid. *sess.*24 *de reformat. c.*6. vt tenent Ægid.*d.disp.*5.*n* 36. & ex Tolet. Sayt. & aliis Bonac.*d.punct.*3 *n.* 9. vbi *n.* 10. tenet eodem modo posse Episcopum dispensare in irregularitate, quæ incurritur, quando quis alium publicè baptizat, sed nesciturvtrum qui baptizatur, fuerit antea baptizatus.

In glos. *Acolytus.* ibi, *supple, qui ministrauit sunum præstitit rei nefandæ.* Ergo irregulares efficiuntur, qui rebaptizanti ministrant Acoliti, Diaconi, vel Subdiaconi officio fungentes, vt tenent Salzed.ad Bernard.*loco proximè citato.* Ægid. *d. dubit.* 5. *num.* 35. Pari etiam ratione idem dicendum videbatur de compatribus, scienti

scientibus,sunt equidem isti rebaptizationis participes, vt tenent expresse Matol.*de irregul.l.*3 c.14 *n.*6.Ægid. *d.num.*34. Salzed.*loco proximè citato.* Quamuis in rigore disputationis contrarium esset resoluendum cum text. *in præsenti* loquatur tantùm de Acolyto, & consequenter non videatur extendendum nisi ad eos, qui inseruiunt reiterationi Baptismi ex officio,vt optimè aduertit Bonac.*d. punct.*3 *n.*1.*in fine.*

10 In glos. *Intentio.* Notatur ad hoc, quòd facilius expiatur delictum ex quadam pietate commissum , quam vbi impietas præstat causam delicto,vt per Tiraq.*de pœnis temper.causa* 24.*n.*2.

11 In glos. *Religionis.* Notatur ad hoc , quod per professionem non tollitur ea irregularitas , quæ est ex proprio delicto susceptа,sed quæ ex alieno peccato contrahitur,vt per Couar.*in Clement si furiosus part.*1.§.2 *n.*6. Xuar.*allegat.*15.*num* 3. Flamin.*de resignat lib.*5.*quæst.*3. *num.*195. Azor *institut.moral.part.*1 *lib.*12 *c.*5.*quæst.*12. *& part* 2.*lib.*6.*cap.*4.*colum.* 672. Paul Comitol. *respons. moral.lib.*1.*quæst.*106.*num.*8.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus de Apostasia deficiente probatione compellitur ad se purgandum & n.*2.

3 *Clericus in Sacris constitutis recessus ad seculum est interdictus.*

4 *Clericus, qui habitum, & tonsuram aliquo tempore dimissum reassumpserit, non perdit fori priuilegium.*

Cap. Tuæ fraternitati III.

Innocent. III.

1 CLerici infamati de Apostasia, id est, qui habitum dimiserunt, non sunt relinquendi in habitu sæculari, sed censuris cogendi, vt deficiente probatione canonicè se purgent. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect. Zabarel. Ioan.Andr.Anania, Host. Butr. Anch Panorm.Mar. Socin. Viuian. *in ration lib.*5 *iuris Pontif. pag.* 113. Alagona *in compendio iuris Canon.pag.* 664.remissiuè Ximen.*in concord.p.*2.refertur ab Anton. Aug. *collect.*1.*Decretal.lib.*5 *tit.*6.*c.vnic.*

2 Hanc eandem concl.ex hoc tex.desumit Bernard. *in pract.c* 114. *prope finem in nouissima impress*

3 *Non sunt in seculari habitu tolerandi.*] Quia clericis in Sacris constitutis recessus ad sæculum est interdictus,*c.*1. §. *sed si in Subdiaconatu, & cap. sanè, de clericis coniugatis* , cum similibus citatis per Anton.Rocciul. *de iure person.lib.*7.*c.*6.*n.*20.

4 In glos. *Habitum.* Immo potiùs clericus , qui habitum & tonsuram aliquo tempore dimissum reassumpserit ; non perdit fori priuilegium , vt per Capram *cons.*97.*n.*33 *cum seqq.* Alex.de Neuo *cons*62.*n.*7.etiam quòd tempore commissi delicti non gesserit habitum, modò post delictum illum reassumpserit , Couar. *pract.c.*31.*num.* 7.*vers.*5. dummodo etiam reassumptio habitus non fuerit in fraudem. Clar.*in* §. *fi. q.*36. *vers. sed hic quæro* ; dummodo etiam non fuerit vnica omissio habitus ; quia ad priuandum clericum priuilegio clericatus, necessaria est tanta perseuerantia, vt publicè existimetur laicus ; vel quòd contrarius animus in eo discernatur ; vt per Farinac. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst* 8.*num.*58.

In glos. *Tolerandi*, vlt. ibi *de aliis inferioribus Ordinibus constitutis intelligi non possit , quia possunt integrum renuntiare Ordini clericali.* Intellige dimittendo habitum, & Tonsuram, vel exercendo negotia sæcularia, & ita potest renunciare facto, non tamen verbo, vt tenent Ioan. Andr.& Anan. *num.*13 *in præsenti.*Cepol. *cons.*11. *num.*16.Farin *in praxi crimin. p.*1.*quæst.*8.*num.*14.Illust. D.mens Rodericus à Cunha *in comment. ad c. non oportet.*3 *num.*1.*diff.*42. Vide quæ dixi ad *c. si diligenti, ampl.* 2.*de foro compet.*

SVMMARIVM.

1 *Baptizati alterius sectæ, vel fidei, ritus dimittere compelluntur.*

2 *Apostata dicitur, qui omnino deficiens à Fide Christiana sacrilegis se cœtibus aggregat.*

Cap. Quidam. IV.

BAptizati voluntariè, si deinde ad priores ritus & superstitiones reuertuntur, sunt per Prælatos coërcendi. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc.Collect. Zabarel.Ioan. Andr. Anania,Host. Butr. Anch.Panorm. Mar.Socin.Viuian.*in rationali lib.*5.*iuris Pontif. p.*113. Alagona *compend.iuris Canon.pag.*664.remissiue Ximen. *in concord.p.*2.desumitur ex Concil.generali Lateranen. sub Innoc.III.*c.*7. 1

Cum prioris ritus reliquias retinentes.&c.] Dicitur ergo apostata , qui omnino deficiens à Fde Christiana sacrilegis se cœtibus aggregat,veluti transiens de Christianismo ad Iudaismum, siue Paganismum, vt *in l.*1 & 2.*C. hoc tit.* & per Innoc. *in c.*1. *supra hoc tit. n* 1. Butr. *num.*4.*vers.quidam est.*Henric.*num.*2.Socin.*n.*3.*ad finem vers.tertio.* Decian. *tract crimin.lib.*5.*c.*71.*n.*4.Menoch. *de arbitr.casu* 546.*num.*63. Farinac.*de hæresi quæst.*183. §.2.*n.*13.Sanch. *in præcept.Decal. l.*2.*c.*7.*n.*16.Azor.*institut.moral. part.*1.*lib.*5.*c.*21.*q.*Anton.Ricciul *de iure person lib.*6.*c.*2.*num.*1.vbi *num.*6.cum multis aliis, quos ibi citat , resoluit apostatam dici non posse illum , qui ab improba facta in aliam reprobatam se transtulerit, veluti à Iudaismo ad Paganismum. 2

SVMMARIVM.

1 *Apostata incarcerari & affligi possunt vt habitum reassumant.*

2 *Clericus quando induci non potest ad reassumendum habitum malè dimissum, quid faciendum,ostenditur.*

Cap. Anobis. V. *Honor. III.*

APostatæ,qui dimisso habitu detinentur in carcere, & nec minis, nec blanditiis adduci possunt, vt habitum reassumant,possunt,si videbitur,sub graui custodia reseruari, itaut miseram vitam ducant. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabarell.Ioan. Andr. Anania,Host.Butr.Anch.Panorm. Mar. Socin.Viuian. *in rationali lib.*5.*iuris Pont.p.*113. Alagona *in compend.iuris Canon. pag.*664.remissiuè Ximen.*in concord.part.*2. 1

Collige ex text.clericum, quando induci non potest ad reassumendum malè dimissum habitum, posse incarcerari sub graui custodia, ita quòd solùm sibi vita misera reseruetur, donec à suæ præsumptionis nequitia resipiscat, vt per Bernard.*in pract cap.*114.*in fine, in nouissima impress* Nam si speraretur correctio,& impeditio malorum, si coë ceatur ; vel detineatur apostata , tenetur Prælatus & corrigere, & cogere ad redeundum , vt per Fr.Emman.*quæst.regul.tom.*1.*quæst.*30 *art.*1. 2

SVMMARIVM.

1 *Monachus in apostasia ordinatus non potest sine Papæ dispensatione in suscepto Ordine ministrare, & n.* 2.
3 *Ordinatus in apostasia à religione cum sit excommunicatus fit irregularis.*
4 *Electi ab ordine si sint Subdiaconi, aut aliquo Ordine insigniti, nisi aliud obstet, possunt ad alios sacros Ordines promoueri.*
5 *Apostata à religione quis dicatur, ostenditur.*

CAP. Consultationi. VI. & fin.

1 MOnachus in apostasia ordinatus, licèt deinde fuerit Abbati reconciliatus, & pœnientiam fecerit, tamen non poterit ministrare in illo Ordine susceptо sine dispensatione summi Pont. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 113. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 664. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Decian. *in tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 73. *numero* 18. Soar. *tom.* 5. *de censur. disput.* 31. *sect.* 3. Sayr. *eodem tract lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 16. Alderet. *de religiosâ disciplina tuenda lib.* 2. *cap.*
3 18. *num.* 18. Ordinatus enim in apostasia à religione, cùm sit excommunicatus, fit irregularis, vt docet Henriq. *in summa lib.* 13. *cap.* 39. §. 1. *prope finem, & cap.* 40. §. Electi verò ab ordine, si sint Subdiaconi, aut aliquo
4 Ordine insigniti, nisi aliud obstet, possunt ad alios sacros ordines promoueri, vt per Nauar. *consil.* 3. *sub tit. de regular.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 30. *artic.* 24. quos refert, & sequitur Ludou. Mirand. *in manuali Prælatorum tom.* 1. *quæst.* 51. *art.* 3.

5 Apostata, in rigore loquendo, censendus est ille, qui recedit à monasterio, & religiones inconsulto Prælato, & sine habitu habens voluntatem firmatam in malum, & animum atque intentionem non redeundi ad religionem amplius, vt videntur tenere Calderin. *consil.* 10. *sub hoc tit.* Nauar. *consil.* 10. *num.* 6. *sub eod.* Clar. *in* § *fin. quæst.* 78. *vers. apostata punitur*, Ludou. Mirand. *d. tom.* 1. *quæst.* 51. *art.* 1. *concl.* 1. & secundùm Achil. *decis.* 2. *sub hoc tit.* olim Rota *sub die* 11. *February* 1555. coram Oradino censuit, vt dicatur contracta apostasia vera, & propria, quæ inferat inhabilitatem, requiri recessum sine licentia, & dimissione habitus cum animo illum amplius non reassumendi, adeò vt si appareret habitum esse dimissum voluntate illum reassumendi, non censeretur contracta apostasia, quæ infert inhabilitatem, sed tantùm illa, quæ infert excommunicationem; quare hæc opinio in apostasia vera, & propria indubitabilis est, illa verò, quæ tenet sufficere solum recessum è religione, etiam si habitus deferatur, quam tuentur Decian. *in tract. criminal. lib.* 5. *cap.* 73. *num.* 21. & 25. Mascard. *de probat. conclus.* 12. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 546. *num.* 36. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 12. *cap.* 17. *quæst.* 6. & alij plures ab ipsis citati, procedit in apostasia minus propria, & per quem sola excommunicatio contrahitur.

De his, qui filios occiderunt.

TIT. XII.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabar. Ioan. And. Anch. Butr. Panor. Mar. Socin. Petr. de Rauen. *in compendio iuris Canon.* Mart. Mesnart. *in epit. Decret fol.* 181. *vers.* Dam. Venat. *in analysi methodica iuris Pont. p.* 631. Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germ. *in paratit. l. ad quinque lib. Decr. sub hoc tit.* Bar h. Carthag. *in expositi. tit. iuris Canon. sub eod. tit.*

De materia tituli vide scribentes per text. *ibi in l.* 1. *vers. sed si mater ff. ad legem Pompeiam de parricid. & in l.* 1. *in princip. C. eod.* Vela *de delict. c.* 27. Anton. Gom. *var. tom.* 3. *c.* 3. *num.* 3. *in princip.* Decian. *tract. crimin. lib.* 5. *c.* 8. Solorz. *de parricid. lib.* 2. *cap.* 10. Farin. *in praxi crim. quæst.* 120. *n.* 106. *cum seqq.*

De parricidio, & eius atrocitate, vide Conrad. *in pract. tit. de parricid.* Iodoch. *in tract. c.* 87. Cou. *in Clem. si furiosus p.* 3. *in princ. n.* 12. Placa *in epitome delictorum c.* 22. Clar. *in pract.* § *parricidium.* Ant. Gom. *d. n.* 3. Petr. Greg. *syntag. iur. lib.* 36. *c.* 24. Viu. Circon. Soar. & alios *tom.* 2. *comm. opinion. lib.* 9. *tit.* 14. Dec. *d lib.* 9. *c.* 86. Menoch. *de arbitr. casu* 356. Fachin. *contr. iuris lib.* 9. *c.* 86. Guid. Par. cyrol. *in thesauro var. lectionum lib.* 2. *c.* 236. latè Far. *d. q.* 120. Azor. *instit. mor. p.* 2 *lib* 2. *c.* 25. *q.* 1. Molin. *de iustit. tom.* 4. *tr.* 3. *disp.* 26. Cardos. *in praxi iudic. verbo homicid. n.* 28. *& verbo mulier n.* 25. Chald. Pereira *quæst. forens. in comment. ad l. vni. C. ex delictis defunct. p.* 2. *n.* 31. latè Solorzan. *in speciali tract. de parricid.*

SVMMARIVM.

1 *Mulier occidens sponte filium debet perpetuo in monasterio pœnitere, si tamen timetur de incontinentia, dari debet licentia nubendi.*
2 *Iracundia in delictis non excusat à pœna, nisi sit maxima, & iusta.*
3 *Exhæredatio calore iracundiæ facta de filio, an valeat remissiuè.*
4 *Iracundiæ calor, quo contractus infringuntur debet esse talis, vt ab ira consensus penitus alteretur.*
5 *Mater filium occidens iracundiæ calore submoto, in monasterium detruditur ad perpetuã pœnitẽtiam agendam.*
6 *Impedimentum impediens matrimonium an sit interfectio proprij filij.*

CAP. Veniens. I. *Alex. III.*

MVlier, quæ sponte, licèt ex iracundia, filium occidit est inducenda vt in monasterio agat perpetuam pœnitentiam, & si nolit ad hoc induci, & timetur de incontinentia, dari debet licentia vt nubat ne inhonestè viuat. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabar. Ioan. And. Anania, Host. Anch. Butr. Panor. Mar. Soc. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif p.* 114. Alagona *in compend. iuris Canon p.* 665. remissiuè Ximen. *in conc. p.* 2. refertur ab Ant. Angel. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 9. *c.* 1. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *part.* 50. *c.* 12.

Ipsa iracundia calore, &c.] Notatur ad hoc, quòd iracundia in delictis non excusat à pœna, vt per Duen. *reg.* 292. *vers. limita primò, & seq.* nisi sit maxima, & iusta, Ioseph. Sesse *Aragon. dec.* 104. *n.* 24. Carter. *in pract. crimin.* 9. *homicidium vers. septimo excusat. à n.* 1. Tiraq. *de pœnis temp. causa* 1. *à n.* 1. Bajard. *ad Clar* § *fin q.* 60. *n.* 36. Et in blasphemia loquens, Far. *in praxi crim. p.* 1. *q.* 20. *n.* 47. *& seq.* Et in exhæredatione iracundiæ calore facta de filio, quamuis cum iusta causa, an non valeat, vide *l.* 5 *si filium*

filium. C. de in offic. testam. Menoch. *consil.* 544. *num.* 6. &
4 *cons.* 956. *num.* 41. & 42. Calor igitur iracundiæ, quo contractus infringuntur, talis esse debet vt ab ira consensus penitus alteretur, ac si quis suus sit, sed iræ motu sic concitatus, vt quid agat ferè non percipiat, ita Panorm. & Felin. *in cap. sicut in* 1. *sup. de iureiur.* Dec. Cagnol. & Mayn. *in l. quod calore ff. de regulis iuris.* Bald. Salycet. & Ias. *in d. l. qui filiam,* Tiraq. *de causa* 1. Menoch. *de succes. creat. lib.* 1. §. 10. *num.* 516. Alciat. *resp.* 477. *num. fin.* Socin. iun. *cons.* 36. *num.* 10. *lib.* 2. Menoch. *cons.* 544. *n.* 5. & 6. & *de præsumpt. l.* 1. *præsumpt.* 14. *n.* 21. Vide plura quæ de iracundia dixi ad *c. dudum. de conuers. coniug.*

5 *Ad aliquod monasterium transeat.*] Notatur ad hoc, quòd mater filium occidens iracundiæ calore submoto in monasterium detruditur ad perpetuam pœnitentiam agendam, vt per Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 120. *num.* 19. vbi etiam dicit hunc dicit text. loqui in foro animæ, & pœnitentiali.

Et licentia in Domino nubendi, &c.] Ergo impedimentum impediens matrimonium est infectio proprij filij, de quo Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 6. *n.* 22

SVMMARIVM.

1 *Mulier occidens filium, propter hoc à viro separari non debet, sed alia pœnitentia sibi imponitur.*
2 *Dispensandi leuior causa est habere filios.*
3 *Thorum ab vxore filium occidente separari non licet.*

CAP. Intelleximus. II. *Luc. III.*

1 MVlier occidens filium, propter hoc à viro separari non debet, vt alios filios gubernare valeat, sed alia pœnitentia sibi imponitur, etiamsi iurasset separationem à viro. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 115. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 666. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 4. *c.* 2. & est post Concil. Later. *part.* 50. *c.* 25.

2 *Illam alios habere filios* , &c.] Ergo habere filios est causa leuius dispensandi, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 26 *n.* 1. *cum seq.*

3 *Eidem viro restituat.*] Notatur ad hoc quòd propter homicidium filij non licet separare thorum ab vxore filium occidente, vt per Palat. *in repet. rub. de donation. inter virum & vxor.* §. 78. *num.* 5. Vnde non videtur approbandum quod Plato *dialog.* 9. *de legibus,* prout eum refert Menoch. *de arbitr. casu* 364. *num.* 15. scriptum reliquit in bene instituta Republ. esse ita faciendum. Si pater aut mater (accidit enim, quamuis rarò) per iram verberibus, seu quouis modo filium, vel filiam interficiat, perinde ac cæteri homines purgentur, & triennium exultent, & post ipsam restitutionem maritus ab vxore, vxórque à marito separentur.

SVMMARIVM.

1 *Parentes circa quos pueri reperiuntur oppressi quam pœnitentiam agere debeant, ostenditur, & quam culpam & pœnam incurrant, ibid. n.* 2.

CAP. De infantibus. III. & fin.

1 INfantes quando reperiuntur mortui in lecto, & nescitur an sint à patre, vel matre oppressi, aut potiùs naturaliter mortui, parentes non debent esse omnino tu-

ti, sed agere debent aliquam pœnitentiam ad arbitrium superioris. Si verò sunt certi quod ipsi eos suffocarunt grauiter deliquerunt, & pœnitentiam agere tenentur secundùm aliquos trium annorum, quorum vnus sit in pane, & aqua. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. In. Collect. Zabar. Ioan. And. Anania, Host. Anch. Butr. Panor. Mar. Soc. Cened. *collect.* 48. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. p.* 116. Alagona *incompend. iuris Canon. p.* 666. remissiuè Ximen. *in conc. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 5. *tit. c. vnic.*

De parente, aut nutrice, quæ tenellum infantem dor- 2
miendo suffocauit in lecto, & quando culpam contrahat dolum, aut negligentiam, & quam pœnam incurrat, disserunt Nauar. *in man. c.* 13. *n.* 13. *vers.* 58. & *c.* 27. *n.* 236. *vers.* 25. Bonifac. de Vitalin. *in tract. de malefic. tit. de parricid. n.* 5. Cassan. *in consuetud. Burgund. rub* 1. §. 1. *n.* 34. *vers. quid de nutrice;* Sebast. Medic. *in summ. peccat. p.* 1. *tit.* 4 *q.* 104. *vers. octauò si mater,* Viuald. *in candel. aureo tit. de irregul. ex homicid. volunt. ex n.* 252. Boër. *decis.* 166. *n.* 2. *vers. & incuria nostra,* vbi tradit quomodo cognoscatur an fuerit infans a nutrice suffocatus, Stephan. de Gaeta *in repet. cap. ad limina* 30. *q* 1. § *n.* 350. vbi quòd Episcopus potest facere constitutionem synodalem, quòd parentes non teneant filios paruulos in suis lectis. Ant. Hom. *var. tom.* 3. *cap.* 3. *num.* 3. Menoch *de arbitr. casu* 327. Auendan. *de exequendis mand. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 18. *vers. alia custodia est nutricum,* Cened. *ad Decret. collect.* 48. *n.* 1. Decian. *tract crimin. lib.* 9. *c.* 8. *n.* 20. & *c.* 16. *n.* 31. Henriq. *in summ. lib.* 14. *de irregular. c.* 15. *prope finem,* Paul Comitol. *respons. moral. lib.* 4. *c.* 12. quorum duo posteriores admonent quòd iacere in eodem lecto cum infante non caret culpa, cum res periculosa sit, nec sit quis dominus eorum, quæ sumno sopitus agit; accidere tamen potest, vt huiusmodi dubitatio culpa careat, v.g. si lectus sit latus & puer implacabilis, aut qui aliter à frigore defendi non possit, & mulier in somno suum retineat situm, & locum. An & quando irregularitas incurratur à parentibus tenentibus in lecto infantem, si dum ipsi dormiunt, suffocetur, dixi ad *cap. quæsitum. n.* 4. *de pœnit.*

De Infantibus & languidis expositis.

TIT. XI.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabar. Ioan. And. Anch. Butr. Panor. Mar. Socin. Durand. *in breuiario aureo fol.* 140. Petr. de Rauen. *in compend. iuris Canon.* Mart. Mesnar. *in epit. Decret. fol.* 182. *vers.* Dan. Venat. *in analysi methodica iuris Pont. à p.* 633. Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germ. *in paratitlis ad quinque lib. Decret.* Barth. Carthag. *in expos. tit. iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 5. *summ. in Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

Infans dicitur vsque ad septimum annum exclusiuè, 3
vt per Duen. *reg.* 259. *ampl.* 2. Petr. à Placa. *in epit. delect. c.* 32. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 57. *n.* 2. & 7. *cum seqq. & de præs. lib.* 4. *q.* 47 *n.* 3. Farin. *in praxi crimin. p.* 2. *quæs.* 58. *n.* 6. & *q.* 92. *n.* 4. Et propriè est infans qui existimatur à iure fari non posse, non quidem tanquam voce priuatus, sed tali præditus, quæ pro nulla iure habetur, Donel. *in l.* 1. *n.* 6. *de verbor. oblig.* vbi Aquilin. *n.* 100. Infantia ergo est ætas in qua fari nescitur, & illic terminatur vnde oritur pueritia, seu pupillaritas, quæ in maribus ad 14. annum extenditur, in fœminis verò 12. annorum spatia desiderat, vt post gloss. *in proœm. Sexti Decretal.* testantur Menoch. *de arbitr. casu* 57. *n.* 1. & *de*

præsumpt. lib. 4. quæst. 157. num. 38. Farin. *d. quæst. 91. n. 6.* Et inter septennium, & 14. annum masculi, & 12. fœminæ impuberes nominantur *princip. Instit. quibus modis tutela finitur.* Proximis infantiæ dicitur post septennium vsque ad 10. annum cum dimidio si masculus sit; si verò fœmina vsque ad nouem annos cum dimidio, glos. *in verbo infantiæ proximus in 3. pupillus, Instit. de inutil. stipul.* Anton. Gomez *var. tom. 3. cap. 1. num. 57, vers. Et dicitur proximus.* Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo vel aduersarij dolo post num. 53.* Farin. *d. quæst. 92. num. 4.*

Languidi deriuantur à verbo langueo, quod vltra alia significata illud habet proprium quoad propositum, id est, infirmari, vt apud Calepin. Thesaur. & alios legi potest, sícque languidus idem est quod infirmus, patet ex illo Ioannis *cap. 5.* ibi, *respondet ei languidus*, & *cap. 11.* ibi, *quidem languens Lazarus*, & *Matth. c. 4.* ibi, *curauit languidos eorum*, & non abs re inter languidos, & infantes idem ius seruatur, siquidem quoad curam vtrorumque par propensio debet impendi. Hi languidi sunt propriè infirmi, & morbo perpetuo detenti, tali quidem qui noceat rei cuicunque gerendæ, *l. morbus ff. de verb. signif.* vbi Rebuff. vnde non sufficit quemcunque breui aut leui morbo laborare, vt dicatur languidus, sed debet esse grauis infirmitas, multum duratura, idque demonstrat propria infirmitatis ratio, secundùm Gom. *in reg. de infirmis quæst. 28.* Azeuedo *in l. 6. num. 9. tit. 5. lib. 3. nouæ recop.* quòd autem duratura sit ægritudo satis de iure præsumitur, dum contrarium non probatur, vt per Flamin. *de resignat. lib. 5. quæst. 3. num. 39.* Menoch. *lib. 6. de præsumpt. q 44. num. 2.*

Expositi filij secundùm Azon. *in summa huius tit.* nominantur sanguinolenti, quia pœna sanguinis istud expositionis facinus luendum est; nam pater exponens necare videtur, arg. text. *in l. necare ff. de liberis agnosc. cap. fin. 87. distinct.* Azonem sequitur Greg. Lop. *l. 4. gloss. 1. tit. 20. part. 4.* & idem tenuit gloss. *in l. 2. C. de patribus, qui filios distraxerunt.* Sed verius dicendum est expositos quidem si infantes sint sanguinolentos nominari, quia de recenti nati adhuc sanguine madere creduntur. Si verò expositi prouectioris ætatis sint, tunc pater exponens dicitur sanguinolentus, quia sanguinis sui partem (hoc est filium, arg. *l. vlt. C. de impuberum, & aliis subst.*) internecioni prostituit. In summa expositi sunt omnes ij, qui à patre, aut domino abiiciuntur, & veluti extra domum, familiam, & potestatem ponuntur.

Quæstio est celebris: Vtrùm filij de quorum parentibus non constat, vt sunt infantes expositi, censendi sint legitimi, aut spurij? Et quod spurij sint censendi & vti tales ad Ordines absque dispensatione nullo modo promouendi securè docet Majol. *de irregul. lib. 1. cap. 11. num. 1.* quem magis sequitur Couarr. *in Clem. si furiosus part. 2. in princip. num. 9.* resoluens quòd ipse consuluerit ne promoueantur expositi, eaque ratione confirmat, quia non solent filij legitimi exponi, sed potiùs expositi nasci ex furtiuis, & illicitis congressionibus, & Cou. opinionem sibi magis placere ait Salzedo *in pract. 14. lit. C. in fine*, Rebello *de obligation. iustit. part. 2. lib. 1. quæst. 3. sect. 2. n. 15.* & hoc esse securiùs concludunt Vgolin. *de irregul. c. 44. §. 7. num 1.* Alciat. *de præsumpt. præs. 1. num. 12.* Henriq. *in summ. lib. 11. cap. 20. §. 2. & lib. 14. cap. 7. §. 10.* Vasq. *1. 2. disp. 66. num. 48.* Tolet. *in summ lib. 1. cap. 58. num. 7.* Castil. *lib. 2. quotidian. controuers. c. 19. num. 51.* Auil. *de censur. part. 7. dub. 3. dub. 9.* Garc. *de benefic. part. 7. cap. 2. ex n. 8.* Paul. Layman. *in Theolog. morali, l. 1. tract. 5. p. 4. c. 5. n. 4.* Soar. *tom. 5. de censuris disp. 40. sect 3. num. 4.* & Valer. Reginald. *in praxi lib. 30. num. 77. vers. 7.* expositi enim æquiparantur vulgo quæsitis, Pute. *part. 1. decis. 435.* D. Barbosa *in rubr. ff. soluto matrimon. part. 1. n. 20.* Episcopum tamen cum expositis huiusmodi dispensare posse vt ad Ordines etiam sacros, & Curata Beneficia promoueantur resoluunt Cou. & Soar. Henriq. Auil. & Paul. Layman. *citatis locis*, quia licèt Episcopis iure ordinario concessum non sit dispensare in irregularitate præsertim notoria, possunt tamen dispensare in casu dubio, qualis iste est.

Vtrùm Doctores magis communiter resoluunt hos filios, de quorum parentibus non constat, legitimos esse censendos, ac successionum Ordinum, ac dignitatum capaces. Ita Paleoth. *de nothis & spuriis cap. 63. num. 3. & 7.* Bermond. *de publicis concubin. in verbo, qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos, num. 90.* Menoch. *de præsumpt. l. 6. quæst. 54. num. 20.* Mascard. *de probat. conclus. 799.* Gironda *de priuilegiorum explicat. num. 1441. & seq.* Menoch. *de arbitr. casu 396. num. 15. & 16. & cons. 96. & de præsumpt. lib 6. præs. 54 n. 29.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 10. num. 39.* Salas *1. 2. quæst. 8. disp. vnic. sect. 24. n. 246.* Armendar. *in addit. ad recopilat legum Nauarræ lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 2. de hospital. & infantib. expositis n 1.* Sanctarell. *variarum resol. quæst. 44.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi p. 3 alleg. 51. n. 150.* Salas *in 1. 2. S. Thom. tom. 2. tract. 8. disp. vnic sect. 24. numero 246.* Filliuc. *in quæst. moral. tom. 1. tract. 19. c. 5. n. 143. & 143.* Diana *resol. moral. part. 3. tract 1. miscel. resol 22.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. quæst. 11. art 1. & quæst. 14. art. 3. col 6.* D. Sebast. Orosco *in el thesoro de la lengua Castellana verbo encehado. ad finem.* Steph. Gratian. *disceptat. forens. c. 135. num. 31. cum seqq. & c. 267. n. 22.* Nam dubia stante origine potiùs iudicandum est pro legitimitate, vt per Puteum *lib 3. decis. 1.* Peregr. *in fideicomm. art. 43. num. 71.* quos refert Steph. Gratian. *d. c. 135. num. 43.* Expositi tamen sunt incapaces officiorum sanctæ Inquisitionis, Ecclesiarum, Collegiorum & Confraternitatum, in quibus habentur statuta requirentia qualitatem nobilitatis, & alia huiusmodi, vt per Illustriss. D. meum Rodericum à Cunha post primam huius libri impressionem à me visum, *in comment. ad c. si expositus 8 num. 2. dist. 88.* vbi subdit, quod licèt in dubio boni præsumantur, hæc præsumptio nihil operatur, nisi probetur, quando certa qualitas à statuto requiritur, quia non sufficit quòd qualitas adsit præsumptiuè. Perez de Lara *de anniuers. lib. 2. cap. 4. num. 37.* Gironda *vbi proximè n. 1443. & seq & n. 150.* resoluit expositum esse ciuem illius loci, & ciuitatis, cui exponitur, ita vt si aliquod legatum relinquatur, vel priuilegium concedatur, vel puellis naturalibus, vel ciuilibus alicuius ciuitatis, vel pro eis maritandis aliquid relinquatur, virgines, & puellæ expositæ comprehenduntur.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Parentes peccant qui filios exponunt, si eos nutrire, & alere commodè possint.*
3 *Pater, & patronus amittunt ius filiationis, & seruitutis cum filios, vel seruos exponunt.*
4 *Expositis, quorum parentes ignorantur, præstantur alimenta ab Ecclesia, vel eius Rectore, & in defectu à communitatibus.*
5 *Expositi antiquitus alebantur in loco per Traianum ædificato.*
6 *Expositos pro filiis possunt parentes agnoscere.*
7 *Pater exponens filiam, licèt perdat patriam potestatem, non tamen eximitur ab onere dotandi.*

8 *Expositum*

8 *Expositum filium, vel seruum alens repetit à patre, vel domino expensas.*

9 *Expositis succedit hospitale excluso fisco.*

CAP. Si à patre, vnic. *Gregor. IX.*

1 INfans expositus à patre, vel ipso sciente, vel ratum habente, est liber à patria potestate, sic & libertus, vel seruus, aut languidus si exponitur, idem dicendum si eisdem denegentur alimenta; illi verò, qui hos suscipiunt, non acquirunt ius in eorum personis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Anania, Ioan. Andr. Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 116. Alagona *in compend. iuris Canonici pag.* 666. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 *Relegatio pietatis officio.*] Aduerte quòd peccant parentes, qui filios exponunt, si eos nutrire, & alere commodè possint, vt per Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 1. *c.* 26. *quæst.* 2. Henriq. *in summ. part.* 2. *lib.* 11. *c.* 19. §. 3. Et iudicis arbitrio sunt puniendi, Menoch. *de arbitr. casu* 396. *num.* 5. Aloys. Ricciul. *in praxi aurea resol.* 26. Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 51. *num.* 144. & me citato Sanctarell. *var. resolut. quæst.* 45 *num.* 1. vbi *num.* 8. cum Aloys. Ricciul. *in praxi aurea resol.* 28. *n.* 2. resoluit pœnam latam contra parentes exponentes filios comprehendere etiam eosdem quando exponunt filios spurios. Limita tamen, nisi parentes ex iusta causa filios infantes locis publicis, seu priuatis in quibus aliàs commodè possunt sustentari, exponunt vt per Nauar. *in man. c.* 15. *n.* 17.

3 *A potestate patria fuit liberatus.*] Notatur ad hoc, quòd pater, & patronus amittunt ius filiationis, & seruitutis cùm filios, vel seruos exponunt, siue pater exponat filium, siue alius eo consentiente, vel ratum habente, quia idem est quoad perdendum ius patriæ potestatis, vide Paleoth. *de nothis, & spuriis cap.* 67. *n.* 6. Menoch. *de arbitr. casu* 396. *n.* 11. Surd. *de alimentis tit.* 4. *q.* 18 *n.* 2 *& tit.* 8. *princ.* 63. *num.* 4. *& princ.* 64. *n* 2. *cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 267. *à num.* 1. *cum multis seqq.* Azor. *institut. moral. part* 2. *c.* 26. *q.* 1. Sanctarell. *d. quæst.* 43. *num.* 2. Illustriss. D. meum Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visum *in comment. ad cap. si expositus* 9. *num.* 6. *dist.* 87.

4 Infantibus expositis, quorum parentes ignorantur, præstantur alimenta ab Ecclesia, vel eius Rectore, vt per Abb. *hîc num.* 3. Surd. *de alimentis tit.* 1. *q.* 81 *num.* 1. Anton. Sola *in tract. de capiendis debit. pro causa ciuili part.* 3. *gloss. vnica num.* 8. quod tamen intelligendum est quando in ciuitate non est constructum hospitale

5 pro lactatione horum infantium, vt tradit Muños de Escobar. *d. ration. cap.* 25. *num.* 45. *post princ.* Traianus Imper. pro expositis nutriendis in Monte Cælio locum ædificauit amplissimum, vt refert Sabellic. *in eius vita*, quem multis possessionibus dotauit, & ad columnam lactearium Sospitæ Iunoni dicatam in foro Olitorio exponebantur infantes, sicut referunt Escobar *d. cap.* 23. *num.* 46. & Steph. Gratian. *d. cap.* 267. *num.* 9. *&* 10. dicit quòd vbi Ecclesia non haberet sufficientes redditus, vel vbi non extant publica hospitalia, consueuere communitates locorum tales recipere, & nutricibus nutriendos dare publica impensa.

6 Parentes possunt agnoscere expositos pro filiis, qui tunc censebuntur legitimi, & sui hæredes, vt per Stephan. Gratian. *d. cap.* 267. *num.* 14. vbi *à num.* 14. resoluit quòd licèt pater exponens filiam perdat pa-

7 triam potestatem, non per hoc eximitur ab onere dotandi, quia solùm perdit patriam potestatem quoad ea, quæ sunt sibi vtilia, non circa sibi onerosa, & damnum afferentia, quod etiam docent in terminis Surd. *de aliment. tit.* 6. *quæst.* 18. *n.* 19. Azor. *instit. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 26. *q.* 10. Illustriss. D. meus *vbi suprà num.* 10. Ego ipse *d. alleg.* 51. *num.* 157. & me citato Sanctarell. *d. q.* 45. *num.* 4. Stephan. Gratian. *d. cap.* 267. 8
num. 41. tenet quòd alens seruum, vel filium expositum repetit à patre, & domino alimenta, etiam facta pro filio exposito erudiendo in aliqua arte. Vnde videtur deduci quòd si filius expositus patrem postea occiderit, non tenetur crimine parricidij, sed tantùm ordinarie homicidij supplicio erit afficiendus, vt tradunt Petr. Gerard. *sing.* 2. Plac. *de dilect. cap.* 22. *num.* 15. *&* 17. Menoch. *de arbitr. casu* 396. *num.* 14. Decian. *in tract. crimin. lib.* 8. *cap.* 15. *num.* 29. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 120. *num.* 164. Stephan. Gratian. *d. cap.* 267. *num.* 3. quicquid dicat Ioan. Solorzan. *de parricidij crimine cap.* 5.

Expositis succedit hospitale excluso fisco, vide Pe- 9
regrin. *de iure fisci, lib.* 4. *tit.* 3. *rubr. de bonis vacantibus, num.* 16. Greg. *l.* 4. *verbo echandolos tit.* 20. *part.* 4. Lara *in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num.* 10. *ff. de liberis agnosc.* Perez *tit.* 4. *lib.* 5. *Ordin. pag.* 161. Farinac. *fragment crimin. part.* 1. *litt. F. num.* 134.

De Homicidio voluntario, vel casuali.

TIT. XII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panorm. Felin. Martin. Socin. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum fol.* 181. Petr. de Rauenn. *in compendio iuris Canonici*, Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 182. Daniel. Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij à pag* 635. Goffred. & Hostiens. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthagen. *in expositione titulorum iuris Canonici*, Zypæus *in analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag.* 394. Lancellot. *in institut. Canon.* Canis. *in summa iuris Canon* Cafarel. *in erotem eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 5. *summ. in Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. vide Ordinar. Regiam Lusit. *lib* 5. *tit.* 35. vbi parens meus, apud Castellanos *tit.* 13. *lib.* 8. *Ordin.* vbi Perez. & *tit.* 23. *lib.* 8. *nouæ recop.* vbi Azeued. Ægid. Boss. *in pract. tit. de homicid.* Carter. *eod. tit.* Clar. *lib.* 5. §. *homicidium*, Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 3. Hippol. *cons.* 7. Decian. *tract. crimin. lib.* 9. *cap.* 17. *cum seqq.* Pradil. *in summa legum pœnalium, part.* 1. *c.* 15. Farin. *in praxi crimin. part.* 4. *de homicid.* Ayrer. *in speciali tract. de homicid.* Petr. Gaball *in tract. de omni genere homicidij*, Vela *de delictis cap.* 15. Gutier. *Canon. lib.* 1. *c.* 5. *&* 6. Iacob. de Graffiis *in decis. aureis part.* 1. *lib.* 2. *c.* 52. *cum seqq.* Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 3. *de homicidio*, Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 28.

SVMMARIVM.

1 *Homicida proditorius debet deponi, & tradi Curiæ seculari vt moriatur.*

2 *Declaratur text. in præsenti & num.* 3.

4 *Proditor & per insidias delinquens non gaudet Ecclesiæ immunitate si ad eam confugiat.*

5 *Proditoriè quemquam occidere, aut per insidias, idem est*

6 *Proditorium homicidium est cædes hominis nihil tale suspicantis.*

7 *Proditione, aut ex insidiis vulnerans, an sit Ecclesia euellendus, remissiuè.*

Cap. Si quis. I. *In Exodo.*

1 QVi per insidias, & industriam proximum occidit, est deponendus, & ab Altari euellendus vt moriatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Marin. Socin. Cened. *collect.* 136. Viuian. *in rationali iuris Pontif. pag.* 117. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 667. *& vol.* 4. *repet. in iure Canonico ad lib.* 5. *Decretal.* Ioan. Brunel. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur à Burchard. *lib.* 11. *Decret. cap.* 6. *& lib.* 19. *c.* 5. & Iuo. *part.* 13. *c.* 46. & ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5 *tit.* 10. *cap.* 4.

2 Text. hic, quij hæc tantùm continet verba. *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab Altari meo euelles, vt moriatur,* desumpta ex *l. Exod. cap.* 21. variè intelligitur à Doctoribus tam nostris, quàm Theologis in ea quæstione examinanda an proditorie, & per insidias delinquens immunitate gaudeat Ecclesiastica, cuius quæstionis resolutio negatiua ex nostro textu videbatur deduci, nisi extaret decisio *cap. inter alia. sup. de immunit. Eccles.* vbi habetur omnem etsi grauissimi criminis reum, immunitate perfrui ad Ecclesiam confugientem, præter famosum latronem, & agrorum depopulatorem, nam cùm duos tantùm ille textus casus excipiat, proinde regulam in contrarium dicit, *l. nam quod, cum vulgar. b. ff. de supellect. leg.* quo fundamento quamuis alium proditorem licet homicidam immunitatis beneficio gaudere existimauit quidem modernus, respondens ad hunc text. quòd non de laico loquitur, sed de clerico, qui cum grauiùs laicis peccet, in tanti, támque sacri Ordinis decus, Ecclesiæ subterfugio gaudere non debet, qui ipsam contumelia offendit: atque ideo ab Ecclesiastico iudice solemniter Ordinibus illis sacris exauctoratus, & degradatus iudici sit tradendus seculari, qui ipsum malè perdat, & occidat, nulla alia interim expectata contumacia, etsi incorrigibilis (vt iura aiunt Canonica) non sit: huius intellectus auctor fuit Panorm. *hic*, & nouè amplexatur Gutier. *practic. lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 7. & quod in clerico intelligatur homicidia docuerunt Albert. *in tract. de hæret. quæst.* 1. *num.* 69. Tiber. Decian. *resp.* 80. *num.* 18. *cum seqq. lib.* 3. Sed defendi non potest, vt rectè quidem illum improbans ostendit Couarr. *var. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 7. nam clarum est *cap.* 12. *Exodi*, à quo desumptus est text. *in præsenti*, de laico loqui, non de clerico, aut saltem de vtroque generaliter, neque ad clericum solummodo posse adaptari, vulgata hæc sustinet verba editio. *Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab Altari meo euelles, vt moriatur.* Chaldaica verò translatio sic. *Et quando impiè egerit vir contra proximum suum, vt interficiat eum per insidias, de conspectu Altaris mei tolles eum. vt interficiatur.* Hebræa lectio sub Beatma vocabulo continetur, id est, vt Lippoman. transfert *in catena cap.* 21. *Et cùm superbierit, vel cum temere egerit vir contra fratrem suum, vt occidat eum per insidias*, &c. Et septuaginta Interpretes, quorum in transferendis, & explicandis locis sacrorum Bibl. maior est auctoritas, ex Græco sermone sic traduxere; *Si quis aggressus fuerit proximum suum, vt occidat eum dolo, & fugiat, ab Altari meo accipies eum vt occidatur.* vnde nec ex *d. cap.* 20. *Exodi*, nec ex aliis versionibus deprehendi potest de clerico agi, & non de laico.

Deinde Innocent. & Godofred. malè intelligunt text. *in præsenti*, loqui de Altaribus veteris Testam. quæ non tantæ erant apud Hebræos existimationis, qualia apud nos nostra; quis enim credet Gregorium P.M. in hoc text. nihil decidere voluisse, sed tantùm, quæ veteris erant Testamenti, referre. Simili modo non est admittenda alia interpretatio ad illa verba text. *vt moriatur*, id est, in peccatis, vel vt alij volunt, id est, pœnitentia plectatur, seu secundùm alios deponatur, ab Ecclesia non defendatur, offendunt enim litteram textus, & eius verum subuertunt intellectum.

Quare ad principalem quæstionem respondeo 4 pro certo tenendum proditorem, & per insidias delinquentem non gaudere Ecclesiæ immunitate, si ad eam confugiat, itavt ille, qui consultò occidit, etsi nullis interiectis insidiis, immunitate minimè gaudeat, nam ante omnium nunc oculos est Gregorium P.M. statuere eum, qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab Altari euellendum, vt moriatur. Duæ sunt partes huius cap. prior sua oratione, & verbo concluſa integrum retinet sensum dum dicit, si quis per industriam occiderit proximum suum, subsequitur tunc dictio, *&*, & per insidias: sanè copula, *&*, post perfectam orationem non copulat, aut coniungit, sed disiungit, & sumitur pro, *aut, seu, vel*, ita Bart. *in l. Seia*, § *Caiæ, num.* 2. *ff. de fundo instr. Alex. consil.* 66. *num.* 6. *lib.* 3. Paris. *consil.* 38. *n.* 26. *lib.* 2. Alciat. *resp.* 96. *n* 26. cum aliis adductis *in Bononien. Canonicatus* 28. *Iunij* 1611. coram Reu. D. meo Coccino Decano, id ipsum ex bonarum litterarum auctoribus, & puritatis linguæ latinæ obseruatoribus docet Laur. Valla *in elegant. lib.* 2. *c.* 38. Quo sanè fundamento ita sustinent glos. *hic verbo per insidias*, Abb. antiq. Anch. Butr. Anania, & Felin. Ferratien. *pract. tit. de forma inquisit. vers. ex his potest probabiliter quari*, Guid. Papæ *decis.* 121. *à n.* 1. Remig. *de immun. Ecclesiast. fallent.* 12. *n.* 12. Cassan. *in consuet. Burgund. rub.* 1. *n.* 112. Clar. *§. homicidium num.* 12. vbi hanc dicit opinionem multis olim vsu receptam, Couarr. *d. cap.* 20. *num.* 7. *ad fin.* vbi hanc admittit, licèt putet homicidam, nisi insidiosum, immunitate gaudere, consultò licèt occidetur, Alciat. *de præsumpt. reg.* 3. *præs.* 33. *num.* 4. *& lib.* 7. *parerg. cap.* 16. Papon. *lib.* 1. *tit.* 2. *arresto* 18. Perez *l.* 6. *tit.* 2. *lib.* 1. *& l.* 39. *tit.* 19. *lib.* 8. *Ordin.* Anton. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 9. *num.* 2. *& cap.* 16. *post num.* 2. *vers. quinto limita*, Boer. *decis.* 109. *num* 34. *& seqq.* Rebuff. *tom. ad leges Gallia, tit. de immunit. Eccles. art.* 1. *q.* 5. Plot. *inter consilia crimin. cons.* 133. *à num.* 1. Gig. *in tract. de crimin. læsæ maiest. lib* 1. *tit qualiter & à quibus crimen læsæ maiest. quæst.* 10. *num.* 17. Nauarr. *in manu. cap.* 25. *num.* 21. Cur. Philip. *part.* 2. *§.* 12. *num.* 30. Azeued. *l.* 3. *num.* 6. *tit.* 2. *lib.* 1 *nouæ recopil.* Mench. *de success. creat. l.* 3. *§.* 22. *post num.* 53. *vers. illud autem*, Humad. *ad Gregor. lib.* 4. *num.* 5. *tit.* 11. *part.* 1. Ioseph. Ludou. *Lucan. decis.* 36. *num.* 33. Decian. *tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *n.* 12. *& lib.* 7. *cap.* 30. *num.* 6. Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *part.* 5. *cap.* 3. *§.* 3. *à num.* 113 Gutierr. *pract. lib.* 1. *q.* 2. *num.* 2. *&* 8. *vers. secundò respondeo, & lib* 3. *quæst.* 4. *num.* 8. Bobadill. *in sua politica lib* 2 *cap.* 14. *numero* 35. *&* 36. Anast. Germon. *de sacrorum immunit. lib.* 3. *c.* 16. *num.* 59. *cum seqq.* Fachin. *controuers. iuris lib.* 9. *cap.* 93. Peguer. *Cathal. decis.* 54. Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst.* 18. *num.* 74. *& quæst.* 28. *num.* 21. *& cons.* 76. *n.* 18. Modern. *de iurisdict. part.* 2. *cap.* 51. *num.* 4. Petr. Caball. *in tract. de omni genere homicidij num.* 388. *cum seqq.* Camill Borrell. *in summa omnium decis. tit.* 3. *de his qui ad Ecclesias confug. à num.* 76. Raphaël. de la Torre *in* 2. *D. Thomæ tom.* 2. *quæst.* 99. *art.* 3. *disput.* 7. *except.* 3. *vers. nunquid sunt.* Melch. Phœbos *Lusit. decis.* 81. *num.* 5.

Soar.

Soar. *de Relig. tom.* 1 *lib.* 2. *tract.* 2. *cap.* 11. *num.* 10. *cum seqq.* Henriq *in sum. lib.* 14. *de irregul. cap.* 14. §. 2. *in commen. lit. O*, Cened. *ad Decretal. collect.* 136. Molin. *de iustit. tract.* 3. *disp.* 23. *num.* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *num.* 97. latè & eleganter Francii. Molinus *in lib. de sacra homicidio amittenda immunitate necne antelud.* 3. *& cap. seq.* vbi *in d. antelud.* 3. *num.* 17. respondens *ad d. cap. inter alia, in princip. huius text. allegatum*, asserit illum cum hoc textu pugnare cùm posterior sit, & priori dispositioni *d. cap. inter alia* addere potuerit, *l. non est nouum, cum l. seq. ff. de legib.*

5 Proditoriè autem quemquam occidere, aut per insidias pro eodem apud nos reputatur, vt innuit Gutier. *pract. lib.* 1. *quæst.* 2. *num.* 9. Menoch. *de arbitr. casu* 362. *num.* 20. Soar. de Pace §. 13. *num.* 113. *cum seqq.*

6 Peguer. *d decis.* 54. *num.* 8. Prodere enim, est vnum actibus ostendere, & aliud mente gerere, vnde homicidium proditorium esse cædem hominis nihil tale suspicantis, tenent Burg. de Pace *consil.* 22. *num.* 16. Petr. Caball. *in tract. de omni genere homicidij à num.* 398. Stephan. Gratian. *discept. forens cap.* 380. *num.* 40. & plures per Cened. *d. collect.* 136. *n.* 2.

7 *Occiderit.*] Ergo vulnerans proditoriè, aut ex insidiis, non est ab Ecclesia euellendus, de quo an verum sit, vide Cou. *d cap.* 20. *post n.* 7. Menoch *d. casu* 361. *n.* 19. Soar. de Pace *d.* §. 2. *n.* 126. Bobadil. *d. c.* 13. *n* 34. Peguer. *Cathal. decis.* 62. Gutier. *practic. l.* 5. *quæst.* 7. *n.* 55.

SVMMARIVM.

1 *Latronem interficiens cum se posset aliter liberare, quam pœnitentiam agere debeat, ostenditur.*

2 *Furem diurnum, vel nocturnum an, & quando liceat occidere, remissiuè.*

3 *Defendere se potest quilibet vsque ad occisionem iniusti aggressoris.*

4 *Defendere sua quis potest vsque ad occisionem iniusti aggressoris, præciuè si probabilius spes non sit aliter illa recuperandi.*

5 *Honoris propry licita est defensio, nisi arrepta fuga saluti suæ consulere possit, dummodo non sit miles, vel nobilis, quibus dedecus fugere.*

6 *Proximi vitam, seu bona, vsque ad occisionem iniusti aggressoris defendere licet, quando aliter illa defensio expedirì non potuerit.*

7 *Defendendi proximum obligatio in priuatis personis, prouenit ex lege charitatis; in aliis verò constitutis auctoritate publica ad audienda crimina, vel ad defendendum specialiter conductis, prouenit ex iustitia.*

Cap. Interfeciſti. II.

1 LAtronem, seu furem occidenti cum posset aliter se liberare, imponuntur pœnitentiæ per quadraginta dies; Si verò non potuit aliter se liberare, & sine odio occidit; non imponitur ei pœnitentia, sed si vult, ieiunet, & faciat eleemosynas, sed si est Presbyter, non deponitur, debet tamen dum vixerit, pœnitentiam agere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Cened. *collect.* 96. Vivian. *in rationali l.* 5. *iuris Pontif. pag.* 117. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 667. remissiuè Casal. *in annot.* & X men. *in concord part.* 1. *&* 2. refertur à Burch. *lib* 11. *decretal. cap.* 60 *& lib.* 19 *c.* 5. Ino. *l. part.* 13 *cap* 46. & Anton. August. *collect.* 1. *Decretal.* 5. *tit.* 10. *cap.* 4.

2 *Interfeciſti furem.*] An & quando liceat occidere furem diurnum, vel nocturnum, dicam *cap. seq. Te.*] Ergo potest quilibet se defendere vsque ad 3 occisionem iniusti aggressoris, vt resoluunt Legistæ *in l. vt vim ff de iustit.* & Canonistæ *in Clement si furiosus de homicid.* vbi Couarr. *part.* 3. §. *vnic. num.* 1. Clar. §. *homicidium, num.* 24. Sylvest. *verbo homicidium.* 1. *n.* 5. *in fine*, Anton. Gomez *variar. tom* 3. *cap.* 3. *num.* 20. *cum seqq.* plures refert Cened. *ad Decretum collect.* 29. *num.* 2. quibus adde Petr. Caball *in tract. de omni genere homicidij num.* 93. Cardos. *in praxi iudicum & aduocat. verbo defensio* 2. *& verbo homicidium* 5. Farinac. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 125. *num.* 3. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect. decisionum part.* 4. *collect.* 792. Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 2. *conclus.* 110. *consid.* 1. Ex doctiss. Patribus Societatis Iesv Soar. *de censuris, disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 53. Molina *de iustit. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 11. *à princip.* Less. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 9. *num* 41. *cum seqq.* Rebell. *de oblig. iustitiæ p.* 1. *lib.* 3. *q* 12. *à princip.* Paul. Comitol. *responsa moral. lib.* 4 *quæst.* 10. *à n.* 9. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 2 *c.* 1. *quæst.* 1.

Tuáque liberando.] Per hunc text. in præcitatis ver- 4 bis tenent aliqui de iure Canonico minimè licitum esse hominem occidere ad patrimonij, & rerum tutelam, nisi necessaria propriæ vitæ defensio accedat, intelligendo verba illa, *te, tuáque liberando*, coniunctiuè. Verùm communis ferè omnium opinio tenet licitam esse rerum sicut corporis defensionem vsque ad iniusti aggressoris occisionem, præcipuè si sint res magni momenti, nec sit probabilis spes aliter illas recuperandi, quam quidem tuentur Duen. *reg.* 191. Clar. *d.* § *homicidium, num.* 19. Couarr. *d* §. *vnic. num.* 6 *vers. quinto*, Anton. Gom. *d. cap.* 3. *num.* 20. Mascard. *de probat. conclus.* 40. *num.* 9. *& conclus.* 1126. Sot. *de instit. lib.* 5. *quæst.* 1. *art.* 8. Nauarr. *in man. cap.* 15. *num.* 2. Tolet. *in instr. conscientiæ, lib.* 5. *cap.* 6. *vers. tertius casus*, Menoch. *illustr. cap.* 18. *n.* 5. plures quos refert Cened. *d. collect.* 29. *num.* 2. *& ad Decretal. collect.* 96. *n.* 3. quibus adde Mich. Grass. *tom.* 2. *commun. opinionum, l.* 9. *tit.* 10. *n.* 13. *pag.* 484. Cardos. *d. verbo defensio, num.* 4. *& verbo homicidium n* 8. Farinac. *d. quæst.* 123. *à n.* 168. *& à n.* 118. Sayr. *in claui Regia. lib.* 7. *cap.* 10. *& de censur. lib.* 6. *c.* 17. *n.* 24. Campan. *in diuersorio iuris Canon. rub.* 11. *c.* 22. *n.* 57. Beja *respons. casuum conscientiæ, part.* 2. *casu* 23. Bernard. Græuæ. *d conclus.* 110. Don. Christoph. de Pace *in scholiis ad leges stili, l.* 58. *à princip.* Molin. *d. tract.* 3. *disp.* 16. *num.* 1. *vers. contrariam*, Less. *d cap.* 9. *à num.* 66. Paul. Comitol. *d. quæst.* 10. *num.* 10. Rebell. *d. quæst.* 12. *num.* 2. respondentes prædicta verba huius text. ita esse intelligenda non vt excludatur defensio rerum absque periculo personæ, si quidem in prioti illius parte responsum est non licere cuiquam furem occidere, cùm absque occisione capi cum rebus poterat, posteriori autem parte decisum extat licitam esse occisionem, vbi fur aliter capi non poterat quàm per occisionem, & ideo dum hîc dicitur, *te, tuáque liberando*, intelligendum est alternatiuè, te, vel tua; si aliter capi non poterat, quem sensum ratio decisionis insinuat.

Amplia primò, vt non solùm corporis, vel rerum 5 licita sit defensio, sed etiam honoris proprij, de quo vide Menoch. *illustr. cap.* 11. *num.* 10 *& cap.* 18. *num.* 13. Tiraq. *de nobil. cap.* 20. *num* 63. *cum seqq.* Sayr. *d. cap.* 10. *num.* 27. *cum seq.* Gom. *d. cap.* 3 *num.* 22. *colum.* 2. Farin. *d. quæst.* 125. *num.* 41. *cum seqq.* Less. *d. c.* 9. *à num.* 76. Azor. *d. cap.* 1. *quæst.* 19 *& part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 1 *quæst.* 14. Bobadil. *in sua politica lib.* 2 *c.* 14. *num.* 44. vbi verò quis fuga arrepta saluti suæ consulere potest, se subsistere non debet, sed fugam capessere, nisi sit miles, vel nobilis, quibus dedecus est fugere, vide Hippol. *in l.* 1. *num.* 46. *&* 47 *ff. de sicar.* Clar. §. *homicidium num.* 32. Menoch. *de arbitr.*

arbitr. casu 177. num. 14. Farin. *d. q. 125. à n. 121.* Azor. *d. c. 1. q. 14.* Paul. Comitol. *d. q. 10. n. 16.* Bernard. Græuæ. *d. concl. 110. consid. 1. à n. 14.*

6 Amplia secundò non solùm posse quemlibet defendere se aut sua, vt text. habet, sed etiam vitam, seu bona proximi vsque ad occisionem iniusti aggressoris, quando aliter illa defensio expediri non potuerit, de quo repetentes *in d. l. vt vim*, & præcipuè Claud. *num. 125.* Curt. *num. 49.* Bolong. *num. 75.* Hippol. Rimin *d. num. 379.* & Gom. *d. cap. 5. num. 11.* Couar. *d. §. vnic. num. 5. & in reg. peccatum part. 2. §. 3. num. 3. 4. & 5.* Clar. *§. homicidium num. 27 & 28.* Greg. *l. 3 glos. 1. tit. 8. part. 2.* Molin. *d. tract. 3. disp. 18. num. 1.* Viuian. *tom. 2. commun. opinion. l. 9. tit. 10. num. 27.* Azor. *d. cap. 1. q. 21.* Less. *d. cap. 9. à num. 87.* Farin. *d. quæst. 125. à num. 267.* Itavt in foro conscientiæ teneatur sub peccato mort. quilibet defendere vitam, aut bona proximi hanc defensionem volentis, & ea indigenti, si commodè & absque notabili damno potuerit, Molin. *d. disp. 18. n. 2.* Couarr. *d. §. 3. num. 4. & 5.* Farin. *d. quæst. 125. num. 306.* Flores de Mena *var. quæst. 18. num. 9 & 30.* quæ quidem defendendi proximum obligatio in priuatis personis prouenit ex lege charitatis, vt tenent Sot. *de iustit. lib. 4. quæst. 7. art. 2.* Sylvest. *verbo restitutio 3. q. 5. vers. 2* Nauarr. *in man cap. 14. sub num. 17.* Less. *d cap. 9. num. 88. & 93.* Rebell. *de obligat. iustitiæ part. 1. lib. 2 q. 2. num. 2.* Menoch *casu 355. num. 3.* in aliis verò personis constitutis auctoritate publica, vt obuient criminibus, & iniuriis, ac in aliis, qui ad defendendum specialiter conducti sunt, vt sunt milites, famuli, tutores curatores, vasalli, & similes, obligatio inducta est à iustitia, vt agnoscunt D. Thom. 2. 2. *quæst. 62. ad 3.* Nauar. *d. c. 24. num. 18.* Mench. *illustr. cap. 16 num. 6. & cap. 11. num. 22.* Bonacin. *de censuris disp. 7. q. 4. puncto 8. n. 37.* vbi tenet huiusmodi impedire tenentes ex iustitia incurrere irregularitatem si voluntariè non impediant. Menoch. *d. casu 355. num 3.* Less. *d. c. 9. num. 94.* Molin. *d. disp. 18. sub num. 4. col. 2.* Rebell. *d. quæst. 2. num. 2. & l. 1. quæst. 15. sect. 8. à num. 55.* cum quibus consequenter obseruandum est illos, qui sic ex iustitia tenentur proximum defendere, si iuxta terminos huius suæ obligationis non defenderint, teneri ad restitutionem damni illati, provt efficaciter deducitur ex text. *in c. administratores 23. q. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Furem diurnum nemini licet occidere, nocturnum verò sic, & num. 2.*
3 *Dies dicitur à Solis ortu vsque ad occasum.*
4 *Fugientem qui me vulneraverit, an insequi, & occidere liceat, ostenditur.*

CAP. Si perfodiens. III.

1 OCcidenti furum nocturnum non est homicidium imputandum, secus si diurnum, quia in die poterat cognoscere quòd venerat ad furandum, non ad occidendum, ideo non debebat occidi, vnde in legibus secularibus impune occiditur nocturnus fur, & non diurnus, nisi armis se defendendo. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Collect. Innocent. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Anchar. Hostiens. Butr. Panorm. Felin. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 118.* Alagona *in compend. iuris Canonici pag. 667.* remissiuè Ximen. *in concord p. 1. & 2.* desumitur ex D. August. *in Exod 22. q. 84.* refertur à Iuo. *part. 10. cap. 53.* & ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 10. cap. 5.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Couar. 2 *in Clem. si furiosus part. 3. §. vnic. n 6.* Iodoc. Damhouder. *in praxi crimin. cap. 78. ex princ.* Sot. *de iustit lib 5. quæst. 1. art. 8. vers. de bonis autem temporalibus,* Nauarr. *in man. 15. num. 5.* Petr. à Nauarr. *tom. 1. de restitut. lib. 2. c. 3. ex num. 400.* Perez *l. 4. in gloss. mutare tit. 13. lib. 8. Ordin.* Iacob. de Graffis, *in aureis decis. part. 1. l. 2. c. 65. num. 18.* Cened. *ad Decretal. collect. 96 n. 1,* Polyd. Rip. *tract. de tempore nocturno cap. 24. rub. de fure num. 29.* Farinac. *in praxi crimin. part. 5. quæst. 125 num 252. cum seqq.* Sayr. *in clani Regia, lib. 8. c. 8. num. 4. cum seqq.* Paul. Comit. *respons. moral. lib. 4. quæst. 10. num. 4.* Less. *de inst. lib. 2. cap. 9. à num. 67.*

Sol oriatur.] Ergo dies dicitur à Solis ortu vsque ad 3 occasum. *l. 1. C de custodia reorum, l hoc verbo, ff de verb. signif.* Tiraq. *de retract. lign. §. 1. glos. 11. num. 3.* Afflict. *in cap. 1. quo tempore miles. n. 7. lib. 1 feud. fol. mihi 81.* Calsan. *in consuet. Burgund. fol. 85. & seqq. num. 18. cum seqq.* Perez *l. 9. glos. 5. tit. 13. lib. 4. Ordin.*

In gloss. *Secularibus, 3. ibi, nunquid possum eum præ-* 4 *venire.* Notatur ad hoc, quòd si is, qui te inuasit, vulnerauit, & post vulnus inflictum, in fugam se dedit, tu fugientem insequi, & occidere iure non potes, & si occidis, reus es homicidij voluntarij, non enim amplius vim repellis, sed iniuriam accepram vlcisceris, vide Clar. *§. homicidium num. 33.* Couarr. *in Clem si furiosus, p. 3. §. 7. num. 3. vers. secundo,* Mascard. *de probat. concl. 490. num. 23. & concl. 1126. num. 40.* Farin *in praxi crimin. part 5. quæst. 125. num. 385.* optimè Paul. Comit. *respons. moral. lib. 4 quæst. 10. num. 12.*

SVMMARIVM.

1 *Illicitum non venit sub generali pollicitatione, seu promissione etiam iurata.*
2 *Promittens aliquid absolutè, si contingat postea illud facere obseruantiam malam, non tenetur promissum adimplere.*
3 *Famulus iurans domino se illi obtemperaturum, non tenetur domino mandanti aliquid illicitum parere.*
4 *Iuramentum nunquam trahitur ad ea, de quibus retsimiliter iurans non disposuisset.*

CAP. Cum iuramento. IV.

PRomittens & iurans se facturum aliquid in genere, non intelligitur si sit illicitum, vt homicidium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Felin. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 118.* Alagona *in compendio iuris Canonic. pag 668.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* desumitur ex D. Hieron. *super Matth. c. 14.* refertur à Burchard. *l. 12. Decretor c. 16.* Iuon. *par. 12. c. 73.* Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5 tit. 16. c. 6.*

Collige ex text. promittentem aliquid absolutè si 2 contingat postea aliquid quod faciat obseruantiam malam, non teneri promissum adimplere, intelligitur enim promissio ita facta vt eius obseruantia non vergat in dispendium animæ, & ita iurans se daturum alicui quidquid peteret, vt fecit Herodes de quo in præsenti, quamuis iuramentum hoc poterat esse à principio licitum, intellecta debita conditione, scilicet si peteret licitum, si tamen petat aliquid illicitum, non est adimplendum iuramentum, quod Herodes adimplere non tenebatur cum ab eo petitum fuit caput Ioannis Baptistæ, immo adimplendo promissum grauiter peccauit, iuxta text. *in cap. est etiam 22. quæst. 4.* Vnde fit vt si famulus iurauit domino se illi obtemperaturum,

peraturum, non tenetur domino imperanti aliquid illicitum parere, D. Thom. 2. 2. *quæst.*63. *art.*1. *ad* 3.
4 Sylueſt. *verbo iuramentum* 3.*quæſt.*1. *verſ.*9. Iuramentum enim nunquam trahitur ad ea, de quibus veroſimiliter iurans non diſpoſuiſſet, vt per Tiraq. *in l.ſi vnquam in præfat.num.*171. Chald. Pereira *poſt tract. de poteſtate elig. in reſp. pro D. Roderico à Sylua, ad fin.*

SVMMARIVM.

1 *Homicida eſt qui facit, vel dat ſortilegia, vel venena ſterilitatis.*
2 *Abortioni poculum præbens tanquam homicida punitur.*
3 *Abortum procurantes, conſulentes, conſentientes, quas pœnas incurrant, remiſſiuè.*
4 *Impedimentum adhibens ne ex coitu conceptio, vel generatio ſequatur, inſtar homicidæ tenetur, ſed non ſit irregularis.*
5 *Abortum procurans an & quando tanquam homicida puniendus ſit.*

Cap. Si aliquis. V.

1 QVi cauſa odij, vel libidinis dat homini, aut mulieri remedia, vel venena vt non poſſint generare, concipere, aut naſci ſoboles, tenetur vt homicida. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hoſt. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Marin. Socin. Cened. *collect.*32. Viuian. *in rationali iuris Pontificij pag.*119. Alagona *id compendio iuris Canon. pag* 668. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1. refertur à Burchard. *lib.*17. *Decret. cap.*57. & ab Anton. Auguſtin. *collect.*1. *Decretal. lib.*5. *tit.*57. *cap.*13.

Collige ex text. ſterilitatem in fœminis maleficio poſſe induci, vt per Ioan. Schenck *tom.*2. *obſeruat. medic. lib.*4. *obſeru.*117. & tunc cùm ſterilitatis maleficio conceptionis via impediatur, non licet mago quin ne Medico remedia etiam naturalia præſtare, quibus ſterilitas inducatur. Tabien. *in ſumm. verbo Matrimonium*, Caiet. 2.2. *quæſt.*154. *art.*1. Auguſt *in cap. aliquando* 32. *quæſt.*2. Niſi quando probabiliter conſtaret mulierem in partu vitæ diſcrimen ſubituram, vel quia nimis arcta, vel præ vteri angustia fœtum ferre nequeat, vt per Ludouic. Lop. *in inſtruct. conſcient. part* 2. *cap.*63. Anton. Cordub. *in ſumm. quæſt.*173. *& quæſtionum Theolog. lib.*1 *quæſt* 38. *dub.* 3. Arag. 2.2. *quæſt.*64. *art.*7. Sanch. *de matrim. lib.*9. *diſp.*20. *num.*15. ex Medicis Raſis *continent.*22. *tractat.*7. *cap.*2. Auic. *ſen.*21. *lib.*3. *tract.*2. *c.*17. Petr. Garcia *ad Galer. de locis affect. diſp.*74. *cap.*1.

2 *Ad potandum dederit.*] Probat hic text. tanquam homicidam puniri, qui poculum abortioni præbuerit, de quo vide Couarr. *lib.*2. *var. cap.*20. *num.*10. *& in Clem. ſi furioſus part.*2. §. 3. *num.*1. Clar. § *fin. quæſt.*68. *n.*2. Gom. *tom.*3. *cap.*3 *num.*32. Ozaſc. *deciſ.*60. Iacob. de Graff. *in aureis deciſ. part.*1. *lib* 2. *c.*63. *à princ.* Plac. *de delictis cap.*20. *numero* 3. *& 6. & cap.*5. *numero* 8. Læl. Zech. *de caſibus reſeruat. caſu* 9. Anton. Cordoua *in quæſt. Theolog. l.*1. *quæſt* 28. *verſ. dubitatur tertiò.* Petr. à Nauarr. *de reſtitut. tom.*1. *lib.*2. *cap.*3 *ex num.*137. Viuald. *in candel. aureo tit. de irreg. ex homicid. volunt. ex num.*239. Menoch. *de arbitr. caſu* 357. plures alios Doctores refert Cened. *ad Decretal. collect.*32. *num.*1. quibus adde Soar. *tom.*2. *commun. opin. lib.*9. *tit.* 1. *num.*71. *pag.*437. Sayt. *deciſ.*22. *&* 23. *ſub hoc tit. & in claui Regia lib.*7. *cap.*12. *num.*20. Bellet. *diſquiſit. cleric. part.*1. *tit. de diſciplina clericali* §. 5. *num.*26. *cum ſeqq.* Prax. Epiſcop. *part.*1. *verbo abortus.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom.*2. *q.*33. *art.*4. Aloyſ. Ricc. *in collect. deciſ. part.*3. *collect.* 590. Farin. *in praxi crimin. part.*5. *quæſt.*122 *num* 92. *cum ſeqq.* Molin. *de iuſtit. tom.*3. *tract* 3. *diſp.*7. Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. cap* 72. *num.*17. Ordin. Reg. Luſitan. *lib.*5. *tit.*35 *n.*2.

Item abortum procurantes, conſultantes, & conſentientes quocunque modo, incidunt in pœnas contentas in conſtit. Sixti V. incip. *Effrænatam*, Romæ publicata die 16. Nouembris 1588. moderata poſtea per Greg. XIV. pridie Kalend. Iunij 1591. incipien. *Sedes Apoſt.* quos refert Quarant. *in ſumma Bullary, verbo abortus*, nam Sixtus V. *in dicta ſua conſtit* grauiſſimis pœnis proſequitur aduerſus omnes, qui abortum procurant, concilium, vel auxilium præſtant, venena præbent, vel manus inferunt, ſiue fœtus animatus ſit, ſiue non, quos præſertim maioris excommunicationis pœna ſedi Apoſt. reſeruata multauit, Gregorius verò pœnas ſibi quod ad procurantes abortum, aut poculum exhibentes, vel ſumentes venena ſterilitatis, aut quocumque modo auxilium, vel conſilium præbentes, ad terminos iuris communis reduxit, cæteris in ſuo robore manentibus. Illud tamen in hac materia eſt ſcitu digniſſimum quod quando ex partu concepti euidens periculum apparet, vel quòd puerpera ſoleat ad extremum deduci, aut nimis arcta ſit, aut fama eius lædatur, aut aliter vitæ diſcrimen, exiſtimationis poſſit ſubire, bene poterit poculum abortionis præberi, dum fœtus tamen non ſit animatus, vt per S. Anton. *part.*3. *tit.*7. *cap.*2. §.2. Sylueſt *in ſumm. verbo medicus quæſt.*4. Armil. *verbo abortus num.*2. Couar. *in Clem. ſi furioſus p.*2. §. 3. *num.*1. Cordub. *in ſum q.*173. Sanch *de matrim. lib.*9. *diſp* 20. *num.*9.

Vt non poſſit generare, aut concipere, &c.] Notatur ad 3 hoc, quod impedimentum adhibens ne ex coitu conceptio, generatiove ſequatur vt homicida tenetur, hoc eſt inſtar homicidæ tenetur, quatenus vitam hominis ne ſequeretur ex ſuis naturalibus cauſis impediuit, quod graue eſt peccatum, ſicut qui hominem interficit, impeditque ne vita illius vlterius progrediatur, vide Molin. *d. diſp.*17. *n.*6. Decian. *tract. crim. lib.*9. *c.*18. *num.*17. Farin. *d. quæſt.*122. *num.*105. *&* 106. Non eſt tamen irregularis, cùm irregularitas non contrahatur niſi actu ſequatur homicidium, ſeu detuncatio, vt per *gloſ. fin. hic*, Tabien. *verbo irregularitas* 3. §. 14. *&* 15. Sayr. *de cenſur. lib.*3. *c.*35. *n.*27. *& l.*7. *c.*2. *num.*5. quos citat Bellet. §. 5. *num.*27. Ita etiam nulla irregularitas contrahitur ab eo, qui potionem, vel cibum ad inducendam ſterilitatem in muliere præbet, ſeu etiam viro medicinam ne generare poſſit, ſubminiſtrat, vt per Villadieg. *de irregul. cap.*6. *verſ. ſed contrarium num.*36. Nau. *in man.*27. *num.*222. Aual. *de cenſur. part* 7. *diſp.*6. *ſect* 4 *dub.*2. Sayr *in ſimili tract. lib* 7. *c.*3. *num.*5.

Vel naſci ſoboles.] Inter medicinæ artis profeſſores 4 eſt communis ſententia quòd tanquam homicida puniendus venit, qui abortum procurat, aut poculum præbet prægnanti in quocunque tempore poſtquam à quinto menſe egreditur fœtus, nam vt talis eſt, & 5 toto anno ex quinto menſe legitimè naſcitur, per Horat. Augen. *in tract. quod homini non ſit certum tempus ad nascendum lib.*1 *&* 2. Ioan. Schenck *tom.*2. *obſeru. medio lib.*4 *tit. de partit. vital. præcoc. obſeru.*153. *& ſeqq* Peramato *in lib. de hominum procreat. cap.*9. Ferd. Bonauent. *in tract. de octimeſt. l.*2. *cum tribus ſeqq.* Ludouic. Mercado *l.*4. *de affectib. mulier. c.*1. Franc. Valeriol. *enarrat. medio l.*2. *c.*7. Franc. Valeſ. *l.*2 *controu o.*10.

Quia etiam dæmonis arte, & calliditate fieri poteſt vt mulier difficulter pariat, Griland. *de ſortileg. quæſt.*6. Martin. Delri. *diſquiſ. magic. lib.*3. *part.*1. *quæſt.*4. *ſect.*3.

Rapht.

Raph. de la Torre *tom.2. de vitiis oppos. Relig. quæst.96. art.2. disp.10.* ideo huiusmodi magi quando infantis, aut matris mors sequitur, tenentur de occiso, vt probat text. seeus si fiat, vt pariat, quia non tenentur de dolo *l.3. § hæc adiectio ff. ad leg. Cornel. de sicar.* Griland. *vbi sup quæst 12.num.10.* Anton. Gom. *var. tom.2. cap.3.* Baiard. *ad Clar. quæst.68 ex n.7.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex discretus in pœnitentia imponenda debet attendere circunstantias ex quibus augetur, vel minuitur delictum.*
2 *Ætatis ratio in pœnis imponendis habenda est.*
3 *Senectus an excuset in delictis remissiuè.*
4 *Infans pupillus, & minor, an in delictis excusentur remissiuè.*
5 *Furiosus, an, & quando in delictis excusetur, remissiuè.*
6 *Ebrius, an, & quando in delictis excusetur, remissiuè.*
7 *Dormiens delinquens an excusetur remissiuè.*
8 *Excellens in aliqua arte, vel insignis peritiæ vir, an, & quando in delictis excusetur, remissiuè.*
9 *Sexus ratio in pœnis infligendis habenda est.*
10 *Dignitas ac generis nobilitas an, & quando releuet aliquem à pœna ordinaria remissiuè.*
11 *Auxilium delinquenti præstare quis præsumitur eo ipso quod assistit cum illo armatus prope.*
12 *Auxilium vt dicatur præstitum, requiritur assistentia animo doloso, & cogitato, & auxiliatores ad hoc coadunati.*
13 *Gentis coadunatio non est punibilis, nisi facta dolosè, & appensatè ad malum.*
14 *Auxilium præstans in delicto punitur eadem pœna, qua ipse delinquens.*
15 *Mandans an, & quando puniatur eadem pœna, qua mandatarius, remissiuè.*
16 *Mandatum ad delictum perpetrandum probatur per scripturam, & subscriptionem mandantis.*
17 *Mandans, & mandatarius in eodem libello accusari possunt.*
18 *Delictum, qui sciuit committendum, & prohibere potuit, & non prohibuit, eadem pœna tenetur, qua ipse delinquens.*
19 *Delicto committendo obuiare quando quis teneatur ostenditur.*
20 *Defendere proximum, & damnum eminens euertere non valens, tenetur in foro conscientiæ illud reuelare ei, cui imminet, vt per eum euertatur.*
21 *Denuntians damnum illi, cui imminet non incurrit irregularitatem, etiamsi ex eadem denuntiatione contingeret mors, aut mutilatio delinquentis.*
22 *Obligatio reuelandi delictum illi, cui imminet, ita est intelligenda, vt prius præmittatur fraterna admonitio facienda iniusto aggressori, nisi vbi verserit in damnum Reipub.*
23 *Damnum proximo imminens etiam sub fide secreti susceptum detegere quis tenetur, etiam virtute monialium generalium.*
24 *Secretum aliunde non cognitum, nisi in Confessione sacramentali, nullo casu quocunque etiam superiore inbente, etiam pro salute & scandalo Regni totius inuito pœnitente reuelari potest.*
25 *Secretum cognitum in confessione facta laico in extrema necessitate an cadat sub stricto Confessionis sacramentalis sigillo, remissiuè.*
26 *Defendere tenemur iniustè aggressum siue clamet, siue non.*
27 *Excommunicatio non incurritur ex percussione clerici iniusti aggressoris.*
28 *Defendere tenetur quis proximum etiam inimicum, & non Christianum.*
29 *Delictum, vt furtum, &c. prohibens ne impediatur peccat mortaliter, & an teneatur ad restitutionem, ostenditur.*
30 *Delictum persuadens, hortans, & instruens punitur eadem pœna, qua ipse delinquens.*
31 *Consulens delictum, an puniatur eadem pœna qua ipse delinquens, remissiuè.*
32 *Restitutio facienda est illi, à quo oblatum est, vel habenti causam ab eo.*
33 *Clericus consulens delictum quod si ipse committeret irregularitatem incurreret, an irregularis efficiatur, ostenditur.*
34 *Clericus propter homicidium non degradatur, sed deponitur.*
35 *Clericus homicida an sit priuatus ipso iure beneficiis quæ habet, an veniat priuandus, remissiuè.*
36 *Irregularitatem incurrit ille, qui armatus cum aliis exiuit ad occidendum si postea aliquis occisus fuit, etiam si ille nihil commisisset.*
37 *Laicus potest fieri irregularis, & inhabilis ad beneficia.*
38 *Clericus propter homicidium in monasterium siue in carcerem detruditur per quinquennium.*

CAP. Sicut dignum *j.* IV.

IVdex discretus in qualitate pœnitentiæ imponendæ, debet considerare quantitatem & qualitatem delicti, ætatem, scientiam, sexum, conditionem delinquentis, locum, & tempus in quo deliquit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib.5. iuris Pontificij, pag.119.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag.668.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.1. c.2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect.1. Decretal. lib.5. tit.10. c.7.* & est post Concil. Lateranen. sub Alex.III. *part.35. cap.1.*

Sed ætas.] Notatur ad hoc quòd in pœnis imponendis ætatis ratio habenda est, *l.1. § impubem ff. ad Syllam.* Aloys. Ricc. *collectan. decis. part.5. collect.16.45.* Sed hunquid in delictis senectus excuset, vide Mynsing. *tom.2. obseru.54.* Grammat. *decis.23. num.11.* Thesaur. *decis.61.* quos refert Anton. Ricciul. *d. collect. 1845. in fine,* Tiber. Decian. *resp.16. & 24. volum.3.* Menoch. *de arbitr. casu 329.* Molin. *de iustit. tract.3. disp. 37.* De infante, pupillo, & minore, vide Caroc. *in tract. de minore in delictis excusando,* Ayrer. *de homicid. part.2. num.124. & seqq.* Thesaur. *Pedem. decis.161.* Hondedeus. *cons.104. vol.1.* Raudens. *de analogis cap.22. n.78.* Molina *d. tract.3. disp.36,* Caball. *in tract. de omni genere homicidij num 179. cum seqq.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rub.11. cap.23. à num.99.*

Scientia.] Glos. *in præsenti* hoc verbum explicat, idest, an sit discretus; vel non sanæ mentis, vnde si scire cupias an & quando furiosus delinquens excusetur, vide Doctores per text. *ibi in l. Dignus ff. de officio præsid.* Ayrer. *d. part.2. num.150.* Balb. *decis.60.* Aloys. Riccius *in collect. decis. part.5. collect.1840.* Menoch. *de arbitr. casu 325.* Fachin. *controuers. lib.9. cap.3.* Cenall. *communium contra communes quæst.33.* Petr. Caball. *d. tractat.3. disp.38. num.1. cum seqq.*

Ebrius delinquens an & quando excusetur, vide Doctores per text. *ibi in l. omne delictum § per omnem ff. de re milit.* Greg. *l.5. verbo embriagarse tit.8. part.7.* Clar. § fin.

§.fin quæſt.60.num.12. VVeſemb. *in paratitlis ff. ad leg. Cornel.de ſicar.n.24.* Duen. *reg.359 verſ.amplia quartò.* Gom. *tom.3.var. cap.1.num.73.* Iodoch. *in praxi crimin. cap.84. num.17.& 18.* Menoch. *de arbitr.caſu 326.& caſu 377. à num.3.* Peguer. *deciſ.18. num.22.* Auend. *de exequendis mand. part.2. cap.5. num.19.* Maſcard. *concl. 570. num.3.* Reuſner. *deciſ.14.* quem refert Aloyſ. Riccius *d.collect.1840. verſ. & ob hanc,* Azor. *inſtitut. moralium part.3. lib.2. cap.13. verſ. primò notandum, & verſ. ſeqq.* Bellacomb. *tom.2. communium opinion. lib.9. tit.13.num.79. pag.495.* & Kirchou. *tit.30. num.100. pag 547.* Perez *ad rub. tit 8. l.8. Ordinamen. pag.203. cum ſeqq. & l.1. in fine in addit. eod tit.& lib. pag.208.* Azeued. *l.1.num.32. tit.13. lib.4. nouæ recop.* Paul. Comitol. *reſponſ. moralium lib.5. quæſt.5.& 6.* Pineda *in vita S. Ioannis Baptiſtæ lib.3. art.2. cap.1. pag mihi 142.* Molina *d.tract.3. diſp.38.num.5.cum ſeqq.* Petr.Caball. *d.tract.num.187.* Campan. *d.cap.23.à num.108.* Et an & quando irregularitas incurratur ab eo, qui ebrius exiſtens aliquem occidit, aut mutilat? vide Boniſ. de Vitalin. *in Clem. ſi furioſus, de homicid. num.25.& 26.* vbi Couarr. *part.3.in princ. num.3.* Nauarr. *in man.c.27. num 230.* Soar. *de cenſur. diſp.46. ſect.1. num.12. verſ. nam communis,* Greg. Sayr. *eod tract. lib.6. cap.17.n.32. verſ ſecunda opinio,* Auil. *in ſimili tract part.7.rub. de homicidio directæ volunt, ſect.1. dub.15. verſ. ſecunda concluſio.* Et an & quando ebrietas ſit peccatum mortale vide Nauarr. *in cap. ita quorundam, notab.9.num.36. de Iudæ.* Turrec. *in cap. ſexto die num.5. diſt.35.* Perez *l.1. addit.2.tit.8 l.8. Ordin.* Gutierr. *canon.l.2.c.4.n.30.* latè Ludouic.Beja *reſponſ.caſuum conſcientiæ p.3.caſu 20.*

7 Dormiens delinquens an & quando excuſetur, vide Doctores per text. *ibi in l.1.§.adipiſcimur ff. de acquir. poſſeſſ.* Sebaſt.Medices *in tract. de fortuitis caſibus q.5. num.36.* Tiraq. *de pœnis temper. cauſa 5. ex num.9.* Menoch. *caſu 327.* Molina *d.tract.3 diſp.38.n.10. cum ſeq.* Reuſner. *deciſ.16.* quem refert Aloyſ.Ricc.*d p.5 collect. 1841.* Campan. *d.cap.25. num.110.* Cened. *ad Decretal. collect.48.num.2.*

8 Excellens in aliqua arte, vel inſignis peritiæ vir an & quando in delictis excuſetur, condonatíque debeat, vide Doctores per text. *ibi in l. ad beſtias, ff. de pœnis,* Grammat. *deciſ.23.* Reuſner. *deciſ.80.& 81.* quos refert Aloyſ. Riccius *in collect. deciſ part.5. collect.1842.* Alex. Raudenſ. *de analog.c.22.n.67.& 68.* Tiraq. *de pœnis,tem.cauſa 50.* Farin. *in praxi crimin.p.3.q.98.à n.134.* Et de habente merita in Rempubl. Menoch. *de arbitr. lib.1.q.92 num.9.*

9 *Sexus.*] Notatur ad hoc quòd in pœnis infligendis ſexus ratio habenda eſt, vt per Tiraquel. *de pœnis temper.cauſa 9.à princip.& l.1.connub gloſ.1.num.85.cum ſeqq.& l.9:num.177.verſ.& huic opinioni,* Farin. *d.q.98. num.1. cum ſeqq.* Vnde leuius puniuntur mulieres quam viri. Reuſner. *deciſ.20.* Aloyſ.Riccius *d. part.5. collect.1841.*

10 *Atque conditio.*] An & quando dignitas ac generis nobilitas relenet aliquem à pœna ordinaria, vide Reuſner. *deciſ.15.* quem citat Aloyſ. Riccius *d. collect. 1842.in fine,* Ioſeph.Seſſe *Aragoniæ deciſ.11.*

§. Illi autem.

Socians homicidam animo occidendi, licèt non apponat manum, ſi tamen ex ſua cauſa mors ſequuta eſt, tenetur ferè pari pœna cum homicida. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

11 *Circa manuum iniectionem,* &c.] Ergo auxilium delinquenti præſtare quis præſumitur eo ipſo quòd aſſiſtit cum delinquente armatus propè, vt per Maſcard. *de probat. concluſ.159. num.1. cum ſeqq.* Farin. *in praxi crimin part.3. quæſt.131. num.67 cum ſeqq.* Campan. *in diuerſ. iuris Canon. rubr.11. cap.23. num.74.*

12 Et ad hoc, vt illud præſtitum dicatur, requiritur aſſiſtentia animo doloſo & cogitato, & auxiliatores ad hoc coadunati, Barzius *Bononien. deciſ.179.* Cacheran. *Pedem.deciſ.104.* Coadunatio enim gentis non eſt 13 punibilis, niſi facta dolosè & appenſatè ad malum, ex *l.3.§.homines ff.vi bonorum rapt.* Azeued. *l.2.tit.6.lib.3. nouæ recop.* Menoch. *conſ.28. num.19.* Fatinac. *in praxi criminal. q.113.143.* vbi *n.144.* reſoluit pœnam conuenticulæ, & congregationis habere locum quando à principio & principaliter facta eſt ad malum finem, ſecus ſi incidenter homines ſic conuenerint & ſe congregauerint.

§. Illi etiam.

Homicidam ſocians animo tantùm prohibendi, ne impediatur, tenetur paulo minori pœna. Colligunt Doctores *in princip. text.* citati.

Qui occiſoribus opem, &c.] Ergo auxilium præſtans 14 in delicto punitur eadem pœna, qua ipſe delinquens de quo vide Clar. *§. fin. quæſt.90. num.1.* Iacob. Ayrer. *de homicid. part.2.num.34.* Menoch. *de arbitr. caſu 249. num.7.* Surd. *conſ.40.num.45.* Maſcard. *de probat. concl. 159.num.18.* Molina *de iuſtit.tom.4. tract.3.diſp.6.* latè Farin *in praxi crimin. p.3. q.131. à princip.* vbi *q.132.* reſoluit quòd præſtans auxilium delinquenti poſt delictum, non tenetur eadem pœna, quia tunc dicitur delicto opem præſtitiſſe.

Nota quòd irregularitas incurritur ab eo, qui homicidio auxilium præſtat etiam non cooperatiuum, vt per Maiol. *de irregul. lib.5 cap.48.§.4.num.1.* Couar. *in Clem. ſi furioſus part.2. §.2. num.2.* Soar. *de cenſur. diſp.44. ſect.3. num.31.* vbi ſubdit quòd non interueniente cooperatione incurritur irregularitas homicidij caſualis,& non voluntarij, Auil. *in ſimil.tract.par.7. diſp.6 ſect.2. dub.3. concl.1. verſ. ſecundò probatur,* Sayr. *eod. tract. lib.7. cap.4. num.11.* Nicol. Garc. *de benefic. part.7. cap.11. ſub num.8. verſic. & eadem irregularitas.*

Mandans an & quando puniatur eadem pœna, 15 qua mandatarius, vide Anton. Gomez *tom.3. var. cap.3. num.30.* Menoch. *de arbitr. caſu 353. num.2.* Ayrer. *de homicid. part.2. à num.42.* Decian. *tract. crimin.lib.9 cap.31. cum ſeqq.* Ceuall. *commun. contra commun. quæſt.166.* Petr. Caball. *in tract. de omni genere homicidij num.264. cum ſeqq.* Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo factum num.6.* Mandatum verò cùm ſit quid facti, non præſumitur, ſed probari debet, Maſcard. *concluſ.1014.* Pereg. *conſil.107. num.1. & ſeq.* Decian. *d.lib 9. cap.34. à princip.* Sed qualiter probetur, diſſerunt Maſcard. *concluſ.866. & concluſ.1015.* Menoch. *conſil.788. à num.2.* Decian. *d. cap.34. num.26.* vbi reſoluit mandatum probari per ſcripturam, & ſub- 16 ſcriptionem mandantis, & *num. fin.* tenet quod vnus teſtis deponens de mandato facit iudicium ad torturam contra mandantem. Et quòd mandans & 17 mandatarius poſſint accuſari in eodem libello; ex Bart. *in l. ſed ſi vnius §. ſeruus meus. ff. de iniur.* tradit Farin. *in praxi crimin.quæſt.135.num.147.* An & quando irregularitas contrahatur ab eo, qui mandat homicidium fieri homicidio ſequuto, dixi *ad cap. fin. hoc tit.in 6.*

Qui potuit hominem liberare, &c.] Notatur ad hoc, 18 quòd ille, qui ſciuit delictum committendum, & prohibere potuit, ſi non prohibuit, eadem pœna tenetur qua ipſemet delinquens teneretur, vt per Abb. *hic, num.5.* Burr. *num.6.* Couar. *in Clem ſi furioſus part.2.§.2. num.7. ad med.* Tiraq. *de pœnis temper. cauſa 44.num.13.*

Quiuis enim omni iure attento tenetur obuiare delicto, & alium defendere, si commode, & absque periculo potest, alias solueretur humana societas, & dictamen rationis, quo mouemur ad alterum diligendum, offenderetúrque si à defensione & tutela illius impiè retardaremur: vnde priuatæ personæ, quæ obstare tenentur ex charitate, si in his terminis non obstant omittentes commodam, & opportunam proximi defensionem in persona, aut in cæteris bonis, grauiter peccant, non tamen tenentur ad restitutionem damni illati, quippè quòd hæc earum obligatio prouenit non ex iustitia commutatiua, sed ex charitate, cuius violatio non obligat ad restitutionem, non enim proponitur aliquid ab earum parte receptum, vel à lege sub ratione iustitiæ commutatiuæ specialiter iniunctum pro suscipienda & sustinenda proximi defensione, nec quid aliud ex quo ea sit illi adeo debita, tius ad eandem computari possit inter bona eiusdem proximè defendendi, vide Nauarr. *in man. c.24. sub num.17. & in cap. Sacerdos, de pœnit. distinct.6.n.23.* Sot. *de iustit. lib.4. quæst.7. art.3.* Sylvest. *in summ. verbo restitutio in 3. quæst.3. vers. secundum, & quæst.6. colum.3. post princip.* Anton. Gomez *var. tom.3. cap.2. num.9.* Arag. *2.2. quæst.62. artic.7.* vbi Salon. *controu.1. & 2.* Greg. de Valent. *tom.3. disp.5. quæst.6. puncto 3.* Flores *var. lib.1. quæst.18. nom.30.* Menoch. *de arbitr. casu 355. num.2.* Baiard. *ad Clar. §. fin. q.87. num.15.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 44. num.69. & seq.* Gam. *de Sacramentis præstandis vltimo supplicio damnatis quæst.1. num.5.* Farin. *in praxi crimin. quæst.125. num.306.* Sayr. *in claui Regia lib.10. tractat.2. c.14. num.2.* Rebell. *de obligation. iustit. part.1. lib.1. quæst.2. num.2.* Molin. *de iustitia tract.4. disp.18. n.2.* officiales verò, & ministri publici, aliique
19 qui ex officio, & consequenter ex lege iustitiæ constituti sunt, & absolutè assumpti ad omnem etiam rigorosam & periculosam aliorum defensionem, vt est seruus respectu domini, iuxta text. *in l.1. §. tuliſſe, & §. quod si vulnerati, ff. ad Syllan.* & vasallus respectu domini feudi, iuxta text. *in cap.1. §. item qui dominum, quæ fuit prima causa beneficij amittendi*; denique & milites, iuxta text. *in l.3. §. vlt. & in l. omne delictum §. qui in acie, & vlt. ff. de re milit.* hi etenim (quibus obligatio à iustitia prouenit, & per consequens si illi non satisfecerint, ad restitutionem tenentur, vt *supra* dixi *ad c.2. in fine hoc tit.*) tenentur cum periculo propriæ vitæ, non tamen manifesto defendere huiusmodi personas, vbi scilicet earum defensio sibi possibilis præsumptiuè saltem videatur, vt resoluunt Claud. *in repet. l. vt vim ff. de iustitia, & iure, num.130.* vbi Curt. *sub num.60.* Bolognet. *sub num.85.* Sylvest. *verb. homicidium 2. num.10.* Farin. *quæst.125. n.237.* quicquid limitent Put. *de syndicatu verbo officialis §. qualiter, num 8.* Anton. Correa *in fragmen. ad lib.5.* Ordin. Reg. Lusit. *in princip. verbo preso vers. septimò requiritur n.72.* Lessi. *de iustit. lib.2. c.9. n.9.*

Ex quibus infertur irregularitatem non incurrere illum, qui videns aliquem vulnerari, & occidi, valens homicidium impedire non impediuit, si proximum ratione charitatis tenebatur solùm defendere, secus si illum defendere tenebatur etiam ratione iustitiæ, prout contingit in filiis, famulis, seruis, vxore, subditis, publicis officialibus, aliisque similibus; ita Maiol. *de irreg. lib.6. c.48. §.5. n.2. & seqq.* vbi subdit esse animaduertendum quòd in proposito vbi quis ratione iustitiæ proximum defendere tenetur, non intelligitur vt teneatur eripere à morte, sed sufficit agere quicquid adiuuando, verbo, vel facto facere potest, vt mors impediatur, Tiraquell. *de pœnis temp. causa 44. num.13.* Soar. *de censur. disput.45. sect.4. num.3. & ex num.5.* Sayr. *eod. tract. lib.7. cap.4. num.3. & 4.* Auil. *in simili tract. p.7. disp.6. sect.2. dub.7. vers. inter has opiniones.*

Amplia vt quilibet alioquin non valens defende- 20
re proximum, & ab eo auertere damnum eminens teneatur in foro conscientiæ illud ei reuelare, cui imminet, vt per eum auertatur; ita Abb. *in cap.1. sub num.9. colum.2. ante med. de restit. spoliat. & in cap. nuit. num.44. de iudic.* Berol. *in cap.1. num.75. de offic. deleg.* Caiet. *2.2. quæst.33. art.7.* Sot. *de secreto teneendo membr.2. quæst.4. concl.2. & de iustit. lib.5. quæst.5. art.1. ad 3.* Sylvest. *verbo restitutio 3. num.6. col.2. in med.* Couar. *in reg. peccatum part.2. §.3. sub num.3.* Nauarr. *in manu. cap.25. num.33. & cap.27. sub num.213.* Mench. *illust. lib.1. cap.16. num.5.* Gutierr. *canon. lib.1. cap.11. à num.48. & num.73. & 75.* Menoch. *de arbitr. casu 355. à princip.* Fr. Emman. *in summ. tom 2. c.7. sub num.7.* Flores de Mena *var. quæst.18. num.44. cum seqq.* Molina *d. tract.3. disp.18. num.3. cum seqq.* Rebello *d. part.1. lib.1. quæst.14. sect.8. num.55. cum seqq.* Lessi. *d. lib.2. cap.11. à num.57.* obseruantes pro exemplis quotidianis posse nos & teneri si nouimus Titium esse furem, monere eos cum quibus habitat, vt sibi caueant, aut si gerit se pro medico ille, cuius imperitiam nouimus, posse nos & teneri ægrotos val alios, quibus inde periculum imminet, monere, prout etiam possimus teneri manifestare Petrum, v.g. auctorem homicidij si illud imponatur innocenti ob id plectendo, cum similibus. Quod quidem verum est vt in eius 21
terminis necessario denuntians etiam iudicialiter non incurrat irregularitatem, etiamsi ex eadem denunciatione & subsequenti illarum culparum inquisitione contingeret mors, aut mutilatio delinquentis, vt per Couarr. *in Clem. si furiosus part.2. §.5. sub num.5.* Nauarr. *in man. c.27. num.213.* Sot. *de iustit lib.5. quæst.5. art.1. ad 3.* Henriq *in summ. lib.14. c.12. sub n.8.* Fr. Emman. *in summ. tom 1. c.169. num.12.* Molin. *tr.2. disp.109. n.5.* Quæ quidem reuelandi obligatio nobis incumbens in ordine ad proximi defensionem, ita est intelligenda vt priùs præmittere debeamus fraternam admonitionem & inductionem facientem iniusto aggressori quod à damno desistat, si spes ea eam profuturam, vt ita eius fama conseruetur quoad fieri possit, nec perdatur si ipse pœnituerit, & damnum resarciuerit, vel illud non inchoauerit, vbi resoluunt omnes: doctores *suprà* citati, maximè Nauarr. *in man. c.17. sub num.133.* Mench. *d. cap.17. sub num.4.* Gutier. *d. c.11. num.51. & 73.* Fr. Emman. *d. col.2. ante med.* Lessi. *d. cap.11. num.60.* contrarium cum aliis resoluentes vbi crimen occultum vertitur in damnum Reip. prout est hæresis, crimen læsæ maiestatis, proditio, & similia, quippe quòd in his nullum periculum in mora, & vt plurimum non potest per hominem priuatum, & per eius admonitiones communem contagio sufficienter impediri: vnde vt plurimum fine admonitionibus debent ad iudicium & ad ministros publicos competentes, vtpote potentiores ad eam contagionem impediendam deduci per denunciationem, vt resoluunt D. Thom. *2.2. q.33. art.7. in corpore*, Abb. *d. cap nouit. n.44.* Simanch. *de catholicis instit. cap.19. & cap.42. num.11.* Nauar. *in man. cap.24. num.14.* Rojas *in singul. Fidei verbo accusare num.21.* Gutier. *cap.11. n.53.* Flores de Mena *d. q.18. n.45. cum seqq.* Pena *in direct. Inquisit. part.2. cap.24. commento 18.* hic limitantes ordinem illum correctionis fraternæ, de quo in *d. cap. nouit.*

Subampliatur locum habere etiamsi crimen illud 22
proximo damnosum & ex malitia criminosi nolentis desistere impendens, occultum fuerit, vel alieni dedecus sub fide secreti, vt si proximus iniustè sit occidendus, vel furtum sit committendum, aut similia, adhuc

adhuc enim illud secretum susçipiens detegere tenetur etiam in iudicio virtute etiam monitorialium generalium sub excommunicatione, vel aliàs etiam absque iudicis præcepto siue denuntiando, siue etiam testificando: ita D. Thom. 2. 2. *quæst.* 70. *art.* 1. *ad* 2. Sylvest. *verbo testis quæst.* 8. *columna* 2. *ante med.* Nauar. *in cap. inter verba* 10. *quæst.* 3. *conclus.* 6. *sub num.* 2. 23. *& in man. cap.* 25. *n.* 33. *& in cap. Sacerdos sub n.* 24. *de pœnit. dist.* 6. Sot. *de iustit. lib.* 5 *quæst.* 7. *art.* 1. *ad* 1. *& de ratione tegendi secretum memb.* 2. *quæst.* 7. *num.* 21. Cordub. *in suo quæst. lib.* 1. *quæst.* 43. *vers.* 3. *pag.* 347. Greg. *l.* 35. *glos.* 1. *tit.* 16. *part.* 3. Gutier. *d. cap.* 11. *n.* 48. *& num.* 75. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 13. *cod.* 30. *dub.* 4. Molin. *de iustit. tract.* 4 *disput.* 5. *num.* 6. Modern. *de iurisdict. part.* 2. *cap.* 14. *num.* 21. Lessi. *d. lib.* 2. *cap.* 30.

24 *num.* 43. 47. *&* 49. Secretum verò aliunde non cognitum nisi in Confessione sacramentali in ordine ad eam, indubitanter conseruandum est, & nullo casu, quocumque etiam superiore iubente reuelandum inuito pœnitente, etiam pro salute, & scandalo Regni, totius, ita D. Thom. *d. quæst.* 70. *art.* 1. *ad* 2. Sot. *d. lib.* 5. *quæst.* 7. *art.* 1. *ad* 1. *& d. memb.* 2. *quæst.* 6. *concl.* 3. *col.* 2. Cordub. *loco proximè citato*, Fr. Emman. *in summ tom.* 2. *cap.* 7. *num.* 8. Molin. *d. disput.* 5. *num.* 6. *ad fin. & num.* 9. Modern. *de iurisdict. part.* 4. *casu* 194. *num.* 5. *cum seqq.* Flores de Mena *d. q.* 18. *num.* 46. Lessi. *d. cap.* 30. *num.* 45. multipliciter ampliantes huiusmodi obligationem conseruandi secreti Confessionis sacramentalis adeò vt eius detectio nullam fidem faciat in iudicio, eo quòd scientia per Sacerdotem habita ex Confessione sacramentali nihil omnino pertinet ad controuersiam iudicialem, quippe quod in iudicio deponit quis de illis, quæ nouit vt homo, Sacerdos in Confessione sacramentali nouit vt Deus, ita post Rip. Felin. & alios optimè resoluunt Cou. *de sponsa part.* 2. *cap.* 7. §. 12. *n.* 10. Mascard. *de probat. concl.* 377. *n.* 5. *cum seqq.* & alij, quos refert & sequitur Cened. *ad Decretum collect.* 60. *n.* 2.

25 *in fine.* An idem sit dicendum de confessione facta laico in extrema necessitate, vide Cou. *d. n.* 10. Nauar. *in cap. si Sacerdos de pœnit. dist.* 6. *n.* 117. *cum seqq.* Gutier. *d. cap.* 11. *n.* 49. 74. *&* 50. Mascard. *de probat. lib.* 1. *q.* 5. *n.* 51. Cened. *d collect.* 60. *n.* 5.

26 Secundò amplia, siue iniustè aggressus clamet, siue non, in vtroque enim casu eum defendere tenemur, cùm ad hoc satis sit quòd hæc proximi cura nobis à Deo mandata sit, iuxta illud Ecclesiast. 17. *Vnicuique mandauit Dominus de proximo suo*; vnde meritò, sic resoluunt communiter Doctores, vt per Claud. *in repet. d. l. vt vim, n.* 125. Gom. *tom.* 3. *var. c.* 3. *sub n.* 21. & alij, quos aduersùs alios refert, & sequitur Farin. *in praxi crimin. q.* 124. *n.* 270. *& seq.*

27 Tertiò amplia, vt procedat siue iniustus aggressor sit laicus, siue clericus, adeò vt ex clerici sic aggressoris percussione non incurratur excommunicatio, vt per Cou. *in Clem si furiosus p.* 3. §. *vnic. n.* 5. Gom. *sub d. n.* 21. Clar. §. *homicidium sub n.* 29. Farin. *d. q.* 125. *n.* 276. Soar. *de cens. disp.* 22. *sect.* 1. *n.* 39.

28 Quartò amplia, vt procedat in defensione non solum Christiani iniustè aggressi, sed etiam alterius non Christiani, imo & in defensione inimici, ita post Mantuam resoluit Farin. *d. q.* 125. *n.* 268 *iuncto num.* 272. & in defensione inimici etiam capitalis sic constituit etiam Fulgos. *d. l. vt vim sub num.* 4. vbi Iaf. *num.* 29. Carrer. *in pract. crimin. in tract. de homicid.* § *quinto excusat defensio, num.* 45.

29 Quintò amplia, vt procedat non solùm in eo, qui delictum committendum non prohibet cum prohibere potuerit, sed etiam in eo, qui impedit volentem impedire furtum, aut aliud damnum proximi, siue personale siue externum, hunc namque grauiter peccare resoluunt Medin. *de restit. quæst.* 9. *in fine*, Nauar. *in man. cap.* 17. *sub n.* 140. Henriq. *d. lib.* 14. *de irregul. c.* 12. *sub num.* 7. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *c.* 151. *num.* 16. Molin. *d. tract.* 2. *disput.* 755. *n.* 4. Rebell. *d. part.* 1. *lib.* 2. *q.* 14. *sect.* 8. *num.* 57. Circa tamen restituendi obligationem damni inde sequuti controuertunt suprà citati Doctores agentes non quidem de impedientibus, qui ex iustitia commutatiua defendere tenebantur, de quibus, egi *suprà vers. Qui potuit*, &c. *hoc eod.* §. sed de illis qui per se ad defendendum ex charitate tantum tenentur, quos quidem ad huiusmodi restitutionem obligatos esse voluerunt Medin. Nauarr. Fr. Emman. *vbi proximè*, adeò, vt idem Nauarr. *in man. cap.* 27. *sub numero* 231. existimet insuper irregulatem esse, qui auertit alium à liberando proximo ab iniusta deformitate, quod tradit Henriq. *vbi suprà*, nisi bono animo amicum diuertat, ne perinde se periculis obiiciat: at verò Molina, & Rebell. *dictis locis* melius eos ita demum teneri sic restituere admittunt si dictum defensorem impedierint mediis contra iustitiam, veluti vi, dolo aut fraude.

§. Qui verò.

Incitans alium ad homicidium, mitius punitur quàm homicida; secus autem si incitauit ad certum homicidium, quia eo sequuto tenetur vt homicida. Colligunt Doctores *in princip. text.* citati.

Pronocassent.] Ergo delictum persuadens; inflammans, instigans, hortans, incitans; & instituens, punitur eadem pœna, qua ipse delinquens, vt per Farinac. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 129. *num.* 26. *cum seqq.* vbi *à num.* 23. an consulens delictum puniatur eadem pœna, qua ipse delinquens, de quo etiam Duen. *reg.* 149. Bernard. *reg.* 175. *in princip.* Ayret. *de homicid. part.* 2. *numero* 35. Azor. *institut. moralib. part.* 3. *lib.* 2. *capite* 10. Campan. *in diuersorio iuris Canonici rub.* 11. *cap.* 23. *num.* 79. 30 31

§. Eos insuper.

Bona occisi occupans non per hoc tenetur de homicidio. Colligunt Doctores *in princip. text.* citati.

Eis, quorum fuerunt. &c.] Notatur ad hoc quòd restitutio facienda est eidem à quo ablatum est, vel habenti causam ab eo, non enim æqualitas iustitiæ seruatur per restitutionem alteri factam eo inuito, *cap. ea te* 22. *in princip. de iureiur. l. inuito* 12. *C. de solution.* glos. & communis *in reg. peccatum, de regulis iuris in* 6. D. Thom. 2. 2. *qüæst.* 62. *art.* 5. Nec sat est restitutionem fieri pauperibus, vt dicit *hic* text. qui intelligendus est, vbi dominus, vel is, cui debetur, certus est, & citra scandalum, vel periculum potest eidem restitui, aliter enim si sit incognitus post adhibitam diligentiam, vel si scandalum immineat, potest fieri restitutio pauperibus, quia sic in effectu restituitur domino, cui prodest quoad animæ salutem, vide Couar. *in reg. peccatum part.* 2. *in initio num.* 6. *& part.* 3. §. 1. *num.* 2. Mich. Salon. 2. 2. *q.* 62. *art.* 5. *contr.* 5. Petr. de Arag. *in resp. ad* 3. Valent. *tom.* 3. *disp.* 5. *q.* 6. *puncto* 4. latè Sayr. *in claui Regia lib.* 10. *tract.* 5. *cap.* 2. *à princip.* 32

§. Clericos.

Clerici præstantes mortis auxilium, consilium, vel fauorem, quàm pœnitentiam incurrant, ostenditur *hic*, & colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

Et illos, qui consilium dedere, &c.] Notatur ad hoc quòd clericus consulens delictum, quod si ipse commisisset, 33

irregularitatem incurreret, irregularis efficitur ac si deliquisset, vt per Couar. *in Clem. si furiosus part. 2. §. 1. num. 1.* Maiol. *de irregul. lib. 5. c. 48. §. 2. num. 1.* Soar. *de censur. disp. 44. sect. 3. num. 10.* Sayr. *in simili tract. lib. 7. cap. 3. num. 1.* Auil. *eod. tract. part. 7. disp. 6. sect. 2. dub. 3. concl. 2. & 4.* Farin. *in praxi crimin. part. 5. q. 129. num. 56.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. num. 129.* Intellige quando quis consulit alicui, qui sine illo consilio non erat facturus homicidium, secus si etiam sine consilio occidisset, Couarr. *in d. Clem. si furiosus p. 2. num. 1.* Albert. Trot. *de vero & perfecto clerico l. 2. cap. 21. num. 7.* Soar. *d. sect. 3. num. 10. vers. addo etiam*, Sayr. *d. cap. 3. num. 2.* nisi ex consilio dato tali aliàs facturo deterior factus sit, quia tunc consulens, irregularis erit, licèt consultus sine consilio occidisset, vt per Cou. *d. part. 1. num. 1. vers. est igitur*, Soar. *d. num. 10. vers. ad irregularitatem verò*, Sayr. *d. num. 2. vers. immo verò*, Auila *d. dub. 3. concl. 3.* eodem modo irregularitas incurritur quando quis suo consilio facit, vt alter faciliùs, vel citius, vel crudeliùs tale committat delictum, vt per Vgolin. *eod. tract cap. 16. num. 1.* Bonacin. *eod. tract. disp 7. quæst. 4. puncto 7. num. 19.* vbi secus dicendum concludit quando consulens non auget voluntatem, sed exiguè mouet, aut quando parato facere maius malum, suadet minus, puta quando parato occidere, vel mutilare, suadet tantummodo percutere, & citat Fr. Emman. *in summ part. 1. c. 178. concl. 20. num. 21.* Henriq. *lib. 14. cap. 16. num. 4.* Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 3. num. 13.* Auil. *d. dub. 2. vers. vnde inquirimus*, Sayr. *d. cap. 3. num. 13.* Coninck *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 17. dub. 8. num. 69.* Illud aduertere oportet quòd irregularitas non incurritur ab eo, qui post consilium datum ad homicidium, antequam illud sequatur, consilium reuocat, reuocationem illi, cui consilium dedit, manifestat, & occidendo notificat, vt præcaueat, sicut docent Nauarr. *in man. cap. 27. num. 233.* Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 2. num. 3. in 5. ampl.* Viuald. *in candel. aureo tract. de irreg. num. 158.* Soar. *d. sect. 3. ex num. 11.* Sayr. *d. cap. 3. num. 4. & 5.* Auil. *d. sect. 2. dub. 4. vers. tertia conclusio*, notificatio autem necessaria non erit, quando is, qui consilium reuocauit, probabiliter, & bona fide credidit, sic reuocato consilio mortem non sequuturam, quia tunc etiam sequuto homicidio, & nulla facta notificatione occidendo vt sibi caueat, irregularis non efficietur, vt aduertunt Maiol. *de irreg. lib 6. cap. 48. §. 2. num. 5. in fine*, Soar. *d. sect. 3. num. 12. in fine, vers. quod tamen intelligendum est*, Sayr. *d. c. 3. n. 6. in princip.*

34 *Deponendos esse censemus.*] Notatur ad hoc quòd clericus propter homicidium non degradatur, sed deponitur non solùm si illud propriis manibus committat, sed etiam si illud fieri mandet, consulat, persuadeat, aut etiam assistat illi, vt per Farin. *d. par 5. q. 119.*

35 *n. 46. & 47.* An verò ipso iure sit priuatus beneficio quod habet, an veniat priuandus, vide Azor. *instit. moral. par. 3. lib. 1. c. 16. in princip.*

36 *Quos constat armatos interfuisse.* &c.] Notatur ad hoc quòd irregularitatem incurrit ille, qui armatus cum aliis exiuit ad occidendum si postea aliquis occisus fuit, etiamsi ille nihil commisisset, vt per Specul. *lib. 1. tit. de dispensat. §. 4. num. 5. & 6.* Candel. aureum *de irregul. num. 273.* quos refert, & sequitur Rota apud Farin. *decis. 44. num. 3. part. 2. recent.*

37 *Et illos, qui*, &c.] Ergo laicus potest fieri irregularis, & inhabilis ad beneficia, Rota *d. decis. 44. n. 4 & num 5.* ampliat etiamsi quòd in gratia adsit clausula, *& cum absolutione*, &c.

38 *Vsque ad septennium, vel quinquennium.*] Notatur ad hoc quòd clericus propter homicidium in monasterium, siue in carceres detruditur per quinquennium vltra depositionem, vt per Bern. *in pract. cap. 58. alias 97. in vltim. edit. num. 1.* vbi ponderauit *in hoc text.* non tractari de homicida, qua propriis manibus occidit, sed de eo, qui aut consuluit, aut armatus astitit, refert, & sequitur Plac. *de delictis lib. 1 cap. 11. num. 13. vers. verum enim verò*; sed quia contrarium decidere videbatur text. *in c. si Episcopus 50. dist.* ibi, *quandiu vixerit*, ideo Farin. *d. quæst. 119. num. 54.* aduertit huiusmodi detrusionem posse esse perpetuam, aut temporalem secundùm homicidij qualitatem.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium casuale imputatur ei, qui dabat operam rei licitæ, si non adhibuit diligentiam quam debuit.*

2 *Magister nimis modum excedens percutiendo in capite, aut alio periculoso loco, ex quo percussus obiit, aut deformatus est, irregularitatem incurrit.*

3 *Occidendi animus præsumitur ex occisione facta in capite.*

4 *Vulneratus præsumitur mortuus ex vulnere, si obiit post paucos dies.*

5 *Mortuus quis præsumitur ex vulnere etiamsi post illud acceptum surgat è lecto triduo iam transacto.*

6 *Conscientiæ foro non punitur quis de homicidio sine dolo commisso, etiamsi culpa præcesserit.*

7 *Vulnus quando constat non fuisse lethale, tunc non præsumitur vulneratum ex illo propriè decessisse, sed culpa, & negligentia Medicorum.*

CAP. Presbyterum. VII.

PResbyter qui intuitu disciplinæ nimis modum excedens percutit puerum, v. g. in capite, itaut post paucos dies moriatur, si mortuus est ipsa percussione, vel infirmitatem incidit, ex qua deinde moritur, deponitur ab officio sacerdotali, & perpetuò remouetur à ministerio altaris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali iuris Pontificij pag. 123.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag 669.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 10. cap. 8.* & est post Concil. Lateran. *part. 26. cap. 7.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Couar. *in Clem. si furiosus, part. 2. §. 4. num. 5. & §. 2. num. 9. vers. quarto*, Bonac. *de censuris disp. 7. quæst. 4. puncto 7. n. 14.* Iacob. de Graffiis *in aureis decis. part. 1. lib. 2. c. 66. num. 16.* Soar. *de censur disp. 46. sect. 2. num. 4.* Sayr. *eod. tract. l. 7. c. 6. n. 2.* Auil. *in simili tract. p. 7. disp. 4. sect. 1 dub. 3.* Farin. *fragm. crimin. p. 2. lit. I. n. 508.* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali. §. 5. num. 32.* Henriq. *summ. part. 2. lib. 14. de irregul. cap. 15. num. 3. lit. S.* Molin. *de iustit. tom. 4. tract. 3. disput. 77. num. 6. in prine.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. num. 115.* qui aduertunt irregularitatem non incurri à magistro moderatè disicipulum corrigente & verberante, etiam quod inde mors sequatur.

Percussit in capite.) Notatur ad hoc quòd animus occidendi præsumitur ex vulnere, & occisione facta in capite, vt magis periculosa, ita Farinac. *in praxi crimin. par. 5. quæst. 126. num. 196.* Peter. Caball. *de omni genere homicidij num. 314.* vbi dicit quòd percutiens aliquem cum baculo in capite ita quod moriatur si habebat alia arma, pœna mortis punitur.

Chm

4 *Cùm post paucos dies.*] Notatur ad hoc quòd vulneratus præsumitur mortuus ex vulnere si obiit post paucos dies, vt per Farin. *d. part. 5. quæst. 127. num. 29.* Et latiùs si scire velis quando præsumatur quis mortuus ex vulnere, vide Clar. § *homicidium num. 44.* Hippol. *cons. 7. num. 27. & 28.* Bonacos. *commun. crimin. part. 2. verbo mortuus,* Menoch. *de arbitr. casu 275.* Andr. Alcacer. *in sua chirurgia lib. 1. cap. 9. in resp. ad 3.* Boër. *decis. 232.* Chald. Pereira *de emptione & vendit c. n. 12.* vide ad *cap. 2. n. 3. de clerico cæcuss.*

5 *Si ex ipsa percussione interiit,* &c.] An & quando post vulnus acceptum si quis surgat triduo iam transacto, & postea sit mortuus, præsumatur ex vulnere, vide Boër. *decis. 329. n. 19. vers. quare videtur* Ant. Gom. *tom. 3. var. c. 8. n. 29. vers. ex quibus venit reprobanda* Farin. *d. q. 127. n. 77. cum seqq.*

6 In glos. *Expiraſſe.* ibi, *quantum ad gratiam,* &c.] Notatur ad hoc quòd in foro conscientiæ non punitur quis de homicidio sine dolo commisso etiamsi culpa præcesserit vt per Tiraquell. *de pœnis temper. causa 13. num. 13.* Couar. *in Clem. si furiosus. part. 2. §. 4. num. 1. col. 2.*

7 In glos. *Aliam infirmitatem,* fini ibi, *sed nunquid si postquam conualuit, recidiuauit, tenetur magisterista* Vide Farin. *d. q. 127. num. 77.* Quando verò certum est vulnus non fuisse lethale, tunc non præsumitur ex illo vulnere decessisse, sed ex negligentia, aut imperitia medicorum, & vulnerans tunc non tenetur de occiso, sed de vulnerato tantùm, vt per Boër. *decis. 323. num. 7.* Surd. *de aliment. tit. 8 priuil. 69 num 8.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 185. num. 8.* Farin. *d. quæst. 127. num. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Homicidium in ludo commissum à clerico, quando irregularitatem operetur, ostenditur, & num 2.*
3 *Vulneratus præsumitur ex vulnere decessisse, etiam quod post octo dies decesserit.*
4 *Clerici nullo modo possunt in eorum ludis aliàs illis permissis admixtos laicos habere.*
5 *Clericus choreis, ac ludis interessens, quorum occasione homicidia sequuta fuerunt, quando irregularitatem incurrat, ostenditur.*

CAP. Continebatur. VIII.

1 CLericus, qui lodit aliquo ludo secularium, vel cum sæculari, si casu aliquis occiditur, non potest ordinari sine dispensatione Papæ, nec ministrare in Diaconatu in aliquo tempore, potest tamen dispensari vt minister in Subdiaconatu. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificy. pag. 123.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag. 669.* remissiuè Ximen. *in concordant. part. 1. & 2.* refertur ab Antonin. August. *collect. 1. Decretal. libro 5. titul. 1. cap. 9.* & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III *part. 26. cap. 12.*

2 Homicidium in ludo commissum à clerico quando irregularitatem operetur, & de distinctione inter ludum licitum, & illicitum, & an præcedat culpa, vel non, ac denique de materia huius text. vide Couar. *in Clem. si furiosus, part. 2. §. 4. num 8.* Gutier. *canon. lib. 2. cap. 6. num. 124.* Henriq. *in summ. p 2 lib 14. de irregul. c. 15. §. 3. in commento lit, R.* Menoch. *de arbitr. casu 390. n. 1.* Farin. *in praxi crimin. part. 5 q. 126. num. 34.* Molina *de iustit. tom. 4. tract 3 disp. 77. n. 6 vers. continebatur,*

Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l. 30. n. 114.* Azeued. *l. 2. n. 15. tit. 7. lib. 8. nouæ recop.* vbi de ludo causa leuandi laborem

Post dies octo.] Ergo vulneratus præsumitur ex vulnere decessisse, etiam quòd post octo dies decesserit, vt per Boër. *decis. 323. num. 12. vers. & idem videtur. si intra octo dies* Menoch. *de arbitr. casu 275. num. 2.* Iacob. Ayrer. *in tract. de homicid p. 2. num. 54.* Farinac. *d. p. 5 q. 127. n. 38* 3 5

In glos. *Eiusdem* Notatur ad hoc quòd clerici nullo modo possunt in eorum ludis aliàs eis permissis admixtos laicos habere vt per Host. *hic num. 1.* & Abb. *num. 3.* Cost. *in tract. de ludo, num. 14. in fine;* Viuian. *commun. opin. 467. num 3. & 4.* Bellet. *diſquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 24. num. 17.* Farin. *in praxi crimin p. 3. quæst. 119. num. 100.* Aduerte clericum præsentem choreis, ac ludis, quorum occasione homicidia sequuta fuerunt, illo tantùm casu irregularitatem incurrere, quando opus sic illicitum fuit, causa homicidij, prout ludus noxius, indiscreta correctio, & similia, secus si opus illicitum nullo modo fuit causa homicidij, vt latè explicant Cou. *in Clem. si furiosus, §. 4. num. 9. vers. illud sanè, & num. 10.* Nau. *cons. 21. n. 4. sub hoc tit.* quod refert, & sequitur Rota *in vna Casalen. irregularitatis 29. Nouembr. 1610.* coram reuerendissimo D. Damascèno, relata apud Farinac. *decis. 260. num. 2. part. 1. recent.*

SVMMARIVM.

1 *Homicidium casuale non imputatur ei, qui non fuit in culpa*
2 *Irregularis non efficitur, qui casu in ludo publicè permisso socium interfecit.*
3 *Imprudentia, non de industria, aut dolosè delinquentes leuius puniuntur.*
4 *Arma portantes puniens statutum non intelligitur de paruis cultellis.*

CAP. Lator. IX.

HOmicidium purè casuale sine culpa non impedit quin aliquis ordinetur, vt si quis me proiicit in terram, & casu meus cultellus illum ferit, & moritur, ergo non sum irregularis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificy, pag. 123.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 669.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 10. c. 10.* & est post Concil. Lateran. *part. 26. cap. 14.* 1

Collige ex text. irregularem non effici, qui casu in ludo publicè permisso socium interfecit, vt per Menoc. *de arbitr. casu 400. num. 3.* Molin. *de iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 77. num. 7.* Gutier. *canon. lib. 2. cap. 6. num. 124.* Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 6. num. 6.* vbi de intellectu, Farinac. *fragm. crimin. part. 1. lit. I. num. 540.* Nam si duo in colluctatione, (vt est casus huius text.) vel ad brachia ludant, & vnus habeat gladium accinctum, vel falcem, & colluctans incautè percutiat manum ad falcem, vel gladium, & moriatur, gladio accinctus non tenebitur, de occiso, Azeued. *l. 2. num. 21. & 22. tit. 7. lib. 8. nouæ recop.* quia illi, qui casu, aut imprudentia, siue etiam facti ignorantia, non de industria, aut dolosè quidquam admiserunt, aut non puniuntur, aut leuiùs puniri debent, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa 13. num. 1. cum seqq.* Vide Maiol. *tract. de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 3. n. 3.* vbi distinguit.

inter ludum noxium, hoc est, periculum ad mortem, prout est hastiludium, iactus lapidum, ludus, qui calcibus, aut pugnis exercetur, & inter ludum non noxium, nec periculosum, prout est ludus pilæ, luctæ sine armis, & saltationis, primo casu quando ludus est noxius & periculosus si ex eo sequatur homicidium, absque dubio incurritur irregularitas, secus secundo casu, dummodo tamen ludens adhibuerit omnem diligentiam ne sequatur homicidium.

4 *Cuius cultellus.*] Notatur ad hoc quòd statutum puniens portantes arma non intelligitur de paruis cultellis idoneis ad scindendum pennas, vel panem, vt per Tiraq. *de iudicio in rebus exiguis vers.* 21. *pag. mihi* 35. Bobadil. *in sua politica lib.* 1. *c.* 13. *num.* 73. Decian. *tract. crimin. lib.* 8. *c.* 2. *num.* 9. *& in cap.* 3. *n.* 54. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 108. *n.* 77. *cum seq.* Ludou. Rodolphin. *vari. lib.* 2. *q.* 34. *n.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Irregularis efficitur is ex cuius opera illicita homicidium sequitur.*
2 *Irregularis an si clericus censendus, qui ad necessariam rerum defensionem raptorem occiderit, ostenditur.*
3 *Irregularis est clericus, qui potuit mortem fugiendo vitare, si omissa fuga inuasorem occidit*

CAP. Suscepimus. X.

1 QVi ad defendendum sua, ligant latrones, & alter ligantium ne deinde interimeretur, latrones occidit, timul peccant, & fiunt irregulares, quia pro conseruandis rebus transitoriis homines non sunt interficiendi, & sit contra mansuetudinem Ecclesiasticam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 123. Alagona *in compend. iuris canonici pag.* 670. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 10. *c.* 12. & est post Concil. Lateran. *p* 50. *c.* 27.

2 *Expediebat potius post tunicam*, &c.] Ergo pro sola rerum defensione non est licitum clericis inuasorem occidere, de quo tamen vide Syluest. *in summ. verbo bellum* 1. §. 7. *n.* 12. *& verbo excommunicatio* 6. §. 4. *casu* 9. *in fine.* Iacob. de Graffiis *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 20. Baiad. *ad Clar.* §. *homicidium num.* 82. Polyd. Ripa *de tempore nocturno cap.* 24. *de fure num.* 26. *in fine, & num.* 49. *eum seqq.* Boër. *decis.* 168. *num.* 5. Couar. *in Clem. si furiosus part.* 3. §. *vn. num. vlt.* Soar. *tom.* 5. *disp.* 46. *sect.* 2. *à num.* 4. Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 9. *dub.* 11. *num.* 73. Coninck *de Sacram. & censur. tom.* 2. *disput.* 18. *dub.* 9. *numer.* 80. *&* 88. Molin. *tom.* 4. *disp.* 72. *num.* 5. Salon. 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 8. *controu.* 2. Henriq. *in summ. lib.* 14. *cap.* 11. §. 3. *lit. A.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 39. *num.* 105. Beller. *disquisition. clerical. part.* 1. *tit. de disciplina clericali,* §. 5. *num.* 108. Gutier. *canonic. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 61. Nauarr. *in man. c.* 27. *num* 211. Villadieg. *de irregul. cap. de percussore col.* 14. Rendina *in promptuario receptarum sentent. tom.* 1. *tit.* 57. *de irregularitate, num.* 3. Ex quorum dictis hæc est dubia quæstio, in qua tamen illa est verior resolutio, quæ habet illum non esse censendum irregularem, qui ad necessariam rerum defensionem furem aut raptorem occiderit his in casibus, quibus ea occisio iure licita sit, respondentes in casu huius text. maximum contingi defensionis rerum excessum, cuius equidem ratione non potuit illud homicidium, nec ob defensionem personæ, aut rerum necessariam, & moderatam à culpa excusari, saltem ea, quæ sit sufficiens ad irregularitatem, vt glos. Abb. & Doctores *in præmis* tradiderunt, teste Cou. *n. vlt. vers. vndecimo.*

In glos. *Interimeretur*, ibi, *sed hoc non fuit licitum ei, immo potius debuit fugere*, &c. Notatur ad hoc quòd irregularis est clericus, qui potuit mortem fugiendo vitare, si omissa fuga inuasorem occidit, simili glos. *verbo consilium in cap. sicut dignum* §. *clericos, sup. hoc tit. & in Clem. si furiosus verbo non valens*, ced. *tit.* vbi Zabarel. *num.* 26. *quæst.* 26. Anchar. *col.* 2. *num.* 5. *vers. circa hoc*, & Imola num. 13. & 14. & Couar. *part.* 3. §. *vnic. nu.* 4. Sylvest. *verbo excommunicatio* 6. *quæst.* 3. Plac. *de delictis, c.* 28. *num.* 10. Gutier. *d. c.* 6. *num.* 61. *vers. idem de fuga*, & alij, quos refert & sequitur Rendina *d. tit.* 57. *nu.* 4. aduertens hanc sententiam ita sanè debere intelligi, & temperari, si fuga fugienti periculosa non sit, nam si ei fuga mortis periculum induceret, vel ex eo quod inimici à tergo instarent, vel ex eo quòd aggressor ex fuga maiorem capiens audaciam, facilius fuisset fugientem sequutus, vel quia sciret clericus aggressorem certo eum cursu superaturum, & sic eum interfecturum, & tunc non tenetur se fugæ committere, nec irregularitatem incurret si fuga omissa aggressorem occiderit.

Vtrùm autem liceat ad honorem tuendum inuaso- 4
rem post impactam alapam, fustem, vel vulnus fugientem insequi, & occidere, quæstio est dubia, in qua vna sententia tenet affirmatiuam partem, quam sequuntur Nauar. *in man. c* 15. *num.* 4. *ad fin.* Petr. à Nauar. *de restit. lib.* 2. *c.* 3. *num.* 383. Victor. *de iure belli quæst.* 2. *num.* 6. Henriq. *in summ. lib.* 14. *c.* 10. §. 3. *in commento lit. T.* Fernandez *in examine Theolog. moral. part.* 1. *c.* 9. §. 1. *n.* 16. Sed contraria sententia negatiua videtur mihi magis probabilis, & Christianæ pietati conformis, eámque tuentur Card. Tolet. *in inst. sacerd. lib.* 1. *c.* 6. *num.* 16. Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *cap.* 135. *num.* 11. Salon. *in* 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 7. *controu.* 2. *concl.* 1. Ioan. de la Cruz *in director. Confess. part.* 1. *præc.* 5. *dub.* 6. *concl.* 1. Malder. *in* 2. 2. S. *Thomæ tract.* 3. *c.* 1. *dub* 14. vbi ita ait. Si postquam alapam impegit, quæ tibi ignominiosa est, fefe in fugam conuertat offensor, non licebit eum persequi, & tantum referire, quantum postulare videtur honoris reparatio, habet enim potius speciem vindictæ quàm defensionis, vnde primam affirmantem sententiam non esse in praxi consulendam, licèt speculatiuè probabilem esse asserunt Lessi. *de iustit. lib.* 2. *c.* 9. *dub.* 12. *num.* 80. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.* 2. *lib.* 21. *cap.* 5. *num.* 63. Filliuc. *in quæst. moral. tom.* 2. *tract.* 29. *c.* 3. *num.* 51. Bonacin. *de contract. disp.* 2. *quæst. vlt. sect.* 1. *puncto* 10. *num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Homicidij, vel alterius mali causam dans tenetur de omni causato homicidio, vel malo, irregularitatemque incurrit, & n.* 2.
3 *Clericus dans operam rei illicitæ, si inde sequantur vulnus, & cædes, incurrit irregularitatem, etiam quod illa successerint extra eius intentionem.*
4 *Causa remota non imputatur ad homicidium.*
5 *Delicto causam præbens, vt puniatur pœna ordinaria, quæ occurrere debent, ostenditur.*
6 *Homicidio interessens, si non percusserit, quando irregularitatem incurrat, ostenditur.*

CAP. De cætero. XI.

HOmicidio causam dans non potest promoueri. 1
Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar.

Zabar. Ioan. Andr. Anania. Hostien. Butr. Anchar. Felin. Panor. Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 124. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 670. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 6. *c.* 12.

2 Collige ex text. illum, qui homicidij, vel alterius mali, aut delicti causam dat, teneri de omni causato homicidio, malo vel delicto, irregularitatemque incurrere, vt per Farinac. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 125. *num.* 53. Et clericus dando operam rei illicitæ, si inde sequantur vulnera & cædes, incurrit irregularitatem, etiam quod illa successerint extra eius intentionem & propositum vt per eund. Farin. *d. part.* 5. *quæst.* 126. *num.* 74. *& fragm. crimin. part.* 2. *lit. I. ex num.* 513. Soar. *de censur. disp.* 45. *sect.* 6. *num.* 1. Sayr. *in simili tract. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 12. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *cap.* 11. vbi intelligit quamuis sufficientem adhibuerit diligentiam ne sequatur homicidium.

4 In gloss. *Dedisse.* ibi, *maximè cùm propinquam causam dedit.* Ergo causa remota non imputatur ad homicidium, de quo vide Couar. *in Clem. si furiosus part.* 2. §. 4. *num.* 8. *column.* 4. Tiraq. *in tract. cessante causa limit.* 20. *num.* 7. Nauar. *cons.* 24. *num.* 4. *sub hoc tit. & cons.* 5 30. *num.* 2. Et ideo dans operam rei illicitæ, & delicto causam præbens vt puniatur ordinaria pœna subsequuti delicti, necesse est vt illa opera & præcedens causa seu culpa sit proxima & immediata ad illud, quod sequitur, secus si remota, Farin. *d. part.* 5. *quæst.* 128. *num.* 79. vbi *num.* 81. limitat nisi præbens causam remotam haberet animum nocendi, quia tunc idem est ac si dedisset causam proximam delicto, & *num.* 82. 6 tenet text. *in cap. presbyterum, sup. hoc titul.* non loqui in causa remota, sed in propinqua, & cohærente. Vnde quamuis Tabien. *verbo irregularitas* 2. *num.* 31. Specul. *tit. de dispensa.* §. *inxta num.* 56. Maiol. *de irregul. lib.* 5. *cap.* 48. §. 4. *num.* 1. dicant indistinctè ad incurrendam irregularitatem sufficere interuenisse homicidio licèt quis non percusserit, tamen intelligendi sunt de eo assistente, qui directè delicto cooperatus fuit, putà animando percussores, vel quid simile, secus de casualiter reperto in loco, vbi committitur delictum, provt eos intelligit Rota apud Farin. *decis.* 260 *num.* 3. *part.* 1. *recent.* nam huiusmodi interessentia nisi probaretur, participatio nullius esset considerationis, *c. vlt. in fine,* 23. *q.* 8. & Innocen. *in cap. sententiam n.* 1. *in fine, ne cleric. vel mon.* Feder. de Senis *cons.* 168. *in princ.* Paris. *consil.* 152. *num.* 30 & 31. *lib.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium casuale imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, si non adhibuit diligentiam quam habuit.*

2 *Irregularis an quis censendus sit in dubio facti homicidij, vel iuris, ostenditur.*

3 *Irregularitas contracta ex dubio facti homicidij, priuat susceptione Ordinum, non vero beneficijs, & aliis similibus.*

4 *Irregularem se gerere non tenetur, qui dubitat, an aliquem mutilauerit si facta diligenti inquisitione ad hoc dubitat*

5 *Irregularis censendus est ille, qui fœminæ grauidæ præbuit pharmacum ad abortiendum fœtum, sed dubitat an fœtus esset animatus.*

6 *Irregularem se gerere tenetur, qui consulit homicidium, quando dubitat vtrum suo consilio operatum sit.*

7 *Vulneratus ex vulnere, præsumitur decessisse etiam quod aliquandiu post vulnus illatum decesserit.*

8 *Iregularitas etiamsi publica, quando nascitur ex homicidio casuali, potest Episcopus in vtroque fore dispensare ad Ordines minores.*

CAP. Ad Audientiam. XII.

Clemens. III.

CLericus corrigens suum famulum, & verberans 1 cum cingulo quo cinctus erat, & casu ex vagina egressus cultellus verberatum vulnerauit, & cùm aliquando vixisset & conualuisset à vulnere, postea alia grauiori infirmitate vexatus mortuus est, si cõstat quòd potius ex alia infirmitate sit mortuus quàm ex vulnere, Presbyter est liber, & potest celebrare: si est dubium an ex vulnere sit mortuus, tunc Presbyter nõ debet in Sacris ministrare, & pœnitentiam salutarẽ agere tenetur, post tamen concedi vt in minoribus Ordinibus ministret, quia in dubio tutior sententia est eligenda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 124. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 670. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 6. *cap.* 1.

Dubium habetur, &c.] Notatur ad hoc, quòd in du- 2
bio facti homicidij (quando scilicet certum est irregularitatem esse iure inductam, & dubium est an hic in eum casum homicidij inciderit) in vtroque foro censendus est quis irregularis, cùm secus sit in dubio iuris, ita Couar. *in Clement. si furiosus part.* 1. *in initio num.* 3. Franc Ludouic. *in instruct. conscientiæ part.* 2. vbi *de irregul. c.* 22. *colum.* 2. & 3. Sayr. *de censuris lib.* 6. *c.* 2. *num.* 16. *& in claui Regia lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 23. & 24. Flores de Mena *variarum lib.* 1. *quæst.* 9. *num.* 18. Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 2. *cap.* 10. *quæs.* 19. *in fine & q.* 11. Ægid. de Coninck. *de Sacramen. & censur. tom.* 2. *disp.* 18. *dub.* 2. *n.* 23. Sanch. *de matrimon. lib.* 2. *disput.* 41. *numer.* 9. Valent. *part.* 2. *disp.* 7. *quæst.* 19. *punct.* 2. Vgolin. *de censur cap.* 4. §. 2. *n.* 3. Soar. *tom.* 5. *de censuris disp.* 40. *sect.* 5. *num.* 18. & 19. & *sect.* 9. *num.* 1. *cum seq.* vbi *n.* 12. concludit nulla opus esse iudicis sententia, aut declaratione, vt in dubio facti sit irregularis, Salas 1. 2. *quæst.* 21. *tract.* 8. *disp. vni. sect.* 10. *à num.* 170. Rebell. *de obligat. iustitiæ part.* 2. *lib.* 1. *quæst.* 3. *sect.* 2. *num.* 13. addens hoc verum esse, quamuis non sit verisimilius fuisse sequutum homicidium, Bonacin. *de censuris q.* 1. *punct.* 4. *num.* 3. Filiuc. *in in quæst. moral. lib. tom.* 2. *tract.* 21. *n.* 166. Ioan. Sanct. *in selectis disput.* 42. *num.* 14. Quorum multi existimant idem sentiendum esse in quolibet dubio facti, eo quòd ratio Pontificis *in præsenti*, videlicet in dubio facti tutiorem partem amplectendam esse, in omni dubio locum habere videtur. Sed alij probabilius existimant, tantummodo in dubio homicidij iudicandum esse aliquem irregularem, quia text. *in præsenti*, cui similis est *in cap. significasti hoc tit.* loquitur solum de dubio homicidij, tum quia versamur in materia odiosa vt Soar. *disput.* 40. *sect.* 6. *n.* 8. *& seq.* Salas *d. disput. vnic. sect.* 18. *n.* 168. *in princip.* Auil *de censur. part.* 7. *disput.* 2. *dub.* 5. *concluf.* 5. Henriq. *in summ. lib.* 14. *cap.* 3. *num.* 4. Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 48. Bonaci. *de punct.* 4. *num.* 3. *vers. alij*, contra Valent. Vásquez, & Rebell. *citatis locis.* De intellectu huius text. vide Sanch. *de matrim. lib.* 1. *disp.* 9. *n.* 42. Filliuc. *in quæst. moral. tom.* 2. *tract.* 21. *num.* 166. Ioan. Sanctius *in practicis disputation. disp.* 42. *n.* 14.

Quæ quidem irregularitas, quam qui contrahit in 3
dubio facti homicidij, modo supra relato, locum habet quoad priuationem suscipiendi Ordines, ac in il-

lis ministrandi, non verò quoad alias pœnas, quæ à iudice imponi solent pro irregularitate contracta, qualis est priuatio beneficiorum, & aliæ similes, quia pœna ordinaria statuta delicto certo non est imponenda delicto dubio, sed extraordinaria pro dubij qualitate, vt per Fr. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 157. num. 3.* Sayr. *claui Regia, lib. 1. cap. 13. num. 14.* Vasquez *1. 2. quæst. 19. art. 6. disp. 66. cap. 1. num. 5.* Salas *d. disp. vnic. sect. 19. num. 176.*

4 Ex quibus primò infertur eum, qui dubitat an aliquem mutilauerit, non teneri se tanquam irregularem gerere, si facta diligenti inquisitione adhuc dubitat an mutilauerit, non enim versatur in dubio facti homicidij, sed in dubio mutilationis, quæ non est propriè homicidium, ita Sanchez *d. cap. 10. num. 49* Bonac. *d. puncto 4. num. 4. vers. ex dictis*, contra Nauarr. *in man. c. 27. num. 206.* & Henriq. *loco citato.* Secundò in-

5 fertur illum censeri irregularem, qui fœminæ grauidæ præbuit pharmacum ad abortiendum fœtum, sed dubitat an fœtus esset ordinatus, Fr. Emman. *in*

6 *summa cap. 175. num. 4.* Sanchez *d. cap. 10. num. 43.* Bonac. *d. puncto 4. num. 6.* Tertiò infertur illum, qui consuluit homicidium, teneri se tanquam irregularem gerere, quando dubitat vtrùm suo consilio operatum sit aliquid circa homicidium patratum ab eo, cui dedit consilium, ita Mascard. *de probat. conclus. 419. num. 9.* Auila *part. 2. c. 5. num. 3. dub. 3.* Sanchez *d. c. 10. num. 44.* Bonac. *d. puncto 4. num. 7.* Vnde ille, qui consuluit furtum, aut homicidium, vel aliter adiuuit, tenetur ad restitutionem damni, licèt dubitet num. ex suo consilio fuerit sequutum homicidium, vel furtum; cùm enim constet de iniusta actione consulentis, quæ apta est ad effectum producendum, & ex natura sua illum assequitur, dum de effectu subsequuto constat, possessio est pro actione illa iniusta; quod effectum assequuta fuerit, ita Tabiena *verbo consilium num. 4.* Couarr. *in Clement. si furiosus part. 2. §. 2. num. 2. vers. in eo verò casu.* Auila. *de censuris, par. 7. disputat 6. sect. 2. dub. 3. conclus. 5.* Sanchez *de matrimonio, l. 2. disput. 41. num. 17.* Filiucius *in quæst. moral. tom. 2. tract. 32. cap. 3. num. 57.* quos refert & sequitur Ioan. Sanct. *d. disp. 42. num. 14.*

7 *Virum occasione vulneris*, &c.] Ergo vulneratus ex vulnere præsumitur decessisse, etiam quòd aliquatenus post vulnus illatum, decesserit, de quo vide Boër. *decis. 323. post num. 11. vers. & pro hoc.* Farinac. *in praxi crimin. part. 5. quæst. 127. num. 34.*

8 *Sibi poteritis concedere*, &c.] Notatur ad hoc, quod quando irregularitas nascitur ex homicidio casuali, etiamsi publica sit, potest quis in vtroque foro dispensare ad minores Ordines, vt per Couarr. *in Clem. si furiosus, part. 2. §. 3 num 5.* Henric. *in summa lib. 14. c. 19. in comment. lit. S. & T.* quos refert Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. lib. 30. num. 28.*

SVMMARIVM.

1 *Irregularis habendus non est qui sedens equo, quando equus fractis habenis puerum in via existentem conculcauit, & interfecit, quod ibi multipliciter declaratur, & num. 2.*

3 *Licitæ rei dans operam, non tenetur de quacunque cæde quæ inde sequatur.*

4 *Homicidium actu commissum, & tamen absque voluntate & culpa, non imputatur committenti quoad Ordines susceptos, & suscipiendos.*

CAP. Dilectus. XIII. *Innoc. III.*

CLericus quando licitè, vel ob licitam causam equi- 1
tat, & equus sine culpa sessoris fracto fræno currit, & puerum interficit, non fit irregularis, & potest celebrare, quia non dedit operam rei illicitæ, nec actu, vel voluntate commisit homicidium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Hostiens. Anch. Butr. Felin. Panorm. Mar. Soc. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 124.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 670.* remissinè Ximen. *in concord. p. 1 & 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 7. c. 1.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt 2
Couar. *in Clement. si furiosus, part. 2. §. 4. num. 6. vers. posterior*, Auila *de censur. part. 7. disp. 6. sect. 1. dub. 1. vers. fin.* Vgolin. *de irregul. cap. 19. §. 1.* Sayr. *de censur. lib. 7. c. 6. num. 1.* Iacob. de Graffis *in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 66. num. 14.* Bonacin. *eod. tract. disp. 7. q. 4. puncto 7. num. 23.* hoc dicens verum etiamsi insidens equo esset Franciscanus, qui peccat equitando contra regulas suæ religionis, de quo etiam Sayr. *d. cap. 6. num. 25.* vbi ait quòd licet Franciscanus peccet equitando contra suam regulam, quia tamen hoc non est res periculosa, vel ordinata ad mortem, ideo non efficitur irregularis, quando equitando casu inopinato puerum occidit, si debitam adhibuerit diligentiam, Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 13. vers. præterea*, vbi ait, quòd isto casu incurritur irregularitas si equitans parum diligenter equi habenas custodiat, puta vel quia illas contractas, vel inutiles ad cohibendum, & effrenatum equum habeat, secus si adhibita debita diligentia, debitisque habenis equo adhibitis inconsideratè, & imprudenter quis equi frænum fregerit, & ob id furens equus aliquem interfecerit. Ayrer. *de homicid. part. 3. num. 2.* vbi existimat reputari casuale homicidium, ac per consequens per illud non incurri irregularitatem quando ascendens equum non bene habenis parentem, & lasciuire incipientem, ipse, vt equi impetum infrænaret, vim intulit fræno, & equum calcaribus stimulauit adeò quòd fracto fræno cuttens equus infantem pertranseuntem occidit, Farinac. *in praxi crimin. part. 5. quæst. 125. num. 25.* vbi illud casuale dici homicidium refert, quando quis equo currens, & non valens illum retinere incidens equus in transeuntem, illum in terram proiecit, occiditque, addens Doctores *in præsenti* declarare hoc procedere quando equitans non est in aliqua culpa, qui explicant quando dicatur in culpa, & quot modis, inter quos ponunt, quando equitans sciebat vitium equi, quòd erat effrænatus, vel quòd sciebat frænum esse leue, & fragile, nec potens ad retinendum equum à cursu, & non prouidit, Ludouicus Beja *resp. casuum conscientiæ, part. 1. casu 40. vers. adde* Molin. *de iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 77. num. 7.* vbi etiam dicit quòd eodem modo pronuntiaretur, Capellanum, de quo in *text.* non incurrisse irregularitatem, quamuis equo pergeret ad fornicandum, aut ad furandum, quoniam pergere equo ad fornicandum, vel ad furandum, licèt res essent illicitæ, non tamen quæ viam pararent ad id homicidium, quæve periculosæ essent comparatione eius homicidij. 3

Non dedit operam illicitæ rei.] Ergo dans operam rei licitæ, minimè tenetur de quacumque cæde, seu delicto, quod inde sequatur, vt per Farinac. *d. q. 126. n. 35.*

In gloss. *Nec actu.* Dicit hæc gloss. homicidium actu 4
commissum, & tamen absque voluntate & culpa, imputari committenti quoad Ordines suscipiendos, non tamen quoad susceptos. Sed hanc gloss. reprobant

Abb.

Abb. Anan. *in præsenti*, & Couar. *in Clem. si furiosus, part. 2. §. 4. n. vlt.* annotantes verius esse nullum in hoc adesse differentiam inter promorum, & promouendum, id etiam tradunt Sayr. *de censur. lib. 7. c. n. 32.* & post Soar. Farin. *fragm. crimin. part. 2. lit. I. n. 546.*

SVMMARIVM.

1 *Homicidium casuale non imputatur ei qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa.*

2 *Irregularitatem non incurrit clericus, qui cùm fœnum de curru deponeret, & prospiciendo prius, ne quem offenderet, proiecit in terram perticam, qua fœnum continebatur in curru, casúque puerum oppressit, qui inde mortuus est.*

CAP. Ex litteris. *j.* XIV.

1 IRregularis non est, qui dando operam rei licitæ, & adhibita diligentia aliquis interficitur, nisi contra eum graue scandalum oriatur, vel tanta laboret infamia vt sit ei indicenda purgatio canonica, & ideo irregularitatem non incurrit clericus, qui cùm fœnum de curru deponeret, facta priùs diligenti circumspectione proiecit in terram perticam, casúque puerum oppressit qui inde mortuus est. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panor. Mar. Socin. Felin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 124.* Alagona *in compend. iuris Canonici p. 671.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 7. cap. 2.*

2 In hoc text. pronuntiatur quendam clericum non incurrisse irregularitatem, qui cùm fœnum de curru quodam deponeret, & prospiciendo priùs ne quem offenderet, proiecit in terram perticam, qua fœnum continebatur in curru, casúque puerum percussit, qui inde mortuus est; cùm enim is clericus adhibita ea diligentia non peccauerit contra quintum Decalogi præceptum, ita illum puerum interficiendo, neque dederit operam rei illicitæ, irregularitatem sanè non incurrit; ita Molin. *de iustitia tom 4 tract. 3. disp. 77. n. 7.* Aduertere tamen oportet quòd ad effectum euitandi irregularitatem in hoc & similibus casibus non requiritur summa & exactissima diligentia, qualem adhibuisset vir diligentissimus, & maximè circumspectus, sed satis est quòd talem quis adhibuerit diligentiam, qualem considerata rei qualitate, & personarum & negotiorum, ac temporis ad viri prudentis arbitrium adhibere debuisset ita Abb. *in cap. quæsitum, num. 3. de pœnit. & remiss.* Sylvest. *in summ. verbo homicidium 2. in princ. reg. 4.* Sayr. *de censur. lib. 7. c. 6. n. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Monachus ab irregularitate excusatur, qui cum campanam à campanili deponeret, cadens lignum puerum oppressit, & n. 2.*

CAP. Ex litteris. *ij.* XV.

1 MOnachus subseruiens ad deponendam campanam de campanili, & ipso mouente lignum corruit, & occidit puerum, si rem necessariam agebat & vtilem, & in loco per quem aliquem transire non crederet, vel ibidem existere, vel illuc de consuetudine venire quando mouit lignum, non est irregularis, sed potest promoueri ad altiores Ordines. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Henric. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 124.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 671.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. 3*

Hanc eandem concl. ex hoc text Couar. *in Clement. si furiosus, part. 2. §. 4. n. 10. vers. quinto & num. 5. vers. tertio* Ludou. Baje *resp. casuum conscientiæ, p. 1. casu 40. vers. & confirmatur*, vbi ex Sot. asserit monachum non fieri irregularem quamuis opus illud esset seruile, vel contra præceptum Prælati campanam deposuisset, Henriq. *in summa lib. 14. de irregul. c. 15. §. 3. lit. X.* Molin. *de iust. tom. 4. tr. 3. disp. 77. n. 8.* vbi obseruat non satis esse aliquem dare operam rei de se periculosæ ad homicidium, aut mutilationem, vt subsequuto homicidio, aut mutilatione censendus sit irregularitatem incurrisse, sed opus esse vt illicitè illud efficiat. Sayr. *de censur. lib. 7. c. 6. num. 3. & 4.* vbi etiam quid de clerico pulsante campanas in signum quòd aliquis à ministris iustitiæ sit furca suspendendus, & *num. 23.* quærit quid dicendum de monacho, qui pulsando campanam tempore sibi prohibito si adhibita per eum diligentia tintinnabulum cadit, & ex eo aliquis occidatur, & concludit ipsum non esse irregularem, licèt tempore prohibito pulsando campanam peccet, refert Farin *fragm. crimin. p. lit. I. n. 509.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Irregularis non fit clericus incedens in equo feroci cum habenis malè cohibentibus illum si cursu conculcauerit hominem & occiderit.*

3 *Irregularis non fit Minorita, si contra regulam equitaret mula mansueta, aut infirmus contra medici præceptum & causa aliquem occiderit.*

4 *Iuratæ alicuius assertioni in ijs, quæ ab eius animo pendent affirmanti, siue neganti creditur, & quid in criminalibus n. 5.*

CAP. Significasti. *j.* XVI.

CLericus equitans, cum equus illum proiecisset in 1
aquam, eum stimulauit calcaribus, & præter intentionem mulierem interfecit, si non sciebat equum tale vitium habere, debet illi iniungi ad cautelam pœnitentia competens, qua peracta potest ministrare in susceptis, & promoueri ad maiores. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 124.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 671.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 7. c. 4.*

Qua peracta non impedias, &c.] Ergo irregularis 2
non fit clericus, si incedat in equo feroci cum habenis malè cohibentibus illum, itaut cursu conculcatus hominem occiderit, de quo vide Molin. *de iustit. tom. 3. tract. 4. disp. 77. num. 8. vers. simili modo*, Maiol. *de irregularit. lib. 5. cap. 48. §. 3. num. 13. vers. præterea si parum diligenter*, vbi dicit quòd isto casu incurritur irregularitas si equitans parum diligenter equi habenas custodiat, vtpote vel quia illas contractas vel inutiles ad cohibendum, & effrenatum equum habeat, secus si adhibita debita diligentia, debitisque habenis equo adhibitis inconsideratè, & imprudenter aliquis equi frænum fregerit, & ob id furens equus aliquem interfecerit, Couar. *in Clem. si furiosus part. 2. §. 4. num. 6. vers. posterior*, Sayr. *de censuris lib. 7. c. 6. num. 1. & n. 25.*

vbi

vbi loquitur de fratre Franciscano, qui equitando casu inopinato puerum occidit, Auila *eod. tract. part. 7. disp. 6. sect. 1. dub 1.* Hentiq. *in summ. lib. 14. de irregul. c. 15. §. 4. post med.* vbi etiam adnotant quòd si Minorita per regulam prohibitus equitaret in mula mansueta, aut infirmus contra medici præceptum, & casu occideret, non fieret irregularis, nam vt aduertit idem Hentiq. *eod. lib. 14. cap. 11. §. 1. in fine* homicidium faciens eo casu fit irregularis, quando dabat operam rei illicitæ, quæ vt causa sit peccatum mortale, & moraliter influat in homicidium sequutum.

In gloss, *Si est ita*, ibi, *per iuramentum proprium*, &c. Notatur ad hoc, quòd assertioni alicuius iuratæ in his, quæ ab eius animo pendent, siue affirmanti, siue neganti creditur, vt per Couar. *practic. c. 33. num. 4. sub vers. cæterum quidam. & l. 2. variar. cap. 10. num. 1. vers. tertia admittenda est accusatio.* Hippol. *in rubr. de probat. num. 222 & cons. 9. num. 32. cum seqq. & sing. 653.* Donat. à Fina *tom. 1. commun. opinion lib. 4. tit. 9. num. 278. cum seqq. pag. 506.* Herculan. *in tract. de negatiua num. 275.* Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 13.* Menoch. *de arbitr. casu 185. num. 5. & seq.* Grammat. *voto 10. num. 28.* Aym. *de antiq. part. 4. num. 153.* Guid Pap. *decis. 614.* Mascard. *de probat. concl. 94. num. 5. & 6. & concl. 227. & concl. 881. num. 2.* Fului. Pacian. *eod. tract. lib. 1. cap. 29. à princip.* Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuil. 1. num. 1. cum seqq.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. c. 5. num. 4.* optimè Farin. *frag. crim. part. 1. lit. A. à num. 245.* Gratian *reg. 270. n. 1.* Cacheran. *decis. 71. num. 24. & decis. 101. n. 24.* Mandos. *ad reg. 4. Cancel. quæst. 4. num. 2.* Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 62. num. 6.* & plures quos refert Sanctarel. *vari. resol. q. 48. num. 11.*

In criminalibus tamen, & in his quæ sunt de genere prohibitorum quando pro iuramento nulla adest præsumptio & contra iuramentum adest aliqua, hæc contraria præsumptio non tollitur iuramento, secus si pro iurante adsit aliqua præsumptio excluſiua doli, & delicti, vide Menoch. *d. casu 186. nu. 7. & casu 298. num. 6. & de præsump. lib. 1. præsumpt. 77. num. 1. cum seqq.* Vincen. Mancin. *de iuramen. part. 4. effectu 44. num. 14.* Mascard *concl. 90. num. 17. & d. conel. 94. n. 20.* Seraphin. *d. priuil. 1. num. 24. vers. hoc tamen intelligendum, 25. & seq* Card. Tusch. *verbo iuramentum conclus. 531. numer. 85.*

Argumento huius text. tenet Rota quòd ad excludendam obligationem editionis alicuius scripturæ, sufficit illum à quo exhibitio petitur, iurare se tales scripturas amisisse, & quòd debitis diligentiis adhibitis illas repetire non potuit, ita *decis. 267. numer. 4. post vol. 2. cons.* Fatin. *& in Conuersana iurisdictionis 10. Nouembris 1628.* coram R. P. Duran, dummodo concurrant coniecturæ pro amissione instrumenti, Rot. *d. decis. 267. num. 5.* & non agatur de maximo præiudicio, Surd. *decis. 326. numer. 94.* Caualer. *decis. 82. num. 8.* & non adsit suspicio aliqua, Afflict. *decis. 330. num. 2. circa medium*, & fuit dictum *in d. Conuersana.*

SVMMARIVM.

2 *Homicida, & irregularis non censetur ille, cuius occasione, eo tamen prohibente, & causam non dante ab eius amicis, famulis, vel consanguineis homicidium remittitur. & n. 2.*

3 *Irregularitatem contrahit ille, qui dedit causam rixæ & eius amici, famuli vel consanguinei alterum cum eo contendentem, vel pugnantem, occiderunt præter eius voluntatem.*

4 *Delictum à seruo, famulo, consanguineo, vel amico factum non præsumitur commissum voluntate domini affinis, vel amici.*

5 *Irregularitatem incurrit ille, qui præsens fuit tractanti habito super occidendo eius inimicum ab eius seruis, vel consanguineis, & tamen tacuit.*

CAP. Petrus XVII.

HOmicida non censetur, ac proinde nec irregularis ille, cuius occasione, tamen prohibente, & causam non dante ab eius amicis, famulis, vel consanguineis homicidium committitur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Anania, Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anch. Panorm. Felin. Mar. Socin. Vinian. Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 672.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 7. c. 1.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Villadieg. *tract. de irregular. c. de percussore.* Cou. *in Clement. si furiosus part. 2. §. 1. num. 8.* Iacob de Graffiis *in aureis decis. part. 1 lib. 2. cap. 64. num. 17.* Non tamen excluditur ab irregularitate ille, qui dedit causam rixæ & eius amici, famuli, vel consanguinei alterum cum eo contendentem, vel pugnantem occiderunt præter eius voluntatem, ac contra eius prohibitionem, quia dedit culpam præambulam. vt resoluunt Couarr. *d. n. 8 vers. primum*, Iacob. de Graffis *d. n. 17.* Riminald. iun. *cons. 441. num. 31. vol 4.* Ozasc. *decis. 104. num. 5.* Vgolin. *de irregul. cap. 18. §. 2.* Bellet. *disquisit. cleiral. part. 1. tit. de disciplina clericali §. 5. n. 34.* quicquid teneant Henriq. *in sum. lib. 14 c. 13. n. 4.* Auil. *de censuris part. 7. disp. 6. sect. 3. dub 5.* quos refert, & sequitur Bonacin. *eodem tract. 2 disp. 7. q. 4. puncto 8. n. 34.*

Fuit ab ipsius consanguineis attentatum. Ergo delictum à seruo, famulo, consanguineo vel amico factum non præsumitur commissum voluntate domini, affinis vel amici vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 27.* plures per Farin. *in praxi crimin. part. 5. q. 134. n. 67. cum seqq.*

In gloss. *Contra prohibitionem*, ibi, *quia si eo audente, & non contradicente*, &c. Notatur ad hoc, quòd irregularitatem incurrit ille, qui præsens fuit tractanti habito super occidendo eius inimico, ab eius seruis, ac consanguineis, & tamen tacuit, vt per Couar. *d. n. 8. vers. quarto*, Iacob. de Graffiis *d. cap. 64. n. 18.* præsentia enim facit quem irregularem, si homicidio consentiat, saltem per taciturnitatem, Rebuff. *in auth. habita C. ne filius pro patre, verbo Episcoporum pag. mihi 575.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Peritis in arte credendum est.*

3 *Medicis non creditur ad indicandum, an vulnus sit lethale, & an vulneratus decesserit ex vulnere, vel alia causa, nisi ad minus sint duo, & communiter in arte periti reputentur.*

4 *Peritis in arte non creditur sine iuramento.*

5 *Periti in arte duo, si non concordent, standum est dicto seniorii, & quid si sit contentio inter medicos, & chirurgos.*

6 *Medicus vbi non adest nisi vnus in loco, quo quis fuit vulneratus, ille vnus sufficit ad indicandum, an vulnus fuerit lethale.*

7 *Vulnus lethale illud dicitur, cuius curatio, vel omnino impossibilis, vel difficillima est.*

8 *Vulnus in dubio an sit indicandum non fuisse, lethale & remissiue.*

9 *Irregularet.*

9 *Irregulares se gerere debent omnes, qui percusserunt, etiamsi non constet ex quo vulnere percussus obierit.*

10 *Irregulares se gerere debent omnes dubitantes, an à se lethale vulnus fuisset inflictum.*

11 *Percussus in foro exteriori à quo præsumatur, si rixantes plures sint remissiuè.*

12 *Clericus excusatur ab irregularitate si committat homicidium cum defensione licito modo facta, & cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

13 *Moderamen inculpatæ tutelæ siue defensio inculpata in quo consistat, ostenditur.*

14 *Probatio excessus accusatori incumbit.*

15 *Moderamen inculpatæ tutelæ non dicitur seruatum, quando quis non animo se defendendi, sed vlciscendi aggressorem percutit.*

16 *Moderamen inculpatæ tutelæ excedens in occidendo non pœna ordinaria homicidij, sed extraordinaria propter excessum iudicis arbitrio imponenda puniri debet.*

17 *Occidendi animus præsumitur, vel non præsumitur ex qualitate, seu genere armorum.*

18 *Clericus pro excessu in se defendendo, non incurrit excommunicationem, seu irregularitatem, nisi dolo, & proposito occidat.*

Cap. Significasti. ij. XVIII.

1 IRregularis censetur qui alium lethaliter percussit, licèt ab aliis fuerit extinctus, idem si non apparet an lethaliter, si etiam percussus ab aliis obiit, & non constat ex cuius vulnere decessit, quia in dubio percutiens habebitur irregularis, & homicida; idem si est percussus non lethaliter, si animum occidendi habuit, & ex aliorum vulneribus percussus expirauit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anch. Panorm. Felin. Mar. Socin. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 672. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 4. *Decret. lib.* 5. *tit.* 6. *cap.* 2.

2 *Vt peritorum iudicio medicorum*, &c.] Ergo quibuscunque in arte peritis credendum est, Mascard. *de probat. concl.* 1034. *num.* 1. *cum seqq.* Fulu. Pacian. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 48. *num.* 10. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *quæst.* 127. *num.* 102. Azeued. *cons.* 30. *num.* 63. Seraphin. *decis.* 665. *n.* 2. Rot. *in Perusina pecuniariæ, siue societatis* 1. *Iulij* 1622. coram R. P. D. Merlino, Rot. Ianuen. *decis.* 196. *n.* 4. Caualer. *decis.* 114. *n.* 2.

3 Notatur ad hoc, quòd medicis non creditur ad iudicandum, & referendum an vulnus sit lethale necne, & an vulneratus decesserit ex vulnere, vel ex alia causa, nisi ad minus sint duo, & communiter in arte periti reputentur, de quo Auil. *ad cap.* 1. *Prætor fol.* 50. 4 *n.* 28. Mascard. *concl.* 1034. *n.* 11. *&* 12. *&* *concl.* 1169. *num.* 20. Menoch. *remed.* 5. *adipiscendæ, num.* 162. Chald. Pereira *in l. si curatorem verbo minoribus, num.* 18. Farin. *d. quæst.* 127. *num.* 151. *cum seqq.* Et debent iurare, quia peritis in arte non creditur sine iuramento, Foler. *in* 5 *addit. ad Marant. de ordine iudic. part.* 6. *memb.* 6. *n.* 69. *pag.* 327. & si non conueniunt, standum est dicto senioris ex Tiraq. *de iure primog. in præfat. num.* 155. Cassan. *in consuetud. Burgund. fol* 70. *num.* 4. Greg. *l.* 16. *verbo è conocieren. tit.* 8 *n.* 5. Quid si sit contentio inter chirurgos & medicos, vide Mascard. *concl.* 1169. *n.* 40. *cum seqq.* Bernard. Græuæ *ad practicam Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 111. *n.* 10.

Vbi verò in loco, quo quis fuit vulneratus, non adest nisi vnus medicus, tunc ille vnus sufficit, de quo vide Clar. *§. homicidium num.* 34 *vers. cæs autem*, Anton. Gom. *tom.* 3. *var. tit. de homicid. num.* 18 *post med. vers. &* *si quæras*, Mascard. *concl.* 615. *num.* 7. *& concl.* 1034. *n.* 24. Fulu. Pacian. *eod. tract. lib.* 1. *cap.* 47. *n.* 34. *& seqq.* Farin. *d. quæst.* 157. *num.* 153. Chærian. *tom.* 1. *communium opin. lib.* 4. *tit.* 9. *n.* 161. vbi secus dicit si causa sit ardua, quia tunc mittendum est ad loca vicina.

Assereretur non fuisse lethalis.] Vulnus lethale an sit, 7 iudex se ex medicorum instruet iudicio, & illud dicitur, cuius curatio, vel omnino impossibilis, vel difficillima est, vide Cassan. *in consuet. Burgund. rubr.* 1. *§.* 6. *verbo par leurs, num.* 4. Hippol. *consil.* 7. *num.* 29. *& in l.* 1. *num.* 54. *C. de sicar.* Menoch. *de arbitr. casu* 265. *à princip.* Baiard. ad Clar. *§. homicidium, num.* 135 Mascard. *conclus.* 1077. *num.* 7. Farinac. *d. quæst.* 127. *à num.* 49. *& consil.* 100. *num.* 32. optimè Bernard. Græuæ. *d. concl.* 111. 8 *num.* 27. *cum seqq.* In dubio autem vulnus non fuisse lethale an sit iudicandum, vide Menoch. *d. casu* 265. *numero vlt.* Mascardus *conclus.* 1034. *numero* 44. *& seq. & concl.* 1073. *n.* 6. *&* 7. Farinac *d. quæst.* 127. *num.* 20. *& consil.* 100. *n.* 14. Alexand. Raudens. *de analogiis cap.* 31. *num.* 32.

Quòd si discerni non possit. &c.] Notatur ad hoc, quòd 9 si plures percusserunt, & non constat ex quo vulnere percussus obierit, debent omnes se tanquam irregulares gerere, vt per Couarr. *in Clement. si furiosus, p.* 2 *§.* 2. *n.* 4. Vgolin. *de irregul. cap.* 14. *§.* 1. *num.* 1. Soar. *de censur. disp.* 45. *sect.* 4. *n.* 11. Sayr. *eod. tract. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 14. Rota apud Farinac. *decis.* 44. *n.* 2. *part.* 2. *recentiorum*, sequitur Bonac. *de censur. disp.* 7. *quæst.* 4. *puncto* 8. *num.* 31. vbi *num.* 30. resoluit quòd quando plures vulnera inflixerunt, quorum singula non sunt ex se mortalia, sed simul iuncta, sunt causa sufficiens mortis, singuli incurrunt irregularitatem, de quo etiam Maiol. *de irregul. lib.* 5. *cap.* 48. *§.* 4. *rubr. de opem præstante homicidio, n.* 7. *ad fin. vers. ex his consequens est. & n.* 8. Couarr. *in Clem. si furiosus, part.* 2. *§.* 2. *n.* 4. *vers. quartò constituitur*, Sayr. *d. lib* 7. *cap.* 4. *num.* 14. Auil. *de censur p.* 7. *disp.* 6. *sect.* 4. *dub.* 3. *in fine, vers. quinta conclusio*; sic etiam quando nescitur quisnam lethale vulnus inflixerit, omnes qui dubitant à se lethale vulnus inflictum esse, debent se irregulares gerere, Vgolin. *ad §.* 1. *num.* 3. Molin. *de iustit. tom.* 4. *disp.* 33. *memb.* 7. *ad finem*, Auila *de censur. p.* 7. *disp.* 6. *sect.* 3. *dub.* 3. *vers. hinc sequitur*, quos refert, & contra Soar. sequitur Bonac. *vbi proximè num.* 29. Quod procedere, etsi homicidium fuerit iustum, & meritorium contra latrones publicos, tenent Corn. *consil.* 57. *num.* 10. *lib.* 4. Nauarr. *consil.* 11. *n.* 2. *& consil.* 25. *num.* 1. *&* 2. *sub hoc tit.* quos refert, & sequitur Rota *d. decis.* 44. *num.* 2. *in fine.* Illud aduertere oportet quod Speculat. *in tit. de dispensat. §. iuxtà num.* 48. *vers. illud etiam nota*, per hunc text. quem allegat dicit quòd si quis occidendi animo percussit latronem, non tamen lethaliter, latro autem ex aliorum vulneribus periit, primus ille percussor irregularis est; cuius tamen contrarium per hunc eundem text. firmasse videtur Sayr. *d. lib.* 7. *cap.* 4. *num.* 15. *in princip.* vbi dixit quòd si vnus primus leuiter solùm percussit, etiam animo occidendi, & debilitauit, nihilque in animum secundi occisoris influxit; solus secundus, qui occidit, irregularis erit, & non primus. Quòd si primus non leuiter, sed lethaliter vulnerauit, tunc licèt alter superueniens occidat, vterque irregularis erit, vt per Couar. *in Clem si furiosus part.* 2. *§.* 2. *num.* 4. *vers. tertia*, Maiol. *de irreg. lib.* 5. *cap.* 48. *§.* 4. *n.* 6. Nauar. *in man. cap.* 27. *n.* 223. *vers. octauo.*

Verùm quod attinet ad forum interius, & conscien- 10 tiæ, tunc vniuscuiusque rixantis conscientiæ standum est, is enim qui certò scit se non vulnerasse, vel quòd vulnerauit, non tamen animo occidendi, nec lethaliter, turus est in conscientia, ac proinde non tenetur se irregularem reputare, nisi dubitet, Sayr. *d. lib.* 7. *cap.* 3.

num.

num. 13. *vers. quando autem dubium est* Auila *d. dub.* 3.

11 *vers. sed quid quando plures.* Quando plures rixantur, & vnus in rixa sit percussus, à quo in foro exteriori præsumatur percussus, vide Hippol. *in pract. §. quoniam num* 30. *& in l. repetit. num.* 21. *ff. de quæst.* Clar. *in §. homicidium nu.* 37. Menoch. *de arbitr. casu* 362. *& cons.* 108. *num.* 8. Alex Raudens. *resp.* 27. *à num* 32. Baptista Costa *de facti scientia, & ignor. cent.* 1. *distin.* 40. *art.* 14. Flamin. de Rub. *cons.* 51. *à nu.* 57. *vol.* 1. Mascard. *de probation. concl.* 1003 *n.* 53. Bobadil. *in sua politica, lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 8.

12 *Quia tamen id debet fieri cum moderamine,* &c.] Notatur ad hoc, quòd vt clericus excusetur ab irregularitate propter homicidium, debet illud committere cum defensione licito modo facta, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, non ad sumendam vindictam, sed ad iniuriam propulsandam, nec aliud vult noua Concilij Trid. dispositio *sess.* 14. *de reformat. cap.* 7. non enim loquitur de illo homicida, qui occidit modo suprà relato, sed de eo qui eget dispensatione. quatenus in se defendendo excessit moderamen inculpatæ tutelæ, talis enim fit irregularis, non ea irregularitate, quæ est indispensabilis, nisi à Papa, sed illa, quæ ab Episcopo dispensari potest, vide Maiol. *de irregul. lib.* 1. *cap.* 12. *num* 10. *vers.* 20. *& lib.* 5. *cap.* 48. *nu.* 10. *&* 11. Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 238. *vers. secundo, & cons.* 8. *in antiq. aliàs* 36. *in nouis sub hoc tit.* Bañes *in* 2. 2. *D. Thomæ. quæst.* 64. *art.* 7. *vers. ad* 2. Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *cap.* 173. *n.* 1. Petr. Nauar. *lib.* 2. *de restitut. cap.* 3. *nu.* 367. Henriq. *in summ. lib.* 14. *c.* 10. *§.* 2. *& c.* 19. *§.* 3. Veg. *in summ. part.* 2. *c.* 15. *casu* 28. *vers. nota.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect* 930. Iacob. de Graffiis *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 65. *à princ. & præcipuè n.* 13. Soar. *de censur. disp.* 46. *sect.* 1. *nu.* 3. Auil. *eod. tract. part.* 7. *disp.* 5. *sect.* 3 *dub.* 1. *vers. loquendo de iure nouo,* Farin. *fragmentor. crimin. part.* 2. *lit. l. n.* 475. Molina *de iustit. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 72. *n.* 5. *& disp.* 77 *nu.* 9. Sayr. *de censuris lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 22 *& disp.* 17. *nu.* 10. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. part.* 3. *cap.* 9. *nu.* 29. Petr. de Ledesma *in summ. part.* 2. *tract.* 8. *de iustit. commutatiua, cap.* 18. *concl.* 14. *diffic.* 2. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *tract.* 2. *n.* 112. Ægid. de Coninck. *de Sacram. & censur. tom.* 2. *disp.* 18. *à n.* 83. Cened *pract. & canon. quæst. lib.* 1. *quæst.* 14 *n.* 13. *cum seqq.* Campan. *in diuersorio. iuris Canonici rub.* 11. *cap. vlt. n.* 20. *& n.* 129. Bellet *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de disciplina clericali, §.* 5. *à. n.* 103. Bonacin. *de censuris disp.* 7. *q.* 4. *puncto* 6. *n.* 1. *cum seqq.*

13 Moderamen inculpatæ, tutelæ, seu defensio inculpata qualis debeat esse, & in quo consistat, inuenies apud Innoc. & Panor. *in cap. olim. li.* 1. *num.* 19. *de restit. spoliat.* Sot. *de iustit. lib.* 5. *quæst.* 1. *art.* 4. Nau. *in man. c.* 15. *nu.* 3. Ludou. Lop. *in instruct. conscient part.* 1. *c.* 62. Salon. 2. 2. *quæst* 64. *art.* 7. *controu.* 1. *concl.* 2. vbi Arag. *dub. concl.* 2. Philiarch. *de offic. Sacerd p.* 2. *lib.* 4. *cap.* 9. Petr. Nauar. *de restit. lib.* 2. *c.* 3. *n.* 349. Valent. *tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 8 *puncto* 4. *dub.* 1. Ludou. Beja *respons. casuum conscient p.* 2. *casu* 21. Kirchou *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 9. *tit.* 10. *n* 13. *vers. sed primo,* Sayr. *d. cap.* 7. *à nu.* 7. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo moderamen,* Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 125. *n.* 349 *cum seqq.* Christoph. de Pace *in scholiis ad leges styli. l.* 58. *n.* 5. Rebel. *de obligationib. iustitiæ part.* 1. *lib.* 3. *quæst.* 12. *n.* 7. Azori. *institut. moral. part.* 3 *lib.* 2. *cap.* 1. *quæs.* 2 Bernard. Græuæ. *d. lib.* 1. *concl.* 110. *consid.* 1. *n.* 9. *cum seqq.* Petr. Caball. *de omni genere homicidii num.* 94. Bellet. *d. §.* 4. *nu.* 104. Bonacin. *d. puncto* 6. *nu.* 3. *vers. dixi non excedendo.* Ex

14 quorum dictis illa est verior conclusio, dici clericum facere cum moderamine inculpatæ tutelæ, & esse in necessitate ineuitabili, quando est constitutus in tali necessitate, quam neque fuga, dummodo dando tergà non sit periculum, neque clamore, neque alio modo, nisi interficiendo, aut mutilando aggressorem euitare nequit. Et probatio excessus accusatori iniuncta est, vt per Vincent. Honded. *cons.* 99. *num.* 14. *&* 15. Vinian. Neapol. *decis.* 458 *n.* 8. Bernard. Græuæ. *d. consid.* 1. *nu.* 9. *cum seqq.*

Non ad sumendam vindictam.] Ergo moderamen in- 15
culpatæ tutelæ non dicitur seruatum quando quis non animo se defendendi sed vlciscendi aggressorem percutit, vt per Ayrer. *in tract. de homicidio necessario, part.* 1. *num.* 94. *&* 97. Mascard. *concl.* 1126. *n.* 56. Farin. *d. q.* 125. *num.* 382.

Penitus excusari.] Ergo si excedatur moderamen 16
inculpatæ tutelæ in occidendo, non pœna ordinaria homicidij, sed extraordinaria propter excessum iudicis arbitrio imponenda puniri debet, vt per Duen. *reg.* 192. *ampl.* 5. Hippol. *cons.* 137. *num.* 21. *cum seqq. & fin.* 110. *incip. occidens aggressorem,* Tiraq. *de pœnis temper. causa* 1. *nu.* 9. Boer. *decis.* 168. *nu.* 7. *vers. vel etiam sup. sum,* Ant Gom. *tom.* 3. *var. c.* 24. *n.* 24. Baiard. *ad Clar. §. homicidium num.* 90. Mascard. *concl.* 1126. *n.* 48. Farin. *d. quæst.* 125. *num.* 393.

Ratione instrumenti.] Notatur ad hoc quòd animus 17
occidendi præsumitur, vel non præsumitur ex qualitate, seu genere armorum, sic etiam an vulnus fuerit mortale, necne, præsumitur ex qualitate armorum, cum quibus fuit illatum, de quo vide Hippol. *cons.* 7. *n.* 44. *cum seqq. & cons.* 67. *n.* 18. *& l.* 1. *C. de sicar. n.* 32. *cum seqq.* Aym. *cons.* 205. *n.* 5. Couar. *in Clem. si furiosus part.* 2. *§.* 1. *nu.* 1. Boer. *decis.* 323. *n.* 3. *vers. & quæ circa mortem. & n.* 15. Bernard. *reg.* 33. *à princip.* Clar. *§ homicidium n.* 4. *vers. dicitur etiam culposum* Anton. Gom. *tom.* 1. *vari. cap.* 3. *post. n.* 17. Menoch *de arbitr. casu* 175. *n.* 7. *&* 8. *in fine, & de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 40. *n.* 4. Iacob. Ayrer. *de homicid. par.* 2. *n.* 61. Mascard. *de probat. concl.* 97 *& concl.* 864. *n.* 3. *cum seqq. & concl.* 1041. *& concl.* 1073. *n.* 9. Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *q.* 126. *n.* 117. *& q.* 127. *n.* 57.

In gloss. *Moderamine,* ibi, *nec dicitur excommunicatus* 18
qui excedendo modum non ex proposito repercutit clericum per hanc gloss. tenet Farin. *d. quæst.* 125. *n.* 418. clericum pro excessu in se defendendo, nunquam incurrere excommunicationem, seu irregularitatem, nisi dolo & ex proposito excedat, idem videtur tenere Iacob. de Graffiis *d. cap.* 65. *num.* 14. At verò Couar. *in Clem. si furiosus part.* 3. *§.* 1. *n.* 2. *in fine,* simpliciter asserit irregularem esse illum, qui mutilat, aut occidit excedens modum in defensione, quem sequi videtur Vegolin. *de censur. part.* 2. *c.* 11. *§. proposuimus n.* 4. *vers. capitur, & num.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Relihiosus chirurgiam exercens, si ex ea mors sequitur, irregularis est, etiamsi sit peritus & diligens & hoc fecerit causa pietatis, sed cum eo post satisfactionem misericorditer potest dispensari.*

2 *Irregularis est monachus, qui omni adhibita diligentia aperuit apostema in gutture mulieris, quæ postea mortua est.*

3 *Clericus etiam in maioribus Ordinibus constitutus medicina, seu arte chirurgia peritus, si intuitu impietatis artem suam exercuerit, an ei imputetur adirregularitatem, si ex tali exercitatione sequuta fuerit mors, ostenditur.*

4 *Declaratur text. in præsenti.*

CAP.

Cap. Tua nos. XIX.

1 Religiosus peritus chirurgus exercens chirurgiam cum omni diligentia, & causa pietatis, si ex ea mors sequitur fit irregularis, quia deliquit vsurpando alienum officium, quod ei non congruebat, sed post actam pœnitentiam potest cum eo dispensari vt celebret, si secus non cum diligentia, vel non causa pietatis, ei interdicatur executio Ordinis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Anch. Hostiens. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 125. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 673. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refert Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 6. *cap.* 3.

2 In specie huius text. irregularis declaratur monachus qui omni adhibita diligentia aperuit apostema in gutture mulieris, quæ postea mortua est, vt referunt Henriq. *in summ. lib.* 14. *de irregular. cap.* 11. §. 1. Soar. *de censuris disput.* 45 *sect.* 6. *num.* 10. Sayr. *eod. tract. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *num.* 114. Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de disciplina clericali* §. 5. *num.* 22. Bonacin. *de censur. disp.* 7. *quæst.* 4. *puncto* 5. *num.* 4. *& puncto* 7. *num.* 6. *vers. secundus casus.* Sed aduertendum est quòd si medicus,
3 seu chirurgus in maioribus etiam Ordinibus constitutus ejusdem artis peritus intuitu pietatis artem suam exercuerit, non ei imputatur ad irregularitatem si ex tali exercitatione sequuta fuerit mors, vt per Cardin. *hic colum.* 1. quem referunt Sayr. *d. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 11. Bellet. *d. tit. de disciplina clericali* §. 31. *n* 6. Dummodo faciat citra abscissionem, vel adustionem, itavt si ægrotus decederet ex causa talis adustionis, vel abscissionis licèt illi non imputetur ad peccatum, imputatur tamen ad irregularitatem, provt per text. *in præsenti*, tenent, *hic* Abb. *num.* 3. *& in cap. sententiam sanguinis num.* 23. *de cleric. vel monach.* Paris. *consil.* 96 *colum. vlt. volum.* 4. quos refert & sequitur Bellet. *d. num.* 6. & tenet Auil. *de censur. par* 1. 7. *disp.* 12. *sect.* 1. *dub.* 2. Sanch. *in præcepta Deca. lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 16. Clericum tamen maioribus Ordinibus initiatum non peccare, nec affici irregularitate incidendo, vel adurendo vrgente necessitate, v. g. tempore pestis quando non adest alius, qui hoc munus præstèt, resoluunt Fr. Emman. *in sum. part.* 1. *cap.* 177. Molina *de iustit. tom.* 4. *disput.* 75 *num.* 3. Henriq. *d.* §. 1. Sayr *d. lib.* 7. *cap.* 11. *num* 11. Auil. *de censuris part.* 7. *disp.* 6. *sect.* 1. *dub.* 10. quem refert & sequitur Bonac. *d. puncto* 5. *n.* 4. *vers. addo.*

4 Ad text. verò in præsenti multipliciter respondent Doctores, nam Less. *de iust. it. lib.* 2. *cap.* 9 *dub.* 15. *num.* 105. & alij aiunt monachum, de quo *in præsenti*, non adhibuisse debitam diligentiam, quamuis ipse crediderit eam adhibuisse. Molina *d. num.* 3. *ad finem*, respondet denunciari irregularem monachum, qui aperuit apostema in gutture mulieris, ex quo mortua est, quia ille monachus non aperuit apostema vrgente necessitate, cùm mulier illa posset chirurgos adire; tum quia monachus non præsumitur peritus chirurgiæ, & consequenter in foro externo præsumendus est irregularis, vt bene ait Couar. *in Clem. si furiosus p.* 2. § 4. *n.* 3. Soar. *loco citato*, & Bonac. *d. puncto* 7. *n.* 9. *vers. secundo responderi potest*, dicunt casum de quo *hic* esse specialiter expressum in iure, & consequenter excipiendum à doctrina generaliter tradita.

SVMMARIVM.

1 *Abortioni causam dans homicida est & irregularis, si conceptus erat animatus, aliàs secus.*
2 *Ludens illicitè cum muliere prægnante libidinis causa, si ex hoc contigerit abortio fœtus, irregularis fit.*
3 *Irregularis præsumitur ille, qui fuit moralis causa abortus cum peccato mortali, si fœtus erat animatus.*
4 *Saltans cum muliere prægnante saltatione immoderata sequuto abortu fœtus animati, irregularis est.*
5 *Clerico prohibitum est ludere cum muliere.*
6 *Fœtus quando animetur remissiuè.*

Cap. Sicut ex litterarum. XX.

Abortioni causam dans homicida est, & irregularis si conceptus erat animatus, aliàs secus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Felin. Panor. Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 126. Alag. *in compend. iuris Canon. pag.* 673. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 4. *Decret. lib.* 5. *tit.* 6. *cap.* 4.

Collige ex text. irregularem esse censendum ludentem illicitè libidinis causa cum fœmina prægnante si ex hoc contigerit abortio fœtus, vt per Maiol. *de irregul. lib.* 5. *cap.* 48. §. 3. *tit. de homicidio ex culpa, aut casu, numero* 2. *vers. quicquid dicitur.* Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 236. *vers. vigesimo quarto*, Couar. *in Clem. si furiosus part.* 2. §. 4. *num.* 10. Soar. *de censur. disput.* 45. *sect.* 6. *num.* 11. Sayr. *in simili tract. lib.* 7. *cap.* 6. *numero* 15. vbi ampliat etiam quòd clericus, seu monachus ludens cum prægnante sit eius affinis, vel consanguinea, & quamuis cum ea molestè ludat, aut choræas ducat, Iacob. de Graffiis *in aureis decis. p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 63. *n.* 25. *& cap.* 66. *n.* 13. vbi intelligit text. *in præsenti* de ludo noxio, secus dicens si ludens fuisset mulieris maritus, vel frater, vel coniunctus, sic quod ludus licitus esset in personis, nec aliàs esset noxius in se, sed gracilis, & agilis, &c. Vnde irregularem præsumi illum, qui fuit moralis causa abortus cum peccato mortali si fœtus erat animatus, tenent Couar. *in Clem. si furiosus part.* 2. §. 3. *num.* 1. Trot. *de vero & perfecto clerico tit.* 2. *cap.* 14. Anton. Gomez *tom.* 3. *var. cap.* 3. *n.* 32. Tiraq. *in l. si vnquam C. de reuocandis donat. in princip. num.* 60. Henriq. *in summ. lib.* 14. *de irregul. cap.* 3. § 4. *in commento lit G*, Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 26. Stephan. Quarant. *in summa Bullarij verbo abortus.* Sic etiam saltans cum muliere prægnante saltatione immoderata sequuto abortu fœtus animati irregularis est, quia dedit operam rei illicitæ & periculosæ absque sufficienti diligentia ad abortum præcauendum, ita Vgolin. *de irregular. cap.* 18. §. 2. *num.* 5. Henriq. *d. lib.* 14. *c.* 15. *num.* 4. Auil. *de censur. part.* 7. *disp.* 3. *sect.* 2. *dub.* 6. Molin. *de iust it. tom.* 4. *disput.* 77. *num.* 6. quos refert & sequitur Bonacina *de censuris disput.* 7. *quæst.* 4. *puncto* 7. *num.* 22. vbi etiam cum Maiol. *de irregul. lib.* 5. *cap.* 48. §. 3. idem dicendum putat de eo, qui vtitur copula mulieris prægnantis absque debita cautione, si mors fœtus animati inde sequatur. Item de illo, qui fornicationis causa mulierem prægnantem ad se venire solicitauerit, ipsáque in accessu aliquid passa sit vnde abortum fecerit, ita Maiol. *de irregularib. lib.* 5. *cap.* 48 §. 3. *num.* 15. *vers. huc quoque spectant*, Nauarr. *in man. cap.* 27. *num.* 235. *vers.* 23. Auila *d. p.* 7. *disp.* 1. *sect.* 3. *dub.* 3. *vers. sed obiter aduertendum*, Sayr. *d. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 16. vbi de clerico, qui ad se venire facit prægnantem per loca periculosa vt per recta domus, aut per fenestram si illa cadens aut moriatur, aut abortum fecerit.

Quasi ludens, &c.] Quamuis nulla pœna imponatur illi, qui ludendo abortui causam dedit, tamen clerico prohibitum est ludere cum muliere, & ideo si ludendo dat causam abortui fœtus animati, efficitur irregu-

aris, ita Plac. *in epit. delictorum lib. 1. cap. 26.* Farin. *in praxi crimin. part. 5. q. 122. num. 160. cum seqq.* Henriq. *d. lib. 14. cap. 11. §. 1. in commento lit. M.* quatenus dicit monacho de quo *in præsenti*, id prohibitum fuisse ob periculum, quod non præcauerit per diligentiam.

6 *Si nondum erat viuificatus conceptus*, &c.] Notatur ad hoc quòd irregularitas incurritur ab eo, qui abortui causam dat si fœtus animatus sit, secus si nondum animatus erat, vt per Couar. *in Clem. si furiosus p. 2. §. 3. numero 1.* Soar. *de censur. disp. 44. sect. 2. n. 13.* vbi aduertit constitutionem Sixti V. volentem illo casu irregularitatem intrare etiam quòd fœtus non sit animatus, esse correctam & ad viam iuris redactam, per Gregor. XIII. Sayr. *eod. tract. de censur. lib. 7. c. 1. num. 12.* Auil. *eod. tract. p. 7. disput. 6. sect. 4. dubitat. 1.* Quando fœtus dicatur animatus tradunt Vgolin. *de irregul. cap. 4. §. 1. & cap. 16 §. 2.* Henriq. *d. lib. 14. cap. 15. num. 1.* Quarant. & Nald. *verbo abortus*, Sayr. *de censur. l. 7. cap. 2. n. 3. &* Soar. *eod tract. disp. 44. sect. 2. num. 23.* Auila *p. 7. disp. 6. sect. 4. dub. 1.* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplina cleric. §. 5. num. 26.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 2. cap 4. quæst. 1.* Campan. *in diuersorio iuris Canon. rub. 11. cap. 23. num. 20.* & vide quæ dixi ad Decretum *in princ. dist. 4. num. 2. & ad cap. quòd verò 32. quæst. 2. num. 1.* Et fœtus animatus, vel inanimatus in dubio præsumatur, dixi *in princ. dist. 5. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus ciuiliter iustitiam petens pro rebus sibi ablatis si protestetur, non incurrit irregularitatem etiamsi sequatur sanguinis pœna, & n. 2.*

3 *Clericus etiamsi certò sciat iudicem secularem processurum ad pœnam sanguinis, & quamuis valeat res suas alia via recuperare, potest ciuiliter agere cum protestatione pro rebus sibi ablatis.*

4 *Clericus de malefactoribus suis, vel propinquorum, aut Ecclesiæ suæ potest conqueri cum protestatione coram iudice, absque metu irregularitatis.*

5 *Denuntiare facta protestatione licet clerico, absque periculo irregularitatis delictum tendens in perniciem & nocumentum publicum, quod non posset aliter impedire.*

CAP. Postulasti. XXI.

1 NOn imputatur ad irregularitatem clerico ciuiliter iustitiam petenti de laico siue pro rebus ablatis, siue pro iniuriis sibi, seu eorum bonis illatis, si Iudex in laicum exercet vindictam sanguinis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 126.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 674.* remissiuè Ximen. *in concord p. 1. & 2.*

2 Hodie decisio huius text. per text. *in cap. Prælatis, hoc tit. lib. 6.* non procedit nisi præstando expresè se non intendere pœnam sanguinis, etiamsi postea sequatur mutilatio, vel mors, referunt, & supradictam concl. ex hoc text. desumunt Cou. *in Clem. si furiosus part. 2. §. 1. n. 1.* Vgolin. *de irregul. cap. 6.* Salzed. *ad Bernard. in pract. c. 98. cum seqq. in nouiss. editione*, Specul. *in tit. de dispensat. §. 4. n. 49.* Farin. *fragmen. crimin. part. 1. lit. C. n. 424. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. n. 143.* Bellet. *disquisit. clerical p. 1. tit. de disciplina clericali §. 5. n. 116.* Bonacin. *de censur disp. 7. q. 4. punct. 2. n. 3.* Ceual. *communium contra commun. q. 822. n. 115.* alioquin si clerici propter huiusmodi metum irregularitatis taliter conqueri non auderent, daretur plerisque materia eosdem trucidandi, & ipsorum bona liberè deprædandi, vt habetur *in d. cap. prælatis*, Abb. *hic n. 3.* Nau. *in manu c. 27. num. 226. & conf. 3. de iniur.* Bellet. *d. num. 116. in fine.*

Amplia procedere etiamsi clericus certò sciat iudicem secularem processurum ad pœnam sanguinis, & quamuis possit res suas alia via recuperare, ita Abb. *hic n. 3.* Felin. *in vers. nota non imputari*, Cou. *d. p. 2. §. 1. n. 1.* Soar. *de censur. disp. 47. sect. 2.* Hentiq. *in sum. lib. 14. de irregul. cap. 11. §. 4 & 5.* Vgolin. *de irregul. cap. 6. §. 4.* Bonacin. *d. punct. 2. num. 3.* Bellet. *d. §. 5. num. 117.* vbi *num. 118.* resoluit huiusmodi clericum minimè etiam fieri irregularem etiamsi postmodum ei placeat, quòd fur, qui furripuerat res suas, siue ille, qui iniuriam ei fecerat, sit propter hoc suspensus vel mutilatus, & *num. 127.* aduertit quod si tempore, quo agit ciuiliter pro iniuria sibi illata cum dicta protestatione, in animo habeat quòd reus moriatur, sequuta morte, vt mutilatione efficitur irregularis, quia verba non soluant eum in foro conscientiæ, & citat Felin. & Anan. *in præsenti*, Ioan. Andr. Gemin. Archid. & Franch. *in d. cap. prælatis*, & S. Antonin. *part. 3. tit. 18. c. 2. §. 4.* Nau. *d. cap. 27. num. 226.* Tolet. *in instruct. Sacerdot. lib. 2. c. 8. num. 5. vers. quinto.*

Intellige modò clericus conqueratur coram iudice de malefactoribus suis, non verò de iis, qui alias damna intulerunt, quia *in d. cap. prælatis*, dicitur contra malefactores suos, ita Couar. *d. §. 5. num. 4.* Nauar. *d. cap. 27. num. 213.* Sayr. *lib. 1. cap. 18.* Vgolin. *d. c. 6. §. 9.* Bellett. *d. §. 5. num. 119.* Bonacin. *d. punct. 2. num. 4.* vbi cum Henriq. & Auila probabiliter existimat licitum esse conqueri de illis, qui damnum suis propinquis, vel domesticis intulerunt, quia illorum damnum censetur proprium, & *num. 5.* cum Molin. *tom. 4. disp. 74. num. 11.* Sayr. *d. cap. 18. num. 3.* Fr. Emman. Hentiq. & Soar. tenent clericum posse accusare iustum damnificatorem bonorum suæ Ecclesiæ, & idem Bonacin. *numero 7. vers. quartus*, tenet clericum excusari ab irregularitate quando accusat aliquem pro iniuria inferenda extraneis.

Sic etiam licet clerico facta protestatione absque periculo irregularitatis denunciare aliquod delictum tendens in perniciem, & nocumentum publicum quod non posset aliter impediri quàm per denunciationem, ita Cou. *d. §. 5. num. 4.* Sot. *de iustit. lib. 5. quæst. 5. art. 1. ad 4.* S. Thom. *2. 2. q. 33. art. 7.* vbi Caiet. Maiol. *de irregul. lib. 2. cap. 3. num. 4.* Sayr. *d. cap. 28. num. 12.* quos refert & sequitur Bellet. *d. §. 5. num. 126.*

SVMMARIVM.

1 *Irregularitatem non incurrit ille, qui ludendo lapidem in alium proiecit, animo eum deterrendi, ille verò alius fugiendo lapidem alium impegit, in capitéque fuit vulneratus, & medici imperitia mortuus, & n. 2.*

3 *Irregularis est qui proiicit lapidem in Titium, si lapis Titio illum declinante concidit in Caium, illumque occidit.*

4 *Irregularitatem effugiunt pueri qui seipsos perterrefaciunt, probabiliter ignorantes mortem si inde sequuta sit.*

5 *Absolutionem ab excommunicatione petens non fatetur se excommunicatum.*

CAP. Exhibita. XXII.

1 IRregularitatem non incurrit ille, qui ludendo lapidem in alium proiecit animo eum deterrendi, ille verò alius fugiendo eum lapidem casu in lapidem alium impegit, in capitéque fuit vulneratus, ac tandem

dem medici imperitia & incuria mortuus est. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panor. Felin. Mar. Socin. *in ration.* Viuian. *lib.5. iuris Pontif. pag.126.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.674.* remissiuè Ximen. *in concord. p.2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit Molin. *de iustit. tom.4. tract.3. disp.77. num.8.* Proiiciens tamen lapidem in Titium fit irregularis si lapis Titio illum declinante concidit in Caium, illúmque occidit, quia censetur actionem periculosam homicidij exercuisse absque sufficienti diligentia, ne lapis ad Caium perueniret, vt per Vgolin. *de irregul. cap.18. §.2. num.5.* Sayr. *de censur. lib.7. cap.6. num.30.* Farin. *in prax. crimin. quæst.126. ex num.17. & frag. crimin. part.2. lit. I. n.539.* refert, & sequitur Bonacin. *eod. tract. disp. quæst. 4. puncto 7. num.19.* vbi secus dicendum putat si debitum adhibuit diligentiam, & fortè fortuna lapis tetigit Caium, adde Bellet. *disquisit. cleric. part.1. tit. de disciplina clericali §.5 num.31.*

3 *Sed timorem incutiendi,* &c.] Aduerte pueros, qui se ioco perterrefaciunt, probabiliter ignorantes mortem vel aliud graue damnum inde sequuturum, si eueniat, excusari possunt ab irregularitate, vt per Nauarr. *consil.7. sub hoc titul.* Molin. *d. disp.78. num.9.* Bonacin. *d. puncto 7. num.26.* Sayr. *d. cap.6 num.31. & in claui Regia lib.10. tract.2. cap.12. num.28.* quorum aliqui resoluunt illum esse irregularem, qui ioco terrorem alteri incutit, estque causa, vt ille eo terrore commotus, & perterritus se det præcipitem; idem dicentes de incutiente errorem mulieri grauidæ abortum facienti, quam terrefaciens sciebat grauidam esse.

4

5 In gloss. *Postulauit.* Notatur ad hoc quòd petens absolutionem ab excommunicatione, non fatetur se excommunicatum esse, de quo vide Cou. *in cap. alma mater.p.1.§.12.n.1.* Don. à Fina, & Vezin. *tom.1. comm. opin. lib.7. tit.19 n.38.* Mascard. *de probationib. conc.501. & concl.700.* Farin. *in praxi crimin. part.4. decis.53.n.3.*

SVMMARIVM.

1 *Homicidium casuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licitæ, nec fuit in culpa.*

2 *Irregularis non est, qui dum pulsat campanas casu homicidij causam dedit.*

3 *Licitæ rei operam dans, adhibénsque sufficientem diligentiam ne alicui noceat, si occidit aliquem non est homicida, nec peccat.*

4 *Irregularis an sit qui campanis dat signum quo aliquis suspendendus est, ostenditur.*

5 *Clericus illicitè pulsans campanam tempore interdicti, cuius tintinnabulum casu cadens aliquem occiderit, an sit irregularis, ostenditur.*

6 *Homicidium casuale ex ludo licito sequutum, non facit quem irregularem.*

Cap. Ioannem. XIII.

1 SAcerdos dando operam rei licitæ, vt pulsando Campanam ad congregandum populum ad diuina, si casu fortuito, & sine sua culpa aliquis interficitur, v.g. cadendo tintinnabulum, non fit irregularis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.5. iuris Pontificij pag.124.* Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.674.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1.*

2 *Qui dabat operam rei licitæ,* &c.] Notatur ad hoc, quòd non est irregularis, qui dum pulsat campanas, casu homicidij causam dedit, vt per Iacob. de Graff. *in aureis decis. p.1 lib.2. n.66.* Farin. *crim. p.2. lit. I. n.509.* Nã dans operam rei licitæ, adhibénsque sufficientem diligentiam ne alicui noceat, si casu occidat aliquem, 3
non est homicida, nec peccat. Ratio est, quia tale homicidium est inuoluntarium, & sine vlla culpa quando prædicta diligentia adhibetur, secus si talis diligentia non adhibeatur, ita Nau. *in man c.27. n.290.* Nicol. Garc. *de benefic p.7 c.11, n.73.* Farin. *fragm. crim p.2. lit. I, num.507.* Soar. *de censur. disp.45. sect.5. ex n.1.* Auila *in simili tract.p.7. disp.6. sect.1. vers. secundò notandum est,* Sayr. *eod. tract. l.7. c.5. ex n.8. & c.14. n.3.* Bellet *disquisit. clericalium, p.1. tit. de disciplina clericali, §.5. num.32.* Vnde illum non esse irregularem, qui campanis simpliciter dat signum, quo aliquis suspendendus est, vt homines sciant aliquem ad mortem duci exempli publici 4
gratia, secus verò si pulset, vel pulsari iubeat, vt conuocetur populus quando reus ducitur ad supplicium, vt ita securiùs ducatur ad mortem, vt per Vgolin. *de irreg. c.11. §.6. n.1.* Cou. *in Clem. si furiosus, p.2. §.4. n.1.* Auil. *de censur. p.7. disp.5. sect.2. dub.1. ad fin.* Bonacin. *eod. tract disp.7. q.4. puncto 1. n.14.* Maiol. *de irreg. lib.2. c.10 n.5.* Bellet. *disquisit. cleric. p.1. tit. de disciplina clericali, §.5.93.* vbi etiam cum Maiol. *loco citato,* dicit irregularitatem incurrere illum, qui pulsat vel pulsare iubet campanam ad arma sumenda pro captione alicuius rebellis latronis, vel malefactoris si ob illum sonum ille reus fuerit captus, & deinde morte, vel mutilatione damnatus, aduertens secus esse in Episcopo, Clerico, seu Sacrista, qui mihi dicit, seu facit, sed laicorum arbitrio remittens tolerat quòd laici pulsent Campanas Ecclesiæ ad conuocandas gentes pro capiendis bannitis, &c. Vnde si clericus illicitè pulsaret campanam tempore interdicti, & casu cadens tintinnabulum aliquem occiderit, præsumitur irregularis, quando 5
non bene ligauerat tintinnabulum, Henriq. *in sum. lib. 14. de irregul. c.15. §.3. lit.Y,* vbi in commento dicit præsumi irregularem in foro exteriori ob quasdam circunstantias, at in conscientia non esse, si non aduertit, nec ex officio tenebatur aduerrere.

Campanas.] De campanis vide Martin. Delri. *disquisit. magic lib.6. cap.2. sect.3. q.3.* 6

Quod cum pulsaret, &c.] Ergo homicidium casuale vt ludo licito sequutum non facit quem irregularem, vt per Nau. *consil.7. n.1. sub hoc tit.* Molinam *de iustitia tom.4. tract.3. disp.77. n.8. vers. item cap...*

SVMMARIVM.

1 *Clericus pugnando etiam contra inimicos Fidei Catholicæ, si quemquam percussit, & de interfectione ipsum remordet conscientia, à ministerio Altaris abstinere debet.*

2 *Clericus militans in bello quando incurrat irregularitatem, ostenditur.*

3 *Dubius de facto propter quod excommunicatio, aut irregularitas incurritur, in dubio excommunicatum, aut irregularem se gerere debet.*

Cap. Petitio. XIV

1 CLericus, qui contra inimicos Fidei Catholicæ pugnat cum aliis, & hinc inde multi interficiuntur, si dubitat aliquem interfecisse, v.g. ex eo quòd aliquos percussit, in tali dubio vt irregularis à ministerio Altaris abstinere debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Coll. Zabar. Ioan. And. Anania, Host. Butr. Anch. Panor. Felin. Mar. Soc. Viu. *in rationali lib.5. iuris Pontif. pag.127.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag.672.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

2 Collige ex text. clericum militantem in bello tam iusto quàm iniusto incutrere irregularitatem, quando in bello aliqui sunt interfecti, vt per Specul. *in tit. de dispensat.* §. *iuxta num.* 51. Plot. *de irregul. num.* 20. Rota apud Farin. *decis.* 3. *in fine part.* 2. *recent.* Cou. *in Clem. si furiosus. q.* 2. §. 3. *n.* 2. Salzed. ad Bernard. *in pract. c.* 104. *nouiss. imp.* Henriq. *in summ. l.* 14. *cap.* 23. *num.* 1. & 2. Fr. Emman. *in summ. part.* 1. *cap.* 172. Bellet. *disquisit. clerical. part.* 1. *tit. de disciplina clericali*, §. 5. *num.* 140. *cum seqq.* Bonacin. *de censuris, disp.* 7. *q.* 4. *puncto* 4. Auil. *eod. tract. part.* 7. *disp.* 5. *sect.* 3. latè & eleganter totam materiam declarat Illustrissimus D. Rodericus à Cunha post primam huius libri impressionem visus *in comment. ad princip.* 21. *dist. ex num.* 5. *& præcipuè num.* 11. Possunt tamen clerici in bello iusto siue offensiuo, siue defensiuo pro defensione Ecclesiæ, vel Reip. vel Fidei absque periculo irregularitatis hortari, consulere, & incitare milites ad pugnandum, quamuis sequantur ex vtraque parte homicidia, & mutilationes, nisi ipse occidat, vel deformet, *cap. Dominus* 23. *quæst.* 1. *cap. igitur, cap. omni timore, cap. hortatu* 23. *quæst.* 8. Abb. *hic num.* 3. Nauarr. *in man. cap.* 17. *num.* 215. Rota *vbi suprà*, Specul. *in tit. de dispensat.* §. 4. *num.* 56. Vgolin. *de irregul. cap.* 12. §. 2. Sayr. *de censur. lib.* 7. *c.* 19. *n.* 3. Soar. *eod. tract. disp.* 47. *sect.* 6. *n.* 8. Auila *part.* 7. *disp.* 6. *dub.* 2. Bonacin. *d. puncto* 4. *num.* 7. Bellet. *d.* §. 5. *n.* 141. vbi *num.* 142. secus dicit si bellum fuisset iniustum, quia tunc clericus fieret irregularis præstans fauorem, vel auxilium, aut consilium, dummodo inde sequuta fuerit mors hostis, aut membri mutilatio etiam per alios, & citat Cou. *Clem. si furiosus part.* 2. § 3. *n.* 2. Nau. *in man. cap.* 27. *n.* 224. quia dat operam rei illicitæ, Specul. *d.* §. 4. *n.* 55. Maiol. *de irregul. lib.* 5. *c.* 49. *num.* 5. Immo posse clericum in bello pugnare ob necessariam defensionem proprtiæ vitæ, personæ, & patriæ absque irregularitatis incursu, resoluunt Couar. *d.* §. 3. *num.* 2. *ad fin.* Henriq. *d. lib.* 14. *c.* 14. *n.* 1. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 108. Soar. *d. sect. num.* 1. & 2. vbi *n.* 4. loquitur de hoc text. extra quos casus si clericus prælians in bello licèt iusto aliquem mutilauerit, vel occiderit, irregularitatem incurret secundùm Cou. *d.* §. 3. *n.* 3. *post princip.* Henriq. *d. l.* 14. *c.* 13. §. 1. *in fine*, Soar. *d. sect.* 6. *n.* 6. Et idem Bellet. *vbi sup num.* 143. aduertit quòd si clericus interfit in bello iniusto ad pacem componendam, seu ad confessiones audiendas, quamuis ex hoc per accidens augeatur animus militibus, non fit tamen irregularis, etiamsi sequatur mors, vel mutilatio, quia dat operam rei licitæ, & citat Nauar. *d. n.* 124. Syluest. *verbo homicidium* 3. *q.* 6. *vers.* 4. Henriq. *d. lib.* 14. *c.* 13. §. 3. Vtrùm autem clerici fiant irregulares præbendo arma militibus in bello iusto? negatiuè respondet Bonacin. *d. puncto* 4. *num.* 11. vbi intelligit modò non præbeant arma ad occidendum hunc, vel illum in particulari, & *num.* 12. tenet clericos pugnantes de licentia Summi Pont. non fieri irregulares sequuta morte.

3 *Cum consultius sit in huiusmodi dubio*, &c.] Notatur ad hoc, quòd qui dubitat de facto propter quod excommunicatio, aut irregularitas incurritur, partem tutiorem eligere tenetur, & se excommunicatum, & irregularem in dubio existimare debet, & consequenter ab hominum communione, & à celebratione abstinere, vt per Henriq. *d. lib.* 14. *cap.* 3. §. Sayr. *in claui Regia lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 23. Id enim intelligi debet de dubio practico, & tunc non est consilium, sed verè præceptum, vt docent Syulestr. *in summ. verbo dubium q.* 2. §. 4. Nau. *in cap si quis autem, de pœnit. dist.* 7. *num.* 42. quos refert & sequitur Sanch. *de matr. lib.* 2. *disp.* 41. *n.* 9. faciuntque citata per me *ad cap. inuenis*, 3. *num.* 5. *sup. de sponsal.* & in terminis *ad cap. ad audientiam* 11. *hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Irregularis est ille, qui reficiendo tectum non monet, vel signum de more ponens, proiicis tegulam, ex qua occiditur viator.*

CAP. Quidam. XXV. & fin.

Gregor. IX.

PResbyter dum dabat operam rei licitæ adhibita diligentia, quam debuit, si sequatur alicuius mors, non fit irregularis nec quoad officium, nec quoad beneficium, quia non tenetur prouidere omnes casus fortuitos, vt *in cap. Ioannes. sup. eod.* satis est quod tempestiuè & alta voce præmonuerit circunstantes, quibus periculum imminebat, quod intelligere, & fugere poterant. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anch. Butr. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 127. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 674. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. & 2. Casal. *in annot.*

Ita tempestiuè, & alta voce præmoniti, &c.] Vnde colliges illum esse irregularem, qui reficiendo tectum proiicit tegulam ex qua occiditur viator, nisi monuerit vel signum de more posuerit, quia in opere periculoso non censetur adhibuisse sufficientem diligentiam ad præcauendam alterius mortem; secus verò dicendum quando signum de more exposuerit; ita Vgolin. *de irregul. c.* 21. *n.* 5. Nauar. *in man. c.* 27. *n.* 235. Sayr. *de censur. lib* 7. *cap.* 6. *n.* 17. quos refert, & sequitur Bonacin. *eod. tract. disp.* 7. *quæst.* 4. *punct.* 7. *n.* 20. Iacob. de Graffiis *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 66. *num.* 2. Nau. *in man. cap.* 27. *n.* 237. *vers. vigesimo secundo*, Maiol. *de irregul. lib.* 5. *cap.* 48. §. 3. *n.* 20. Farin. *fragment criminal. p.* 2. *lit. I. n.* 543. Hinc etiam si quis proclamauerit aduertendo prætereuntes, vt caueant, si ex proiectione ex alto aliquis casus remansit, proiicientis nulla est culpa, & homicidium dicitur casu fortuito sequutum, & consequenter ex omni parte impunibile, vt per Iacob. Ayrer. *de homicid part.* 3. *num.* 10. Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *q.* 126. *n.* 22. & 23. vbi loquuntur in muratore, seu architecto ex alto proiiciente ligna, lapides, tegulas, & alia similia.

De Torneamentis.

TIT. XIII.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Petr. de Rauenna *in compend iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret.* Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontif. à pag.* 604. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in expositi. tit. iuris Canon.* Zypæ. *in analytica posterioris iuris ecclesiastici enarrat. pag.* 398. nouissimè Ioan. Honor. *lib. 5 summæ Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

De materia tituli vide Emman. Sà *in aphorism. verbo torneamentum.* Franc. Emman. *in summ. tom.* 1. *c.* 75. Lancellot. Conrad. *in templo omnium iudicum lib.* 1. *c.* 1. §. 3. *vers.* 13. Perez *per text. ibi in l.* 1. *tit.* 9. *l.* 4. *Ordin.*

SVM

SVMMARIVM.

1 *Torneamenta fieri non debent, & n.2.*
3 *Taurorum, aliarúmque ferarum agitationes à quo tempore inceperint, ostenditur.*
4 *Taurorum agitationes Bulla Pij V. prohibet in regnis Hispaniarum, quoad laicos & Fratres Milites revocata fuit per Greg. XIII.*

CAP. Felicis. I. *Conc. Later.*

1 TOrneamenta ad ostentationem virium, & audaciæ, vnde mortes proueniunt, prohibentur; & si quis in his moritur, sepultura ecclesiastica carere debet, petenti tamen detegenda non est pœnitentia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Cened. *collect.* 13. Viuian. *in rationali l.b.* 5. *iuris Pontif. pag.* 129. Alagona *in compendio iuris Canon pag.* 676. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2 desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *cap.* 20. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit* 12. *cap.* 1.

2 Collige ex text. torneamenta fieri non debere ex eo quod, vt plurimum ex illis reportantur cædes, & grauia vulnera, quando magno armorum conflictu in equis exercitantur, nisi cum tali moderamine fiant, vt esset periculum, licèt rarò, & per accidens sequatur alicuius mors, aut vulnus, vt per Viuald. *in candelab. aureo, part.* 2. *tit. de interdictis num.* 112. Henriq. *in summ. lib.* 7. *cap.* 56. *§.* 4. *lit. R.* Bannes 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 1. *col.* 1386. *vers. circa solutionem*, vbi de intellectu huius text. Cordub. *in tract. cas. conscient. quæst.* 42. plures per Cened. *ad Decretal collect.* 13. *num.* 1. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 3. *quæst.* 61. *art.* 1. *vers. decimo*, vbi ex Syluest. ait quòd hastiludium, & torneamentum non sunt idem, & consequenter quod neque semper prohibitio torneamenti habet locum in hastiludio, sed solùm quando inde imminet probabiliter periculum.

3 Similiter ex taurorum aliarúmque ferarum agitationibus cædes & maxima vulnera, & membrorum mutilationes reportantur, quia non est mirum hoc euenire illis, qui ad ostentationem virium suarum, & audaciæ in publicis, priuatísque spectaculis cum tauris, & aliis feris bestiis congredi non cessant, à quo autem tempore inceperint huiusmodi taurorum agitationes, tradunt Fr. Hieron. Roman. *lib.* 10. *de repub gentilitia cap.* 6. Orozco *en el thesoro de la lengua Castellana, verbo toro animal.* Vnde super prohibitione agitationum taurorum, aliarúmque ferarum, & annullatione votorum, & iuramentorum super eisdem pro tempore interpositorum extat Bulla Pij V. Romæ publicata die 15. Nouembris 1567. quam referunt Nauarr. *in man.* 15. *num.* 18. *cum seqq.* Stephan. Quarant. *in summa bullarij, verbo torneamenta.*

4 Neque ignorandum est quòd prædictæ constitutionis pœnæ, & censuræ in Regnis Hispaniarum quoad laicos, & fratres Milites tantùm quarumcunque militiarum (dummodo sactis Ordinibus initiati non fuerint) reuocata fuerunt per Gregor. XIII. duabus adhibitis conditionibus, scilicet vt agitationes taurorum festis diebus non fiant, necnon prouiso per eos ad quos spectabit, quod exinde alicuius mors quoad fieri poterit, sequi non possit, per quem in reliquis à Pio V. sancitis nihil immutatur, vt latiùs in quibusdam litteris ab eo editis die 25. Augusti anno Domini 1575. continetur, quarum litterarum tenorem recensent Salzed. ad Bernard. *in pract. cap.* 72. *aliàs* 35. *in nouiss. edit.* Stephan. Quaranta *d. verbo torneamenta.*

5 Insuper in eiusdem Hispaniarum Regnis duntaxat, ac cum eisdem conditionibus Clemens VIII. abundantiùs prædictas pœnas, & censuras in Pij V. constitutione contentas sustulit, & amouit, scilicet quoad omnes in ea expressos (exceptis monachis, & Fratribus Mendicantibus, cæterísque Regularibus cuiuscunque Ordinis, & instituti) illam ad terminos iuris communis reducendo, non tamen illi derogando. Monet tamen Sua Sanctitas, ac in Domino hortatur clericos seculares beneficia Ecclesiastica obtinentes, vel in sacris Ordinibus, seu in Ecclesiastica dignitate constitutos existentes ne paterna hac eius benignitate abutantur, prout plenius in suis litteris datis Romæ sub die 13. Ianuarij 1596. habetur, quarum litterarum contextum referunt Quarant. *vbi suprà*, & Franc. Emman. *quæst. Regular. tom.* 3. *quæst.* 68. *art.* 2. vbi notat aliqua non contemnenda.

6 De quarum constitutionum intellectu multa tradunt Nauarr. *d. num.* 18. *cum tribus seqq.* Petr. Nauar. *in tract. de restit. lib.* 2. *cap.* 3. *numero* 20. *cum seqq.* Spin. *in speculo testam. gloss.* 2. *princip. à num.* 27. Fr. Emman. *in summ part.* 2. *cap.* 73. Ioan. Garcia *de expensis cap.* 21. *num.* 29. Gutierr. *canon. lib.* 1. *cap.* 7. & citati à Cened. *d. collect.* 13. *num.* 3. Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 15. *à princip.* Illustriss. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. Presbyteri* 19. *num.* 4. *dist.* 34. Marian. *tract. de spectaculis cap.* 23. & 25. Amescua *de potest. in se ipsum lib.* 2. *cap.* 11. Amaia *l.b.* 3. *obseruat. iuris cap.* 5. *à num.* 69. Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol.* 134.

7 *Ecclesiastica tamen careat sepultura*, &c.] Notatur ad hoc quòd morienti in torneamento (quod quidem de eo, qui venit causa se exercendi, non autem de stante intelligitur) licèt cum vulnere lethali superuixerit, & pœniteat, atque ei Eucharistia non denegetur, ecclesiastica carebit sepultura, vt per Fr. Emman. *d. art.* 1. *vers. decimo*, vbi similiter denegandam asserit armigeris, & seruientibus in armis. Sic eodem modo morientes in duello sepultura esse priuandos definiuit Concil. Trid. *sess.* 25. *de reformat. cap* 19. D. Martin. Carrillo *en la explicacion della Bulla de los defunctos, part.* 2. *cap.* 4. *num.* 55. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 22. *num.* 76. *vers. accedit.* Non autem sunt priuandi ecclesiastica sepultura morientes in congressibus cum tauris, aliísque bestiis, quia Clemens VIII. non solùm pœnam excommunicationis, sed etiam alias pœnas positas à Pio V. omnino sustulit, reducendo eos ad terminos iuris communis, in quo talis priuatio sepulturæ non inuenitur contra taliter decedentes, ita post Fr. Emman. & Alcozer resoluit Hieronymus Rodericus *d. resol.* 134. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Ludenti apposita pœna, an comprehendat etiam ludum spectantem remissiuè.*

CAP. Ad audiendam. II. & fin.

Alexand. III.

ACcedens ad locum torneamenti non animo pugnandi, sed alia causa, veluti exigendi debita, si casu moriatur, in loco sacro est sepeliendus. Colligunt

ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mart. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 129. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 677. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. August. *coll.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 7. *cap vnic.*

2 *Non animo ludendi, sed percipiendi,* &c.] An pœna apposita ludentibus comprehendat etiam ludum spectantes, vide Auil. *ad c.* 29. *Prætorum, verbo ni tableros n.* 2. Azeued. *l.* 2. *n.* 32. *cum seqq. tit.* 7. *lib.* 8. *nouæ recop.* Ludouic. Boninsing. *de iustis negot. tract. de ludo cap.* 3. Rebell. *de obligat. iustitiæ, part.* 2. *lib.* 12. *quæst. fin. n.* 6. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *quæst.* 109. *n.* 34. vbi *n.* 37. de participante, quos refert pater meus *in annot. ad Ord. Regias Lusitan. lib.* 5. *tit.* 82. *in princip. num.* 1.

De Clericis pugnantibus in duello.

TIT. XIV.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panor. Mart. Socin. Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 284. *verso*, Daniel. Venator. *in analysi methodica iuris Pontif. à pag.* 641. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in exposit. titulorum iuris Canon.* Zypæ. *in analytica posterni iuris Ecclesiastici enarrat. pag.* 395. omnes *sub hoc tit.*

De duello, illius prohibitione, & pœnis vide Concil. Trid. *sess.* 25. *de reform. cap.* 19. Pium V. *in sua const. incip. ea quæ à prædecessoribus. sub Dat. Idibus Nouemb.* 1560. Greg. XIII. *in sua const. it. incip. Ad tollendum, sub Dat.* 24. *Decemb.* 1582. Clement. VIII. *in sua constit. incip. Illius vices, sub Dat.* 2. *Septemb.* 1592. apud Lusitanos Ordin. Regiam *lib.* 5 *tit.* 43. vbi notat pater meus, Ioan. de Lign. *tom.* 12. *tract. Doctor. fol.* 281. And. Alciat. *eod. tom.* 12. *fol.* 295. Antonius Massa Gallesius *tom.* 12. *fol.* 313. Iacob. de Castello, aliàs de Villasancta, *tom.* 12. *fol.* 284. Iuli. Ferret. *tom.* 12. *fol.* 308. Henric. Bocer. Luc. Floron. Anton. Alexand. Peregrin. *in particularibus tract. de duello*, Caiet. Armil. Syluest. & alios summistas verbo *duellum*, Nauarr. *cons.* 1. & 2. *de purg. vulgari*, Perez *per text. ibi in l.* 3. *gloss.* 1 *per totam tit.* 13. *lib.* 8. Ordin. Azeued. *l.* 10. *num.* 18. *tit.* 8. *lib.* 8 *nouæ recop.* Mench *illustr. cap.* 49. *num.* 11. *cum seqq.* Lancellot. Conrad. *in templo omnium iudicum lib.* 1. *c.* 1. §. 3. *vers.* 13. & *in suo tract. de duello*, Bernard. & Salzed. *in pract. cap.* 100. *alias* 103. *in nouiss. edit.* Alciat. *in lib. de singulari certamine, & in cons. de materia duelli in fine d. libri*, Maior. *de irregul. lib.* 5. *cap.* 18. Petr. à Nauarr. *de restit. tom* 1 *lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 280. *cum seqq.* Mich. Salon. 2. 2. *quæst.* 64. *art.* 2. *controu* 3. Viuald. *in candel. aureo tit. de suspens. num.* 68. *cum seqq.* Burg. de Pace *in l.* 1. *Tauri ex num.* 413. *vsque ad num.* 421. Ioseph. Ludouic. *Lucensi decis.* 11. plures refert Doctores Cened. *ad Decret. collect.* 117. *num.* 4. quibus adde ex nostris Viuian. *tom.* 2. *commun. opinion. in fine tract. de feudis. tit.* 2. *n.* 85. Zerol. *in praxi Episcop. verbo duellum*, Steph. Quarant. *in summa bullarij eod. verbo*, Galett. *in margarita casuum conscientiæ eod. verbo*, Bobadill. *in sua politica lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 41. Petr. Caball. *in tract. de omni genere homicidij, num.* 76. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. part* 4. *q.* 119. *num.* 23 & *cons.* 9. *lib.* 1. Et ex Theologis Henriq. *in sum. part.* 2. *lib.* 13. *ca.* 19. *num.* 3. Bañes 2. 1. *quæst.* 64. *art.* 7. *dub.* 3. Sayr. *in claui Regia lib.* 7. *cap.* 13. *à num.* 12. & *d. cons. lib.* 3. *cap.* 31. *à num.* 29. Soar. *eod. tract. disp.* 31. *sect.* 4. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 3. *quæst.* 62. *art.* 1. *vers. decimo*, Paul. Comitol. *resp. moral. lib.* 6. *quæst.* 13. *cum seqq.* Azor. *institut. moral. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 5. Martin. Delr. *disquisit. magic. lib.* 4. *cap.* 4. *sect.* 2. Molin. *de iust. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 17. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 21. *c.* 7. *num.* 75. *cum seqq.* Bonac. *de censur. disput.* 2. *quæst.* 6. *puncto* 2. Sanch. *in præcepta Decalogi lib.* 2. *c.* 39. *n.* 19. *cum multis seqq.* Bonacin. *de censur. extra Bullam disp.* 2. *quæst.* 3. *puncto* 48. Molfes. *in summ. Theolog. mor. tract.* 7. *c.* 18. *n.* 17. *cum seqq.* Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 15. *n.* 103. *cum seqq.* & *tom.* 2. *tract.* 29. *cap.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Clericus iniens duellum siue obtulerit siue susceperit, deponendus est, poterit tamen Episcopus cum eo dispensare si mors, vel mutilatio membri non sit inde sequuta.*

2 *Clerici pugnantes in duello, seu ad illud prouocantes sunt suspendendi.*

3 *Duello pugnantes quas pœnas hodie incurrant, iuxta varias Summorum Pontificum constitutiones, ostenditur.*

4 *Suspendendus attento iure communi erat clericus propter duellum sequuta pugna.*

5 *Clericus pugnans in duello suspendendus erat.*

6 *Papa solus absoluere potest à pœnis incursis per pugnantes in duello.*

7 *Episcopus virtute Conc. Trid sess.* 24. *de reformat. cap.* 4. *an possit absoluere duellantes, si delictum sit occultum, ostenditur.*

CAP. Porrò. I. *Alex. III.*

CLericus si sponte alicui duellum obtulit, vel oblatum acceptauit, est deponendus, sed si non est sequuta mors, vel mutilatio, potest cum eo Episcopus, dispensare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij pag.* 131. Alagona *in compend. iuris Canonici pag* 677. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1 & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 32 *c.* 1. & ex post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *part.* 26. *cap.* 5.

Collige ex text. clericos pugnantes in duello, seu ad illud prouocantes, esse suspendendos, vt per Bernard. *in pract. cap.* 103. vbi Salzed. *in addit.* Henriq. *in summ. lib.* 13. *de excomm. cap.* 39. *num.* 23. Soar. *tom.* 5. *disp.* 31. *sect.* 4. *num.* 48. Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *c.* 73. *in fine*, Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 2. *c.* 39. *num.* 18. Bonacin. *de censur. disp.* 2. *quæst.* 6. *punct.* 1. *n.* 13. Rursus in Concil. Trid. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 19. excommunicantur ipso iure. Præterea Pius IV. *sua const. incip. Ea quæ. Idib. Nouemb.* 1560. præter excommunicationem illos priuat eo ipso omnibus & singulis Ecclesiis, monasteriis, dignitatibus & aliis beneficiis Ecclesiasticis per eos obtentis, seu in quibus, & ad quæ eis ius competit, facitque illos inhabiles ad illa, seu alia in posterum obtinenda. Postea Greg. XIII. *sua const. incip. Ad tollendum, sub Dat. die* 24. *Decembris* 1582. prædictum Concilij Decretum, & Pij IV. constitutionem extendit ad omnes illos, qui ex constituto tempore, & in loco conuento monomachiam commiserint, etiamsi nulli patrini, sociive ad id vocati fuerint; nec loci securitas habita, nullæve prouocatoriæ litteræ, aut denuntiationis chartulæ præcesserint,

cesserint. Denique Clemens VIII. *sua constit. incip. Illius vices.* Romæ publicata *die 2. Septembris.* 1592. extendit, & ampliat præd. Concilij Decretum, ac suprà dictas constitutiones contra pugnantes in duello publicè, vel priuatim, necnon contra mittentes, scribentes, aut diuulgantes chartulas prouocatorias, aut scripta, quæ dicuntur manifesta, eorúmque fautores & complices, quas omnes constitutiones refert Stephan. Quarant. *in summ bullary verbo duellum.* Vide aliqua ad *c. 1. de purg. vulg.*

4 *Siue victor, siue victus fuerit.*] Ergo non satis est prouocatio ad duellum, illiusve acceptatio, vt attento iure huius text. clericus duellum suscipiens suspendendus esset, nisi pugna sequatur, vt Soar. *d. sect. 4. num. 48.*

5 *Deponendus.*] Ergo clericus huius criminis reus non est suspensus, vt dicit Syluest. *verbo suspensio vers. 11.* sed deponendus, ex Nauar. *in man. c. 27. num. 156.* quem refert, & sequitur Salzed. ad Bernard. *d cap. 103. statim in princ.* Peregrin. *de duello quæst. 6. num. 5.* Floron. *c. 5. n. 22. cum seqq.* Bonacin. *de censur. extra Bullam disp. 3. quæst. 1. puncto 48. num. 21.* vbi refert Pium IV. priuare beneficiis, dignitatibus, & officiis ecclesiasticis clericum pugnantem in duello, & facere illum inhabilem ad illa, vel alia imposterum obtinenda.

6 *Si cum ipso suus Episcopus*, &c.] Hodie per suprà dictam Clementis VIII. constitutionem à pœnis excommunicationis maioris, priuationis omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, inhabilitatisque ad illa, & alia in postremum obtinenda, nullus potest absoluere nisi Romanus Pontifex: dubium tamen est an virtute concilij Tridentini *sess.* 7 24. *de reform. cap. 6.* possit Episcopus absoluere quando delictum est occultum, vide Bonacin. *de censur. part. 2. quæst. 4. puncto 2. n. 15.* vbi affirmatiuè respondet, & *in vers. tertio.* resoluit Religiosos posse absoluere iuxta sua priuilegia, modò reuocata non fuerint, sicut de facto reuocata fuerunt per Clem. VIII. *in d. sua constit.* de qua *suprà* mentio facta fuit, quod etiam repetit idem Bonacin. *d. puncto 48. n. 39.*

SVMMARIVM.

1 *Irregularis est clericus non solùm si ipse interficit per se, sed etiam si pugil ab eo datus aduersarium occidit.*
2 *Monomachiæ purgatio nullo iure permissa.*
3 *Irregularitatem non incurrit dans in bello iusto ante conflictum hastam siue ensem, siue aliud genus armorum militi pugnanti.*
4 *Dispensare an possit Episcopus cum homicida voluntario quoad simplex beneficium ostenditur.*

CAP. Henricus. II. & fin.

Clemens III.

1 CLericus, qui secundùm consuetudinem patriæ in aliqua lite deficiente probationem introducit pugilem, qui in duello pugnet cum ligitante, si aliquis interficiatur, est irregularis, quia homicidium committitur non solùm facto, sed etiam præcepto, consilio, defensione, cum eo tamen circa beneficium poterit Episcopus dispensare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panor. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 132.* Alagona *in compend. iuris Canon. p. 677.* remissiuè Ximen. *in conc. p. 1.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 8. cap. 2.*

Secundum prauam terræ consuetudinem, &c.] Notatur 2 ad hoc quòd monomachiæ purgatio nullo iure permissa est, & ideo omnis consuetudo in contrarium inualida est, vt per Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 4. c. 3. quæst. 4 sect. 2. vers. vt est.*

Licet non ipse, sed alius pro eo, &c.] In bello tamen 3 iusto ante conflictum potest quis absque metu irregularitatis dare hastam, siue ensem, siue aliud genus armorum militi pugnanti, Specul. *in tit. de dispensat. §. 4. num. 34.* Tabien. *verbo irregularitas. 3. §. 21. concl. 14.* Bellet. *disquisit clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 5. num. 115.* Bonacin. *de censuris, disp. 7. q. 4. puncto 4. num. 11.*

Poterit tamen cum eo, &c.] Notatur ad hoc quòd 4 Episcopus potest cum homicida etiam voluntario quoad simplex beneficium obtinendum dispensare, vt per Gutier. *canon. lib. 1. cap. 13. num. 19.* Farin. *in praxi crimin. part. 5. quæst. 119. num 50.* vbi *num. 60.* asserit procedere nisi Episcopus dispensaret in præiudicium illius, qui beneficium homicidæ impetrauit, tunc non valet talis dispensatio etiam ante litis pendentiam, ex quo impetranti iam est ius quæsitum ad illud beneficium, & *num. 61.* dicit secus esse quoad beneficium cum cura animarum, & quoad ministerium Ordinis, & altaris, ad hæc enim non Episcopus, sed solus Pontifex dispensare potest, quod etiam tenent Rebuff. *de pacificis possess. num. 263.* Flamin. *de resignat. benefic. lib. 9. q. 16. num. 52. & seq.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 18. q. 2. vers. quares postremo.* Et iam hodie concil. Trident. *sess. 14. de reformat. cap. 7.* is, qui homicidium voluntarium commisit, nullo tempore ad sacros Ordines promoueri potest, nec illi aliquod Ecclesiasticum beneficium etiam sine cura conferendum, quod ex illo tradunt Gutier. *d. cap. 13. num. 13.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 7. num. 14, & 15.* Farinac. *d. q. 119. num. 62.*

De Sagittariis.

TIT. XV.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabar. Ioan. And. Anch. Butr. Panorm. Mar. Soc. Petr. de Rauen. *in compendio iuris Canon.* Dan. Venat. *in analysi methodica iuris Pontificij pag. 642.* Goffred. & Host. *in summ huius tit.* Alex Cassan. & Anast. Germ. *in paratitl. ad quinque lib. Decret.* Barthol. Carthag. *in exposit. tit. iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 5. sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicandi sunt balistarij & sagittarij contra Christianos.*
2 *Sagittarij, seu balistarij qui sunt ostenditur.*
3 *Lex continens verba solum comminatoria ferendam sententiam nuntiat.*

CAP. Artem. vnic. *Honor. III.*

EXcommunicandi sunt, qui exercent mortiferam 1 artem balistarum, & sagittariorum contra Christianos, & Catholicos. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Anania, Host. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 133.* Alagona *in compendio*

iuris canonici pag. 678. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2 refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5 *tit.* 19. *c. vnic.*

2 *Balistariorum.*] De arte balistariorum vide Sylvest. *in summ. verbo ars quæst.* 3. quem refert Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 2. *cap.* 15. *in fine.* Balistarij, seu sagittarij sunt certi homines, qui fœderantur dæmoni, eique animæ & coporis dominium addicunt, illeque vicissim pollicetur se adfuturum vt quem longissimè dissitum volent, infallibili ictu traiiciant, ita Mall. *p.* 2. *q.* 1. *c.* 16. Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 3. *c.* 1 *q* 4. *sect.* 4. *in princip. pag. mihi* 209. & Torreblanc. *in tract. de Magia, lib.* 2 *cap.* 39 *ex num.* 24. vbi *num.* 26. subdit quòd Diabolus hoc præstare solet ad sactæ parœmiæ imitationem, dum simili facto propheta Syriam delere protestetur Regi Israel. Reg. 4 *cap.* 13. *Tolle sagittas, qui cùm tulisset, rursus dixit ei, Percute iaculo terram, & cùm percussisset tribus vicibus, & stetisset, iratus est vir Dei contra eum. & ait, Si percussisses quinquies, aut sexies, aut septies, percussisses Syriam vsque ad consummationem, nunc autem tribus vicibus percuties eam.*

3 In glos. *Sub anathemate*, fin. Notatur ad hoc quòd quando lex continet verba solum comminatoria, vt si dicatur, sub anathemate, sub pœna, sub interminatione, sub districtione, sub maledictione, &c. tunc est casus ferendæ sententiæ, glos. similis *verbo sub interminatione in cap. sicut il.* 2. *de simon.* Castr. *de potestate legis pœnalis lib.* 2. *cap.* 1. *vers. prima regula*, Tiraquel. *in l. si vnquam verbo reuertatur num.* 254. 255. & 260. Ludouic. Carbon *in tract. de legibus lib.* 8. *disp.* 6. *in princip. vers. prima.* plures quos refert, & sequitur Cened. *ad Decretal. collect.* 38. *num.* 2. quibus adde Battr. *decis.* 129. *part.* 3. *secundum impress.* Hentiq. *in summ. lib.* 13. *de excommunicat. c.* 10. *num.* 2. Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *c.* 74. *num.* 3. Spin. *in speculo testam gloss.* 11 *rubr num.* 41. Menoch. *de præsumpt. lib* 5. *præsumpt.* 49. *num.* 13. Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *c.* 8. *num.* 19. Monet. *de distribut. quotid. part* 4. *quæst.* 6 *num.* 53. qui hoc limitant, quando simul cum his verbis apponerentur alia importantia latam sententiam, vt si dicatur, sub pœna excommunicationis, quam statim contraueniendo incurras, quam ipso facto incurras, &c.

De Adulteris, & stupro.

TIT. XVI.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabarell. Anch. Butr. Ioan. Andr. Panorm. Mari. Soc. Guillelm. Durand. *in Breuiario aureo iuris Canon. fol.* 141. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 184. *verso*, Dan. Venat. *in analysi methodica iuris Pontificij pag.* 643. Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex Cassan. & Anast. Germ. *in paratitlis ad quinque lib. Decretal.* Lancellot. *in institut. Canon.* Barthol. Carthag. *in exposit. tit. iuris Canon.* Zipæus *analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. p.* 398. Canis. *in summa iuris Canon.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 5. *sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De adulterio, eiúsque pœnis, vide apud Lusitan. Ord. Regiam *l.b.* 5. *tit* 25. vbi notat parens meus, & apud Castellanos *tit.* 17. *part.* 7. vbi Greg. Lopez, & *tit.* 7 *de los adulteros lib.* 4. *leg. fori, & tit.* 15. *lib* 8. *Ordin.* vbi Perez, & *tit.* 20. *lib.* 8. *nouæ recopil.* vbi Azeued. Clar. *in pract. §. adulterium*, Anton. Gomez *l.* 80. *Tauri num.* 46. *cum seqq.* Bermond. *de publicis concubin. tit. de adulter.* Vela *de delictis cap.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 419. & *cons.* 31. *num.* 4. *cum seqq.* Mascard. *de probation. conclus.* 57. Viuian. Soar. Kirchou. & alios *tom.* 2. *commun. opinion. lib.* 9. *tit.* 7. *pag.* 464. Petr. Cabell. *resolut. crimin. casu* 200. Ceuall. *communium contra communes quæst.* 734. Cardos. *in praxi iudicum*, *verbo adulterium* Pradill. *in summa legum pœnal. part.* 1. *cap.* 9. Don. Christoph. de Pace *in scholiis ad leges styli il.* 61. *à princip. & l.* 93. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 141. & 142. Molin. *de instit. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 89. *cum seqq.* Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib* 3. *cap.* 7. & 8. Hortens. Caualcan. *de brachio Regio part.* 1. *num.* 282. *vers. in summa* Et de pœnis contra adulteros apud varias nationes nuncupatim Christoph. de Pace *d. l.* 62. *à princip.* Sayr. *in claui Regia lib.* 8. *cap.* 3 *num.* 3. & 4. Farin. *d. quæst.* 140. *num.* 11. Pineda *è Societate Iesu tom.* 2. *in Iob. cap.* 31. *vers.* 12. *pag. mihi* 522. Aloys. Riccius *in collect. decis. p.* 1. *collect.* 235. De huius criminis grauitate, & atrocitate, vide Perez *l.* 2. *verbo è fiziore adulterio tit.* 15. *lib.* 8. *Ordinam pag.* 288. Menoch. *cons.* 31. *num.* 2. *cum seqq.* Spin. *in speculo testam. gloss.* 17. *princ. à num.* 77. Ceuall. *d. quæst.* 744. *num.* 8. & 9. Peneda *in vita S. Ioannis Baptistæ lib.* 3. *art.* 1. *cap.* 1. *pag.* 13. Farin. *d. quæst.* 141. *à princip.* Gregnet. *de iure publico lib.* 1. *tit.* 35. *num.* 36. *cum seqq. vsque ad finem*

De stupro vide Clar. *in pract. §. stuprum*, Bermond. *de publicis concub. tit. de stupro*, Conlad. *in pract. tit. de stuprator. bus.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 40. *c.* 9. *de stupro* Cardos. *in praxi iudicum verbo stuprum.* Sayr. *in claui Regia lib.* 8. *cap.* 4. *num.* 9. *cum seqq.* Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 11. Farinac. *in praxi criminal. quæst.* 147. Bernard. & Salzed. *in pract cap.* 86. *in nouiss. edit.* Beller. *disquisit. cleric. part.* 1. *tit. de fauore clericali §* 4. *à num.* 116. Galganet. *d. tit.* 35. *à princip. vsque ad num.* 36.

SVMMARIVM.

1 *Virginem stuprans tenetur eam dotare, & ducere in vxorem.*
2 *Virginem carnaliter cognoscens absque seductione, non tenetur eam dotare.*
3 *Minor virginem stuprans pœna huius cap. tenetur.*
4 *Virginitas quomodo probetur, remissiuè.*
5 *Stupratæ asserenti se virginem tempore stupri creditur cum iuramento.*
6 *Scholaris incipiens corrumpere virginem, sed non perficiens, non tenetur de defloratione.*
7 *Virginem corrumpens an copulatiuè teneatur illam dotare, & in vxorem ducere, remissiuè.*
8 *Virginem stuprans nondum viripotentem, qua pœna puniatur, ostenditur*
9 *Virginem vitæ vilis, & minus honestæ stuprans non tenetur de stupro.*
10 *Doctores referuntur de fuco fœminarum multa scribentes.*
11 *Stuprum in cauponæ famulam commissum non est punibile propter vilitatem officij.*
12 *Dos mulieris propter stuprum præstanda quomodo æstimanda, ostenditur.*

CAP. Si seduxerit.

VIrginem non desponsatam seducens, & dormiens cum ea, dotabit illam, & habebit eam in vxorem, & si pater originis nolit eam dare, dotabit eam, secundùm morem regionis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Cened. collect.

collect. 37. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificii p.* 133. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 678. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. Caſal. *in annot.* deſumitur ab Exod. *cap.* 22. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 13. *c.* 1. & Iuon. *p.* 16. *c.* 162. *&* 263.

2 *Si ſeduxerit.*] Ergo ſi non ſeduxerit, non tenetur pœna huius text. de quo vide Ruin. *conſ.* 189. *n.* 9. Perez *in rubr. tit.* 15. *pag.* 278. *col.* 1. *&* 2. *lib.* 8. *Ordin.* Barthol. de Vecchis *in praxi obſeruanda in admittendis ad Religionis ſtatum nouitiis diſp.* 3. *dub.* 4. *num.* 24. vbi ſubdit puellam in dubio præſumi ſeductam in foro exteriori, quamuis vir aſſerat ſe non ſeduxiſſe; nam cognoſcentem carnaliter virginem abſque ſeductione con teneri eam dotare niſi importunis precibus fuiſſet adducta, reſoluunt Nauar. *in man. cap.* 12. *n.* 16. Gom. *l.* 80. *Tauri num.* 10. Bernad. *in pract. cap.* 86. *n.* 5. vbi. Salzed. *verbo non debeat.* Azor. *inſtit. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 6. *quæſ.* 1. plures refert Sanch. *de matrimon. lib.* 6. *diſp.* 14. *num.* 11. vbi contra nonnullos tuetur, hoc caſu nihil teneri parentibus, aut tutoribus reſtituere, eo quòd iis non irrogatur iniuria, cùm ipſa ſit ſuæ virginitatis Domina, & nuptiarum iacturam pati volens poſſit renitente patre, ſequitur Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 10. *comp.* 19. *num.* 140.

3 *Quis.*] Etiamſi ſit minor, nam & is delinquens in hoc crimine non excuſatur, vt per Chald. Pereira *in l. ſi curatorem, verbo vel aduerſarij dolo num.* 55.

4 *Virginem*] In dubio puella virgo præſumitur, ſicut virgo naſcitur, & ſtupratori neganti puellam fuiſſe virginem, incumbit onus probandi, Panorm. *num.* 5. *in præſenti*, Clar. *§. ſtuprum num.* 4. *verſ. ſed pone quòd ſtuprator.* Rot. *deciſ.* 776. *num.* 5. *&* 6. *part.* 4. *diuerſ.* Barthol. de Vecchis *d. dub.* 4. *num.* 24. *in fine* Quomodo autem probetur virginitas, & per conſequens ſtuprum commiſſum, vide Theſaur. *Pedem. deciſ.* 3. *n.* 2. Baiard. *ad Clar. ſtuprum num.* 41. Fulu. Patian. *de probation. lib.* 2. *cap.* 2. *à num.* 6. Maſcard. *eod. tract. concl.* 140. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 89. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 37. *n.* 7. Cardoſ. *in praxi iudicum verbo probatio num.* 9. Farin. *in praxi crim. quæſt.* 147. *num.* 130. *cum ſeqq.* vbi *n.* 141. tenet in hoc obſtetricum relationi, & iudicio ſtari, & *num.* 148. aſſerit ex eo probari virginem fuiſſe defloratam ſi illius camiſia tempore ſtupri fuiſſet reperta ſanguine aſperſa, vel linteamina in quibus cubuit cum viro ſanguinolenta, & *num.* 150. reſoluit quòd per vociferationem, & clamorem mulieris magnum ſtupri indicium oritur.

Vnde in virginitatis amiſſione, & primo viri congreſſu propter ruptionem virginibus dolorem eſſe, & profluuium ſanguinis, cùm virginitas conſtet ex panno, vel camiſia ſanguine madida, tradunt Ioan. Alphonſ. de Fontecha *in ſpeculo medic. Chriſt. num.* 3. Petr. Garc. Carrero ad Galen. *de locis affect. diſp.* 67. *cap.* 1. Sed probabilius eſt in virginitatis amiſſione, ſeu virginis ſtupratione membrum non rumpi, quia in ore vuluæ neque in aliqua eius parte aliquid eſt in cuſtodiam virginitatis, quod deſtruat violator, vt tradunt Andr. Laur. *lib.* 7. *de re anotom. cap.* 12. Marcel. Donat. *lib.* 4. *de admirab. medic. cap.* 15. Fernel. *lib.* 1. *c.* 7. Virginitas igitur ſine vlla membranula eſt in ſola labiorum compreſſione, & ſymphyſi, ſeu coaleſcentium partium anguſtia, quæ cùm ſine dilatione membrum viri admittere nequeant, ex venarum coaleſcentium ruptione fit dolor, & ſanguis, vt docent Io. Alponſ. & Petr. Garc. *citatis locis*, Horat. Auger. *tom.* 2. *epiſt.* 1. *cap.* 4. Franc. Valles *de ſacra philoſoph. cap.* 25. & ideo ſanguinem non eſſe ſignum virginitatis, quia ſine ſanguinis emiſſione virgo cognoſci poteſt à viro, vt tradit Ioan. Fragoſo *de arte medendi, tract. de explanat.* quæ omnia eleganter tractat Torreblanc. *lib.* 2. *de Magia operatrice, cap.* 19. *de virginitate reſtituenda.*

Aduertendum duxi quòd ſtupratæ aſſerenti ſe fuiſſe virginem tempore ſtupri creditur cum iuramento, tum in odium delinquentis, tum etiam, quia talis aſſertio habet præſumptionem naturæ pro ſe; vide plures, quos citat Salzed. ad Bernard. *in pract. c.* 86. *verſ. nec ad huiuſmodi*, Perez *ad rub. tit.* 15. 8. *Ordin. pag.* 279. *colum.* 1. *verſ. dubitatur*, & poſt Salced. Maſcard. Menoch. Gutier. Cardin. Tuſc. alios, quos refert, ita reſoluit Farinac. *d. quæſt.* 147. *num.* 135. *cum ſeqq.* Rot. apud eundem Farin. *deciſ.* 74. *n.* 6. *part.* 4. *ſuæ praxis crimin.* 5

Dormierit que cum ea.] Intellige perfectè, nam ſi ſcholaris cœperit corrumpere virginem, ſed non perfecit, non tenetur de defloratione, vt per Perez *l.* 42. *in addit. tit.* 19. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 392. quem refert parens meus *in annot. ad Ordi. Regiam Luſitan. l.* 5. *tit.* 12. *in princip. num.* 1. 6

Dotabit. eam, & habebit vxorem] Hæc duo non requiruntur copulatiuè, ſed alternatiuè, quod aut dotare, aut in vxorem ſtuprator ſtupratam mulierem ducere teneatur, vt ſentire videntur *hìc* Hoſt. *ſuper verbo noluerit*, & Ioan. Andr. *num.* 5. Anan *num.* 4. Anch. *n.* 4. *& in c.* 2. *num.* 3. vbi etiam Butr. *num.* 2. & ita eſſe in vſu docent Gom. *d. l.* 80. *Tauri num.* 8. Clar. *§. ſtuprum. verſ. ſed quæro.* Et quamuis nonnulli Canoniſtæ, præſertim Innocent. & Hoſtienſ. *in præſenti* tenuerint defloratorem etiam inuitum auctoritate iudicis cogendum eſſe ad matrimonium contrahendum, nihilominus contrariam ſententiam vſu iudiciorum receptam eſſe teſtantur Anton. Gom. *loco citat.* & Gutier. *loco infra citando*, & alij per text. *in cap.* 2. *infrà hoc. tit.* per quem temperatur diſpoſitio huius cap. iubens virginem defloratam &| ducendam; & dotandam ſimul; vnde Rot. *deciſ.* 779. *p.* 4. *diuerſ.* cenſuit ex *hoc tex. & cap. ſeq.* hanc deduci ſententiam menti legiſlatoris conformem, vt qui virginem defloraverit, cum ea præcisè matrimonium contrahere compellatur, ſed cauſatiuè, Anch. *hìc not.* 5. *num.* 5. & Mar. Socin. *num.* 13. *in fine*, Gutier. *can. li.* 1. *c.* 37. *num.* 11. ad hoc enim vt ſtuprator dicatur ducere corruptam, ad hunc effectum ſatis eſt ſi conſtituat ei dotem, quam iuxta qualitatem puellæ & conſuetudinem regionis foret habitura. Si verò renuat illam in vxorem ducere, tenetur ad ſupplendum illud vltra dotem ordinariam, quo illa indiget ad inueniendum virum ſibi æqualem, vt bene inquiunt Ioan. Andr. *hìc num.* 9. *in fine*, Anch Panorm. *num.* 4. Couarr. *de ſponſal. part.* 2. *cap.* 6. §. 8. *num.* 15. & alij. 7

Pro totius tamen materiæ cognitione, & faciliori text. explicatione conſule Nau. *in man. cap.* 19. *ex n.* 16. Pert. à Nauar. *de reſtitut. tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *ex num.* 453. Cordub. *in quæſt. Theolog. lib.* 1. *quæſt.* 13. Perez *in rub. tit.* 15. *lib.* 8. *Ordin.* Menoch. *de arbitr. caſu* 288. *num.* 15. *in addit.* Caball. *reſolut. crimin. caſu* 196. *num.* 12. *verſ. non enim tenetur præcisè*, Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 37. per tot. Cardin. Tuſch. *tom.* 7 *concl.* 709. *num.* 28. *& ſequenti*, Azor. *d. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 5. *quæſt.* 1. *in fine.* Sylueſt. *in ſum. verbo luxuria quæſt.* 5. Beller. *diſquiſit. clerical. part.* 1. *tit. de fauore clericorum reali §.* 4. *n.* 117. Mench. *quæſt. frequent. c.* 7. *num.* 22. *&* 23. Morl. *in emporio iuris part.* 1. *tit.* 1. *quæſt.* 9. *num.* 25. Chald. Pereira *d. verbo vel aduerſarij dolo à n.* 58. Sayr. *in claui Regia lib.* 11. *cap.* 12. *n.* 22. *cũ ſeqq.* Molin. *de iuſtit. tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 104. *à n* 9. Leſſi. *eod. tract. l.* 2. *cap.* 10. *dub.* 3. Rebell. *de obligation. iuſtitiæ part.* 1. *lib.* 3. *quæſt.* 9. Paul Comitol. *reſponſ. moralium lib.* 4. *quæſt.* 16. *&* 17. *num.* 2. Sanch. *de matrim. lib.* 4. *diſp.* 13. *n.* 2. *in med.* Rota apud Farin. *deciſ.* 779. *in* 1. *collect. nouiſſ.* alias *part.* 4. *diuerſ.* idem Farin. *in ſua praxi crimin. part.* 5. *quæſt.* 147. *num.* 97. cum multis ſeqq. vbi *nn.* 98. refert veritatem eſſe quòd ſi vult ducere vxorem,

tenetur

tenetur etiam eam dotare. Quia tamen in hoc mirè variant DD. securiùs duxi in hac re tenendam esse sententiam, quam olim amplexa est Rota *in Taurinen. matrimonij*, 15. *Ianu.* 1590. coram D. Penia, duæ sit ait. Quantum ad primam partem dubij domini conformiter censuerunt Bonum præcisè, & absolutè non esse cogendum ad Alasinam ducendam, iuxta *cap.* 2. *de adulter.* vbi præceptum de ducenda, & dotanda virgine defloratâ non ponitur copulatiuè, vt *in cap.* 1. sed disiunctiuè, tametsi veteres Canonistæ, Innoc. Host. Butr. Zabarel. & plerique alij *in d cap.* 1. *de adulter.* tenuerint defloratorem etiam inuitum iudicis auctoritate cogendum ad matrimonium contrahendum, speciale ibi esse dicentes ratione delicti, vt quis inuitus nuptias inire cogatur. Nihilominus contrariam sententiam esse receptam testatur Gom. *ad l.* 80. *Tauri.* ...3. 8. *vers sed his non obstantibus.* Clar. *in §. stuprum, n.* 3. *vers. sed quæro quæ sit pœna* sensit Panorm. *in d. c.* 1. *de adulter.* Couar. Ioan. Gutier. S. Antonin. & alij paulo antè relati per tex. *in c.* 2. *de adulter.* per quem temperatur dispositio *c.* 1. iubentis virginem defloratam & ducendam, & dotandam simul, nam ex duobus illis capitulis simul iniunctis domini censuerunt hanc deduci sententiam menti Legislatorum conformem, vt qui virginem defloravit, cum ea præcisè matrimonium contrahere non compellatur, sed causatiue, Ranch. *in c.* 1. *de adulter. not.* 2. *num.* 3. *& quæst.* 5. S. Antonin. *part.* 2. *tit.* 2. *c.* 6. §. 1. *vers hodie autem.* Ruin. *cons.* 189. *num.* 8. *lib.* 2. Ioan. Gutier. *canon. quæst lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 11. Nec obstat si dicatur, quòd. *c.* 1. *de adulter.* est desumptum ex veteri Testamento *Exodi c.* 22. vbi recensentur præcepta iudicialia, quòd cùm fuerit relatum in ius Canonicum, per potestatem habentem debet præcisè seruari, S. Thom. *part.* 2. *quæst.* 104. *art.* 5. Syluest. *in summ. verbo Luxuria, quæst.* 5. Paris. *cõsil.* 68. *num.* 106. *lib.* 4. Imol. *in c. cum tanto, num.* 7. *&* 8. *de consuetud.* quoniam dixerunt domini quod idem legislator, qui in corpus Iuris Canonici reduxit, & viuificauit illud præceptum ex veteri Testamento, quod aliàs erat mortuum, statim *sub eod. tit. de adulter. c.* 2. apposuit aliam dispositionem disiunctè, in qua censetur voluisse præceptum *c.* 1. obseruandum cum illa qualitate, de qua *in c.* 2. Hactenus Rotæ decisio. Et quòd contracto matrimonio aduersùs Sac. Concilij Trident. formam sponte & voluntariè, mulier à præsumpto marito de florata fuerit, ab eo est dotanda, resoluit Francisc. Molin. *de vitu nupt. lib.* 1. *comp.* 19. *num.* 143. *cũ seqq.* Aduerto reperisse apud. Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 11. *tit.* 12. *n.* 20. *cum seqq.* Ioan. Bapt. Costa *de facti scient. & ignor. cent.* 2. *dist.* 12. *num.* 12. dispositionem huius text. & seq. tria requirere, seductam fœminam, sequutam copulam, & virginitatem deperditam.

8 Qua autem pœna puniatur stuprans virginem nondum viri potem, vide Menoch. *d. arbitr. casu* 94. Gom. *l.* 80. *Tauri. num.* 42 *& tom.* 3. *vari. cap.* 1. *num.* 60. *vers. ex quibus* Aloys. Riccius *in collect. decis. part part.* 4. *collect.* 1412. Perez *ad rub. tit.* 15. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 280. Chald. Pereira *d. vero vel aduersario dolo n.* 56. Cened. *d. collect.* 37. *num.* 2.

9 Limita principalem text. conclusionem non procedere quando virgo erat vitæ vilis, & minus honestæ, vel vagans passim, non seruato verecundiæ pudore, vt per Bursat. *cons.* 69. *n.* 13. *lib.* 1. Menoch. *d. casu* 288. *in addit. n.* 18. Farin. *cons.* 90. *n.* 1. *cum seqq.* Steph. Grat. *discept. forens. c.* 5. *n.* 44. *cum seqq. & c.* 35. *n.* 34. resoluit quòd stuprum cessabit, neque erit accusabile stante vilitate personæ in moribus scilicet, non verò respe-
10 ctu generis, vel paupertatis. Genus illud mulierum, quæ fucis vtuntur, rubeo, & aquis stillantibus impudiciæ signum ostendit, secundùm Terent. *dum moliuntur, dum comuntur annos est*, contra quas inuehit S. Cyprian. *in lib. de habitu Virginum*, dum ait quòd manus Deo inferunt, quando illud, quod ille formauit, reformare contendunt, & certè nisi communis abusus esset iste mulierum ferè omnium, non excusarentur, ex S. Thom. 2. 2. *q.* 16. *art.* 2. Multa de fuco fœminarum tradunt citati à Cened. *ad Decretal. collect.* 31. quibus adde Ludouic. Beiam *resp. casuum conscien. part* 2. *casu.* 17. Henriq. *in Sum. lib.* 8. *c.* 57. *& in comment lit. X.* Ioan. Pined. *in Ioh. tom.* 2. *c.* 42. *vers.* 14 *pag. multi gl.* 5. Lessi. *de iustit. lib.* 4. *cap.* 4. *dub.* 14. Bobadil *in politica.* 2. *cap.* 17. *num.* 14. *cum seqq.* Sayr. *in clami Regia lib.* 8. *c.* 6. *num.* 8. Hortens. Caluacan. *de brachio Regio, part.* 6. *n.* 68. *vers. præterea.*

Vnde stuprum in cauponæ famulam commissum non esse punibile propter vilitatem officij, tenuit Gregor. *l.* 3. *verbo ni tauerniera tit.* 14. *part* 4. Alciat. *in l. inter stuprum, num.* 5. *ff. de verbor signif.* Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *glos.* 14. *num.* 17. *& de nobil. c.* 34. *num.* 44. Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, part.* 11. *cons.* 28. Furin. *cons.* 90. *num.* 3.

Si verò pater virginis, &c.] Notatur ad hoc quòd si pater puellæ defloratæ recuset illam nubere cum stupratore, vel etiam ipsa defloratâ recuser, tunc stuprator tenetur eam dotare, vt per Farin. *d. quæst.* 147. *num.* 105. Fr. Barthol. de Vecchis *d. dub* 4. *n.* 25. etiamsi defloratam remiserit dotem, quia si habeat parentes, ac subinde sui iuris non sit, remissio hæc stuprato non prodesset, sicut resoluunt Baiard. *ad Clar. §. stuprum num.* 119. Farin. *d. quæst.* 147. *num.* 117. Barthol. de Vecchis *d. dub.* 4. *n.* 27.

Reddet pecuniam iuxta modum dotis, &c.] Circa æstimationem dotis mulieris propter stuprum præstandam Ioan. Andr. Abb. & alij huius text. decisionem supplent quòd corruptor ipse dare teneatur illud, quod pluris indiget puella cùm corrupta sit ad inueniendum virum sibi æqualem. Quæ quidem interpretatio minimè placet Ananiæ *in præsenti*, cum ex eo text. hic non vulgarem violentiam patiatur, qui potuit facet sine vlla additione intelligendus est quando corruptor vult matrimonium cum corrupta contahere, ipsa verò, vel eius pater nolit, hoc equidem casu sufficit ei dotem constituere, quæ sufficiens foret si virgo fuisset: quam quidem Ananiæ sententiam verissimam iudicat Couar. *de sponsal. part.* 2. *c.* 6. §. 8. *n.* 15. quando corruptor est eiusdem qualitatis, vt matrimonio cum puella copuletur, & iniustè ab ea, vel ipsius parentibus recusatur, alioquin Ioan. Andr. & Abbatem sequitur, quorum sententia verissima est, & seruanda, quia text. *in præsenti* interpretatur vt procedat quando corrupta cum dote consequitur maritum sibi æqualem, secus verò aliàs. Dotis æstimatio quomodo facienda, vide Salzed. *ad Fernand. c.* 86. *lit. E.* Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 36. *d. num.* 8. Farin. *d. quæst.* 147 *num.* 124. *cum. seq.* & quæ quantitas constituenda sit à stupratoe puellæ stupratæ, arbitrio iudicis relinquitur, vt tenet Menoch. *casu.* 288. *à mem.* 18. Farinac. *d. quæst.* 147. *num.* 125. & est constitutum apud Lusitanos per Ordin. Regiam *lib* 5. *tit.* 23. *in princip. vers for. adhæ. trada pello inlgador.*

Vtrùm autem habens rem cum puella virgine, ipsa tamen consentiente committat stuprum, cum ipsa consentiente committat stuprum, continens malitiam specie distinctam à simplici fornicatione, & necessario in confessione explicandam, quæstio est dubia, in qua vna sententia affirmat ex eo, quia in tali defloratione virginis reperitur iniustitia, non contra ipsam personam virginis, quia consentienti non fit iniuria, sed contra finem naturæ, ad quam conceſſit virgineum clauſtrum, cui non potest puel-

lam

lam renuntiare, est enim custos, non domina illius signaculi; tum quia per stuprum infertur iniuria patri, qui custos est corporis filiæ suæ siue illa consentiat, siue dissentiat, nam per filiæ consensum non subtrahitur filia à custodia, & cura patris, vel tutorum qui gerunt curam patris; quare hanc partem sustinent Caiet. 2. 2. *quæst.* 154. *art.* 6 *ad* 1. *dub.* Iacob de Graff. *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 79. Soar. tom. 5. *disp.* 22. *sect.* 4. *num.* 6. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 30. *c.* 3. *n.* 66. Villalob. *in sum. tom.* 2. *tract.* 30. *diffic.* 10. *n.* 6.

1 Altera verò sententia, cui tanquam probabiliori adhæreo, tenet stuprum si fiat consentiente puella non contineri specialem deformitatem, vel iniuriam supra simplicem fornicationem. Ratio est quia non non reperitur in stupro specialis deformitas, nisi adsit specialis iniuria, sed quando puella voluntatiè consentit, non infertur iniuria, nam scienti & consentienti non fit iniuria, ergo in stupro propter consensum puellæ non reperitur specialis malitia; nec valet dicere quòd in strupro saltem reperitur iniuria contra parentes, vel tutores inuitos, hoc enim falsum est, nam puella est domina suæ virginalis integritatis; &
2 ideo hanc sententiam tuentur Vasq. *in opusc. de restit.* 6. 3. §. 1. *dub.* 1. *n.* 6. Ægid. de Coninck *de sacram. tom.* 2. *disp.* 7. *dub.* 4. *n.* 19. Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 14. *n.* 1. Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 10. *dub.* 1. Ioan. Sanctius *in sect. disp.* 29 *num.* 7.

Vtrùm autem huiusmodi stuprator, qui sua egestate non potuit dotare puellam stupratam, ac proinde in subsidium corporaliter castigatus fuit, si peruenerit ad pinguiorem fortunam, teneatur dotem constituere? in quo dubio negatiuè est respondendum, quia per luitionem in corpore dicitur satisfactum, & sic illa castigatio loco solutionis succedit, vt arg. text. *in l. sed si vnus. ff. de iniur.* resoluit Buccaron. *de different. inter iudicia ciuil. & crimin. differ.* 191. *ex num.* 2. vbi citat inter alios Petr. Caball. *resol. crimin. casu* 77. *n.* 29.

SVMMARIVM.

1 *Stuprator, qui non vult puellam in vxorem ducere, quomodo castigetur, ostenditur.*
2 *Stuprator an possit per procuratorem se defendere, remissiuè.*

Cap. Peruenit. II. *Greg.*

1 VIrginem decipiens, & stuprans, debet eam in vxorem ducere, & si eam renuit corporaliter castigatus, & excommunicatus in monasterium detrudendus est in quo agat pœnitentiam, & à quo non egrediatur sine licentia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocentius, Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij pag.* 132. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 678. remissiuè Casal. *in annos.* & Ximen. *in concord p.* 1. & 2. desumitur ex D. Greg. *lib.* 2. *regist. epist.* 42. *cap.* 81. *indict.* 11. & refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 13. *cap.* 2.

2 *Corporaliter castigatus*, &c.] Notatur ad hoc quòd si stuprator non vult puellam in vxorem ducere, verberibus castigatur à iudice, prout ei visum fuerit, & excommunicatus in monasterium detruditur ad agendam pœnitentiam, vt per Anton. Gom. *l* 80. *Tauri. n.* 8. & 9. Clar. *in* §. *stuprum num.* 3. *vers. sed quæro quæ sit pœna.* Perez *ad rub. tit.* 15. *glos.* 1. *pag.* 279. *lib.* 8. *Ordin.* Mench. *vsufreg. cap.* 7. *num.* 2. Mori. *in emporio iuris p.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 8. *num.* 25. Petr. Gregor. *syntag. iuris lib.* 36. *ca.* 9 *tit. de stupro, num.* 5 *in fine vers. punitur, & alia pœna*, Thesaur. *Pedem. decis.* 3. *num.* 3. *vers. & si nolit. desponsari*, Gutier. *canon lib.* 1. *c.* 37. *num.* 11. *Rot. decis.* 74. apud Farin. *part.* 4. *sue praxis crimin.* eund. Farin. *part.* 5. *quæst.* 147. *num.* 100. & 109. Barthol. de Vecchis *in praxi nouit. disp.* 3. *dub.* 4. *num.* 28. An hoc casu possit reus per procuratorem se defendere, vide Hippol. *cons.* 9. *num.* 5. Tiraq. *in tract. res inter alios pag. mihi* 7. Clar. §. *fin. q.* 32. *num.* 9. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 80. *à num.* 17. & *num.* 103. & 104. Farin. *in praxi crimin. q.* 99. *num.* 32. vbi negatiuè resoluit.

SVMMARIVM.

1 *Maritus retinens adulteram coniugem, non peracta pœnitentia particeps est delicti, secus si egit pœnitentiam.*
2 *Vxorem in adulterio persistentem tenetur vir deserere sub culpa mortali.*
3 *Verba*, reus erit, *non sunt latæ sententiæ.*
4 *Turpitudinis patronus censetur, qui vitium vxoris celat.*
5 *Adulteram vxorem resipiscentem fas est viro sibi reconciliare, non sæpè tamen adulteram admittere.*
6 *Declaratur text. in cap. quemadmodum in fine, de iureiurando.*

Cap. Si vir. III. *Conc. Arelat.*

MAritus sciens suam vxorem deliquisse, nec egisse pœnitentiam, cùm adhuc in fornicatione permaneat, si vixerit cum illa, erit reus, & particeps delicti. Si verò mulier dimissa egerit pœnitentiam, & voluerit ad virum reuerti, debet, sed non sæpe, recipere peccatorem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Cened. *collect.* 137. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij pag.* 134. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 678. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 13. *cap.* 3.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Couar. *de sponsal. part.* 2. *cap.* 7. §. 2. *num.* 4. Sot. *in* 4. *dist.* 36. *q. vnic. art.* 1. & 2. Clar. § *adulterium num.* 18. *vers. quinimo*, Mozz. *de contract. tit. de matrim.* § *fin. num.* 70. *vers. quod debitum*, Perez *l.* 2. *vers. & maritus habens tit.* 15. *lib.* 8. *Ordinam.*

Sed permanet in fornicat. &c.] Ergo vir sub culpa 2
lethali tenetur vxorem in adulterio persistentem deserere, de quo Perez *l.* 2. *vers. quæritur vlterius quanto tempore. tit.* 15. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 308. Petr. de Ledesma *de matrim. q.* 62. *art.* 2. *concl.* 2. ac proinde peccatum mortale tunc esse non abstinere à copula carnali coniugali, siue petendo, siue reddendo tenent Gou. *de sponsalib. p.* 2. *cap.* 7 §. 2. *num.* 4. Iacob de Graffiis *in aureis decision. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 84. *num.* 6 Marien. *in rub. tit.* 1. *glos.* 1. *num.* 101. *lib.* 5. *nouæ recop.* D. Barbos. *in l.* 2. *p.* 1. *princip num.* 102. *ff. solut. matrim.*

Reus erit.] Non est latæ sententiæ, vt per Sayr. *in clau-* 3
ui Regia lib. 3. *cap.* 8. *n.* 20.

Et eius peccati particeps.] Notatur ad hoc, quòd particeps censetur turpitudinis, qui vitium vxoris celat, & qui illam in adulterio deprehensam retinet, lenocinij reus censetur, vt per Baiard. *ad Clar.* §. *adulterium num.* 119. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 5. *num.* 5. *vers. non autem censebitur*, Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 142. *num.* 74.

Quòd si mulier dimissa. &c.] Notatur ad hoc, quòd 4
fas est viro vxorem adulteram resipiscentem sibi reconciliare, non sæpe tamen adulteram amittere, vt

per

per Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 13 *num.* 3. Ad tex. verò *in cap. quemadmodum, in fine, sup. de iureiur.* quantenus huic obstare videtur, dum habet, virum posse sæpe vxori adulterium remittere, respondet D. Barbos. *d. num.* 102. & Sanch. *d. num.* 3. quod quamuis vir possit sæpe remittere, Ecclesia tamen non intercedit pro adultera sæpe relabente, ne peccandi ansam offerre videatur. Ad illud autem concilium *Matth.* 18. ibi, *non dico tibi septies, sed vsque ad septuagies septies.* respondit idem Sanch. *loco citato*, quòd non intelligitur de pœna externa delicto debita, qualis est diuortium, quando spes veniæ ansam præbet in delicto persistendi, & correctionis spes cessat: quia, vt inquit Sot. *in* 4. *dist.* 36. *quæst vni. art.* 2. *concl.* 1. quamuis sæpe consilium sit vxorem adulteram resipiscentem admittere, ne viro destituta, & inopia pressa libidini vacet, quo quæstum acquirat, si tamen multoties reconciliata abutens venia ad pristinum more canis vomitum redeat, præstabit vtique eam non admittere, quoniam spem omnem correctionis adimit.

SVMMARIVM.

1 *Maritus propter suspicionem potest accusare vxorem de adulterio, & in accusando præfertur cæteris.*
2 *Maritus potest accusare vxorem ob violentam adulterij suspicionem.*
3 *Maritus solus de iure Lusitano, & Castellæ contra vxorem, & adulterum querelam intentare potest.*

CAP. Maritis. IV. *ex Conc. Paris.*

1 MAritus ex suspicione potest vxorem de adulterio accusare & in accusando præfertur aliis, sic & in defendendo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiqu. Innoc. Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Henriq. Mar. Socin. Vivian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij pag.* 135. Alagona *in compend. iuris Canon. p.* 679. remissiue Ximen. *in conc. p.* 2. refertur à Buchar. *lib.* 16. *Decret. c. vlt.* & ab Ant. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 13 *cap.* 5.

2 Collige ex text. posse maritum accusare vxorem ob adulterij suspicionem, violentam scilicet, secundum *glos. hic, verbo ex suspicione*, vt per Henriq. *in sum. lib.* 11. *de matrim. cap.* 17. *n.* 2. Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disput.* 12. *num.* 41. Morl. *in emporio iuris, part.* 1. *tit.* 1. *quæst.* 9. *num.* 52.

3 *Et ipsis plus cæteris de adult.* &c.] De iure Regni Lusitaniæ per Ordin. Reg. *lib.* 5. *tit.* 23. §. 3. maritus solùm contra vxorem, & adulterum querelam intentare potest, quod & apud Castellanos constitutum est *l.* 2. *tit.* 17 *par.* 7. vbi Gregor. *glos.* 1. & 2. prout antea Cæsareo iure erat dispositum *in l. quamuis la* 2. *C. ad leg. Iul. de adulter.* vide Padil. *in l. transire n.* 92. *C. de transact.* Gomez *l.* 80. *Tauri num.* 49. Auendan. *ad c.* 27. *Pretorium glos. manceba num.* 2. Ant. Gama *de Sacramentis præstandis vltimo supplicio damnatis, q.* 4. *num.* 9. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 1. *collect.* 236. D. Barbos. *in l.* 2. *part.* 1. *num.* 112. *ff. solut. matrim.* Petr. Cabal. *resolut. crimin. casu* 110. *num.* 2. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. quæst.* 104. *num.* 36. *cum seq.* Thom. Valasc. *allegationum iuris tom.* 1. *alleg.* 13. *n.* 111. *cum seqq.* Benedict. Ægid. *de iure, & priuilegio honestatis art.* 6. *num.* 21. Iudex tamen ex officio potest procedere & prosequi accusationem, à qua maritus accusator destitit, vt per Baiard. *ad Clar. §. adulterium. n.* 14. & 20. Farin. *d. quæst.* 141. *num.* 43.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non debet puniri ad solam mulieris confessionem asserentis se commisisse adulterium cum Sacerdote. sed sibi infamato potest induci purgatio, quam si præ & iterit absoluitur, deficiens verò suspenditur ab officio.*
2 *Confessarius potest audita in Confessione de consensu licentia reuelare.*
3 *Ecclesia non polluitur per concubitum coniugalem extra casum necessitatis.*
4 *Adulterium non probatur contra alium sola mulieris confessione.*
5 *Adulteri absolutio prodest adultere, sed condemnatio non nocet*
6 *Clericus pro adulterio deponitur, & in monasterium detruditur.*
7 *Clericus repertus in notoriis osculis, vel amplexibus cum vxorata, an velut adulter sit puniendus, remissiuè,*
8 *Osculum luxuriosum quando dicatur, remissiè.*

CAP. Significasti. V. *Alex. III.*

QVando mulier publicè fatetur se intra Eccl. siam peccasse cum Sacerdote, est imponenda mulieri condigna pœnitentia, & Ecclesia reconcilianda aspersione aquæ benedictæ. Si Sacerdos negat crimen, debet ei canonica ad arbitrium purgatio coram quinque Presbyteris indici, & si se purgare potest, permittatur ministrare in officio suo, si non potest, ab eo suspendatur & hoc fiat etiamsi Presbyter qui nunc negat, iam confessus fuerit coram alio Sacerdote, qui hoc affirmat. Colligunt ex Ordin. Abbas tiq. Innocent. Collect. Zabarell. Anania, Host. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij pag.* 135. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 679. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. l.* 5. *tit.* 13. *cap.* 6. & est post Concil. Lateran. *part.* 50. *cap.* 21.

Huiusmodi delictum confessos fuisse, &c.] Quomodo presbyter, de quo hic, detegere poterat quandam mulierem ipsi confessam adulterium, non absque Deiores inuestigant, ex quibus Nauar. *in c. Sacerdos, de pœnit. dist.* 6. *num.* 126. asserit id *hic* factum fuisse de consentis licentia, nam illa data potest Confessarius audita in Confessione reuelare, vt per Martin Delri. *disquisit. magic. lib.* 6. *cap.* 1. *sect.* 2. *vers. duo denique pag.* 474. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 51. *num.* 112. Bonacin. *de Sacram. disp.* 5. *punct.* 4. *num.* 7. *vers. dixi absque licentia pœnitentis*; Verùm idem Nau. *loco citato n.* 127. dicit ipsum huius text. esse quod adultera illa confessa fuerit, & se, & adulterum cuidam Sacerdoti fuisse confessum confessione extraiudiciali, quod fecerunt aliqua de causa tunc occurrente.

Reconciliare procures.] Per hunc text. tenent aliqui Ecclesiam non pollui, nec reconciliatione indigere per concubitum coniugalem, etiam extra casum necessitatis, vt per gloss. *verbo semine, in cap. Ecclesiæ, de consec. dist.* 1. & alios quos refert Sanch. *de matrim. lib. disp.* 15. *num.* 7. Verùm cùm *in hoc text.* non decernatur ob solum adulterium violari Ecclesiam, sed decernatur in casu particulari, aliàs probaret per simplicem fornicationem Ecclesiam minimè pollui, tenendum omnino per concubitum coniugalem extra casum necessitatis Ecclesiam violari, resoluunt Couar. *de sponsal. parte* 2. *cap.* 5. §. 2. *num.* 3. Perez *l.* 1. *tit. quæri potest vtrum copula, tit.* 1, *lib.* 5. *Ordin. Matrim.*

in rub. tit. 1. glos. 1. num. 99. lib. 5. nouæ recop. Sanch. *d. num 7.*

4 *Cum negante adultero mulieri*, &c.] Ergo adulterium non probatur contra alium sola mulieris confessione, vt per Baiard. *ad Clar. §. adulterium num. 40.*
5 *& num. 94.* dicit quòd absolutio adulteri prodest adulteræ, sed condemnatio non nocet, de quo etiam Perez *l. 2. prope finem, vers. quæri etiam potest, tit. 15. l. 8. Ordin. pag. 312.*

6 *Prædicto autem Sacerdoti*, &c.] Notatur ad hoc, quòd clericus pro adulterio suspenditur, & nonnisi crescente contumacia in eodem crimine deponitur, vt per Bermond. *de publicis concub. rub. de adulter. num. 26. & seq.* Griland. *de pœnis omnif. coitus. quæst. 6. à princip.* Verùm pro adulterio clericum deponi, & in monasterium detrudi, tenent Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 23. num. 14.* Menoch. *de arbitr. casu 419. num. 60.* post Clar. Tiraq. Bernard. Salzed. & alios sequitur Farin. *in praxi crim. n part. 5. quæst. 141. n. 29.* quibus adde Pradil. *in summa legum pœnalium. part. 1. cap. 9. n. 8.* Molin. *de iustit. tom. 4. tract. 2. disp. 98.* Quid si ignoret mulierem cum qua se immiscet esse nuptam, vide D. Barbos. *in l. 2. in princip. part 1. num. 96. ff. soluto*
7 *matrim.* Farin. *d. quæst. 141. à num. 97.* Quid si reperiatur in mutuis osculis, vel amplexibus, an velut adulterus sit puniendus? vide per ea, quæ Surd. *de aliment. tit. 7. quæst. 16. à num. 32.* Menoch. *de præsumpt. lib. 5. præs. 41. à num. 26.* D. Barbos. *in l. 2 ff. soluto matrim. part. 2. num. 70.* Don. Christoph. de Pace *in scholiis ad leges styli, l. 62. schol. 2. num. 15.* Molin. *de iustit. tract. 3. disp. 91. n. 81.* Farin. *d. part. 6. quæst. 142. n. 154. cum seqq.* Sanch. *de matrim. lib. 7. disp. 91. num. 38. & l. 9. disp. 46. n. 7. & lib. 1. disp. 4. à num. 11 & disp. 12. à n. 46.*
8 vbi de litteris amatoriis. Quando dicatur osculum luxuriosum, vide Thom. Triuis. *Venetiæ decis. 47. part. 2.* quem refert Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 1 collect. 47. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Coniux coniugem de adulterio impetere non potest si & ipse adulterium commisisse conuincatur.*
2 *Adulter laicus tam masculus, quàm fœmina excommunicatur.*
3 *Vxor à marito de adulterio accusata potest etiam excipere de adulterio ipsius mariti, vbi agitur ad thori separationem, vel ad dotis amissionem.*
4 *Exceptio de adulterio ab vxore proposita contra virum agentem ad separationem thori, & dotis amissionem, potest etiam post litis contestationem deduci.*
5 *Maritus si contra vxorem agat criminaliter ad pœnam, non potest vxor excipere contra illum de simili adulterio.*
6 *Adulterium ad impediendam restitutionem non potest per testes probari.*
7 *Confessio coniugis asserentis proprium adulterium, satis est vt illud probatum censeatur.*
8 *Delicta paria mutua compensatione tolluntur, nisi commissa sint circa diuersa, & separata.*

Cap. Intelleximus VI.

Innocent. III.

1 COniux separata à viro si petat sibi restitui virum, vir est cogendus accipere mulierem; sed si constet per euidentiam rei, vel legitimam confessionem mulieris sponte fuisse adulteratam, non est cogendus vir illam assumere, nisi per legitimos testes, qui non possunt à viro reprobari, constet virum etiam fuisse adulteratum, tunc enim vir cogetur accipere vxorem affectu maritali, quia cum ius matrimonii in vtroque læsum sit, paria delicta tolluntur mutua compensatione. Colligunt ex Ordin. Abb. anriq. Innocent, Collect, Zabarel. Ioan. Andr, Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 136.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag. 679.* remissiuè Ximen *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect 3. Decretal. lib. 5. tit. 8. cap. 1.*

Vinculo excommunicationis adstrinxit, &c.] Notatur 2
ad hoc, quòd laicus tam masculus, quàm fœmina pro adulterio excommunicatur, vt per Couar, *sponsal. part. 2. cap. 7. §. 7. num. 20.* Clar. *§. adulterium, num. 7. verbo de iure autem Canonico*, Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 86. verbo adulteri, lit. B. vers. laici verò in nouiss. edit.* Menoch. *de arbitr. casu 419. n. 61.* Farin. *in prax. crimin. part. 5. q. 140. n. 23.*

Replicauit in ipsum quòd fuerat fornicatus.] Ergo vxor 3
accusata de adulterio à marito potest etiam excipere de adulterio ipsius mariti, vt per Guilelm. Benedict. *in repet. cap. Raynutius, verbo cuidam Petro tradiderunt, num. 112.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum §. 20. num. 2.* Couar. *de sponsal. part 2. ca. §. 6. num. 5.* Anton. Quesada *diuers. quæst. cap. 18. vers. quintus si ipse*, Matiens. *ad rub. tit. 1. glos. 1. num. 102. lib. 4. nouæ recop.* Surd. *de aliment tit. 7. quæst. 4. num. 8.* Sanch. *de matrimon. lib. 10. disp. 6.* Intellige vbi agitur ad thori separationem, ex Sanch. *eod. lib. 10 disp. 5. num 2. & disp. 8. num. 29. cum seqq.* & Farin. *d. part. 5. quæst. 143. num. 69. cum seqq.* Vel ad dotis, & donationis propter nuptias amissionem, quia etsi vxor accusata de adulterio dotem, & donationem propter nuptias amittat, potest tamen contra virum de eodem adulterio excipere, & sic vnius adulterium cum altero compensare, Bernard. *reg. 216. vers. quarò limita.* Boer. *decis. 338. num. 3. & 4.* Tiraq. *l. 13. connub. glos. 1 num. 48. cum seqq.* Couar. *d. cap. 7. §. 6. num. 5.* Rotas *singul. 214. in fine.* Garc *reg. 596. num. 9.* Perez *l. 1. verbo tres bienes tit. 1. lib. 5. Ordin pag. 11. & l 2. verbo loque quisiere tit. 15. lib. 8.* D. Barbos. *in l. 2. in princip. part. 1. num. 97. cum seqq. ff. soluto matrim.* Azeued. *lib 2. num. 24. & lib. 4. num. 30. tit. 20. lib. 8. nouæ recop.* Surd. *d tit. 7. quæst. 16. num. 47. cum seqq.* Chald. Pereira *in comment. ad l. vnic. C. ex delictis defunct part. 2. num. 54.* Cened. *ad Decretal. collect 166. num. 3.* Sanch. *d. disp. 8. num. 29.* Farin. *d. part. 5. quæst. 142. num. 35. cum seqq* Buccaron. *d. differ. inter iudicia differ. 132. num. 1.* Quæ quidem exceptio ab vxore proposita contra virum agentem ad 4
separationem thori, & dotis amissionem, potest etiam post litem contestatam deduci, ex Couar. *d. §. 6. num. 6.* Baiard. *ad Clar. §. adulterium num. 88.* Cened. *d. collect. 166. num. 4.* Sanch. *d. lib. 10. disput. 6. num 12. & disp. 9. numero. 25.* vbi an post latam diuortij sententiam possit accusari coniux ille reputatus innocens de priori adulterio, & *numero. 27.* an si lata sententia diuortij contingat innocentem labi in adulterium compensentur mutuo delicta ac proinde compellendus sit ad coniugem adulterij causa dimissum redire.

Si verò maritus contra vxorem agat criminaliter 5
ad pœnam, non potest vxor excipere contra maritum accusatorem de simili adulterio, vel quòd publicè retinuit concubinas ad effectum repellendi illum à dicta accusatione, id expressè deciditur apud Castellanos *l. 3. tit. 20. lib. 8. nouæ recop.* & resoluunt Sot. *in 4. dist. 37. q. vnic. art. 3. ad finē corporis & art. 4 in fine corporis*, Butr. *in c fin. n. 5 hoc tit.* Couar *d. §. 6. n. 5.* Canter. *in suis quæst. crimin. tit. de tangentibus punitionem delicti*

cap.4. num.46. Petr. de Ledesm. *de matrimon. quæst.62. art.1, dub.3.* Perez *d. l. verbo tres bienes* Cened. *d. collect.166. num.4. vers. ex quibus solue*, quod refert, & sequitur Sanch. *d. disp.7. num.34.* quibus adde Anton. Scap. *in tract de iure non scripto, l.b.1. tit. de personis & rebus Ecclesiæ, cap.60.* Baiard. *ad Clar. §. adulterium, num.18.* Farin. *in praxi crimin. quæst.141. num.104.* Hieron. Buccard. *d. differt. 132. num 2.* Quamuis auditi exceptionem vxoris adulteræ accusatæ ad mortem allegantis virum publicè habuisse concubinam dicat Henriq. *in summ. lib.11. de matrimon. cap.17. num.3. lit. F.* Quicquid etiam non posse iudicem capite damnare vxorem adulteram si vir quoque adulter sit tueantur Fr. Emman. *summ. part.1. cap.127. casu 3.* Gutier. *pract. lib.2. quæst.1. num.23.* Et licèt D. Barbos. *in d. l.2. in princip. part.1. num.99. in fine*, à quo non videtur dissentire Surd. *d. q.16. à num.56.* sub declaratione probare nitatur quòd mulier opposita exceptione adulterij contra maritum impudicum, potest ipsum ab accusatione repellere, per text. *in l. si vxor §. index ff. de adulter.*

6 *Vel per euidentiam rei*, &c.] Ergo ad impediendam restitutionem non potest adulterium per testes probari, vt per Abb. *hîc num 4.* Sanch. *d. lib.10. disp. 12. num. 26.* vbi refert glossam *in præsenti, verbo euidentiam*, ibi, *vt quia publicè fuit fornicata*, esse intelligendam cum Abb. *num. 6.* & Anan. *num. 10.* in illo verbo *publicè*, non vt omnibus videntibus si tpublicè prostituta, sed recedens à viro adhæsit publicè concubinario illum in eadem mensa & lecto retinens, vel passim admittebat viros ad adulterandum, vel filium habet cùm tanto temporis interuallo à marito separata sit, vt ex illo concipere nequierit, veluti si à partus tempore transactus sit annus, ex quo non habitat cum marito.

7 *Vel per confessionem legitimam mulieris.*] Ergo satis est confessio coniugis asserentis proprium adulterium, vt illud probatum censeatur, ita Sanch. *d. l.10. disp.12. num.49.* vbi intelligit quando confessio facta est in iudicio.

8 *Paria delicta mutua compensatione tollantur.*] Vide ad hoc Farin, *fragmen. criminal. part.1. lit. D. num.110. cum seqq.* Anton. Monach. *Lucens. decis.59. num.3.* Hippol. *singul.234.* Palat. *in repet. rub. de donat. inter virum, & vxor. §.20. num.5.* Bartazol. *in repet. l. si qui maior num.430. C. de transact.* Sanch. *d. lib.10. disput.8. num.29.* Cardinal. Tusch *tom.1. lit. C conclus. 489. num.15. & seq.* Cæsar. Argel. *de contrad. legitimo quæst.20. num.101.* & plures per me citatos *in tract. Axiom. suris vsufreq. Axiom.68. num.3.* Limita quando delicta sunt commissa circa diuersa & separata, Thom. de Thomas. *reg.219.* Farinac. *d. lit. D, num.128.* Limita etiam quando agitur criminaliter, & ad pœnam, Cardos. *in praxi iudicum & aduocat. verbo delictum num.37.* Farin. *d. lit. D, num.139.* Buccaron. *d. differt. 132. n.1.*

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium quoad thorum separari non debet propter adulterium quando ambo coniuges fuerunt adulterati*

2 *Compensatio delictorum admittitur quocunque tempore.*

3 *Separatione matrimonij facta propter adulterium si innocens coniux fornicetur, reintegratur matrimonium.*

4 *Adulteria compensantur si lata diuortij sententia coniux prius innocens adulteretur.*

5 *Coniuges ius diuortij & accusandi censentur per copulam sibi remittere.*

6 *Adultera coniux notoriè potest expelli propria auctoritate.*

CAP. Tuæ fraternitatis. VII. & fin

CONiugi in adulterio deprehensæ denegatis debitum coniugale, si deinde ipse manifestè adulteretur cum alia, debet coniugem affectu maritali tractare, quia paria crimina mutua compensatione delentur, Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Marian. Socin. Cened. *collect.166.* Viuian. *in rationali lib.5. iuris Pontificij pag.158.* Alagona *in compendio iuris Canonici pag.680.* temissio, Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect.4. Decretal. lib.5. tit.8. cap.2.*

Vide posita *in cap. præced.*

Si postmodum ipse, &c.] Ergo compensatio delictorum admittitur quocunque tempore de quo D. Barbos. *in l. viro num.5. ff. soluto matrimon.* Vnde si post factam separationem innocens coniux fornicetur, tunc matrimonium reintegrari, & locum fieri compensationi officio iudicis tenent Abb. *hîc num.1.* & alij, quos refert & sequitur Beller. *disquisit. cleric. part.1. titul. de fauore clericorum reali §.4. num.81.* Clar. *§. adulterium num.14. sub vers. sciás autem*, Farinac. *in praxi criminal. quæst.143. num.35. vers. limita sexto.* Buccaron. *de differen. inter iudiciaria, uilia & crimin. differ.131. num.9.*

In glos. *Fornicationis*, ibi, *an delictum superueniens rei iudicatæ de iure, vel facto offerat præiudicium.* Notatur ad hoc, quod si lata diuortij sententia coniux prius innocens adulteretur, compensantur adulteria, & iure actionis competit coniugi dimisso repetitio alterius, vt per Couar. *d. §.6. num.5.* Nauar. *consil.1. num.2. & 3. sub tit. de diuort.* Iacobum de Graffiis *in aureis decision. part.2. lib.2. cap.12. num.73. casu 3.* Surd. *d. q.17. n.52.* D. Barbos. *in l. vnic. num.40. num.3.*

In ead. glos. ibi, *vt eam postea accusare non possit*, & Notatur ad hoc, quòd coniuges ius diuortij, & accusandi censentur per copulam sibi remittere, vt per Couar *de sponsalib. part.2. cap.7. §.6. num.7.* Gam. *Lusit. decis.234. num.6.* Clar. *§. adulterium num.18. vers. caueat etiam*, Soar. *commun. opinion. verbo adulterium num.85.* Nozz. *de contract. tit. de matrim. §. fin. num.70. vers. quintò limita.* Matiens. *in rub tit. 1. glos.1. num.102. ad fin. lib.5. nouæ recapit.* Menoch. *de præsumpt. lib.3. quæst.2. num.30.* Padil. *in l. transigere num.94. C. de transaction.* Surd. *de alimen tit.7. quæst.a. num.23. & quæst.16. num.102.* D. Barbos. *in l.2. in princip. part.1. num.101 ff. soluto matrim.* Sanch. *de matrim. l.7. disp.66. num.2.*

In ead. glos. ibi. *quod possit eam repellere à se*, &c. Notatur ad hoc quòd vxor notoriè adultera potest expelli propria auctoritate, de quo vide plures Doctores, quos citaui ad *cap. ex parte 9. num.9. de sponsalib.* & ibi allegatis adde Cott. *in memorab. verbo vxor, pag. mihi 938.* Surd. *de alimentis tit.7. quæst.16. num.18.* Nauarrus *consil.5. in fine sub tit. de conuers. coning. in antiq. & consil.10. num.1. & consil.14. in fine sub eod. tit. in nouis.* Cened. *ad Decretal., collect.166. num.2.* Stephan. Cratian. *discept. forens. cap.102. num.25.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib.3. quæst.135.* Basil. Ponci. *de impedim. matrimonij cap.30. §.2. vers secunda.*

Da

De Raptoribus, & Incendiariis, & violatoribus Ecclesiarum.

TIT. XVII.

SVPER hanc rub. scripserunt Zabarell. Anch. Butr. Ioan. Andr. Mar. Soc. Panor. Durand. *in Breuiario aureo iuris Canon.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 185. Dan. Venat. *in analysi methodica iuris Pontificij à pag.* 659. Goffred. & Hostiens. *in summ. huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast. Germ. *in paratitlis ad quinque lib. Decretal.* Barthol. Carthagen. *in exposit. iuris Canonici* Ioan. Honor. *lib. 5. sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De raptu fœminarum, quid de raptoribus, & vbi iudicandum, vide Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. matrimon. cap. 6.* Ptax. Episcop. *part. 1. verbo raptus* Nauar. *cons. 32. de sponsalib.* Perez *l. 2. verbo fuere desponsanda tit. 15. lib. 8. Ordin.* Fr. Emman. *in summ. tom. 1. cap. 232.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 1. n. 101.* Cancer. *vari. lib. 1. cap. 11. num. 12. cum seqq.* Henriq. *in sum. lib. 12. cap. 14. num. 4. & 5.* Petr. de Ledesma *in sum. p. 1. de matrimon. cap. 26.* plures per Sanch. *eod. tract. lib. 7. disp. 13.* quibus adde Aloys. Riccium *in collect. decis. part. 4. collect. 911.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ pag. 194. cum seqq.* Rebell. *de obligat. iustitiæ part. 2. lib. 3. qnæst. 11.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 22. num. 28. cum seqq. & lib. 31. à num. 164.* Ægid. de Coninck *de Sacrament. & censuris tom. 2. disp. 31. à num. 46.* Francisc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 10. num. 31. cum seqq.* Basil. Ponc. *de impedimentis matrimon. cap. 19.* Cardin. Tusc. *tom. 6. verbo raptor,* Farin. *in praxi crimin. p. 5. quæst. 145.* Molin. *de iustit. tom. 4. disp. 105.* Lessi. *eod. tract. lib. 4. cap. 3. dub. 9. num. 68. cum seqq.* Gutier. *de matrimon. cap. 86.* Bonacin. *eod. tract. quæst. 4. puncto 18.* Galganet. *de iure publico lib. 1. tit. 31.*

De Incendiariis, eorúmque pœnis, vide apud Lusitanos Ordin. Regiam *lib. 5. tit. 86.* vbi notat parens meus, & apud Castellanos *l. 9. tit. 10. part. 7.* vbi Gregor. Perez. *l. 1. verbo quemen las casas tit. 18. lib. 8. Ordin. pag. 350.* Læli Zech *de casibus reseru. casu. 16.* Felician. *de censur. tit. de excommun. c. 14. verbo incendiarij,* Angel. *de malefic. in verbo incendiario,* Polyd. Ripa *de nocturno tempore cap. 17.* Decian. *tract. crimin. lib. 8. cap. 5.* Boss. *in pract. tit. de incend.* Menoch. *de arbitr. casu 390.* Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis. 211.* Bernardin. Muscatel. *de cognit. delict. sub tit. de incendio.* Bernard. & Salzed. *in pract. c. 105. alias 108. in nouiss. edit.* Farin. *in praxi crimin. p. 3. q. 110.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 36 cap. 19.* Vincent. Carot. *de locato tit. de incendio,* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 797.*

SVMMARIVM.

1 *Forum quis sortitur ratione rapinæ.*
2 *Diœcesis tota dicitur parochia Episcopi.*
3 *Delinquens remittendus est ad locum delicti, vt ibi puniatur ad aliorum exemplum, quamuis sit vagabundus.*

CAP. De illis I. *Ex Conc. Meld.*

1 DEprædantes, vel rapientes in aliena diœceси sunt excommunicandi à Prælatis illius loci, nec exire possunt à parochia, donec plenè satisfaciant, & excommunicatio est significanda proprio Episcopo, ne eos recipiat, donec restituant in loco furti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag.* 137. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 680. remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* desumitur ex Concil. Melden. *cap. 2.* vt refert Burcard. *lib. 11. Decretal. cap. 45.* & Iuo. *p. 14. c. 109.* habetur apud Ant. August. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 14. cap. 1.*

2 *Vt ab illius loci Prælato.*] Ergo tota diœceсis dicitur parochia Episcopi, vt per Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiepiscop. Neapolit. cap. 57. num. 7.* & alios quos retuli *de officio, & potestate Episcopi part. 3. alleg. 80. num. 12.*

3 *Antequam illuc redeant, vbi rapinam fecerunt.*] Ergo delinquens remittendus est ad locum delicti, vt ibi puniatur ad aliorum exemplum, & Reip. læsionem compensandam, vt per Couar. *practic. cap. 11. num. 4. vers. secundo,* latè D. Barbos. *in l. hæres absens §. proinde ff. de iudic. in art. de foro delicti,* quamuis sit vagabundus, ex Duen. *reg. 378. limit. 4.* Couar. *d. c. 11. n. 7.* bene Salzed. ad Bernard. *in pract. c. 9. in addit. lit. D.* Perez *l. 2. col. 2. tit. 17. lib. 8. Ordin. pag. 338.* Azeued. *l. 1. num. 62. cum seqq. tit 16. l. 8. nouæ recopil.* D. Barbos. *d. art. de foro delicti n. 12.* vbi *num. 13.* resoluit hanc opinionem procedere, si pars læsa petat remissionem ad locum delicti, aliàs si accusator velit prosequi causam in loco in quo reperitur vagabundus, admittenda est illius accusatio, nec est locus remissioni ad locum delicti. Cætera ad hanc materiam pertinentia inuenies *in cap. postulasti 14. sup. de foro comp.*

4 In glos. *Excommunicentur*, fin. Notatur ad hoc, quòd si delinquens pro delicto alibi commisso detentus & captus sit per iudicem sui domicilij, vel originis procedentis ex officio, non vero ad partis petitionem, tunc remitti debet iudici loci delicti petenti sibi remitti, vt ibidem contra eum procedatur, & puniatur, vt per Clar. *in §. fin. q. 38. n. 19. in princip.* Azeued. *d. l. n. 24. tit. 16. lib. 8. nouæ recop.*

SVMMARIVM.

1 *Raptor manifestus, vel Ecclesiæ violator, si restituit vel de restituendo cauet in vita & in morte, ad pœnitentiam, & ad sepulturam admittitur, alias secus.*
2 *Pœnitentia beneficium denegandum est manifesto raptori, & Ecclesiæ violatori, nisi prius ablata restituat si potest, vel emendandi firmam, & plenam securitatem fecerit.*
3 *Eleemosynæ receptio à raptoribus, seu violatoribus, dum non restituunt, prohibetur.*
4 *Pœnitentia solemnis & publica quæ sit, & de illius ritibus, & solemnitatibus, remissiuè.*
5 *Episcopus proprius non potest clericum propter rapinam depositum restituere absque Papæ dispensatione.*
6 *Ecclesia non recipit oblationes raptorum hominum.*

CAP. Super eo. II. *Eug. III.*

1 POEnitentia non est danda his, qui violenter rapiunt, vel ei, qui deprehenditur manifestè violare Ecclesiam, nisi priùs restituat, si potest, & si non potest, nisi det firmam, & plenam securitatem emendandi, tunc enim potest dari pœnitentia, & si moriatur, sepultura, aliàs secus; quod si presbyteri, vel clerici tentauerint prædictis siue in vita siue in morte dare pœnitentiam, vel interesse sepulturæ, vel acceptare,

eorum eleemosynas, vel esse participes de rapinis, deponuntur ab Ordine, & beneficio, de peccato autem contrito non est denegandum viaticum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 137.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 680.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 14. cap. 5.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *part. 34. cap. 1.*

2

Disposuit hic text. pœnitentiæ beneficium penitus denegandum manifesto raptori, vel Ecclesiæ violatori, nisi priùs ablata restituat si potest, vel emendandi animum, & plenam securitatem fecerit & insuper solemnitatem pœnitentiæ parum ei prodesse, qui in sanitate obstinata mente non pœnituerit, vel se emendauerit, & in morte securitatem præstare nequiuerit, sed de peccato contrito corde pœnitenti viaticum non denegandum, ita tamen quod nullus clericorum sepulturæ illius intersit, nec eius eleemosynam præsumat recipere, ita Bernard. *in pract. c. 109. secundum nouiss. impres. n. 1. & 2.*

3

Ideo in præsenti prohibetur receptio eleemosynæ à raptoribus, seu violatoribus dum non restituunt, non tantùm in pœnam & odium delicti, sed quia omnia illorum bona aliena sunt, & subiecta restitutioni, ideoque de illis tanquam de alienis absque iniustitia eleemosynæ recipi non poterant, vt interpretatur Soar. *de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. c. 6. n. 6.*

4

Solennitas pœnitentiæ.] Non intelligitur de pœnitentia solemni, de qua *in cap. in capite 50. distin.* hæc enim ob varios ritus, ceremonias, ac multa alia, quæ continebat, desiderat longiorem vitam, quàm vt raptori in articulo mortis constituto, de quo *hîc* imponi possit. Quæ autem sit pœnitentia solemnis, & in quibus differat à pœnitentia publica, de qua *in cap. quæsitum, infr. de pœnitent. & remiss.* & de illius ritibus, & solemnitatibus vide Couar. *lib. 2. vari. cap. 10. num. 3.* Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 54. num. 37.* Viuald. *in candelabro aureo tit. de pœnit. n. 10. cum segq.* Cardin. Bellarm. *in suis controuers. tom. 2. lib. 1. de pœnit. cap. 21. & 22.* Henriq. *in summ. lib. 5. cap. 21 num. 7.* qui triplicem pœnitentiæ speciem, solemnem scilicet, publicam, & priuatam, ac pœnitentium quoque quinque gradus constituunt, & explicant.

5

Ordinis sui damnum irrecuperabiliter, &c.] Abb. *hîc* post Ioan. Andr. referunt denotate hæc verba quòd Episcopus proprius non possit clericum propter rapinam depositum restituere absque Papæ dispensatione, quos citat, & sequitur Bernard. *d. c. 109. num. 3.* quæ quidem depositionis pœna non ipso iure incurritur, sed per iudicem est imponenda, vt ex Abb. *hîc* obseruat Soar. *de censur. disput. 42. sect. 5. num. 6. in fine.*

6

In glos. *Denegetur.* ibi, *valebit ad mitius supplicium subeundum.* Declarat cùm Couar *in cap. alma mater, part. 1. §. 4. num. 12. ad finem,* Soar. *tom. 3. de pœnit. disp. 57. sect. 2. n. 9.*

7

In glos. *Dare.* ibi, *oblationes talium non sunt accipiendæ.* Notatur ad hoc, quòd Ecclesia non recipit oblationes raptorum hominum, vt per Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 7. c. 38. q. vlt.* Soar. *de relig. tom. 1. tract. 2. lib. 1. c. 6. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicari debent, qui capiunt, vel spoliant fideles ex iusta causa nauigantes, illi verò qui naufragos spoliant bonis, nisi ablata restituant, sunt excommunicati.*

2 *Excommunicationi in hoc text. subduntur illi, qui fideles ex iusta causa nauigantes capiunt, vel deprædantur.*

3 *Bulla in Cœna Domini excommunicatione tertia dilatur.*

4 *Censuram Bullæ in Cœna Domini clausula 3. non incurrunt maritimi latrones, qui nullam deprædandi actionem exercent, nec illi, qui in solis fluminibus, siue tempore belli deprædantur.*

5 *Infideles deprædans non incurrit excommunicationem Bullæ in Cœna Domini clausula 3.*

6 *Absolutio excommunicationis, quam incurrunt deprædantes, seu nauigantes fideles, an, & quando sit Episcopalis, ostenditur.*

7 *Naufragantium bona suscipiens, in quibus casibus excusetur à censura Bullæ in Cœna Domini clausula 4. ostenditur.*

8 *Leges principum bona naufragantium eorum fisco pertinere declarantes sunt iniquæ, ac regulæ facti adhuc seruari dicuntur.*

CAP. Excommunicationi. III.

Ex Conc. Lateran.

PRæsumentes capere, vel spoliare rebus Christianos nauigantes excommunicari debent, illi autem qui naufragos spoliant bonis, nisi ablata restituant, sunt excommunicati. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Panormit. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 138.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 681.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *cap. 24. §. excommunicamus quoque,* & refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 14. cap. 2.*

Probat hic text. in prima eius parte, excommunicationi subdi illos, qui fideles ex iusta causa nauigantes capiunt, vel deprædantur, vt per Clar. *in fin. q. 77. n. 14.* Tolet. *in instructorio Sacerd. lib. 1. cap. 20. num. 7.* Molina *de iustit. tract. 3 disp. 694. n. 3.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 4. collect. 962.*

Hodie in Bulla Cœnæ Domini excommunicantur, & anathematizantur omnes piratæ, cursarij, ac latrunculi maritimi discurrentes mare Ecclesiæ, præcipuè à monte Argentario, vsque ad Terracinam; ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores, vt habetur *in 3. excommunicatione eiusdem Bullæ in Cœna Domini*, pro cuius intellectu, vide *ibi* Tolet. Vgolin. Iacob. de Graffiis Viuald. Sayr. Horat. Gambarupta, Fr. Anton. de Souza, Francis. Coriolan. & nouissimè Bonacinam, ac cæteros scribentes. Illud tamen non est ignorandum quòd licèt aliqui tenuerint prædictæ Bullæ censuræ non solùm excommunicari discurrentes mare Ecclesiæ, sed omnes piratas deprædantes in mari Christianorum, ex quorum numero sunt Iacob de Graffiis *in aureis decis. p. 1. lib. 4. c. 17. n. 67.* exponens Bullam Sixti V. & Soar. *de censur. tom. 5 disp. 21. sect. 2. n. 18.* exponens Bullam Clementis VIII. & Francisc. Corolian. *in explicat. Bullæ in Cœna Domini excomm. 3. in princip.* exponens Bullam Greg. XV. probabilius tamen est solos latrones maritimos, qui discurrunt mare Ecclesiæ, præsertim à monte Argentario, vsque ad Terracinam illo loco excommunicati, vt tenent Tolet. *d. cap. 20. vers. aduertendum autem est.* Vgolin. *de censur. Papæ reseruatis super illa verba Bullæ, Item excommicamus, §. 2. vers. terti,* Fr. Anton. de Sousa *in relect. Bullæ Cœna Domini cap. 4. disp. 25.*

Hic

Hinc etiam non absre aduertendum duxi censuram prædictæ Bullæ non incurrere maritimos latrones, qui nullam deprædandi actionem exercent, vt tenent Viuald. *in candelabro aureo in explicat. Bullæ Cœnæ n.*20. Sayr. *de censuris lib.*3. *cap.*7. *num.*7. Fr. Anton. de Sousa *d. cap.*4. *disp.*26. Franc. Coriolan. *loco proximè citato*: quamuis illos esse vere excommunicatos, licet nihil deprædentur, existiment Tolet. Vgolin. & Soar. *dictis locis*. Nec etiam qui in solis fluminibus deprædantur, ex Nauarr. *in man. cap.*27. *num.*59. Graffiis *d.c.*18. *num.*66. Vgolin. *ad illa verba, item excommunicamus,* §.3. *vers. quarto,* Sayr. *d. cap.*7. *num.*6. Soar. *d. disp.*21. *sect.*2. *num.*25. Molin. *d. disp.*694. *num.*3. Fr. Anton. de Sousa *d. cap.*4. *disp.*27. vbi *num.*9. asserit quòd censura huius text. quod locum extenditur ad plura, quàm censura prædictæ Bullæ, quoad aliud verò restringitur cùm de nauigio vectis loquatur. Item & eodem modo sub censura prædictæ Bullæ non comprehenduntur deprædantes titulo belli siue iusti, siue iniusti, vt per Nau. *num.*59. Viuald.23. Iacob. de Graffiis 65. Vgolin. §.3. *vers. secundo,* Soar. *num.*24. Sayr. *num.*4. Fr. Anton. de Sousa *d. cap.*4. *disp.*29. Franc. Coriol. *vers. Cardinalis, dictis locis.*

5 *Aut alios Christianos.*] Ergo deprædantes infideles sub excommunicatione huius text. non comprehenduntur, provt etiam in terminis censuræ 3. Bullæ in Cœna Domini resoluunt *ibi* Viuald. *num.*30. Tolet. *d. cap.*20. Vgolin. *d.* §.3. *vers. secundo,* Soar. *d. sect.*2. *n.*21. Sayr. *d. cap.*7. *numero* 9. Fr. Anton. de Sousa *d. cap.*4. *disp.*30.

6 *Excommunicationi subdantur.*) Cùm Concil. Lateranen. de quo *in hoc text.* nemini reseruauerit absolutionem huius excommunicationis, hodie etiam videtur Episcopalis, nisi quoad eos, qui rapuerint, aut scienter naufragorum bona, de quibus *in* 2. *parte textus,* sibi acceperint, aut ab aliis rapta, aut accepta scienter acceperint, horum enim solam excommunicationem reseruat Bulla *in Cœna Domini*, ita Nau. *conf.*1. *sub hoc tit. de pœnitent. & remiss. in antiq. aliàs conf.*39. *sub tit. de sentent. excomm. in nouis,* Sayr. *in floribus decis. sub tit. de pœnit. decis.*1.

7 *Illi etiam qui Christianos naufragium*, &c.] Hodie etiam per Bullam *in Cœna Domini excomm.*4. excommunicantur, & anathematizantur omnes & singuli, qui Christianorum quorumcunque nauibus tempestate seu in transuersum (vt dici solet) iactis, vel quoquomodo naufragium passis, siue in ipsis nauibus, siue ex eisdem iacta in mari, vel in littore inuenta, cuiuscunque generis bona tam in Tyrrheni, & Adriatici, quam in cæteris cuiuscunque maris regionibus, & littoribus surripuerint, itavt nec ob quodcunque priuilegium, consuetudinem, aut longissimi etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcunque prætextum excusari possint. In multis limitatur hæc assertio. Primò quando susceperint ea bono animo, vt restituant suo domino, nisi fuerint in mora, quia tunc ratione illius moræ sunt excommunicati per Concil. Lateranen. de quo in hoc text. Secundò quando ignorarent ea esse talia, id est, bona naufragantium, quia putabant esse aliorum. Tertiò quando dominus ea eiecisset animo non recuperandi, vel si habuerit illa pro derelictis, quia tunc fierent occupantis, vide Zerol. *in prax. Episcop. part.*2. *verbo naufragium*, Tolet. Vgolin. Iacob. de Graffiis, Horat. Gambar. Diuald. Fr. Anton. de Sousa, Francisc. Coriolan. Bonac. & cæteros scribentes *super* 4. *excommun. Bullæ in Cœna Domini,* Aloys. Riccius *in praxi aurea resol.*191.

Secundum regulam fidei.] Hinc colligunt Doctores iniquas esse Principum leges, quibus statuitur, vt bona eorum, qui naufragium patiuntur, sint fisci Regis vel alterius, neglectis aut prætermissis dominis, tales enim leges regulæ fidei aduersari dicuntur, cum secundùm fidei regulam proximum sicut nos ipsos diligere teneamur, *Matth.*22. Notant Nauarr. *in man. cap.*27. *num.*118. Zerol. *in praxi Episcop. de verbo naufragium,* §.1. *in fine,* Azor. *institut. moral. part.*2. *lib.*11. *cap.*6. *vers. præterea iniquæ.*

SVMMARIVM.

1 *Prælati ex Principis delegatione possunt de raptu & aliis criminibus iudicare, pœnam tamen sanguinis infligere non possunt.*
2 *Raptus etiam propriè dicitur in viris.*
4 *Prælati sicut & alij Ecclesiast. viri possunt in causis laicorum, etiam criminalibus, vbi pœna sanguinis non infligitur, iudices delegari, quod intellige vt ibi.*
5 *Criminis punitio ad merum imperium pertinet.*
6 *Causa meri Imperij an sint delegabiles remissiuè.*
7 *Merum imperium quid sit, & quæ sub mero Imperio contineantur, remissiuè.*

CAP. In Archiepiscopatu IV.

Alexand. III.

EPiscopi ex delegatione Principis, possunt de raptu & aliis iudicare, & punire in pecunia; vel fustibus, excepta tamen vindicta sanguinis; sed quandò crimen meretur mortem; vel mutilationem, ad Principem remitti debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anch. Panorm. Casal. *in annot.* Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib.*5. *iuris Pontif. pag.*138. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*681. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.*2. *Decretal. lib.*5. *tit.*4. *cap.*3. & est post Concil. Lateranen. *part.*50. *cap.*46. 1

Et pueros rapiunt.] Ergo non solùm in fœminis, sed in viris etiam raptus propriè committitur, de quo, & an eadem in vtroque casu pœna incurratur, vide Menoch. *de arbitr. casu* 291. *n.*11. Decian. *tract. crimin. lib.*8. *cap.*7. *num.*17. Sanch. *de matrim. lib.*7. *disp.*12. *n.*24. *cum seqq.* Farinac *in praxi crimin part.*5. *quæst.*145. *num.*41. 2

Et eis abuti] Scilicet contra naturam, vt interpretatur gloss. *hic*, de cuius delicti materia, & pœnis agunt Doctores citati ad *cap. clerici* 4. *inf. de excessib. Prælat.* 3

Tibi, & aliis Episcopis.] Ergo Prælati sicut & alij Ecclesiastici viri, possunt in causis laicorum etiam criminalibus, vbi pœna sanguinis non infligitur, iudices delegari, vt post *gloss. hic* notant Innocent. Hostiens. Anania, Anch. *num.*1. Abb.3. & Socin. 4. dicit singularem Aretin. *consil.*58. *col.*3. comprobant Calder. *conf.*6. *de officio deleg.* Rip. *in cap.*3. *numero* 47. *de iudic.* Cur. Pisan. *lib.*2 *cap.*21. *numero* 1. Farinac. *part.*1. *fragment. criminal. lit. C. num.*388. adducentes etiam text. *in cap. sæpe* 23. *quæst.*8. *& in cap. inter dilectos vers. secundo,* ibi, ex delegatione Ludouici, *de fide instrumen.* Verum quia in contrarium obstant, *cap. te quidem, vers. neque crim.*11. *q.*1. *cap. sed nec* 4. *in princip. ne clerici vel monachi,* vbi huiusmodi seculares delegationes in specie videntur prohibitæ, proindéque ipsas suscipientes grauiter peccare post Butr. *in cap.*2. *de iudic.* concludunt *ibi* Abb. *n.*8. & Ias. *in rub. ff. de officio eius n.*3. quare aliqui provt sunt Dec. *in d.c.*2. *num* 7. & Abb. *in d. cap. sed nunc num.*5. intelligunt hunc text. agere de delegatione 4

ad vnam causam, procedereque iuxta limitationem eorum, qui tenent dictam prohibitionem non obtinere locum respectu vnius causæ, sed multarum: sicut enim in multis viget ratio prohibitionis, quòd clerici à Diuinis abstrahantur, ita per contrarium in vna tantum cessare tenent Abb. *d. num.* 5. Clar. *in pract.* §. *fin. quæst.* 42. *num.* 9. Couar. *in Clem. si furiosus, part.* 2. §. *vlt. num vlt. in fine.* Sed hic intellectus conuincitur ex text. *in præsenti*, ibi. *huiusmodi excessus*, &c. Verius igitur dicendum puto delegationem in proposito licitam fuisse, quia facta fuit in fauorem, & commodum totius religionis Christianæ, & Ecclesiarum vtilitatem ad puniendum videlicet, & tollendum opprobrium, quod eisdem ex criminibus à Sarracenis commissis fiebat, vt intelligunt Abb. *hic num.* 3. Anan. 1. Socin. 4. idem Abb. *in d. c.* 2. *num.* 8. & *ibi* Rip. *num.* 47. Accedit quod text. *in præsenti*, agit etiam de crimine Sodomiæ; quòd cùm mixti fori sit, & Episcopus de illo iure propriæ iurisdictionis cognoscere possit, vt resoluunt plures citati à patre meo *in commentar. ad Ordin. Regiam Lusitan. lib.* 2. *tit.* 9. *in princ. num.* 4 nihil mirum si ex delegatione quoque cognoscere valeret, intendit Rip. *d. num.* 47. *ad fin. vers. vel aliter.*

5 *Commiserint puniendos*, &c.] Cùm punitio criminum ad merum imperium pertineat, iuxta text. *in l. imperium in princ. ff. de iurisd. omnium iud.* vbi Doctores.

6 videtur probare text. *in præsenti*, causas meri imperij delegabiles esse; verùm quia materia hæc est ardua, & difficilis, longioreque indiget disputandi campo, qui eam edisscere cupit, eiúsque veritatem inuestigare, consulat Ordinarios *hic*, & *in cap. quod sedem, de officio Ordin.* & *in l.* 1. *ff. de officio eius.* Morl. *in emporio iuris, part.* 1. *tit.* 2 *quæst.* 17. *n.* 32. Couar. *lib.* 3. *var c.* 20. *à princip.* & *in Clem. si furiosus part.* 2. §. 5. *num.* 8. Marant. *de ordine iudic. part.* 4. *dist.* 5 *num.* 67. Soar de Pace *tom.* 2. *prælud.* 3. *num.* 1. Menoch. *de arbitr. lib.* 1. *quæst.* 74. *num.* 43. *cum seqq* & *quæst.* 54. *num.* 7. *cum seqq.* Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij lib.* 1. *tit.* 29. *axiom.* 3. D. Barbos. *in l. cum prætor*, §. 1. *n.* 517. *ff. de iudic.* & plures per Cened. *ad Decretal. collect.* 61. *n* 5.

7 Quid autem sit merum imperium, & quæ sub mero imperio contineantur, disputant scribentes *in d. l. imperium*, vbi Bart. *num.* 6. & 7. *cum seqq.* Ias. *à num.* 16. Alex. 17. Gasp. Valasc. *num.* 3. & 62. & nostri *in d. cap. quod sedem*, vbi Abb. *num.* 6. Imol. 7. Alciat. 53. idem Alciat. *lib.* 2. *paradox. cap.* 7. Lorior *de iurisdict. & imperio axioma* 25. Quintanad. *eod. tract. lib.* 1. *tit.* 8. & *lib* 2. *tit.* 2. Corras. *lib.* 3. *miscel. c.* 17. Duaren. *in tit. de iurisdict. cap.* 3. & *seqq.*

8 Furcarum erectio est actus iurisdictionalis de mero imperio. Mascard. *de probation. concl.* 946. *num.* 10. Auendan. *de exequendis mand. par.* 2. *c.* 21. *num.* 3. qui post Fabr. *in* §. *retinendæ num.* 23. *Instit. de interdictis*, dicit quòd furca erecta ab extraneo iudice potest armata manu demoliri.

9 Merum enim & mixtum imperium nemo exercet in Regno absque expressa & speciali concessione, Afflict. *in prælud. constit. quæst.* 6. *num.* 4. & *decis.* 122. Franc. *decis.* 116. *num.* 3. Tapi. *ad l. fin. de constitut. Princip. p.* 1 *c.* 2. *num.* 3.

10 An autem simpliciter iurisdictione concessa illud veniat? quæstio est dubia, in qua licèt negatiuam partem tueantur Afflict. *in constit. ea, quæ decus num.* 13. & *in c.* 1. §. *fin. num.* 9. *de pace tenenda*, Tap. *d. c.* 2. *sub num.* 42. *vers. sequor tamen*, Intrigl. *de feudis cent.* 2. *art.* 80. *num.* 5. affirmatiuam magis communiter tenent DD. vt fatentur Ias. *in l. impedimentum ff. de iurisd. omn. iudic.* & alij, quos refert Roland. *cons.* 42 *sub n.* 20. *vol.* 2. quam sequitur Ecc. *in d. l. imperium, num.* 20. vbi Purpur. *num.* 61. Abb. *in cap. quod sedem*, vbi Felin. *col. fin.* & Alciat, *num.* 41. *de offic. Ordin.* Bald. *in d. l. fin.* 6. vbi Ias. *n.* 9. Cou. *practic. c.* 1. *n.* 10. *vers. primum*, Pereg. *de iure fisci lib.* 1. *tit.* 2. *num.* 88.

SVMMARIVM.

1 *Incendiarius Ecclesiæ in morte pœnitens, & absolutus in cœmeterio sepeliendus est, & hæredes compelli debent ad satisfaciendum iuxta facultates defuncti.*

2 *Hæres tenetur & cogitur exonerare conscientiam defuncti.*

3 *Hæres absque iusta causa per tempus notabile differens exequi defuncti voluntatem graviter peccat.*

4 *Defunctus qui è viuis discedens sufficienter prouidit restitutionem, an ex hoc liberetur, etiam si eius hæres negligat restituere, ostenditur.*

5 *Declaratur tex. in præsenti.*

CAP. In litteris. V.

INcendiarius Ecclesiæ si pœniteat in morte, potest absolui, & in loco sacro sepeliri, & hæredes debent reficere damna de bonis relictis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Cened. *collect.* 40. Viuian. *in rationali lib.* 5 *iuris Pontificij pag.* 138. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 681. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 14. *c.* 6. & est post Concil. Lateranen. *p.* 34 *cap.* 2.

Et hæredes eius moneas & compellas] Notatur ad hoc, quòd hæres tenetur & cogitur exornare conscientiam defuncti, & soluere eius debita, & damna ab eo illata resarcire, vt per Cened. *ad Decretal. collect.* 40. *n.* 4. Grauiter enim peccat deferendo absque iusta causa per tempus notabile exequi defuncti voluntatem, idque tum aduersùs eos, quibus bona defuncti sunt debita, contra quorum voluntatem iniustè ea bona detinentur, eo úmque vsu priuantur; tum etiam aduersùs defunctum ipsum quoad eleemosynas, suffragia, & alia legata pia, eorum quippè executio licet defunctorum merita non augeat, satisfactionem tamen pro peccatis eorum operatur, atque adeo in causa est, vt citiùs à Purgatorij pœnis exuantur, diuinóque fiuntur consortio, cùm habeant suffragia vnde subleuentur; colliguntur hæc ex Petr. Nauar. *de restit. lib.* 3. 4. *à nn.* 167. & *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 75. Fr. Emman. *in summ. c.* 133. *num.* 8. Iacob. de Graffiis *in aureis decis. lib.* 1. *cap.* 26. *num.* 15, *in fine* Martin. Carrillo *in explicat Bullæ defunctorum part.* 2. *cap.* 15. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 251. *num.* 11.

A peccato valeat liberari.] Ergo defunctus à peccato non liberatur si eius hæredes omittant, vel negligant restituere; communiter tamen resoluunt Doctores defunctum, qui restitutionem hæredibus faciendam reliquit, interim quod hæredes non restituunt, non detineri ob hanc causam in Purgatorio: qui enim è viuis discedens sufficienter prouidit restitutionem, præcipiendo hæredibus vt ea restituant & soluant, etiamsi hæredes omittant aut negligant restituere, liberabitur è Purgatorio, nec amplius ibi detinebitur, quàm exigunt pœnæ debitæ pro aliis culpis, & negligentia sua in non restituendo. E contra verò si culpabiliter omisit restituere, hoc est, non prouidit vt hæredes restituerent cùm haberet vnde solueret, etiamsi hæredes restituant pro illo peccato & omissione restitutionis faciendæ à pœnis inferni non liberabitur. Colligunt hæc ex Sot. *de iustit. lib.* 4. *quæst.* 5. *art.* 1. *ad* 1. *in fine*, Nauar. *in manu. cap.* 17. *num.* 68. *vers. quæstum.*

Fr.

Fr. Ludou. *in instructorio conscientiæ part.1. cap.121. vers. an defunctus pag.*267. Petr. Nauarr. *de restit. lib.1. cap.2. n.23.& lib.4.c.4. dub.12. num.*75. Ludou. Carbo *de restitut. q.*90. *vers. tertia dubitatio.* Ioan. Baptista Conrad. *de casibus conscientiæ quæst.*160. Mich. Salon. *in 2. 2. q* 5. *de dominio art.5. in princip. & quæst.*62. *art.1. in fine.* Greg. de Valent. *in 2.2. disput.5. quæst.6. puncto 2.* Dim. Serpi *in tract. de Purgatorio c.*47. Vega *in sum. part.2. c.*114. *casu* 8. *vers. el qual*, Card. Bellarmin. *tom.1. contr.6. lib.2. de purgatorio cap.*16. *ad fin.* Hentiq. *in sum. lib.1. de pœnitent. c.*6. §.1. *in commento lit. A*, Spin. *in speculo testamen. gloss.*28. *princip. n.*7. *&* 8. Iacob. de Graffiis *in aureis decis. part.1. lib.1. cap.*26. *num.*15. Sayr. *in claui Regia lib.*10. *tract.1. cap.2. num.*6. Martin. Carillo *d. part.2. cap.*14. *num. fin.*

5 Qua quidem opinione retenta restat non respondere ad text. *in præsenti*, quatenus ei obstare videtur: Nauar. enim *in man. cap.*17. *num.*68. asserit eius litteram mendosam esse, cùm legendum sit *valeant*, & non *valet*, quasi ipsi hæredes sint, qui restituendo & satisfaciendo pro defuncto à peccato liberentur, non verò ipse defunctus: additque Viuald. *in candelabro aureo part.1. tit. de Purgatorio n.*16. quòd si text. de defuncto esset intelligendus, potiùs loqueretur in generali, scilicet à peccatis valeat liberari, quàm in particulari à peccato: deinde aduertit quòd esset impropria loquutio text. dicere vt defunctus valeat à peccato liberari, cùm iam per Sacramentum, aut per contritionem fuerit à peccatis liber, & tantum remaneat pœnis luendis obnoxius, quemadmodum impropriè diceretur de aliquo, qui vltimo supplicio erat puniendus, & Rex illi pepercit, si esset incarceratus propter expensas factas, parentes soluant expensas vt ille valeat à morte liberari, & ideo licet hanc solutionem diuinatoriam appellet Petr. Nau. *d. cap.4. num.*75. ei tamen se subscribunt Ludou. Lopez, Ludou. Carlo, Spino, Cartillo *cap.*14. Sayr. *num.*6. *in fine, dictis locis:* vide plura quæ tradidi ad *reg. peccatum, de regulis iuris lib.6.*

SVMMARIVM.

1 *Raptus non dicitur vli volens pro matrimonio adducitur, raptor tamen cum rapta matrimonium contrahere potest, & post consummationem matrimonij, alter sine consensu alterius Religionem ingredi non potest.*

2 *Raptor non dicitur, ac proinde puniri non debet, qui mulierem rapuit à principio consentientem, ac cum raptore tractantem de insimul contrahendo matrimonium.*

3 *Raptor an dicatur attento Conc. Trid. qui rapit consentientem nescientibus parentibus.*

4 *Sponsam rapere licet, & Conc. Trid. non comprehendit raptum quo sponsus rapuit propriam sponsam.*

5 *Vxor professa absque viri licentia ei restituenda est, si ipsa fateatur ante ingressum fuisse consummatum matrimonium.*

6 *Confessio sola professi in assertione matrimonij spiritualis religionis aduersus religionem, nihil operatur.*

Cap. Cum causam. VI.

Innoc. III.

1 RAptus non est quando mulier consentit, & si fiat matrimonium tenet, & si consummetur, non potest ingredi Religionem, vel continentiam profiteri sine consensu viri, & potest probari matrimonium fuisse, vel ex probationibus viri, vel ex confessione mulieris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.5. iuris Pontif. pag.*139. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.*681. remissiuè Ximen. *p.1. & 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect.1. Decretal. lib.5. tit.7. cap.4.* & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *part.50. cap.29.*

Vbi nihil ante de nuptiis agitur.] Notatur ad hoc, quòd 2
raptor non dicitur, ac per consequens puniri non debet, qui mulierem rapuit illa à principio consentiente, ac cum raptore tractante de insimul contrahendo matrimonio; de quo vide Ludou. Peguer. *crimin. decis.42. num.5. vers. neque enim obstat text.* Decian. *in tract. crimin. lib.7. cap.7. numero 20. & cap.13. numero 46. & seq.* Farin. *in praxi crimin. part.5. q.*145. *num.*134 *& seq.* Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis.*96. *num.*29. vbi *n.*12. *&* 22. resoluit de iure Canonico raptum non committi, vbi præcessit tractatus matrimonij, licet aliter de iure Ciuili, de quo etiam Sanch. *de matrim. lib.7. disp.*12. *num.*15. Attento verò iure nouissimo Concilij Trid. *sess.*14. *de reform. matrim. cap.*6. quo habetur inter raptorem, & raptam quandiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium, nisi rapta à raptore separata, & in loco tuto, & libero constituta illum in virum habere consenserit &c. dubitatur an raptor dicatur qui mulierem rapit consentientem in terminis huius textus? in quo dubio mihi dicendum videtur hunc non dici raptorem, quando enim nulla vis infertur in abducenda fœmina, sed fœmina ipsa sponte aut etiam precibus non adeo importunis discedit cum amatore nescientibus non est proprie raptus, sed potius fuga voluntaria cùm nulli vis inferatur, vt tenet Sanch. *de matrim. lib.7. disp.*13. *num.*9. Gutierr. *eod. tract. cap.*86. *num.*12. Bonacin. *eodemmet tract. q.*4. *puncto* 18. *numero* 5. Dixi, *nescientibus parentibus*, quia quando puella sub parentum custodia constituta ex eorum domo ipsis inuitis adducitur, quamuis ipse consentiat, illis tamen vis fieri dicitur, ac per consequens in hoc casu dari verum raptum, & in eo procedere dispositionem Concilij Trid. citato loco resoluunt Zerola *in prax. Episcop. p.2. verbo raptus*, §.1. Fr. Emman. *in sum. tom.1. cap.*232. *numero* 1. Petr. de Ledesm. *in sum. part.1. de sacram. matrimon. cap.*16. *concl.2. dub.1.* Card. Tusc. *tom.6. verbo raptor concluf.5. numero* 4. Henriq. *in summ. lib.*12. *cap.*14. *num.*4. Rebello *de obligat. iustitiæ part.2. lib.3. quæst.*11. *num.*6. Farin. *d. quæst.*145. *num.*121. *& seq.* Gutier. *d. c.* 86. *num.*17. Bonacin. *d. puncto* 18. *num.*5. Quamuis contrarium, immo dispositionem Concilij dicto loco non procedere cum puella sponte consentit repugnantibus parentibus teneant Sanch. *d. lib.7. disp.*13. *n.*13. Lessi. *de iustit. lib.4. cap.3. dub.9. num.*70. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*22. *num.*31. *& lib.*31. *num.*165. *vers. quinto*, & Ægid. Coninck *de Sacram. & censur. tom.2. disp.*31. *num.*48.

Et prius eam desponsauerit. Ergo licet sponsam rapere, vt per Baiard. ad Clar. §. *raptus num.*6. Petr. Caball. *resolut. criminal. casu* 196. *num.*8. Sanch. *d. lib.7. disput.*12. *num.*15. Farin. *d. quæst.*145. *num.*88. Ac proinde decretum Concil. Trid. loco citato non comprehendere raptum, quo sponsus rapit propriam sponsam, tenent Fr. Emman. *d. cap.*232. *num.*4. Hentiq. *d. cap.*14. *num.*4. Sanch. *d. num.*15. Rebell. *d. quæst.*12. *num.*5. Lessi. *d. num.*70. *vers. tertium*, Farin. *d. quæst.*145. *n.*86. *vers.*87. Marc. Anton. Genuen. *in practicab. ecclesiast. quæst 6. n.*91. Bonacin. *d. puncto* 18. *num.*11. Ioseph. Sesse *d. decis.*36. *num* 4. 4

Vel ex mulieris confessione clarnerit.] Collige ex text.

vxorem professam absque viri licentia ei restituendam fore, si ipsa fateatur ante ingressum fuisse consummatum matrimonium, vt per Sanch. *de matrim. lib.* 10. *disp.* 12. *num.* 50. vbi cum Abb. *hic num.* 6. *& in cap. veniens, num.* 2. *de conuers. coning.* hoc intelligit quando vxor professa continens in iudicio præuiam matrimonij consummationem, vel præcedens adulterium re vera stat pro ipsa professione, & superiore conniuente eam confessionem fecit, tunc enim non est verisimile eam contra se mentiri, ac subinde confessio sibi
6 præiudicat, & monasterio. Nam in assertione matrimonij spiritualis religionis sola confessio professi aduersùs professionem nihil operatur, *cap. viduæ, de regular. cap. quod interrogasti* 27. *dist.* Mascard. *de probat. concl.* 1026. *n.* 8. Nau. *conf.* 1. *n.* 4. *sub tit. de adulter.* quos refert Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 1. *comp.* 15. *n* 43.

SVMMARIVM.

1 *Rapta potest matrimonium contrahere cum raptore, vbi datur libera facultas in contrahendo.*
2 *Matrimonium inter raptorem & raptam validum est, si clarè appareat de libera mulieris voluntate.*
3 *Raptor cum rapta contrahere non poterat secundum antiquos Canones.*

CAP. Accedens. VII. & fin.

Innocent. III.

1 RApta cum raptore potest contrahere si ambo consentiant, licèt priùs dissenserint, dummodo sint legitimæ personæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar, Butr. Panorm. Mar. Socin. Cened. *collect* 92. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 140. Alagona *in compend. iuris Canon pag.* 682. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5 *tit.* 3. *cap. vnic.*

2 Collige ex text. validum esse matrimonium inter raptorem & raptam, modò appareat clarè de libera mulieris voluntate quæ hodie attenta nouissima Concilij Trident. dispositione *sess.* 24. *de reform. matrim. c.* 6. clarè apparebit si rapta extra raptoris potestatem abducta, ac loco tuto & libero constituta liberè in matrimonium consentiat: vide Decian. *tract. crimin. lib.* 8. *c.* 13. *n.* 48. Fr. Emman. *in summ. tom.* 1 *c.* 232. *n.* 4. Matien. *in rub tit.* 1. *gl.* 1. *n.* 142. *lib.* 5. *nouæ recop.* Henriq. *in sum. lib.* 12. *c.* 14. *n.* 4. Sanch. *de matrimon. lib.* 7. *disp.* 12. *n.* 42. Lessi. *de iustit lib.* 4. *c.* 6. *dub.* 9. *n.* 68. *cum seqq.* resoluentes attento hoc cap. non desiderari vt puella extra raptoris potestatem constituta, ac in pristina libertate posita consensum præbeat, sed satis esse vt valeat matrimonium si rapta adhuc sub raptoris potestate existens verè liberè consentiat.

3 In gloss. *Cum raptore*, ibi, *secundùm antiquos Canones, & secundùm leges non poterat raptor contrahere cum rapta.* Vide Sanch. *d. lib.* 7. *disp.* 12. *n.* 41. Fr. Basil. Ponc. *de impedimentis matrim. c.* 39. *vers. dixi quidem.*

De Furtis.

TIT. XVIII.

SVPER hanc rub. scripserunt Zab. Anch. Butr. Ioan. And. Mar. Socin. Panorm. Guillel. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon fol.* 142. *versò* Petr. de Rauen. *in compendio iur. Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 186. Dan. Venat. *in analysi methodica iur. Pontificij pag.* 659. Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. Anast. Germon. *in paratit. C. ad quinque libros Decretal.* Lancel. *in institut. Canon.* Barthol. Carthag. *in expositt. titulorum iuris Canon.* Zypæus *analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag.* 198. Canis. *in summ. iuris Canon.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 5. *sum. in Decret. omnes sub hoc tit.*

De materia huius text. tractatus edidere Ioannes Bonifac. & Prop. Farinac. & agunt Ordin. Regia Instit. *lib.* 5. *tit.* 60. vbi parens meus, & apud Castellanos *l.* 1. *tit.* 14. *part.* 7. vbi Greg. *& tit.* 16. *lib.* 8. Ordin. vbi Perez, *& tit.* 11. *lib.* 8. *nouæ recopil.* vbi Azued. S. Thom. 2. *quæst.* 66. & Caiet. *ibi*, Sot. *de iustit. lib.* 5. *quæst.* 3. *art.* 1. Angel. Sylvest. Rosel. Armil. Tabien. & alij Summistæ *verbo furtum*, Couar. *in reg. peccatum part.* 2. § 1. Bernard. & Salzed. *in pract. c.* 93. *in nouiss. edit.* Redino *in promptuario receptarum sentent. tom.* 1. *tit.* 55. *de furtis*, Vela *de delictis cap.* 12. Boss. *eod. tract. tit. de furtis*, Vin. Kirchou. & Soar. *tom.* 2. *commun opin. lib.* 6. *tit.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 295. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 822. *cum seqq.* Sayr. *in claui Regia lib.* 9. *cap.* 12. Aloys. Riccius *in collectan. decis. part.* 2. *collect.* 282. *cum seqq.* Decian. *tract crimin. lib.* 9. *cap.* 29. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. part.* 7. *quæst.* 165. *cum seq. vsque ad* 9. 177. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 11. *cum seqq.* Molin. *de iustit. tom.* 3. *tract.* 3. *disp.* 680. *cum seqq.* Lessi. *eod. tract lib.* 2. *cap.* 12. Rebell. *de obligat. iustitiæ part. lib.* 3. *quæst.* 15. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 23. *à princip.* De furtorum pœnis agit Henric. Bocerus, & de furtis, seu re furtiua penes tertium reperta Vincent. Caroce.

CAP. Qui cum furatur. I. *ex Exod.*

QVi furatur hominem, & vendiderit, conuictus, morte moriatur. Hæc sunt formalia verba huius text. super quo scripserunt Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *Pontif. pag.* 240. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 682. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5 *tit.* 26. *c.* 1.

De pœna furantis hominem, & cum vendentis vide *l.* 1. vbi gloss. 4. *tit.* 14. *lib.* 3. *for. legum.* Christoph. de Paz *in scholiis ad leges styli* 80. *per text. ibi n.* 12.

SVMMARIVM.

2 *Furibus & latronibus in peccato obeuntibus Sacramenta ecclesiastica deneganda sunt, secus si in mortis eos pœnituit.*
2 *Occisus in fragranti aliquo delicto in publico obstinatus censetur, ac per consequens pro eo non est orandum.*
3 *Damnatis ad mortem non est denegandum sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum.*
4 *Sententia corporis afflictiua non est mandanda executioni eo die, quo condemnatus ad mortem, sumpsit sanctissimum Eucharistiæ sacramentum.*
5 *Declaratur text. in præsenti.*

CAP. Fures. II. *Ex Conc. Tibur.*

FVres, & latrones, si in peccato occiduntur, non est pro eis orandum, sed si vulnerati confitentur suo Presbytero, vel Decano, illis non denegatur communio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar.

Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.5. iuris Pontificij pag.*141. Alagona *in compend. iuris Canonici pag.*682. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. refertur in appendice Concilij Lateranen. sub Alex. III. *p.*34. *cap.*2. & à Burcard. *lib.*11. *Decretor. cap.*59. Iuon. *p.*13. *cap.*45. & ab Anton. August. *collect.*4. *Decretal. lib.*5. *tit.*26. *cap.*4.

2 *Visum est pro eis non esse orandum.*] Vult. text. *in præsenti* pro eo, qui occiditur in fragranti aliquo delicto, non esse orandum, neque oblationem in Missa fieri debere tanquam pro eo, qui est in publico peccato obstinatus & excommunicatus, ita Fr. Basil. Ponc. *de impedimentis matrimonij, c.*35. *in fine*, vbi refert hîc agi de raptoribus rerum Ecclesiasticarum, in quos lata est excommunicationis sententia. Et hunc text. intelligendum esse de illis, qui furando, capiendo, vel aliàs mortaliter delinquendo occiduntur, dicit Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.*3. *q.*61. *art.*2. *in fine.*

Presbytero, vel Diacono confessi fuerint.] Intellige text. loqui de ostendente signa confessionis & pœnitentiæ, cui non est deneganda Communio, specialiter præterea fit in præsenti mentio Sacerdotis, & Diaconi, quia à Sacerdote potest absolui, & excommunicari, Diacono vero quamuis nequeat illum absoluere, sit tamen ei potestas in illo articulo, & deficiente Sacerdote ecclesiastica sacramenta ministrandi illi, dummodo aliàs se sufficienter dispositum ostendat, ita ex Soar. tradit Ioan. Baptista Costa *de remed. subsid. remed.* 127 *num.*31.

3 *Communionem.*] Ex hoc text. Colligunt aliqui assumptionem corporis Domini Nostri IESV-CHRISTI damnatis ad mortem esse concedendam, quod nouè dispositum est apud nostros Lusitanos per Ordin. Reg. *lib.*5. *tit.*138. §.2. vbi parens meus, & apud Castellanos *l.*9. *tit.*1. *lib.*1. *nouæ recop.* vbi Azeued. & tenent Tolet. *lib.*2. *summ. cap.*28. Emman. Sà *verbo Eucharistia num.*2. Henriq. *in sum. lib.*8. *c.*5. Couarr. *lib.*2. *var. cap.*1. *num.*11. Clar. *lib.*5. § *fin. quæst.*99. *num.*3. Gom. *tom.*3. *var. cap.*14. *num.*6. *vers. item adde.* Gam. *in speciali tract. de Sacramentis præstandis vltimo supplicio damnatis*, Henriq. *in summ. lib.*8. *c.*5. *num.*4. Nauar. *in man. cap.*25. *num.*23. *& conf.*16. *sub tit. de pœnit. & remiss. in antiq.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.*2. *quæst.*109. *art.*3. Azor. *institut. moral. part.*1. *lib.*2. *cap.*10. *quæst.*3. Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.*5. *sect.*18. *pag. mihi* 423. Hortens. Caluacan. *de brachio Regio part.*3. *n.*306. Soar. *tom.*3. *in* 3 *part. disp.*69. *sect.*3. *&* 4. Valer. Reginald. *in praxi for. pœnit. lib.*29. *num.* 70. *&* 71. Ioan. Sancius *disp* 40. *num.*3. *&* 4. Stephan. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc.*3. *lib.*1. *c.*4. *num.*3. *&* 4. plures ex antiquioribus refert Cened. *ad*

4 *Decretum collect.*4. *num.*1. Sententia verò corporis afflictiua executioni non est mandanda eo die, quo condemnatus sumpsit corpus Sacratissimum D. N. IESV-CHRISTI, vt per Clar. *d.q num.*3. Cened. *d. collect.*4. *num.*3. & seruati Mantuæ asserit Hostiens. Canalcan. *d. num.*306.

5 Verùm hæc prædictorum Doctorum opinio in se vere non probatur ex hoc text. nam quicquid dicat gloss. *hic verbo communionem*, huiusmodi verbum non de Eucharistiæ communione, sed de communione Ecclesiastica, iuxta quam & oratur pro mortuis, & offertur sacrificium (eorum nomina ad altare recitari consueuerant) ac conceditur ecclesiastica sepultura, iuxta illud, cui communicamus viuo, communicamus etiam defuncto, de quo *in c. ex parte* 11. *in fine, de sepultur.* Opponit enim text. hic duo illa hominum genera, & eos, qui in crimine comprehensi occiduntur, nullis pœnitentiæ signis exhibitis, & eos, qui signis exhibitis pœnitentiæ decedunt, illis negat communionem, sepulturæ scilicet, & oblationum, & orationum ergo eandem concedit istis, atque hunc esse sensum huius text. constabit legenti ea, quæ præcesserunt illa *part.*30. *cap.*1. *&* 2. *in cuius fine*, adducitur ab Alex. III. Nec huic intellectui obstant sequentia verba huius text. ibi, *sed si comprehensi, aut vulnerati Presbytero, vel Diacono confessi fuerint, communionem ei non negamus*, quia presbyter & diaconus nominati sunt non tanquam absolutionem impendentes, & confessionem excipientes, quamuis idoneus minister Presbyter sit, sed tanquam testes signorum pœnitentiæ, ob quæ sola etiam furi decedenti vult Ecclesia non negari communionem Ecclesiasticam, & absolutionem ab excommunicatione lata contra raptores rerum Ecclesiasticarum, ita subtilis Basil. Ponc. *loco supra citato.*

SVMMARIVM.

1 *Furtum ex necessitate non multum vrgente committens, peccat, sed non graviter, vnde imponenda est ei leuis pœnitentia.*
2 *Furans in extrema necessitate non peccat.*
3 *Furans aliquid in extrema necessitate, quo sibi subueniat indigenti, an postea factus locupletior debeat tandem restituere, ostenditur.*
4 *Furans in extrema, necessitate aliena non peccat.*
5 *Mulier fornicans propter necessitatem famis cur peccet, non autem propter eandem furans, ostenditur.*

CAP. Si quis propter. III.

Ex Pœnit. Theodori.

SI quis propter necessitatem famis, aut nuditatis furatus fuerit cibaria, vestem, vel pecus, pœniteat hebdomadas tres, si reddiderit, non cogatur ieiunare, hæc sunt formalia verba huius text. super quo scripserunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib.*5. *iuris Pontif. pag.*141. Lagona *in compend. iuris Canon. pag.*682. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.*1. *Decretal. lib.*5. *tit.*16. *cap.*5. 1

Textus iste, quatenus ait imponendam esse pœnitentiam, ei qui furatus fuit propter necessitatem famis, &c. intelligendus necessario venit de grani necessitate, in qua constituto non licet etiam occultè surripere ab opulentis, quia etiamsi Diuites possint, & debeant subuenire talem necessitatem patienti, tamen sunt multi alieni egeni occurrentes in pari necessitate constituti, quibus subuenire conuenientius esse iudicabunt, nam arbitrio eorum relictum esse hoc censetur, & re vera est, quia præceptum eleemosynæ non datur determinatum ad certam circunstantiam; quare ita resoluunt Sot. *de iustit. lib.*1. *quæst.*7. *art.*4. Turrian. *in* 2. 2. *disp.*82. *dub.*8. Valent. *tom.*3. *disp.*5. *q.*6. *puncto* 5. Azor. *instit. moral. part.*2. *lib.*12. *cap.*8. *quæst.*8. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. tom.*1. *lib.*4. *cap.*20. *num.*267. Salon. *in* 2.2. *quæst.*66. *art.*7. *concl.*2. vbi subdit, hoc ita esse, quia grauis necessitas non facit res communes, vt facit extrema, nec tribuit ius in aliena: ille enim qui in extrema necessitate constitutus est, (quando scilicet, aut imminet alicui statim mors nisi ei succurratur, aut imminet periculum alicuius grauissimæ infirmitatis, & miseriæ, quæ moraliter loquendo homines conficere soleat) licitè potest necessaria sibi 2

accipere

accipere ex rebus alienis absque peccato furti, aut rapinæ, quando aliter suæ necessitati prouidere non potest: nam extrema necessitas reddit res communes, atque adeo dominus rei non potest in tali casu rationabiliter ægrè ferre, quod indigens rem suam accipiat, quod intelligendum est, dummodo rei ablatæ dominus non sit in pari necessitate constitutus, tunc enim non licet illum re sua priuare cùm in pari periculo, & necessitate melior sit conditio possidentis Colliguntur hæc ex D. Thom. 2. 2. q. 66. art. 7. vbi Caiet. Bañes, Mich. Salon. & Petr. de Alagona. Clar. lib. 5. §. furtum num. 24. Ioan. Medin. in Cod. de Eleemosyna quæst. 6. & 7. Petr. Nauar. lib. 3. de restit. lib. 3. p. 4. dub. 5. num. 371. & dubit. vlt. numer. 415. Nauar. in man. c. 17. numer. 5. vers. quarto, & numer. 118. vers. 25. Couar. in reg. peccatum part. 2. §. 1. num. 3. Bonacos. commun. crimin. part. 1. verbo famis fol. 68. Tiraq. de pœnis temper. causa 33. Brun. de cessione bonorum. part. 4. quæst. 2. num. 4. vers. & ideo, Toled in instruct. Sacerd. lib. 5. cap. 15. Mex. in tract. tassæ panis concl. 1. num. 12. Lara in l. si quis à liberis, in princip. numer. 41. ff. de liberis agnosc. Benincas. in tract. de paupertate quæst. 7. spec. 9. num. 20. cum seqq. Surd. de alimentis tit. 8. priuil. 39. Menoch. remed. 10. recup. num. 97. & de arbitr. casu 132. num. 27. & cons. 31. num. 11. & num. 30 cum seq. Didac. Quanter. in quæst. crimin. tit. de furt c. 8. num 3. vers. & quando licebat. Ioan. Bapt. Costa de remed. subsidior. remed. 106. illat. 7. Sayr. in claui Regia, lib. 9. c. 14. num. 17. cum seqq. & lib. 10. tract. 5. c. 1 num. 20. & 41. Farin. in praxi crimin. part. 7. de furtis quæst. 174. numer. 68 cum seq. Azor. institution. moral. part. 2. lib. 12. c. 8. q. 6.

3 Quæstio est dubia, an huiusmodi in extrema constitutus necessitate alienum accipiens, quo sibi subueniat indigenti posteane factus locupletior debeat tantundem restituere; in qua quæst. licèt affirmatiuam partem sequantur Nauar. d. c. 17. num. 61. Couar. d. §. 1. num. 4. Benincas. d. spec. 9. numer. 37. Lessi. lib. 2. de iustit. cap. 16. dub. 1. num. 8. verior tamen est negatiua in rebus vsu consumptibilibus, ex ea ratione, quia omnis obligatio restituendi nascitur, vel ratione rei acceptæ, vel ratione acceptionis, sed is, qui consumit aliena in extrema necessitate non obligatur ratione rei acceptæ, quia apud se non habet cum bona fide consumpserit: nec tenetur ratione acceptionis cum non fuerit iniusta, quia accepit in extrema necessitate, & ex alia parte non accepit per contractum, vel quasi contractum ex quo alioquin teneretur, ergo nulla est obligatio restituendi, ita Surd. d. priuil. 39. num. 11. cum seqq. Azori. d. c. 8. quæs. 7 & cap. 9. quæs. 1. & part. 3. lib. 4. c. 39. Sayr. d. c. 6. à num. 11. nouissimè Illustrissimus D. meus Rodericus à Cunha post primam huius libri impressionem à me visus, in comment. ad cap. sicut 8. numer. 7. disp. 47. plures per Cened. ad Decretum collect. 4 48. num. 5.

Amplia procedere supradictam resolutionem non solùm in extrema necessitate propria, sed etiam aliena, ex Nauar. comment. 2. de regul. num. 28. Surd. d. priuil. 39. num. 6. vbi num. 9. tenet licitum etiam esse furtum aliarum rerum quàm comestibilium, quando comestibilia non inueniuntur, quia potest quis aliam rem capere, & ex eius venditione pretium comparare ad emendum panem, nam regula est, quòd omnia sunt communia necessitatis tempore, & text. in præsenti, dum facit mentionem de veste, & pecore, loquitur, per modum exempli, quod non restringit regulam, & paria sunt quod quis panem rapiat, vel aliud ad comparandum panem. Amplia etiam procedere in valde graui etsi non extrema, puta si fuerit necessitas morbi, famis, nuditatis, &c. nam cum diues in illo casu teneatur dare, ita pauper potest accipere absque iniuria ipsius, nam facit id ad quod ipse teneretur, ita Angel. verbo furtum num. 37. Emman. Sa eod. verbo n. 1. Petr. à Nauar. de restit. lib. 3. part. 4. c. 1. dub. 5. Less. de iustit. lib. 2. c. 12. dub. 12. n. 71. Malder. in 2. 2. quæst. 32. art. 6. dub. 6.

In gloss. pœnitent. ibi. sed quare non excusatur mulier à fornicatione propter necessitatem famis. Respondet Surd. d. tit. 8. priuil. 40. vel quia tempore necessitatis res omnes sunt communes, humana autem creatura non est in fructu, & mulieres non sunt communes: vel quia fornicatio non extinguit famam sicut furtum, vel quia fames cogit immediatè ad furandum, fornicatio verò mediatè. Vnde bene Henriq. in sum. lib. 11. cap. 8. num. 3, in comment. lit. G. quærit quare in extrema necessitate liceat accipere rem alienã, & occidere inuasorem, nec id est contra quintum, aut septimum præceptum, & respondet, quia est medium per se ordinatum in finem conseruationis, & defensionis propriæ, non tamen licet fornicari, aut mentiri, quia non est medium per se.

SVMMARIVM.

1 *Furem non indicans propter lucrum quod ab eo consequitur, reus peccati est.*
2 *Furem, aut furtum non indicans, quando peccet, & ad restitutionem obligetur, ostenditur.*
3 *Episcopi, & eius Vicarij possunt etiam ad instantiam partis concedere monitorias generales contra occultantes bona alicuius, & non manifestantes, quod videtur ibi.*
4 *Furans rem alienam si ea indiget ad subleuandam propriam necessitatem, an teneatur vi monitorialium, ostenditur.*
5 *Defendere vitam, & bona proximi defensione indigentis, & volentis quilibet tenetur sub peccato mortali si commodè, & absque notabili damno poterit.*
6 *Turpiter accipit qui gratis tenetur præstare.*
7 *Declaratur l. 4. §. si tibi ff. de condict. ob turpem causam.*
8 *Inuentor rei alienæ an teneatur gratis domino restituere, ostenditur.*

CAP. Qui cum fure. IV.

NOn solùm fur, sed furti conscius, qui quærenti possessori furem non indicat, reus est furti, Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania. Hostiens. Anchar. Butr. Panormit. Mar. Socin. Viuian. in rationali lib. 5. tit. Pontificij pag. 141. Alagona in compendio istis Canon. pag. 682. remissiuè Ximen. in concord. p. 1. & 2. desumitur ex D. Hieron. super Parabolas Proverb. cap. 29. refertur ab Anton. Augustin. collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 26. cap. 6.

Non fur solùm] Aduertit Couar. in reg. peccatum 1 part. 2. §. 3. num. 4. & 5. quod etsi in præsenti furti conscius id non reuelans possessori, & domino, fur appelletur, id verum est quoad furti culpam, non tamen quoad obligationem restituendi. Et Flores de Mena vari. quæst. lib. 1. quæst. 18. num. 8. dicit quòd præterquam quòd loquatur quoad forum interius, loquitur etiam de indicando furto, & non de indicando fure, quia aliud est indicare furem, & ad hoc non tenetur sciens, & aliud iudicare furtum, aut rem furatam, & ad hoc tenetur sciens, prout text. hic decidit.

Quarente possessore non indicat.] Ergo Episcopi, & 2 eius Vicarij possunt etiam ad instantiam partis concedere

cedere monitorias generales sub excommunicatione contra eos, qui alienum vel iniustè detinuerint,& intra certum tempus non restituerint, vel ab alio sic detentum scientes non reuelauerint, vt per Abb. *hîc n.*2. Fr. Emman. *in summ. tom.*2. *cap.*79. *in princip.* & præcipuè *à num.*2. Nau. *in man. cap.*17.*num.*119 *&* 145. *& cap.*18.*num.*40. Gutier. *canon. lib* 1.*c.*11.*num.*1. *cum seqq.* Lessi. *de iustit. lib.*2.*c.*30. *sub num.*43. *&* 50. Couart. *in reg. peccatum. part.*2. §.3. *num.*5. Flores de Mena *var. quæst. lib.*2. *quæst.*18. *num.*58. *&* 59. Cordub. *in suo quæstion. lib.*1. *quæst.*43. *dub.*2. *vers. contra supra dicta.* Quæ quidem resolutio limitatur quando accipiens alienum, retinuerit illud in compensationem iustam alicuius debiti legalis, cuius solutionem aliter obtinere commodè non potuerit, tunc enim ipse detinens & compensans non tenetur restituere, & respondere dictis monitoriis, sicut nec alij, qui certò & bene nouerint iustitiam dicti debiti sic compensari, vt bene resoluunt Syluest. *in summ. verbo furtum* 1. *quæst.*5. Nauar. *d. num.*114. Gutier. *d. cap.*11. *num.*67. *cum seqq.* Lessi. *d.num.*50. & alij, quos refert, & sequitur Fr. Emman. *d. cap.*79. *num.*11. rectè aduertentes ab huiusmodi reuelatione non excusari illum, qui dicti debiti legalis certus non fuerit, sed dubius, licèt taliter compensans, esset eius fidei, virtutis, & auctoritatis, vt meritò propter solum eius dictum deberet audiens depellere hanc dubietatem, iuxta sententiam gloss. *verbo actiones ad fin. in l. Titio fundus* 73.*ff. de condit. & demonst.* quam in hoc vt singularem commendat Nauar. *d. num.*114. *in fine*, Fr. Emman. *d. num.*11.

4 Deinde limitatur, quando ipse, qui rem alienam furatus est, indiget ea ad subleuandam propriam necessitatem, vt quia facta ipsius restitutione, incideret in extremam inopiam, vel etiam sustineret grauissimam sui status iustè obtenti iacturam ob calamitatem absque sui culpa ex improuiso eidem superuenientem, & ad eas angustias redigentem vt hanc restitutionem rei olim furatæ facere non possit absque dicti status iactura, & insimul supponatur ex hac restitutionis dilatione leue solum detrimentum imminere creditori, etenim in hoc etiam casu damnum hoc ex dicto furto præterito imminens eidem creditori, est accidentale tantum, nec dici potest imminere ex actuali malitia furis, quippe quod eam non habet dum non restituit in his indigentiæ terminis, quia scilicet huiusmodi indigentia dum durat, solet à restitutione excusare quantumuis debitum procedat ex furto, vel alio quolibet delicto, iuxta ea, quæ ad intellectum & limitationem text. *in reg. peccatum, de regulis iuris in* 6. *& in cap. si res aliena* 14. *quæst.*6. cum similibus resoluunt post alios Couar. *in ead. reg. peccatum part.*1. *in initio num.*2. Nauar. *in man. cap.*17. *n.*55. *in fine, cum seqq.* Lessi. *de iustit. lib.*2. *cap.*15. *à num.*26. quidquid oppositum quoad prædictam status iacturam in debito prouenientem ex delicto crediderint in sola restitutionis dilatione ob extremam necessitatem consentientes cum aliis per eosdem relatis Molin. *de restit. tractat.*2. *disput.*754. *sub num.*2. *col.*2. *in med.* Rebell. *de obligat. iustitiæ, part.*1. *lib.*2. *quæst.*17. *sect.*4. *num.*24. *&* 26. *iunctis præcedentibus à num* 21. vnde bene Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.*1. *lib.*5. *cap.*6. *numero* 31. resoluit absconditem bona aliqua in fraudem creditorum ea in suam ipsorum solutionem ex legitima adiudicatione prætendentium ne ab illis capiatur, si ei essent necessaria ad vitam sustentãdam, posse etiam rogatum à iudice iurare amphibologicè se nulla bona abscondita habere, atque item posse iurare idem scientes, dummodo illis constet licitè eum abscondere ad dictum finem, intelligendo scilicet secum non habere bona abscondita, quæ ipse teneatur iudici manifestare, quasi hæc, & non alia sit, nec esse possit intentio legitima huius interrogationis, & cætera.

In gloss. *Indicat*, ibi, *vt non peccat, qui aliquid accipit, vt indicet.* Opponit gloss. hæc de text. *in l.*4. §. *si tibi ff. de condict. ob turpem causam, & in l. solent vers. solent. ff. de præscriptis verbis*, dum probant posse quemlibet pecuniam, vel quid aliud accipere, etiamex pacto pro seruis fugitiuis, vel alijs rerum furibus indicandis, difficultas ex eo oritur, quia sub peccato mort. 5
quilibet tenetur defendere vitam, aut bona alia pro- 6
ximi huiusmodi defensionem volentis, & ea indigentis, si commodè, & absque notabili damno potuerit, vt per Couar. *in reg. peccatum. part.*2. §.3. *sub num.*4. *&* 5. Clau. *in repet. l. vt vim vi, ff. de iustitia, sub num.*127. vbi Curt. *num.*59. Hippol. Rimin. *sub num.*391. & Bologn. *num.*79. Molin. *de iustit. tom.*4. *tract.*3. *disp.*18. *num.*2. Flor. de Mena *var. quæst.*18. *num.*9. *&* 10. Farin. *in pract. crimin. quæst.*125 *num.*306. ac proinde non posset pro huiusmodi defensione accipere ex pacto aliquam pecuniam, quia scilicet turpiter accipiet cum gratis teneretur implere hanc suam obligationem, iuxta text. *& ibi* notata *in l.*2. *& in l.*4. *& in l. vlt. ff. de condict. ob turpem caus.* post alios Anton. Gomez *var. tom.*3. *c.*2. *sub num.*8. Couar. *d.* §.5. *num.*6. Molin. *de iustit. tract.*2. *disp.*93. *à num.*1. *cum seqq.* Lessi. *eod. tract. lib.*2. *cap.*14. *à num.*62. Quare dicendum est *in d. l.*4. *& in d. l. solent*, 7
non fuisse pecuniam acceptam, vel promissam in præmium pro sola simplici manifestatione serui fugitiui, vel furis, vel rei furtiuæ: pro hac enim manifestatione, vtpote continente debitam bonorum proximi defensionem, accipi nihil posset ab eo, qui absque labore, & expensis rem ipsam inueniret, aut nosceret eius locum, vel eundemmet furem sine cuius indicatione res furtiua domino reddi fortasse non posset, vt post alios aduertit Couar. *d.* §.3. *sub num.*5. Molin. *d. disp.*93. *num.*3. *cum seqq.* Lessi. *d. cap.*14. *num.*66. *&* 69. fuit ergo in terminis prædictorum iurium accepta vel promissa pecunia in præmium pro alio diuerso & licito respectu, videlicet pro labore & industria inquirendi seruum fugitiuum, aut aliam rem furtiuam, eiúsque furem, vt benè intelligit Couar. *vbi proximè*, Molin. *d. num.*3. *post princip.* Lessi. *d. num.*66. *&* 69. & satis indicant verba text. *in d. l. solent*, ibi. *solent etiam mercedem huius rei accipere*, &c. iuncta proprietate verbi, *mercedem*, quæ propriè datur pro labore, iuxta illud vulgare, *Dignus est operarius mercede sua*, & iunctis etiam his, quæ in quolibet alio opere in alterius commodum cedente resoluit Lessi. *vbi proximè*, & Molin. *d. num.*3. *col.*2. *vers. iuxta posteriorem*, inde constituens, quod licet illud opus sit in obligatione ex præcepto charitatis, tamen compensandum est ab eo, in cuius vtilitatem cedit, pro modo scilicet laboris, & sumptuum, si hæc pretio digna sint, id consequenter obseruans ad curam medicorum, ad patrocinium aduocatorum, & ad exhibendum cibum extremè indigenti aut equum ad euadendam mortem iniustam, & ad domum proximi ab incendio, aut direptione liberandam, & ad alias similes subuentiones erga proximum, ad quas licet quilibet dum potest, ex charitate obligetur, sed pro pretio labori & sumptibus respondente, si dictis solutionibus indigens soluendo fuerit, quod etiam obseruat Nauar. *in man. cap.*17. *à num.*61.

Iuxta quam resolutionem intelligenda etiam sunt 8
& limitanda verba text. *in l. falsus* §. *qui alienum ff. hoc tit.* vt scilicet dum dicunt improbè peti aliquid pro restitutione rei inuentæ domino faciendæ, intelligantur procedere non quidem vt excludant iustam compensationem laboris, industriæ, & expensarum factarum

rum in inuentione eiusdem rei, iuxta suprapositam resolutionem, sed solùm procedant quando eorum nihil impensum est, tunc enim gratis restituere tenetur inuentor, vt post Bart. *in d. §. qui alienum*, & est post Alber. & Ias. *in d. §. si tibi*, & post alios alibi resoluit Couar. *d. §. 3. num. 3.* Azeued. *l. 6. num. 55. & 60. tit. 15. lib. 4. nouæ recopil.* Anton. Gomez *tom. 3. var. cap. 5. sub num. 3.* Lessi. *d. cap. 14. num. 66. & 72.* Molin. *d. tract. 2. disp. 83. num 6.* Rebell. *d. quæst. 20. num. 3.* bene insuper aduertens posse inuentorem recipere iustè & retinere datum etiam ob solam restitutionem rei sine vllo labore, aut impensis innentæ, si tamen legitimè appareat saltem ex coniecturis id sibi gratis, & sponte à domino datum fuisse.

SVMMARIVM.

1 *Fur occultus potest post restitutionem & pœnitentiam ad sacros ordines promoueri.*
2 *Calicem rapiens sacrilegium committit.*
3 *Confessus sponte mitius punitur.*
4 *Criminosi & infames occulti si promoueri voluerint, non debent aliqua ratione prohiberi.*

CAP. Ex litteris V. & fin.

Alexand. III.

1 FVr occultus, id est, de quo non est nota, & infamia manifesta, facta satisfactione, & saltem aliqua parte pœnitentiæ, potest ordinari si illud non obstat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 142.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag 683.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 26. cap. 7.*

2 *Calicem quendam in Ecclesia*, &c.] Et ita rapiens Calicem sacrilegium committis ratione rei sacræ, de quo vide Lessi. *de iustitia lib. 2. cap. 45 de sacrileg. n. 15. cum seqq.* Soar. *de relig. tom. 1. tract. 3. de sacrileg. lib. 3. c. 5 a n. 4. & cap. 6. à princip.*

3 *Si sponte confessus.*] Ergo mitius punitur qui sponte confessus est, de quo vide Tiraq. *de pœnis temper. c. 30. à princ.* Clar. *in pract. §. fin. quæst. 60. vers. non desunt*, Direct. Inquisit. *part. 3. commento 12. tom. 12. col. 5.* Farin. *in praxi crimin. quæst. 81. num. 26. & 172.* Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 3. resol. 20. vers quartus, & resol. 35. n. 2.* Illustriss. D. meus Roder. à Cunha *in commentar. ad c. 3. num. 1. dist. 50.*

4 *Ad sacros Ordines non dubites promouere.*] Notatur ad hoc, quòd criminosi & infames occulti si promoueri voluerint, non debent aliqua ratione prohiberi, vt per Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplina cleric. §. 10. num. 36.*

De Vsuris.

TIT. XIX.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. latè Mar. Socin. Anchar. Butr. Panorm. Aloys. Riccius *collect. 2045.* Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol. 144.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 181.* Petr. de Rauen. *in compendio iur. Canon.* Martin. Mesnar. *in epitome Decretal. fol. 186. verso*, Dan. Venat. *in analysi methodica iur. Pontificij à pag. 662.* Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. Anast. Germon. *in paraphrasi ad quinque libros Decretal.* Lancell. *in institut. Canon.* Barthol. Carthag. *in expositt. titulorum iuris Canon.* Zypæus *analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag. 499.* Camis. *in summ. iuris Canon.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib. 5. sum in Decret. omnes sub hoc tit.*

De materia huius tit. agunt Ordin. Regia Lusitan. *lib. 4. tit. 67.* vbi parens meus, & apud Castellanos Lob. *tit. 6. part. 1.* vbi Gregor. Lop. & *l. 1. tit. 2. lib. 8.* Ordin. vbi Perez & *l. 4. tit. 6. lib. 8. nouæ recop.* vbi Azeued. Clar. *in pract. §. vsura*, Couarr. *var. lib. 3. cap. 1. cum seqq.* Nauarr. *in manu. cap. 17. num. 206. cum seqq.* & *in comment. de vsuris ad cap. si fœneraueris 14. quæst. 3.* Vinian. Soar. Kirchou. & alij *tom. 1. communi opinion. lib. tit. 22. pag. mihi 595. cum seqq.* Menoch. *de arbitr. cas. 398. & de præsumpt. lib. 3. præs. 122.* D. Barbos. *in d. part. 1. ff. soluto matrimon.* Casp. Roderic. *de annuis reditib. lib. 3. quæst. 4.* Felician. *de censib. lib. 1 cap. 5.* Cur. Philipp. *part. 2. lib. 2 cap. 1.* Decian. *in tract. crimin. lib. 2. c. 27.* Morl. *in emporio iuris part. 1. tit. 8. quæst. 68.* Veh *de delictis cap. 38.* Gutierr. *canon. l. 2. cap. 18.* Mascard. *de infidelib. part. 1. cap. 11.* Bernard. & Salzed. *in prax. cap. 91. & 92. in nouiss. edit.* Ioseph. Sesse *Aragonia decis. 148.* Don. Garc. Mastrill. *Sic ille decis. 106.* Bobadil. *in sua politica lib. 2. c. 17. num. 42.* Valasc. *cons. 56. num. 2. & cons. 70.* Pradil. *in summa legum pœnalium lib. 1. c. 32.* Bernardin. Muscatel. *in praxi crimin. tit. de vsuris*, Codos. *in praxi iudicum & aduocat. verbo vsura*, Aloys. Ricc. *in collect. decisionum collect. 2732. 56. 622. 1584. 2045. 2046. & 2078.* Galganet. *de iure publico lib. 1 tit. 43.* Rendina *in promptuario recept. sententiarum tom. 1. in 127. de vsuris*, Paul. Layman. *in theologia moralis lib. 3 tract. 4. c. 16.* Et de vsuris integros tractatus edidere Alphons. de Villagut, Laurent. de Rodulphis, Ordinamanus, Lup. Geminianus; circumfertur quoque volumen continens tractatus illorum trium eruditor. virorum Petri Gregor. Alphons. à Neapoli, & Lelij Zecchij. Item Theologi de vsuris agunt *in 4. dist. 15.* vbi Gabr. *quæst. 11.* & Mai. *quæst. 29.* D. Thom. & eius interpretes *2. 2. quæst. 78.* Sot. *de iustit. lib. 6. quæst. 1.* Conrad. *de contract. tract. 2 per 37. quæstiones*, Molin. *de rebus restituendis ex vsura*, D. Antonin. *part. 2. tit. c. 6. cum seqq.* Angel. & Rosel. Sylvest. Armil. Cait. & cæteri Summistæ *verbo vsura*, Petr. Nauar. *lib. 3. de iust. part. 2. c. 2.* Bonacin. *de contract. lib. disp. 3. quæst. 3. punct. 2.* Et ex doctiss. Patribus Societatis IESV, Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 303. cum seqq.* Leonard. Lessi. *eod. tract. lib. 2. c. 20. dubit. 4. cum seqq.* Rebell. *de obligat. Iustitiæ lib. 2. c. 20. dubit. 4. cum seqq.* Aloys. Riccius *collect. 2045.* Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol. 144.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 181.* Petr. de Rauen. *in compendio iur. Canon.* Martin. Mesnar. *in epitome Decretal. fol. 186. verso*, Dan. Venat. *in analysi methodica iur. Pontificij à pag. 662.* Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. Anast. Germon. *in paraphrasi ad quinque libros Decretal.* Lancell. *in institut. Canon.* Barthol. Carthag. *in expositt. titulorum iuris Canon.* Zypæus *analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag. 499.* Camis. *in summ. iuris Canon.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib. 5. sum in Decret. omnes sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Vsura est lucrifacere fructus rei pignoratæ fallia in casu hic excepto.*
2 *Declaratur text. in præsenti.*
3 *Vsurarum crimen ad Ecclesiam pertinet.*
4 *Vsuras faciens à clericatu reiicitur.*
5 *Fructus intelliguntur deductis expensis.*

CAP. Plures. I. *Alex. III.*

POssessiones in pignus data pecunia accipiens, debet fructus pignoris deductis expensis in sortem principa-

principalem computare, qua expleta reddendum est pignus liberè, & si non est expleta, si soluatur id quod restat, pignus restituere tenetur, alioquin est vsura. Item clericus, qui est vsurarius, deponitur ab officio ecclesiastico. Item si laicus aliquis habet iustè possessionem Ecclesiæ, quæ in beneficium clerico fuit data, potest clericus illam in pignus recipere, & non computare fructus, sed pro se retinere, & non est vsura, quia suum recipit, vel saltem hoc modo reddit res ad Ecclesiam. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Boich. Panorm. Bero. Henric. Canis. Petrus Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag.* 143. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 683. remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 15. cap. 1.* & est post Concil. Lateran. *part. 16. cap. 9.*

2 *Possessio liberè ad dominum reuertatur.*] Id est, proprietas, quia cum ex contractu vsurario, qui est ipso iure nullus, non transferatur dominium, vtpote lege resistente; ideo actor semper manet dominus, & pro recuperanda re ei competit actio rei vendicationis, vt per Valasc *consil.* 70. *num.* 8.

3 *Ecclesiastici officij.*] Ergo vsurarum crimen ad Ecclesiam pertineret, vt per Alex. *concil. 29. num. 6. lib. 4.* Deci. *cons. 170.* Ias. *cons. 153. lib. 4.* vide tamen inf. ad *cap. post miserabilem, hoc tit.*

4 *Periculum patiatur.*] Ergo à clericatu reiicitur qui vsuras fecerit, vt per Bellet. *disquisit clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali* §. 10. *n.* 35.

5 In glos. *Deductis expensis.* ibi, *deducendæ sunt expensæ, & quod superest est fructus.* Notatur ad hoc, quòd fructus intelliguntur deductis expensis, vt per Tiraquel. *de retract. lig.* §. 15. *gloss. 1. in princ.* Xuar. *tit. de las arrhas num.* 6. Menoch. *remed. 15. recop. numer.* 574. Cott. *in memorab. verbo statuto fol.* 721. Mexi. *in tract. tassæ panis concl. 2. num.* 88. *cum seqq.* Surd. *de alim. tit. 9. quæst. 12. num.* 15. Gonz. *ad reg.* 8. *Cancel.* §. 7. *procem. numer.* 163. Gemin. *de vsur. comment. 3.* §. 6. *n.* 146. Ceual. *commun. contra commun. quæst.* 893. *n.* 516. Perez *in rubr. tit. 2. gloss. 1. pag. 17. lib* 8. *Ordin.* & alios per me citatos *in tract. de appellatiua verb. vtriusque iuris signif. appell.* 103. *num.* 22.

SVMMA RIVM.

1 *Recipientes sortem suam, deductis expensis, de possessionibus, vel fructibus arborum, quas in pignore tenent, possessiones suis dominis restituere debent.*

2 *Vsuræ omni iure reprobantur.*

3 *Creditor non potest sibi retinere fructus pignoris, sed debet eos in sortem computare.*

Cap. Quoniam. II.

1 REcipientes ex fructibus sortem principalem, deductis expensis, ad restituenda pignora districtione Ecclesiastica sunt compellendi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Anchar. Butr. Hentic. Canis. Panor. Bero. Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 143. Alagona *in compend. iuris Canon. p.* 684. remissiuè Ximen. *in conc. p. 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 15. cap. 4.* & est post Concil. Lateran. *p. 16. c. 3.*

2 *Periculum est vsurarum lucris intendere.*] Generali-

ter enim reprobantur omni iure, naturali, diuino, & humano, vt per Couar. *d. c. 1. num. 3. & 5.* Ozasc. *Pedem decis. 137. num.* 7. Alphons. Castro *lib. 14. aduersus hæreses, verbo vsura,* Roland. *cons. 35. num. 26. vol. 1.* Simanch. *de cathol. institt. cap. 66. à princip.* Anton. Scap. *de iure non scripto lib. 4. cap. 169. ex num. 2.* Spin. *in speculo testam.* glos. *rub. 13. ex num.* 7. Mexia *in tract. tassæ panis conclus. 2. num.* 69. Gutier. *de iuram. sicommator. part. 1. cap. 2. numer. 2.* Alphons. Villag. *in tract. de vsuris q. 3. cum seqq.* plures Doctores refert Cened. *ad Decretal. collect. 41. num. 1.* quibus addo Felician. *de censib. lib. 1. cap. 5. num. 15.* Azori. *institut. moral. part. 3. lib. 5. cap. 2.* Morl. *in emporio iuris, part. 1. tit. 1. in prælud. numer. 47. prope fin. & tit. 8. quæst. 25. numer. 11.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo vsura numer. 2.* Pradil. *in summa legum pœnalium part. 1. cap. 30. numer. 3.* Castil. *quotid. lib. 2. cap. 1. numer. 13. & lib. 3. cap. 23 num. 66.* Bernard. Græuæ *ad practicam Cameræ Imp. lib. 2. conclus. 5. in coronide,* Marta *in votis nouiss. decis. voto 213. numer. 1.* Molin. *de institt. tract. 2. disputat. 304.* Rebell. *de obligat. iustitiæ, part. 2. lib. 8. quæst. 2. sect. 2. numer. 8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 25. à num. 48.* Ioan. de Salas *de contract. tract. de vsuris, dub. 3. art. 1.* Hieron. de Laurent. *Auenionen. decis. 48.* Camill. Borrel. *cons. 79.* Rota *decis. 114. num. 4. & decis. 296. num. 4. & decis. 307. num. 2. apud* Farin. *collect. 2. nouiss.* alias *part. 4. diuers.* Chald. Pereira *de empt. cap. 29. num. 23.* De iure diuino veteri constat *in Exodo cap. 12. Ezechiel. 18. Psalm. 14. & 54.* vbi non fit distinctio inter fratres & alienigenas, nec inter vnius, vel alterius Religionis sectatores: de iure etiam Euangelico ex Luc. cap. 5. *Mutuum date, nihil inde sperantes,* cuius dicti quamuis prima pars, scilicet *mutuum date,* communiter contineat consilium, attamen posterior pars, nempe *nihil inde sperantes,* continet præceptum, vt *in d. c. quia in omnibus, & in c. super, & in c. consuluit, de vsur.* & bene S. Thom. 2. 2. *quæst. 78. art. 1. ad 4.* & ita videtur etiam intellexisse Vrbanus III. *in d. c. consuluit,* & aptè Francisc. de Pitigianis *super 4. sent. distinct. 15. quæst. 2. art. 2. vers. dico quarto.* De iure autem Canonico non dubitatur, & extant textus rotundi *in cap. quia in omnibus, ext. de vsuris, & Clem. ex graui, eod. tit. & dist. 46. & 47.* per plura capita, *& 14 quæst. 1. & quæst 4.* Idemque in pluribus sacrosanctis Conciliis diffinitum fuit, vsuras nempe illicitas esse, & signanter in Synodo Nicæna Luc. *c. 17.* & cùm Iustinianus *in l. 1. & 2. & in l. non reddentes. §. sufficepimus, C. de summ. Trinit. & in* §. 1 *auth. de ecclesiast. tit.* eiusdem Nicænæ Synodi obseruantiam perpetuò mansuram voluerit, & iusserit, illiúsque dogmata, sicut sanctas Scripturas accipiendas, & regulas sicut leges seruandas esse mandauerit. Hinc rectè deprehenditur hodie etiam ex iure Ciuili saltem nouissimo vsuras esse prohibitas, quemadmodum docuit glos. *in d. l. 1. in verbo Petrum Apostolum,* & Gregor. Tholos. *syntagm. iuris lib. 22. cap. 4. num. 18. vers. iure hoc.* Fachin. *controuers. iuris lib. 9. cap. 30. vers. mouet me potissimum.* Verùm & ipso iure naturæ prohibita est vsura, & resistit eius dictamini ipsique Philosophi ethnici solo lumine naturæ eam damnarunt, vt Aristot. *1. politic. cap. 3. & 4. Ethicor. cap. 1. ad fin.* vbi mutationem vsuratiam esse maximè præter naturam probat, pecunia enim sua natura non est apta nata fructificare, vel parere, nec nummus gignit nummum. Præterea per mutuum transfertur dominium in mutuarium, nec vsus pecuniæ distinguitur à substantia eiusdem pecuniæ, & vsus est illius alienatio, & quasi consumptio substantiæ. Vnde iuris naturalis dictamini repugnat quod res alterius alteri ex iustitia pariat emolumentum vltra sortem, & quòd mutuans habeat vsum pecuniæ quæ penes mutuantem reperitur, vt

appositè comprobat S. Thom. 2. 2. *quæst.* 78. *art.* 1. Conrad. *de contract. quæst.* 22. *vers. secunda conclusio*, Sot. *de iustit. lib.* 6. *quæst.* 1 *art.* 1. Bald. *concil.* 449. *num.* 2. *lib.* 3. Osasc. *decis.* 137. *num.* 7. Couar. *var. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 5. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 304. *numer.* 7. ita eleganter Rot. *in Romana vsurarum* 13. *Iunij* 1629. coram R.P.D. Merlino.

3 *Sortem deductis expensis*, &c.] Notatur ad hoc, quòd creditor non potest sibi retinere fructus pignoris, sed debet eos in sortem principalem computare, vt per Doctores citatos *ad cap. cùm contra, sup. de pignorib.* quibus adde Curt. Philipp. *part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 1. *numer.* 8. Salas *de contract. tract. de vsuris dub.* 28. Bonacin. *eod. tract. disp.* 3. *quæst.* 3. *puncto* 9. *n.* 1. Valer. Reginald. *in d. praxi lib.* 25. *n.* 240. *& seq.* Intellige de fructibus, qui seruando seruari non possunt saltem diu, quibus creditor vti potest; ac eos conuertere in vsum suum, vel vendere, dummodo tamen valorem compenset in sortem principalem: si tamen essent tales fructus, qui possent durare in tempus, quo deberet res restitui debitoti, tunc creditor neque cogeretur, immo neque posset illos distrahere, sed deberet soluto debito illos creditori restituere, vt per Gregor. Lopez *l.* 2. *verbo tenudo tit.* 13. *part.* 5. Gemin. *de vsuris commento* 3. §. 6. *n.* 143. *&* 144. vbi resoluit quod fructus non dicuntur consumpti, licèt sint commixti cumaliis fructibus, & quòd debet consumptio probari per allegantem, cum in dubio non præsumatur; additque fructus in vino, oleo, frumento, & similibus non præsumi durare vltra triennium, illos verò, qui consistunt in pecunia, vt sunt pensiones domorum, perinde esse ac si consumpti essent, nam statim extenuant debitum.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarij manifesti ad communionem Altaris, & ecclesiasticam sepulturam, & oblationem offerendam admitti non possunt, & clerici contra hoc facientes puniuntur.*
2 *Vsurarij manifesti qui dicantur, ostenditur.*
3 *Vsurarius non admittitur ad Eucharistiam, donec publicè satisfecerit.*
4 *Vsurarius manifestus decedens in hoc peccato carere debet Ecclesiast. sepultura.*
5 *Vsurarij non admittuntur ad oblationem faciendam.*
6 *Vsurarios manifestos recipiens ad Communionem altaris vel ad Ecclesiast. sepulturam. quam pœnam incurrat, ostenditur,*
7 *Consuetudo non valet de præstandis, seu soluendis vsuris.*
8 *Statutum non valet vsuras inducens.*

Cap. Quia in omnibus III.

1 VSurarij manifesti admitti non debent ad Communionem Altaris, & si sic moriuntur nec ad sepulturam nec eorum oblationes sunt restituendæ, & Clerici, qui ab ipsis accipiunt, vel eos sepeliunt, accepta restituere tenentur, & sunt suspensi donec satisfaciant ad arbitrium Episcopi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Bero. Petr. Biensfeldius, & Vinian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 143. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 684. *& vol.* 4. *repetit in iure Canon ad lib.* 5. *Decretal.* Ioan. Grot. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. desumitur ex Concil. Lateran. sub Alex. III. *c.* 25. refertur ab Ant. Augustin. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 15. *c.* 2.

Vt vsurarij manifesti] Dicuntur quicunque sunt notorij, vel per sententiam iudicis, vel per propriam confessionem in iudicio, vt per Abb. *hic* Angel. *verbo vsura* 2. *n.* 19. Sylvest. *eod. verbo* 9. *quæst.* 2. Nauar. *in man. c.* 17. *n.* 180. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 18. *vers. quæro quid*, vbi etiam dicit ex hocsequi non sufficere si vsurarius crimen fateatur etiam coram testibus, aut Sacerdote extra confessionem, nec sufficere si vsurarius infamis laboraret, aut quod adsint argumenta, vel iudicia vsurę contra eum.

Nec ad Communionem admittantur. Altaris] Notatur ad hoc, quod vsurarius non admittitur ad Eucharistiæ perceptionem donec publicè satisfecerit vt per Enman. Sà *verbo vsura num.* 7. Card. Tusch. *tom.* 8. *concl.* 354. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 334. Illustriss. D. meum Roderà Cunha *in comment. ad cap. eiiciem* 11. *numer.* 5. *dist.* 88. Bonacin. *de contract. disp.* 2. *quæst.* 3. *puncto* 6. *num.* 1. Quamuis Panorm. *in præsenti*, Angel. *verbo vsura* 2. *n.* 5. Gemin. *in comment.* 4. *de vsuris sub præfat. n.* 1. prædicta huius tex. verba intelligant, id est, ne ad Ecclesiam admittantur quando celebrantur diuina, quia assistentes in Ecclesia debent admitti ad Communionem Altaris.

Nec Christianam, &c.] Notatur ad hoc, quòd vsurarius manifestus decedens in hoc peccato carere debet Ecclesiastica sepultura, & sic non est sepeliendus in cœmeterio Ecclesiastico, nec clerici sepulturę interueniendi sunt vide Gemin. *in de præfat. n.* 11. Salas *de contract. in de vsuris dub.* 47. *n.* 9. Bonacin. *d. n.* 1. *vers. secunda*, Bero. *in rub. tit.* 2. *gloss.* 1. *p.* 26. *lib.* 8. *Ordin.* Gutier. *canon. lib.* 2. *c.* 19. *n.* 3. *&* 12.

Sed nec oblationes eorum, &c.] Notatur ad hoc quòd vsurarij non admittuntur ad oblationem faciendam, sed eam debet clericus respuere, vt per Gemin. *d. comment.* 4. *in præfat. num.* 2. Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 38. *quæs. vlt.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 25. *n.* 95. Soar. *tom.* 5. *de censur. disp.* 21. *sect.* 2. *n.* 7. Squillante *de oblig. cleric. part.* 4. *n.* 90. vbi intelligunt de obligationibus quæ fiunt in Missa ad offertorium.

Qui autem acceperit, &c.] Notatur ad hoc quòd recipiens ad Communionem Altaris, vel Ecclesiasticam sepulturam manifestos vsurarios de quorum pœnitentia non constat suspenditur ab executione sui officij, donec ad arbitrium sui Episcopi satisfecerit vt per Valer. Reginal. *in praxi lib.* 32. *tract.* 2. *num.* 73. *in princip.*

Innaluit, &c.] Notatur ad hoc, quòd non valet consuetudo de præstandis, seu soluendis vsuris, vt per Abb. *cons.* 22. *num.* 2 *vers. non obstat generalis consuetudo, lib.* 2. vbi dicit quòd quælibet consuetudo etiam totius Orbis non potest excusare homines exercentes improbum fœnus vsurarum, Beroi. *consil.* 167. *n.* 10. *vers. non obstat quòd consuetudo. lib.* 1. Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 8. Clar. *in §. vsura. n.* 7. Alex. de Neuo, qui loquitur de consuetudine Hebræorum fœnerandi. *concil.* 102. *num.* 15. Cocheran *cons.* 51. *num.* 6. *&* 7. Flamin. *de confident. quæst. §. n.* 34. Rota *in Romana societatis* 2. *Iunij* 1570. coram Card. Lancelloto sen. & *in Romana census* 13. *Iunij* 1594. coram Blanchetto, & *in Vrbeuetana census* 6. *Iunij* 1594. coram Giptio, & *in d. Romana vsurarum* 13. *Iunij* 1629. coram R.P.D. Merlino, & *decis.* 193. *n. p.* 1. *diuers.* & apud Farin. *decis.* 552. *n.* 13. *p.* 1. *recent.* Nam consuetudo non suffragatur in materia vsuræ, Rot. *decis.* 536. *n.* vlt. & *decis.* 338. *n.* 2. apud Farin. *coll.* 1. *nouiss.* Nec valet statutum illam inducens Surd. *de aliment. tit.* 1. *q.* 45. *n.* 25.

SVM

SVMMARIVM.

1 *Vsurarum crimine quis inuolui non debet etiam pro redimenda vitæ captiui.*
2 *Vsuræ iure naturali prohibitæ sunt, & Diuino.*
3 *Vsurarius contractus à Papa confirmari non potest.*
4 *Mendacium omne quod proximum lædit, vel in iudicio dicitur, est peccatum mortale.*
5 *Mendax omnibus odiosus est.*
6 *Mendax semper dolosè, & cum fraude procedere præsumitur.*
7 *Mendax non punitur nisi in casibus à iure expressis.*
8 *Mala non sunt facienda, vt inde eueniant bona.*
9 *Malum minus consulere licitum est, gratia vitandi maioris, quando is, cui consulitur, constitutum apud se habebat maius illud malum perpetrare.*
10 *Malum minus cum præiudicio tertij in particulari suadere non licet.*
11 *Vsurarum crimine nec pro redimenda vita captiui inuolui quis potest.*
12 *Iuramentum ab infideli parato inire per falsos Deos ad redimendam suam necessitatem, & vexationem licitò quis petere potest.*
13 *Iuramentum à fideli, quem moraliter scit, aut præsumit paratum esse ad iurandum falsum, potest quis ad redimendam vexationem in casu necessitatis, aut debiti exigere.*
14 *Sacramenta à sacerdote parato conferre in peccato mortali potest quis exigente necessitate petere.*
15 *Ministro ad redimendam vexationem potest quis licitè dare temporalia pro Sacramentis conferendis, si aliter conferre nequeat.*
16 *Maleficium vt soluat potest quis aliquando à malefico parato petere, quando potest licitè modo sibi noto facere.*

CAP. Super eo. IV.

1 NOn potest quis vsurarum crimine inuolui vt redimat vitam captiuorum, quia vsura in vtroque testamento prohibetur, nec in ea potest dari dispensatio, & si est prohibitum mentiri etiam pro saluanda vita alterius, multo magis vsuram accipere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Hentic. Canis. Panorm. Bero. Petr. Binsfeldius, Cened. *collect.* 41. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 148. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 684. *& col.* 4. *repet. in iure Canonico ad lib.* 5. *Decretal.* Ioan. Crot. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 15 *cap.* 3. & est post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *part.* 16. *cap.* 1.

2 *Cum vsurarum crimen*, &c.] Notatur ad hoc, quòd vsuræ iure naturali, & Diuino prohibitæ sunt, ad quod vide Doctores citatos *ad cap.* 2. *num.* 2. *sub hoc tit.*

3 *Super hoc dispensationem aliquam*, &c.] Notatur ad hoc, quòd contractus vsurarius à Papa confirmari non potest, vt per Perez *in rub. tit.* 2 *gloss.* 1. *pag.* 20. *vers. tertio lib.* 8. *Ordin.* Rot. *decis.* 114. *num.* 3. *& decis.* 296. *n.* 4. apud Farin. *collect.* 2 *nouiss.* Sayr. *in claui Regia lib.* 3. *c.* 10. *num* 8.

4 *Pro alterius vita mentiri.*] Notatur ad hoc, quòd pro saluanda alterius vita mentiri non licet, vt per Alphons. de Castro *lib.* 10. *aduersus hæreses, verbo mendacium*, Anton. Cordoua *in quæst. Theolog. lib.* 1. *quæst.* 29. Sot. *de ratione tegendi memb.* 3. *quæst.* 3. *concl.* 1. Burg. de Pace *in proœm. legum Tauri num.* 231 *in princ.* Petr. Martin. *in cap. afferre, de præsumpt. verbo afferre in* 1. *p. n.* 31. *vers. rationem reddit*, Omne mendacium quod proximum lædit, est peccatum mort. vide Nauar. *in cap. negotium num.* 7. *& in cap. fratres, num.* 14. *&* 22. *de pœnit. dist.* 5. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 3. *num.* 53. *cum seqq.* Sayr. *in claui Regia lib.* 13. *cap.* 2. *à num.* 14 Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuil.* 31. *num.* 41. *cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 24 *à num.* 31. Fr. Ludou. Beiam. *resp. cas. conscientiæ part.* 2. *casu* 13. Zerol. *in prax. Episcop. part.* 1. *verbo excommunicatio pag. mihi* 141. Item & aliud quod dicitur in iudicio, Couar. *lib.* 1. *var. c.* 1. *num.* 1. Mexi. *in tract. tassæ panis concluſ.* 3. *num.* 13. Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *cap.* 2. *num.* 5. Sayr. *d. cap.* 2. *num.* 16. *&* 19. Azor. *instit. moral. part.* 1. *l.* 5. *c.* 28. *quæst.* 2. plures per Cened. *ad Decretum collect.* 43. *n.* 11. Dicitur enim delictum, &] turpitudo, Farinac. *part.* 4. *cons.* 60. *num.* 130. & ideo mendax omnibus odiosus est, vt refert Hortens. Caualcan. *in pract. de testib. part.* 4. *num.* 96. 5
semper dolosè, & cum fraude procedere præsumitur, Mascard. *de probat. concl.* 631. *num.* 19. Surd. *de cis.* 165. *n.* 14. Cauall. *communium contra commun. q.* 801. *num.* 4. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *q.* 89. *n.* 104. *& p* 4. *cons.* 40. *n.* 18. Menoch. *de præsumpt. l.* 5. *præs.* 3. *n.* 53. Non 6
punitur tamen nisi in casibus à iure expressis. Menoch. *de arbitr. casu* 276. *num.* 4. Garc. Giron. *de priuileg. num.* 1012. 7

Notatur hîc text. ad hoc quòd mala non sunt facienda, vt inde eueniant bona, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 52. *num.* 8. Palat. *in repet. cap. per vestras de donat. inter virum, not. ab.* 6. *num.* 2. *&* 3. & alios per me citatos *in tract. de Axiom. iuris vsufreq. Axiom.* 141. *n.* 3. 8

Multo magis prohibendus, &c.] Ergo illicitum est minus malum consulere illi, qui maius perpetrare animo constituit, vt per Gabr. Caiet. Syluest. Conrad. Couar. Valent. & alios citatos à Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 11. *num.* 14. Contrarium tamen, immo licitum esse consulere minus malum gratia vitandi maioris, quando is, cui consulitur constitutum apud se habebat maius illud malum perpetrare, tenent *in præsenti*, Innocent. *in fine*, Ioan. Andr. *num.* 2. Abb. & Anch. *in fine*, Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *cap.* 12. *num.* 9. *vers. lo quarto*, Iacob. de Graffiis *in aureis decision. part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 117. *num.* 11. Matien. *in rub. tit.* 2. *gloss.* 1. *n.* 151. *lib.* 2. *nouæ recop.* Hentiq. *in sum. lib.* 4. *de pœnit. cap.* 27. *num.* 9. Molin. *de instit. tract.* 2. *disp.* 335. *num.* 9. Lessi. *eod tract. lib.* 2. *cap.* 13. *n.* 19. *& lib.* 4. *c* 3. *à num.* 33. Sanch. *de matrim d. disp.* 11. *à num.* 15. vbi *n.* 30. respondens ad hunc text. dicit illum solum probare non licere cuipiam vsuras exercere, vt captiui vitam redimat, quia memini licèt etiam veniale admittere ad maius malum in altero vitando, at non probat minimè licere id minus suadere malum ad maius vitandum: & ita facienda est differentia inter electionem ex duobus malis faciendam in alio, & inter faciendam in se ipso: etenim in alio actualiter parato possumus etiam suadendo, non autem absolutè approbando, eligere absque iniusto tertij præiudicio in particulari minus malum, siue existimatum solummodo, siue etiam verum ad vitandum maius; quod aliter impediri non possit, in quibus terminis indistinctè procedit reg. illa ex duobus malis minimum est eligendum, de qua *in c. duo mala* 13. *dist.* At verò in se ipso non ita, sed distinguendum inter duo mala, & peccata per se talia, & inter ea, quæ per se talia non sunt, sed existimantur inuincibiliter ab ignorante, etenim ex prioribus illis malis nemini licet in se ipso alterum etiam leuius eligere; quia non sunt facienda mala aliqua, vt maiora impediantur; vel etiam vt eueniant bona, & in hoc casu non procedit regula prædicta, procedit tamen in secundo, & secundùm eam ex dictis posterioribus malis existimatis poterit quilibet 9

quilibet etiam in se ipso eligere minus ad vitandum maius, quas distinctiones, & explicationes ad *d. reg. ex duobus malis*, sentiunt Sanch. *d. disp.* 11. *n.* 27. Lessi. sic intelligendus *d. c.* 3. *sub n.* 34. & colliguntur etiam ex dictis per Archid. Domini. Præpos. & Tutred. *in d. cap. duo mala.*

10 Dixi, *absque iniusto tertij præiudicio*, quia non licet suadere minus malum cum præiudicio tertij, in particulari, nisi tertius ille molestè non suscipiat, aut nisi fuerit alioquin obligatus ad illud suscipiendum, vt resoluunt Sanch. *d. disp.* 11. *num.* 24. Molin. *de disp.* 335. *sub num.* 9. Lessi. *d. cap.* 13. *num.* 20. Vnde consequentur patet in quo peccauerit Loth, qui (vt refertur *Genes.* 19.) filias suas impijs sodomitis obiecit, vt maius malum hospitibus imminens vitaret, vltra varia, quæ in hoc super illud *Genes.* 19. adducunt Thom. Anglicus, Abulen. Hugo, Dionys. Honcala, Oleaster, Ferus, Pereira, & alij scribentes, peccauit videlicet in eo, quia illas obiecit cum damno suæ pudicitiæ, cùm tamen ipsi de illis non cogitarent, non peccaturus alioquin si hoc illarum præiudicium non obstaret, etiamsi eos ad illarum vsum induceret, si ita intenderet manus illud malum auertere, quod aliter auerti non posset, & ita in specie obseruant Molin. *d. disp.* 335. *n.* 12. Lessi. *d. c.* 13. *num.* 20.

11 *Nec etiam pro redimenda*, &c.] Ergo prohibendus est quilibet ne etiam pro redimenda vita captiui vsurarum crimine inuoluatur, licèt autem ex parte mutuantis semper sit peccatum mortale grauissimum dare pecuniam sub vsuris, etiamsi dederit vt ex lucro per huiusmodi contractum mutui collecto aliquid boni faciat, ac etiam ex parte mutuatarij si mutuantur etiam paratissimum induceret ad vsuras, dicendo, mutua mihi sub vsuris, quia consentit, & participat peccato illius, tamen licitum est ad redimendam vexationem petere mutuum ab eo, qui paratus est non mutuare nisi peccaminosè sub vsuris, ex ea ratione, quia opus petitum nempe mutuum licitum est, & bonum, vrpote opus charitatis Deo acceptissimum, iuxta illud *Psalm.* 111. ibi, *iucundus homo qui miseretur, & commodat*, siue mutuat, iuncto illo *Matth.* 19. ibi, *centuplum accipietis* &c. tum quia vsurarius mutuans paratus est illud ex malitia sui opus peccaminosè præstare, cùm tamen si vellet posset huiusmodi opus licitè, immo & meritoriè exhibere, tum denique quia supponitur iusta causa petendi hoc mutuum, videlicet necessitas, vtilitas moralis petentis, ac proinde resultat sic petentem non cooperari peccato vsurarij, sed solùm vti peccato eius voluntario ad consulendum propriæ necessitati: vnde meritò sic resoluunt D. Thom. 2. 2. *quæst.* 78. *art.* 4. Couar. *in cap. quamuis pact.* 1. §. 1. *num.* 10. *col.* 1. *in fine*, Iacod. de Graffiis *in aureis decis. lib.* 1. *cap.* 108 *à numer.* 3. Sot. *de iustit. lib.* 6. *quæst.* 1. *ar.* Soar. *de relig. tom.* 2. *tract.* 5. *lib.* 2. *cap.* 13 *sub num.* 3. 9. & 11. Molin. *de iustit. tract.* 3. *disp.* 335. *concl.* 5. Lessi. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 44. *sub num.* 35. Martin Delri. *disquisit. magic. lib.* 6. *sect.* 1. *quæst.* 2. *col.* 6. *in fine*, Sanch. *de matrim. lib.* 7. *disp.* 95. *num.* 7. & *in præcepta Decalogi, tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 41. *n.* 5. Azori. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 5. *cap.* 17. *quæs.* 12. aduertentes in his terminis dari tres illas conditiones necessarias, vt dicta petitio, & redemptio vexationis li-

12 citè possit fieri. Prima. est quòd petat licitum; secunda quòd petat ab eo, qui sine peccato præstare potest tertia quod ipsa præstatio, etsi cum peccato fiat, ad aliquod bonum petentis ordinetur. Sic etiam ex eadem ratione ad redimendam necessitatem, & vexationem licitè petere quis ad suum bonum potest absolutè iuramentum ab infideli parato iurare per falsos Deos, vt expressè probat D. August. *in cap. monet, vers. ac per hoc* 22. *quæst.* 1. D. Thom. *d. art.* 4. *ad* 4 & *quæst.* 78. *art.* 4. *in corpore*, Nauar. *in cap.* 1. §. *Sacerdos à num.* 6. *de pœnit. disp.* 6. Sot. *lib.* 8. *de iustit. quæst.* 2. *art.* 3. Couar. *d.* §. 1. *num.* 9. 10. Soar. *d. c.* 13. Sanch. *disp.* 95. *num.* 7. Soar. *in clani Regia lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 19. Azori. *instit. moral. p.* 2. *l.* 12. *c.* 19. *quæs.* 6. *reg.* 2. & *c.* 17. *quæs.* 10. Martin. Delri. *d. quæst.* 2. *vers. dico ergo tertiò.* Prout etiam aliquando 13 potest quis ad redimendam vexationem in casu necessitatis, aut debiti exigere iuramentum etiam à fideli, quem moraliter scit, aut præsumit paratum esse ad iurandum falsum, concurrentibus scilicet tribus supradictis conditionibus, &c. iuxta tradita per Sot. *lib.* 8. *quæst.* 2. *art.* 4. Couar. *d. p.* 1. §. 6. *n.* 2. *in fine*, Soar. *d. tract.* 5. *lib.* 3. *c.* 14 *à n.* 10. Sayr. *d. lib.* 5. *c.* 3. *n.* 19. Lessi. *d. lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 10. *sub num.* 49. Rursus etiam ex eadem redimendæ vexationis facultate cum concurrentia prædictarum trium conditionum potest quis exigente necessitate, vel alio debito petere Sacramenta à Sacerdote parato conferre in peccato mortali, vt resoluunt Nauar. *in man. cap.* 9. *num.* 10. *ad fin.* Martin. Delri. *d. tol.* 6. *in fin.* 8. Sot. *in* 4. *dist.* 1. *quæst* 5. *art.* 6. *vers. primà itaque*, Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ.* §. 9. *num.* 30. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 47. *cum seqq.* Azori. *sub d. reg.* 2. & *d. cap.* 17. *q.* 7. vbi testatur hanc esse communem, & *ibi* etiam agunt de Sacerdote excommunicato. Immo & aliquando ad redimendam iniustam vexationem poterit licitè dari temporale ministro aliter nolenti Sacramenta conferre, iuxta tradita per Archid. & Domini. *in cap. baptizandis* 1. *quæst.* 1. Sot. *de iustit. lib.* 9. *quæst.* 6. *art.* 1. Redoan. *de simonia part.* 11. *cap.* 6. *num.* 8. & *part.* 6. *cap.* 5. *num.* 19. Nauar. *in man. cap.* 23. *numer.* 102. *in fine*, sic explicandus pro hac parte, licèt pro contraria inauduerentes citari solet. Vlterius, & pro vexatione redimenta potest quis aliquando à maleficio parato petere, vt maleficium soluat quando potest licitè modo sibi noto id facere, licèt ipse maleficus malitia sua illicito modo sit destructus, vide Nauarr. *in man. cap.* 11. *numer.* 20. *in fine*. Iacob. de Graffis *d. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 11. Petrus de Ledesma *de matrim. quæst.* 58. *art.* 2. *dub.* 2. accedit F. Emman. *in somm. tom* 1. *cap.* 233. *sub. numer.* 3. exprimit Soar. *tom.* 1. *de relig. tract.* 3. *lib.* 2. *cap.* 19. *numer.* 9. Henric. *in summa lib.* 2. *de matrim. cap.* 8. *numer.* 3. *in fine* Sanch. *eius de matrim. lib* 7. *disp.* 95. *sub numer.* 11. & *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 41. *num.* 13. Lessi. *de instit. lib.* 2. *cap.* 44. *dub.* 6. *num.* 46.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarij, qui sunt soluendo, coguntur, per partes Lateranensis Concily vsuras restituere etiam quas ante Concil. receperunt, & facultatibus non extantibus debent possessiones emptæ ex pecunia funebri vendi, & detentibus recipere satisfieri.*

2 *Restitutio rei inuentæ fieri debet pauperibus, si dominus facta diligenti inquisitione incertus est.*

3 *Acquisita per vsuras tenetur vsurarius semper restituere, nisi veniat in extremam necessitatem, qua tunc sibi & suis seruare potest, vt parcè viuat.*

4 *Possessio aliquando pro iure proprio rei, & sic pro damnato, & re possessa accipitur.*

5 *Vsurarum dominium non transit in vsurarium.*

6 *Vsurarij bona an sint tacitè hypothecata prorestitutionis rebus per vsuras malè acquisitis, ostenditur.*

7 *Lex omnis pœnalis vtens verbo, aut participio significante actionem futuri temporis sententiam ferendam à iudice continet.*

8 *Constitutiones odiosæ editæ in vsurarios, cessant vsurarijs cessantibus.*

9 Decla-

9 *Declaratio retrotrahitur ad tempus factæ dispositionis.*
10 *Lex declaratoria trahitur ad præterita.*
11 *Restitutio facienda est expensis creditoris absentis, quoties longè abest à loco, vbi debitor habitat.*
12 *Vsurarius, qui post cessionem deuenit ad meliorem fortunam, potest sibi retinere quantum sufficit pro alimentis.*
13 *Vsurarius quamuis cedat omnibus bonis, eius tamen necessitati non subuenitur beneficio talis cessionis.*

Cap. Cùm tu V.

1 VSurarij sunt cogendi pœna vt restituant ils, à quibus acceperunt, vel eorum hæredibus, qui si non supersint, pauperibus, & si non habent vnde restituant, non debent affici pœna, quia paupertate excusantur, si tamen habent prædia ex pecunia funebri empta, illa vendere debent, & debentibus recipere satisfacere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Henr. Canis. Petr. Binsfeldius, Panorm. Beroi. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 145. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 684. *& vol. 4. repet. in iure Canonico ad lib. 5. Decretal.* Ioan. Cror. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 1 5. c. 5.* & est post Concil. Lateran. sub Alexand. III. *part. 16. cap. 5.*

2 *Vel his superstitibus pauperibus.*] Notatur ad hoc quòd restitutio rei inuentæ fieri debet pauperibus, si dominus facta diligenti inquisitione incertus est, vt per Couar. *in reg. peccatum part. 3. §. 1. num. 2.* Salon. *2. 2. quæst. 62. art. 5. controu. 5.* vbi Petr. de Aragonia *in resp. ad 3.* Gregor. de Valentia *tom. 3. disp 5. q. 6. puncto 4.* Petr. Nau. *de restit. lib. 4 c. 2. dub. 2. n. 39.* optimè Sayr. *in claui Regia lib. 10. tract. 5. c. 2. in princip.* Azor. *instit moral. p. 3. lib. 4. c. 26. q. 1*

3 *Dummodo in facultatibus habeant.*] Notatur ad hoc, quòd qui per vsuras, iniustas extorsiones, & exactiones rei alienæ statum acquisiuit, tenetur statim restituere etiam cum iactura talis status, nisi veniat in extremam necessitatem, quia tunc seruare sibi potest, & suis, quæ simpliciter, & omnino videt necessaria, vt parcè viuat, ita Sayr. *de tractat. 5. cap. 6. num. 36. cum seqq.*

4 *Possessiones verò*, &c.] Possessio hîc accipitur pro iure proprio rei, & sic pro dominio, & re possessa, vt per Chald. Pereira *de extinct. emphyt. 1. n. 3.* Possessionis appelatione quid veniat, latè dixi *in tract. de appellatiua verbor. vtriusque iuris signif. appell. 207.*

5 *Et ipsarum propria*, &c.] Ergo dominium vsuratum non transit in vsurarium, de quo vide Perez. *l. 5. gloss. 1. pag. 363. tit. 19. lib. 8. Ordin.* vbi ponit duas contrarias opiniones, & eas componit, latè Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 4 c. 11. & 12.* Couar. *lib. 3. vari. cap. 3.* Sot. *de iustit. lib. 6. quæst. 1. art. 4.* Binsfel. *in præsenti quæst. 1. conclus. 1.* Petr. Nauar. *de restit. lib. 3. c. 2. numer. 388.* Molin. *de iustit tract. 2. disput. 226.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 20. dub. 18. numer. 156.* Paul. Layman *in Theologia morali lib. 3. tract. 4. cap. 15. numero 7.* vbi resoluit vsuratum non comparare dominium rei per vsuram aceptæ, nam deest titulus, siue iusta causa accipiendi, absque titulo autem rerum dominia non acquiruntur, excipit tamen nisi pecunia, v. g. vsuraria cum aliis iustè acquisitis permixta sit, vt discerni non possit.

6 Vtrùm verò bona vsurarij sint tacitè hypothecata pro restituendis rebus malè acquisitis per vsuras, vide latè Rebell. *de obligationib. iustitiæ, part. 2. lib. 8. quæst. 14. à princip.* Couar. *lib. 3. var. cap. 3. num. 6.* vbi resoluit generaliter bona vsurarij etiamsi sint empta ex pecunia vsuraria, non esse ipso iure tacitè hypothecata realiter pro vsuris soluendis, & refert tex. *in præsenti*, non probare id, quod ex eo deducunt glos. *verbo facultates in cap. quamquam, hoc tit. lib. 6.* Bald. Rip. & alij, videlicet omnia bona vsurarij generaliter esse tacitè hypothecata, eo quòd hîc statutum sit quòd bona empta ex pecunia vsuraria si sint penes tertium lucratiuo titulo, deficientibus aliis vsurarij bonis vendantur pro restituendis vsuris, hoc tamen non ideo fit, quia illa bona sint hypothecæ titulo subiecta, nam si ita essent vendenda, forent etiam quando tertius ea possideret onetoso titulo, non dissentiunt Perez *ad tit. 5. lib. 1. Ordin. pag.* 126. Molin. *de iustitia tract. 2. disputat. 316. numer. 8.* Rebell. *d. quæst. 14.* Chald. Pereira *in comment. ad l. vnic. C. ex delictis defunct. part. 4. num. 6.* & post Caier. *in opuscul. tom. 2. tract. 8. c. 4.* Sot. *de iustit. lib 6. quæst. 1. art. 4. ad 3.* & Syluest. *verbo vsura 6. quæst. 5.* sequitur Azori. *d. lib. 5. cap. 13.* vbi in fine responsionem adducit ad hunc text. quæ coincidit cum supradicta, nam ibi asserit Pontificem hîc loqui de possessionibus acquisitis ex pecunia vsuraria, sed adhuc manentibus apud ipsum vsurarium, & ideo meritò ex iure Pontifex constituit vt vendantur, non quia sint illæ possessiones tacitè hypothecatæ pro restitutione vsuræ; sed quia quandiu sunt apud vsurarium, obligatione personali ipsius vsurarij sunt obligata pro restitutione vsuræ, ad quam ipse vsuratius est personaliter obligatus, & ratione ipsius omnia bona eius, & non solùm possessiones ex vsurarij pecunia emptæ; & hinc fit quod si illæ possessiones transeant ad alium tertium, nullam habeant hypothecam, quia personalis obligatio non transit ad tertiam personam, nisi illa sit hæres, quæ eo ipso quòd repræsentat personam defuncti succedit in eius obligationibus, & iuribus etiam personalibus. Et hæc opinio, & responsio ad text. *in præsenti* veritate fulcitur, quicquid possessiones siue res emptas ex pecunia vsuratia esse tacitè hypothecatas teneant Lap. *alleg. 74.* Palat. *in repet. rub. de donation. inter virum, §. 65. num. 23.* Tiraq. *de retractu lig. §. 32. gloss. 1. n. 14.*

7 In gloss. *Priuandos.* Notatur ad hoc quòd omnis lex pœnalis vtens verbo, aut participio significante actionem futuri temporis, sententiam à iudice ferendam continet, vt per Tiraq. *ad l. si vnquam, verbo reuertatur, n. 39. & 177.* Sayr. *in claui Regia lib 3 c. 8. num. 10.* Monet *de distribut. quotid. p. 1. q. 7. n. 41. & n. 28* resoluit participium præterita temporis regulariter importare latam sententiam.

8 In gloss. *Donec* Notatur ad quòd hoc odiosæ constitutiones editæ in vsurarios cessant vsuris cessantibus, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa, p. 1. n. 192.*

9 In gloss. *Siue post.* Notatur ad hoc quòd declaratio retrotrahitur ad tempus factæ dispositionis, vt per Surd. *decis. 70. n. 2.* Brun. à sole *in locis commun. verbo declaratio 1.* Mord. *in emporio iuris part. 1. tit. 1. q. 6. n 18. & à num. 11.* Et lex declaratoria trahitur ad præterita, Don Christoph. de Pace *in scholiis ad leges styli l. 200. n. 7. & 29. vers. oritur.* Chald. Pereira *de potest. elig c. 11. num. 20.* Henriq. *cons. 7. à n. 75.* Anton. Gabr. *tom. 3. commun. opin. tit. de regulis iuris concl. 2. n. 10.*

10

11 In gloss. *Non superstitibus.* Notatur ad hoc quòd restitutio, quoties creditor cui est facienda, longè abest à loco vbi debitor habitat, facienda est expensis creditoris absentis, vt per Couar. *in reg. peccatum, part. 1. num 7.*

12 In gloss. *In facultatibus.* ibi, *si tamen ad pinguiorem fortunam*, &c. Notatur ad hoc, quod vsurarius, qui post cessionem deuenit ad meliorem fortunam

potest sibi retinere quantum sufficiat pro alimentis vt per Couar. *lib. 2 vari. c. 1. n. 6. & in d. reg. peccatum in princip. n. 2.* Lara *in l si quis à liberis §. solent. n. 39. ff. de liberis agnosc.* Gemin. *de vsuris commento 4. §. 4 n. 64.* Surd. *de alimentis, tit. 8. priuil. 28. n. 6.*

13 In cad. glos. ibi, *nec habetur ratione egeat.* Notatur ad hoc quòd quamuis vsurarius cedat omnibus bonis, eius tamen necessitati non subuenitur beneficio talis cessionis vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l. 23. n. 99. vers. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Vendens rem plusquam valeat, quia solutionem differt, peccat, nisi dubium sit an tempore solutionis erit valor rei variatus, & venditor non erat venditurus tempore, quo vendidit.*
2 *Venditio credito maiori pretio fieri non potest, quàm ea quæ agitur præsente pecunia.*
3 *Census rectè constitui, & emi potest ad vitam ementis.*
4 *Doctores referuntur explicantes Bullam Pij V. super forma creandi census.*
5 *Contractus talis præsumitur, qualis fuerit denominatus.*

Cap. In ciuitate. VI.

1 VEnditio credito, id est, expectata pecunia, maiori pretio fieri non potest quàm ea, quæ agitur præsenti pecunia, nam licèt in foro exteriori forma contractus non iudicetur vsuraria, quia non excedit dimidium iusti pretij, tamen sic vendens peccat contra iustitiam, nisi dubium sit an merces venditæ plus minúsve solutionis tempore valituræ essent, & venditor non erat venditurus, tempore quo vendidit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Beroi. Henric. Canis. Petr. Binsfel. Panorm. Bero. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 145.* Alagona *in compend iuris Canon pag. 685 & vol. 4. repetit in iure canonico ad l. b 5. Decretal.* Ioan. Crot. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lit. S. tit. 15. cap. 8.* & est post Concil. Lateran. *p. 16. c. 2.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc tex. desumunt, declarant, & ad varias quæstiones decidendas conducunt. Sot *de iustit. lib. 6. quæst. 4 art. 1.* Ludou. Lopez *in instructor. Conscient part. 2. c. 63. 65. & 74.* Rodulph. *in tract. de vsuris part. 2. quæst. 23.* latè Cened. *ad Decretal. collect. 47. num. 4. cum seqq.* Syluest. *in summ. verbo vsuram quæst. 2. & seq.* Angel. *eod. verbo num. 58. & 59.* Nauar. *in man. cap. 23. num. 81. & c. 17. num. 206. & 228.* Conrad. *de contract. quæst. 59.* Couar. *lib. 2. var. cap. 8. num. 6.* Gemin. *de vsuris comment. 3. §. 5. à numer. 99.* Boninsig. *in tract. de vendit ad tempus c. 11.* Perez *l. 2. col. 3. & 4. tit. 2. lib. 8. Ordin pag. 43.* Gutier. *canon. lib. 1 cap. 39.* Matien. *l. 21. glos. 9. tit. 11. lib. 5. nouæ recop.* Curt. Philipp. *part. 2. lib. 2. cap. 1. num. 16.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 8. cap. 8. & 9.* Ludou. Beiam. *resp. casuum. Conscientiæ part. 1. casu 6 & 24.* Rebell. *de obligat. iustitiæ p. 2. lib. 9. quæst. 13.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 3. dub. 3. n. 33. vers. neque etiam,* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 25. n. 227. & 314. cum seqq.*

3 Vnde Hostien. Innocen. Ioan. Andr. Panorm. & cæteri *in præsenti*, excepto Anania, docuerunt censum rectè & iustè constitui & emi posse ad vitam ementis, ac per consequens contractum dici licitum, quia sicut potest diu viuere, ita potest cito mori, & dubius euentus, finísque incertitudo contractum iustificat, sequuntur Sot. *l. 6. de iustit. quæst. 5. art. 2.* Sylvest. *verbo vsura 2. quæst. 12.* Medin. *de rebus per vsuram acquisitis quæst. 14.* Nauar. *in comment. de vsuris super Bullam Pij V. quæst. 45. num. 128.* Viuian. *tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 22. numer. 69. pag. 602.* Gemin. *d. commento 3. §. 4. num. 96.* Surd. *cons. 162. num. 36. & de alimentis tit. 9. quæst. 11. numer. 2.* Farin. *part. 4. decis. 30.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 3. q. 25.* Azor. *d. part. 3. lib. 10. cap. 17. quæst. 7.* Fontanel. *de pactis nupt. tom. 1. claus. 4. gl. 5. part. 3.* Ioan de Salas *de censib. dub. 5. & seq.* Filliuc. *tract. 35. de censib. part. 2. c. 2 num. 284. & seq.* Cencil. *de censib. lib. cap. 1. quæst. 4. n. 3. in quæst. 12. & 13.* me citato *in hoc loco* Rot. *in Bononien. Saluiani 25. Iunij 1629.* coram Illustrissimo Cardin. Virili, quod quidem aliqui extendunt quamuis tanto tempore is superuixerit, quòd fructus excedant pretium solutum ex Gemin. *loco proximè citato*, & Surd. *d. quæst. 11. num. 8.* & vide casum per Beiam *resp. casuum conscient. p. 3. casu 14. & part. 4. casu 27.* Et pro explicatione Bullæ Pij V. super forma creandi census, vide Molin. *de iustit. tract. 2. à disp. 389. vsque ad disp. 395.* Azor. *d. lib. 10. cap. 19.* & quo I hodie non obliget dicit. Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo contractus censuales. §. 1.* Et an in Hispania, vide Henriq. *in summ. l. b. 7. c. 10. §. 1. lit. I.* Fr. Enman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ pag. mihi 218.* Valasc. *consil. 133. num. 20.* Et quid apud Germanos Bernard. Gruæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 2. concl. 7. in coronide.* Et quid apud Belgas, Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 25. dubit. 3. num. 33.*

Licèt autem contractus, &c.] Notatur ad hoc, quòd contractus talis præsumitur, qualis fuit denominatus, vt per Honded. *cons. 35. n. 4 lib. 2.* Menoch *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 105. n. 2.* Anton. Menach. *Florent. decis. 52. n. 5.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 96. n. 30.* & alios per me citatos *in tract. de Axiomat. iuris vsufreq. Axiom. 108. n. 4. pag. 72.*

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius monitus non desistens, si clericus est de officio & beneficio suspenditur, si laicus excommunicatur.*
2 *Vsurarius monitus, & non desistens, si clericus fuerit, ab officio & beneficio suspenditur.*
3 *Vsurarius repellitur à beneficio obtinendo.*
4 *Ad Beneficia assumi non possunt infames.*

Cap. Præterea. VII.

EPiscopum suum Parochianum vsurarium vbi admonitus non desistit, si est clericus, debet ab officio, & beneficio suspendere, si laicus, excommunicare eo, donec satisfaciant. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Anania, Hostien. Anch. Butr. Panor. Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 146.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 685.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1 & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 15. cap. 9.* & est post Concil. Lateran. *part. 10. cap. 2. sess. præterea.*

Eos ab officio, beneficióque suspendat.] Probat hic text. vsurarium monitum non desistentem, si clericus existit, ab officio & beneficio esse suspendendum, vide Couar. *lib. 2. vari c. 3. num. 3.* Bernard. & Salzed. *in pract. c. 19. num. 2.* Gemin. *de vsuris commento 4. in præsat. n. 4. cum seqq.* Farin. *in fragm. criminal. lib. part. 1. lit. C. verbo clericus n. 117.* & alios citatos per Cened. *ad Decretal. collect. 7. num. 13.* nouissimè Illustrissimus Dominus meus Rodericus à Cunha post primam hujus libri impressionem à me visus *in comment. ad c. 1. n. 1. disp. 47.* vbi limitat, nisi clericus desistat, à crimine vsurarum.

In

3 In glos. *Suspendas*. ibi, *& repellitur ab obtinendo multò fortius*. Notatur ad hoc quòd vsurarius repellitur à beneficio obtinendo, vt per Couar. *d. c.* 3. *num.* 3. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 7. *c.* 8. *num.* 30. Nec potest ad illud eligi, seu præsentari, vt post Bertacin. *de Episcopo* 1. *part.* 2. *lib. q.* 33. Lambertin. *de iure patron.* 2. *l.* 1. *part. princip. part.* 21. *quæst.* 9. resoluunt Salzed. *d. c.* 91. *lit. A.* & Nicol. Garc. *d. c.* 8. *n.* 31. Farin. *d. verbo clericus n.* 120. *cum seqq.*

4 In ead. glos. ibi. *sed nunquid Episcopus potest cùm talibus dispensare? Dico quòd sic.* Intelligunt procedere quoad beneficia obtenta, non verò quoad obtinenda quæ infames assequi non possunt, Couar. & Salzed *itatis locis.*

SVMMARIVM.

1 *Fructus pignorati computari debent in sortem, & excipit vnum casum.*
2 *Fructus in quocumque contractu pignoratitio computandi sunt in sortem & illam extinguunt.*
3 *Feudalis rei dominus directus, qui eam à vasallo in pignus accepit, iustè potest fructus pignoris perceptos vltra sortem habere.*
4 *Dominium directum alicuius rei habens si eam tradat in pignus illi, qui vtile habet, acquirit sibi fructus rei pignoratæ.*
5 *Emptor, qui percipit fructus rei emptæ, tenetur ad vsuras pretij non soluti.*
6 *Vsura non est, quod accipitur causa interesse.*
7 *Doctores referuntur agentes de interesse lucri cessantis & damni emergentis.*
8 *Vsura regulariter committitur in contractu mutui.*
9 *Doctores referuntur de contractu & pacto venditionis de retrò agentes.*
10 *Vsurarius an censeatur contractus data modicitate pretij iuncta cum pacto de retrouendendo, ostenditur.*
11 *Pactum de retrouendendo an minuat valorem rei, remissiuè.*

Cap. Conquestus. VIII.

1 FRuctus pignoris computantur in sortem, qua expleta redditur pignus, nisi pignus sit terra de feudo monasterij. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Henriq. Canis. Petr. Binsfeldius, Viuian, *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij pag.* 146. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 685. *& vol.* 4. *repet. in iure Canonico ad lib.* 5. *Decretal.* Ioan. Crot. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 16. *cap.* 10.

2 *Titulo pignoris.*] Ergo in quocunque contractu pignoratitio, siue simus in pignore iudiciali, siue conuentionali, fructus sunt computandi in sortem, & illam extinguunt, vt per Surd. *cons.* 194. *num.* 1. *cum seqq. & cons.* 327. *n* 29. optimè Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 14. *num.* 10. *cum seq.* & vide citatos Doctores *ad c.* 2. *num.* 3. *sub hoc tit.*

3 *Nisi terra ipsa de feudo*, &c. Notatur ad hoc, quod dominus directus rei feudalis, qui eam à vasallo in pignus accepit, iustè potest fructus pignoris perceptos vltra sortem habere, ad quod citati plures Doctores *in c.* 1. *de feudis.* Vnde colligitur habentem dominium
4 directum alicuius rei, si eam tradat in pignus illi, qui vtile habet, acquirere sibi fructus rei pignoratæ, vt per Laram *in l. si quis à liberis. §. si quis ex his num.* 294. *&* 295. *ff. de liberis agnos.* vbi secus dicit si vsufructuarius rem in qua vsumfructum habet, domino in pignus daret, quia tunc ipse dominus fructus suos non faciet; nam fructus spectant ad eum, qui habet dominium, Flamin. *de resignat. benefic. lib.* 1. *quæst.* 6. *num.* 13. *& num.* 45.

In glos. *De feudo.* ibi, *vt cùm vendo tibi prædium, &* 5
trado, & percipis fructus, nec soluis mihi pretium ad terminum, &c. Notatur ad hoc, quòd emptor, qui percipit fructus rei emptæ, tenetur ad vsuras pretij non soluti; Viuian. *tom* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 34. *num.* 6. *pag.* 641. vbi Bellacomb. *num.* 24. *pag.* 643. Anton. Gabr. *tom.* 3. *commun. opinion. lib.* 3. *tit. de empt. concl.* 3. *pag* 186. Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 3. *quæst.* 7. *n.* 107. Surd. *de aliment. tit.* 7. *quæst.* 17. *num.* 7. D. Barbos. *in l. de diuisione num.* 13. *cum seqq & num.* 57. *& à num.* 67. *ff. soluto matrimon.* Fachin. *controu lib.* 2. *c.* 32. Gam. *Lusit. decis.* 71. *num.* 2. *& decis.* 96. *n.* 1. Gabed. *part.* 1. *decis* 166. Aloys. Ricc. *collect. decis. part.* 1. *collect.* 199. Chald. Pereira *quæst. forens. consil.* 35. *num.* 31. *& de empt. c.* 23. *num.* 10. *cum seqq. & à num.* 14. Gutier. *de iuram. confirm. part.* 1. *c.* 2. *n.* 3. Molin. *de iustit tract.* 2. *disput.* 368. *vers. secunda conclusio*, Cardin. Mantic. *de tacitis & ambig. conuent. lib.* 1. *tit.* 9. *num.* 19. *& lib.* 4. *tit.* 16. *num.* 42. *& tit.* 24 *num.* 12 *cum seqq.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 3 *quæst.* 18. *à princip. & q.* 35. *num.* 5. Farin. *in praxi crimin. part.* 4. *cons.* 91. *n.* 1. Rebell. *de obligat. iustitiæ par.* 2. *lib.* 9. *q.* 14. *à num.* 11. *& q.* 17. *à n.* 10.

In ead. glos. ibi, *quasi interesse petuntur.* Et sic 6
illud quod accipitur causa interesse non est vsura, Perez *ad rub. tit.* 1. *glos.* 1. *pag.* 19. *vers. præterea lib.* 8 *Ordin.* nam verum interesse siue ratione lucri cessantis, siue damni emergentis, rectè peti potest, Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 45. *num.* 28. *cum seqq.* Et de huiusmodi interesse lucri cessantis, & damni emergentis, vide 7
Tiraq. *de retractu lig.* §. 1. *glos.* 18. *num.* 71. Menoch. *de arbitr. casu* 119. *cum seqq.* Mascard. *de probat. concl.* 472. *num.* 8. *cum seqq.* Gabr. *lib.* 3. *commun. tit. de solut. concl.* 10. Vincent Carot. *de locato part.* 1. *de lucro cessante.* Arism. Tepat. *var. lib.* 1. *tit de interesse.* Seraphin. *de priuileg. iuram priuil.* 31. Rebell. *d. part.* 2. *lib* 8. *à quæst.* 5. Ludou. Beia *part.* 3. *casu* 32. Chald. Pereira *de empt. cap.* 29. Celebris est doctrina Pauli de Castro *in l.* 3 *§. fin. ff. de eò quod certo loco*, nempe quòd vt debeatur interesse lucri cessantis, sit necessaria mora debitoris, quòd creditor sit solitus negotiari, & quòd occasio lucrandi fuerit in promptu, & ob defectum pecuniarum fuerit amissa, sequuntur Riminald. iun. *consil.* 218. *num* 99. *cum seqq.* Bursat. *consil.* 72. *à num.* 8. Honded. *consil.* 50. *num.* 3. *lib.* 1. *& consil.* 39 *num.* 2. *lib.* 2. latè Scacc. *de commerc. & camb. §.* 1. *quæst.* 7. *§.* 2. *ampl* 8. *à num.* 99. *vsque ad numer.* 268. Rota passim sequitur, vt apud Mohedan. *decis.* 3. *de vsur.* Pute. *decis.* 231. *lib.* 1. *in correct.* Seraphin. *decis.* 314. *num.* 2. *in fine, & decis.* 946. *num.* 5. apud Zachiam *de societ. offic. decis.* 7. *num.* 3. *& seq. & decis.* 42. *num.* 2 *& part.* 4. *diuers. decis.* 247. *in fine*, & post 2. vol. concil. Farin. *decis.* 225. *num.* 7. *& in Anconitana computorum* 26. *Martij* 1610. coram Card. Pamphilio iun. *& in Romana census* 11. *Decembris* 1617. coram bonæ nemo. Patriarcha Mazanedo, *& in Ferrarien. pecuniaria* 31. *Ianuarij* 1629. coram R.P.D. Motmanno, vbi quòd Rota constanter sequitur hanc Pauli de Castro doctrinam vti æquam & rationabilem.

In ead glos. ibi, *illud potest intelligi mutuo.* Notatur 8
ad hoc, quòd vsura regulariter committitur in contractu mutui, vt per Viuian. *tom.* 1. *commun. opin. lib* 4. *tit.* 22. *n.* 73. *pag.* 604.

In ead glos. ibi, *item si vendo tibi fundum iusto pretio* 9
ea lege, &c. De contractu & pacto venditionis de retro, de quo *in l.* 2. *C. de pactis inter empt.* quam citat glos. *in præsenti*, agunt apud Lusitanos *Ordin. Regia. lib.* 4.

tit.4. vbi parens meus, & apud Castellano *5.l.4.tit. 6. lib.8.nouæ recop.* vbi Azeued. Couar.*lib.3. vari. c.8.n.4.* Nauar.*in man.cap.17.à num. 243.* Anton.Gomez *tom.2. vari.c.2.num.27.* Affl. *decis.85.* Thom.Boninsign. *de iustis negotiat. tract. de vendit. ad tempus c.14.* Boër.*decis. 102. & 183.* Cassan. *in consuetud. Burgund. rub.11. §.1. in principio,* Cotta *in memorab. verbo pactum de retrouendo,* Tiraquel. *de retract. tit.2. in præfat num.2.& seq.* Mozzi. *de contract. tit. quibus modis annulletur emptio num. 19.* Menoch. *de arbitr.casu 217. num.1.* Caballin. *mlleloq.q.416.* Perez.*l.1.colum.1.vers.& hoc etiam dignoscitur tit.2.lib.8. Ordinam.* Mascard. *de probat concl.441. num.3.* Brunor.à Sole *in locis communib. verbo pactum 9.* Raudens.*de analog.lib.1.cap.30.* Fachinæ.*l.2.controuers. c.2.& c 13.cum seqq* Felician. *de censibus lib.1.cap.6.n.8.* Morl.*in emporio iuris ciuilis part. 1.tit.9. quæst.10.* Aloys. Riccius *in collect.decis. part.1. collect.5.* Cardin.Mantiq. *de tacitis, & ambiguis conuent. lib. 4. tit.31.à num.1.cum seq.& tit.32. num.105. & lib.8. tit. 20. num.3.* Farinac. *de falsitate, & simulat. quæst. 163. à num. 20. cum seqq.* Bernard.Crauæ. *ad practicam Cam. Imper. l.2. concl.16.* plures Doctores refert Castill. *lib.2. quotid. quæst. c.25. num. 5. cum seqq.* alios ex antiquioribus citat Cened. *ad Decretal. collect. 28.* Ex nostris Lusitan. vide Gam. *decis. 28.128.138 & 178.* Chald.Pereira *in l. si curatorem verbo sua facilitate n.67.* Valasc. *consult.70.& 154.* Ex summistis Angel. *verbo vsura 1. §. 66.* & aliquot seqq Sylvest. *vsura 2. quæst.15.* Rosella *vsura 1. q.45. & 46.* Ex Theologis Conrad. *de contract.quæst.85.* Sot. *lib.6.de iustit.quæst.5.art.3.* Ludou. Beia *respons.casuum conscientiæ part. 1. casu. 7.* Molin. *de iust. tract. 2. disp. 320.& disput. 374. cum seqq.* Azor.*instit. moral. part.3. lib. 8. cap. 12.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 20. dub. 16. num.138.* Valer.Reginald.*in praxi fori pœnitent.lib.25 à n.291.*

10 In ead. glos. ibi, *aliàs si modicum esset pretium, præsumitur contractus in fraudem vsurarum.* Tenet hæc glos. data modicitate pretij iuncta cum pacto de retrouendendo contractum censeri vsurarium, præcipuè si emptor fuerit per prius solitus fœnerari, de quo an verum sit, vide Couar. *d. cap. 8. num. 3.* Tiraquel. *in d. præfat. num.5.cum sex.* Affl. Neap. *decis.65.* Gramm. *de cis. 76.* Ozasc. *Pedem decis. 41.* Franc. Marc. *Delphin. de is. 484. part.1.* Boër. *decis. 102.* Mynsing. *centur. 3. obseru. 62.* Anton.Fab. *in suo C. sub tit. plus valere, quod agitur, definit.7.* Gam. *Lusitaniæ decis.138. num.1.* Maet. *in votis nouissimarum decis. voto 54. à princip.* Kirchou. *tom.1.commun. opinion.lib 4 tit.5.de obligat. & actionibus num.36.pag.468.* Mich. Crass. *tom.2.lib.8.tit.28.de euictionibus num.14. pag.398.* Vinian.*d.lib..4.tit.26 de contrahen. empt. num. 142. pag. 628.* Menoch.*de præsumpt. lib.3. quæst.122. num. 30.& cons.343. num.20.* Felician. *de censib.lib.1. c.6. à num. 121 cum seqq.& cap.7. num.7.* Mozzi. *de contract. tit. ex quibus causis annulletur emptio num.31.* Achil.Pedroch. *consil.36.num. 82.* Fachin.*lib.2. controuers. c.12.* Mascard. *de probationibus. conclus. 447.* Molin. *d. tract.2.disput. 375. vers. hoc loco,* Ceual.*communium contra communes quæst. 224.* Card. Mantic. *d. tit. 20. num. 5. cum seqq.* latè Gaspar Roder. *de annuis redditib.lib.2.quæst.3 num.8 cum seqq.* Stephan.Gratian. *discept.forens. cap.258. num. 1.* Fatin. *de falsitate, simulat. quæst. 163 à num..40.* Cardoso *in praxi iudicum. & aduoc. verbo emptio num.56.& verbo vsura, n. 10.* Valasc. *consult.70.num. 3.& 9.* Chald. Pereira *in l. si curatorem verbo sua facilitate num.56. cum seq.& de resolut.emphyt. cap.13.num.26 & de emptione cap.8. num.25.* Honded. *consil.31.num.68.lib.1. & consil. 33. num. 66. lib 2.* Sed quicquid inuoluant hi Doctores, Rota semper tenuit sufficere modicitatem pretij cum pacto de retrouendendo vt contractus sit fœneratitius, quamuis emptor non sit solitus fœnerari, vt apud Cassad. *decis.1. num.1.de vsuris, & in Imolen. bonorum coram Ornano,* quæ est *decis.99. sub num.1. post 2.vol.consil.* Farin & tertia *decis. 801. part. 4. diuers. & in Bononien. de Bellis 19. Martij 1607.* coram bonæ mem. Card. Marquemont. *& in Turritana palat. 5. Maij 1604.* coram Orrembergo, *& in Romana simulationis contractus 24. Februarij 1610.* coram Remboldo, *& in Bononien. affrancationis 26. Ianuarij 1622.* coram Reuerend. D. meo Coccino Decano, *& in alia Romana simulationis contractus 14. Februarij 1631.* coram R. P. D. Dunzetto iun. & allegato pro se Cagnol. *in l.2.num. 50. de pactis interempt. Paul. consil.54.num.62.vol.1 & consil. 81. num. 29. volum.3.* Crauet.*consil.156. num.7.* Roland. *consil.40.num.21 & 42.lib.2.* Rimin.iun.*consil.228.num.122.* Stephan.Gratian.*discept. forens.c.600. num.1.* Pretij verò modicitas ad arguendum fœneratitium contractum cum pacto de retrouendendo decet esse vltra dimidiam iusti pretij Roman. *consil.304. in princip.* Roland. *consil.69. num 33. & seqq. lib. 2. & d. cons. 58. num.11. cum seqq. lib 4.* Cephal. *consil. 289. num. 37. lib. 2.* cum aliis per Honded.*d cons. 31.num.69.lib.1 & d. consil.33.num.61. l.b.2.* Stephan.Gratian. *d.c.600. num.1.* Rot. *decis.256. num. 9. post 2. vol. consil.* Farin. *& in Ferrarien bonorum 4. Iulij 1629.* coram R. P. D. meo Pirouano. Concurrentibus tamen aliis coniecturis contractus huiusmodi iudicatur fœneratitius, licet læsio non sit vltra dimidiam, Paris. *d. cons. 54.num.69. lib.1.* Afflict. *decis. 40. num. 19. post princ.* & sufficere læsionem vsque ad tertiam partem tantùm vbi adsunt aliæ coniecturæ, fuit dictum *in citata Bononien. affrancationis,* & quòd sint modicitate pretij sufficiant aliæ coniecturæ, Roland. *d. consil.40.num.42.lib.2.* Rot. *in Mediolanen. pecuniarum 22. Ianuary 1593.* coram bonæ mem. Card. Millino. Quid in rustico emente cum prædicto pacto, & pretij modicitate, vide Tiraquell. *in d.præfatione num.34. & 35.* Menoch. *d.lib.3.de præsumpt. quæst.122.num.40. & de arbitrariis casu 194.n.47.& cons.343.n.17.* Cur. Mantic.*d.lib.8.tit.15.n.13.* vbi *n.14.* de minoribus, mulieribus, & militibus.

Vtrùm autem pactum de retro minuat valorem rei, vide Couar.*d lib.3.c.19.num.1.* Tiraquell.*in præfat. num. 20.* Pinell. *in l.2.C. de rescind. vendit. par 5. cap. fin.num.19.* Ioseph.Ludou. *Perus. decis. 97. num.8.* Mascard. *de probat. conclus. 960. num.13.* Menoch. *cons. 358.num.26.* Gemin.*de vsuris commento 2.§.1.num.19.* Cened.*ad Decretal.collect.28.num.4.* Card Mantic.*tit. 20.n.41.* Molin.*d.disput.375. vers.rem venditam.* Azor. *instit.moral.part.3.lib.8.cap.12 quæst.2.* Valer.Reginald. *in praxi fori pœnitent.lib.25. num.293.* Cam. *decis.198. num.2.& decis.168.num.8.* Chald. Pereira *ad l.si curatorem verbo sua facilitate num. 83.* Valasc. *de iure emphyt. quæst. 10. num. ad finem, & d.cons. 60.num.10.* Stephan. Gratian.*d cap. 600.num.8.* Honded.*d.consil.33.num.31. lib.2.* Roland.*d. cons. 57.à n.11. lib.4.* Surd. *consil.226. num.21.* Rot.*d decis.240.num.2.& 3. post.2.volum.consil.* Farin.*& in Romana fideiussionis 14 Martij 1617.* coram bonæ mem. Andrea, *& decis. 746. sub num.5. vers. sua quod part. 4. diuers.* quorum receptior sententia tenet quòd in constituendo iusto pretio ad effectum cognoscendi modicitatem prædictam, est habenda ratio pacti de retrouendendo quod minuit de vero valore circa quartam partem. Verum hoc procedit quando pactum huiusmodi est perpetuum & liberum, non autem quando est ad certum tempus, vt loquuntur Doctores citati & declarat Rot.*in d. 5. Bononien. affrancationis,* tunc enim quando pactum est temporale, æstimatur in sexta tantum parte, secundum opinionem Rotæ, vt coram Buratto *decis.62.num.8.& decis.471.num.1.* Vel æstimari debet habita ratione temporis pacti appo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

siti, vt fuit resolutum *in Romana domus de Mategatiis 29. Nouembris.* 1591. coram Orano. Nisi tamen pactum hoc esset conceptum negatiuè, & limitatum in damnum venditoris, nempe vt non possit redimere, nisi elapso tanto temporis spatio, tunc enim pro tempore pro quo redimi nequit pactum, nihil minuit de vero valore, Tiraq. *in d. præf. num. 26.* & fuit resolutum *in d. Romana simulationis contractus 14 Februarij 1631.* coram R.P. D. Dunozetto.

SVMMARIVM.

1 *Vsurarij hæres, filius vel extraneus vsuras extortas per defunctum restituere compellitur.*
2 *Vsurarij hæredes compellendi sunt restituere, vsuras per vsurarium extortas.*
3 *Ius transit ad successorum cum suo onere*

CAP. Tua nos IX.

1 VSuratiorum hæredes, filij, vel extranei iisdem pœnis sunt cogendi ad restituendas vsuras, quibus cogerentur defuncti vsurarij, si viuerent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 147.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 685.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 15. cap. 11.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Couar. *lib. 3. vari. cap. 3. num. 7.* Anton. Gom. *var. tom. 2. c. 10. n. 4. colum. 2. in princip.* Neguzant. *de pignorib. part. 2. memb. 4. num. 155.* Salon. *2. 2. quæst. 78. art. 3. controu. 8.* vbi Bann. *dub. 4.* Chald. Pereira *in comment. ad l. vni. C. ex delictis defunct. part. 4. num. 4.* Ioan. de Salas *d. contract. tit. de vsuris dub. 42. num. 2.* Bonacin. *eod. tract. disp. 3. quæst. 3. puncto 9. num. 14.* Res enim transit ad successorem cum suo onere, vt habetur hîc in positione casus, de quo Tiraq. *de retract. lig. § 1. glos. 9. n. 102.* Menoch. *cons. 2. n. 32. & cons. 63. num. 11. & cons. 80. n. 79.* Cabed. *Lusit. decis. 52. n. 1. part. 2.* D. Barbos. *in l. post dotem. num. 5. ff. soluto matrim.* Chald. Pereira *de extinct. emphyt. c. 30. & n. 33. & de emp. & vend. cap. 10. num. 10. & cap. 27. num. 79.* Ioan. Martinus à Costa *in addit. ad tractat. libellorum annot. 6.*

4 *Succedunt.*] Secus si abstinuerit ab hæreditate paterna: nolentes se negotiis hæreditatis implicari, vt per Duen. *reg. 277. ver fin.*

5 *Cogeretur.*] Etiam de iure ciuili, vt per Duen. *reg. 13. limit. 11.*

6 In glos. *Cogendi.* ibi *quia omnia bona defuncti erant illi obligata.* De hoc vide quæ dixi *ad cap. cum tu, sup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius mentalis, ideſt, mutuans ea mente vt vltra sortem aliquid recipiat, tenetur in foro animæ ad illud restituendum si ex hoc aliquid consecutus est.*
2 *Vsurarius mentalis an, & quando teneatur restituere, ostenditur.*
3 *Vsurarium in foro conscientiæ facit quem sola intentio, & spes.*
4 *Vsurarius mentalis cur teneatur ad restitutionem non ita simoniacus mentalis, ostenditur.*
5 *Emens rem viliori pretio ob anticipatam solutionem vel vendens cariori ob dilatam, an committat vsuram, ostenditur.*
6 *Vsurarium facit quem mentalis intentio, & spes lucri, quando est principalis, & primaria.*

CAP. Consuluit. V, *Vrb. III.*

1 VSurarius mentalis, ille scilicet qui sine conuentione, sed eo animo mutuat vt aliquid plus vltra sortem accipiat, & secus non mutuaret, in conscientia tenetur restituere; idem in non dante parabolam iuramenti nisi aliquid inde recipiat; & idem in vendente rem pluspquam valet, quia differt solutionem. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Butr. Anchar. Panor. Laurēt. de Rodulphis, Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 147.* Alagona *in compend. iuris Canonici pag. 686.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 15. cap. 12.*

2 Hîc sedet materia vsurarij mentalis, de quo an, & quando teneantur restituere, vide Caiet. *in summ. verbo vsura mentalis,* Sylvest. *eod. verb. 6. quæst. 4.* Armil. *eod. verbo num. 35.* Sot. *de iust. lib. 6. quæst. 1. art. 4.* Couar. *in reg. peccatum, part. 2. in initio à num. 4.* Cabalin. *de vsuris num. 7. & 8.* Ludou. Carbo *in restit. quæst. 57. concl. 11.* Ludou. Lopez *in instruct. conscien. tom. 1. c. 205.* Aragon. *2. 2. quæst. 78. art. 1.* vbi Ban. *art. 3.* & Salon. *controu. 10.* Gemin. *de vsuris commento 4. §. 2. num. 49. cum seqq.* Lancellot. Conrad. *in templo omnium iudicum lib. 1. cap. 1. §. 3. vers. quarto decimo,* Ceual. *communium contra commun. quæst. 483.* Perez *l. fin glos. pag. 65. tit. 21. lib. 7. Ordin.* Gutier. *canonic. lib. 3. cap. 39.* Petr. Nauarr. *de restit. lib. 3. cap. 2. num. 172. cum seqq.* Solis *de censibus lib. 1. cap. 5. num. 13.* Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib. 1. quæst. 3. num. 23.* Soar. *de relig. tom. 1. tract. 2. l. 4. de simonia cap. 59. num. 45. cum seqq.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 3. quæst. 34.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 5. sub tit. de vsura cap. 16. de vsurario mentali* Nicol. Garc. *de benefic. part. 8. c. 1. num. 47. cum seqq.* quorum est recepta, & communis opinio text. *in præsenti* vsurarium mentalem teneri ad restitutionem quando mutuatarius coactè det vltra sortem ratione mutui, secus verò quando liberè, & sponte, & gratiosè dat licèt mutuans iniquam habeat intentionem, & prauum animum, nempe accipiendi ratione, & vi mutui: & ideo cessante vsura mentali posse capere à sponte dante, tenent Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 29. num. 9.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 141. n. 16.* Nam sola intentio, & spes facit quem vsurarium in foro conscientiæ vt per Menoch. *de arbitr. casu 360. n. 83.* Decian. *tract. crimin. lib. 9. cap. 28. sub n. 8.* Farin. *in prax. crimin. part. 95. q. 142. n. 108.*

3

4 Plures à Doctoribus assignantur differentiæ rationes inter vsuram, & simoniam, cur scilicet vsurarius mentalis teneatur ad restitutionem, vt probat text. *in præsenti*, non autem simoniacus mentalis, vt habetur *in cap. fin. sup. de simonia,* quas adducunt Nauar. *in man. cap. 23. num. 101. vers. tum quia,* Flamin. *de confident. quæst. 26. n. 40.* Vgolin. *de simon. tab. 2. de simonia mentali cap. 2.* Veg. *in summ. part. 2 cap. 101. casu 7.* Gutier. *canonic. lib. 2. cap. 23. num. 46.* Fr. Emman. *in summ. tom. 2. cap. 66.* Valent. *tom. 3. disp. 6. quæst. 16. puncto 6.* Lorencana *in compendio casuum conscientia, tit. de simonia cap. 114.* & alij, ex quorum dictis verior videtur ratio illa, nempe quod id, quod datur vsurario, non datur sponte, sed inuoluntariè; quod autem datur simoniaco, datur voluntariè per viam contractus voluntarij emptionis & venditionis, seu commutationis, &c. Nec etiam displicet ratio, quod in vsura afficitur iniuria ille à quo ea exigitur, & ideo illi restituenda est; sed in simonia non fit iniuria illi, qui libenter dedit pecuniam,

cuniam; sed iniuria facta est rebus sacris, & spiritualibus, & ideo nulla restitutio est illi facienda de iure diuino, &c.

5 *Et an negotiator*, &c.] Vide Doctores, quos citaui *ad c. in ciuitate sup. hoc tit.* quibus adde Cened. *ad Decretal. collect. 47. num. 3.* qui in hæc verba eleganter prorupit. Ego tamen aduertendum censeo in hac materia, quæ valde difficilis est, pro eius summa intelligentia, & ornatu in foro exteriori minimè iudicari debere contractum vsuratium illum, in quo & vera pretij anticipatio, & eiusdem pretij diminutio, aut iniustitia interuenerit, si de alio tertio requisito non constiterit, scilicet secundum propter primam interueniisse, ideſt, iniustitiam, & diminutionem pretij propter ipsius anticipationem contigisse: illud quippe, quod dici solet ementem rem viliori pretio ob anticipatam solutionem, vel vendentem cariori ob dilatam committere vsuram, intelligendum est dummodo de ea intentione iudici constet. Nec enim ad conuincendum vsuram in foro exteriori sufficit, & pretium anticipari, & iniustitiam casualiter adesse. Cùm bene stet emptorem pecuniam anticipantem, non ideo exiguum, & iniustum pro re empta pretium obtulisse, quia illud anticipabat, sed quia mercem (ita pecunia præsenti sicut ad terminum emendo) pluris non æstimabat, licèt minus iustè æstimet, & sic venditorem in pretio decipiat, sed necesse est in exteriori foro de hac praua intentione constare ementem, ideò vilius iusto pretio emisse, quia illud statim anticipabat, mercem expectaturus, vel etiam vendentem ideò cariùs iusto pretio vendidisse, quia eius solutionem expectabat mercem illicò traditurus; & sic quod in primo casu diminuatur de pretio propter eius anticipationem, in secundo verò augeatur propter dilationem datam ad soluendum, & quod vtroque casu tam diminutio, quàm excessus iusti pretij propter temporis dilationem, quæ hos contractus vsurarios reddit, contingat; licet in interiori foro, quomodocunque id contigerit, obliget decipientem ad obligationem restituendi; prout apertè probat textus *in præsenti*, vbi sic distinguit *glos. fin.* ita concilians hunc textum cum *cap. in ciuitate, suprà hoc titulo.* Hæc Cened. *d. loco*, & in terminis ita Gutierez *canon lib 1. cap. 39. n. 11. cum seqq.* vbi *n. 11.* affirmat sæpissimè in foro Ecclesiastico se ita obtinuisse.

6 In glos. *Sperantes.* ibi, *spe lucri principaliter posita.* Notatur ad hoc, quòd non peccat, qui principaliter mutuat pecuniam, vt iuuet consanguineum, amicum, & proximum, quamuis minus principaliter & secundariò ab eis ex hoc aliquid speret, vt per Nauar. *in man. cap. 17. num. 209. & cons. 51. sub tit. de simon.* & alios quos refert Flamin. *de consid. quæst. 1. num. 42.* Vnde notatur etiam ad hoc, quòd mentalis intentio & spes lucri facit quem vsurarium quando est principalis, & primaria, de quo an verum sit, vide Caiet. 2. 2. *q. 78. art. 1 ad 4.* Sot. *lib 6 de iustit. q. 1. art. 2.* Medina *de vsura q. 1.* Azor. *d. c. 16. de vsurario mentali, quæst. 3.* Nau. *in comment. de vsuris n. 19 & in tract. definib human. act n. 39.* Farin. *cons. 75. n. 84.*

In glos. *Malè agere.* Hæc glos. tota est in conciliando text. *in præsenti*, cum cap. *in ciuitate, hoc tit.* vt scilicet *d. cap. in ciuitate*, procedat in foro exteriori, in quo minimè iudicari debet contractus vsurarius ille, in quo est vera pretij anticipatio, & eiusdem pretij diminutio interuenerit, nisi constet iniustitiam & diminutionem pretij propter ipsius anticipationem, aut temporis dilationem contigisse absque alio respectu; at vero tex. *in præsenti* procedit in foro interiori, in quo quomodocunque id contigerit, semper obligat decipientem ad restitutionem, sequuntur hanc distinctionem *in hoc tex.* Hostien. & Andr. *in fine*, Butr. *num. 2. & 6.* Anan. *col fin.* & Panorm. *num. 6. & in d. cap. in ciuitate* idem Hostien. & Anan. *num. 5.* Ioan. Andr. *col. fin.* Panorm. *num. 5.* Beto *num. 2. 3. & 8.* Card. *num. 4. in 3. oppos.* Laurent de Rodulph. *in tract. de vsuris part. 2. in princ. num. 9.* Soc. *iun. cons. 83. num. 9. 19. & 20. in fin. volum. 2.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 39. ex n. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius manifestus appellans ad subterfugiendam restitutionem audiendus non est, & n. 2.*
3 *Appellatio non datur in notoriis.*

CAP. Quàm pernicioſum. XI.

VSurarius manifestus quando conuenitur de vsuris, si appellat ad subterfugiendam solutionem, non admittitur appellatio, maximè si vsuris publicè renuntiauit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Archid. Butr. Panorm. Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 148.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 686.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 10. cap. 1.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Petr. *ad rub. tit. 2. glos. 1. pag. 26. col. 1. vers. præterea, lib. 6. Ordin.* Nam in notoriis non datur appellatio tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, in quibus non obstante appellatione potest iudex ad executionem suæ sententiæ deuenire, vt probat *cap. cum sit Romana 5. & præterea, sup. de appellat.* per quod ita resoluunt Ballom. *2. commun. opinion. lib. 7. tit. 14. n. 10. pag. 321.* Ant. Gom. *tom 3. var. c. 1. num. 47.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 21. n. 117.* Sigismond. Scaccia *de appellat. q. 17. limit. 4. a num. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæi per subtractionem communionis Christianorum & per Principes seculares cogendi sunt ad vsuras restituendas*
2 *Iudæis vsuras exercere non licet.*
3 *Vsuræ ita sunt prohibitæ Iudæis, sicut Christianis.*
4 *Iudex secularis in causis vsurarum an iudex esse possit, remissiuè*
5 *Commercium cum Iudæis nobis est licitum.*
6 *Iudæus potest puniri per indirectum pœnis ecclesiast. si fœnus exerceat.*

CAP. Post miserabilem. XII.

PRincipes seculares cogere debent Iudæos vsuras Christianis remittere, & Christi fideles abstinere tenentur sub pœna excommunicationis à commercijs, & omnimoda communione cum Iudæis, donec præfatas vsuras remittant. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Archar. Butr. Panorm. Cened. *collect. 38.* Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 148.* Alagona *in compend. iuris Canon p. 686.* remissiuè Ximen. *in conc. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Augustin. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 10. cap. 2.*

Iudæos ad remittendas, &c.] Notatur ad hoc, quòd Iudæis vsuras exercere non licet, vt per Gregor. Lop. *l. 22. verbo à alguno Iudio, tit. 12. part. 5.* Tiraq. *de iure primog. q. 66. n. 5.* Bonac. *commun. crimin. verbo Iudæi prohibentur.*

petatur. Azeued. *l.1.num.185.tit.21.lib. 4. nouæ recop.* D. Barbos. *in l. Titia, num.53. ff. soluto matrim.* plures per
3 Cened. *ad Decretal. collect.30.num.1.* Nam vsuræ ita sunt prohibæ Hebræis, sicut Christianis, Anton. Ricciul *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existit. lib.2.cap.19. num.2.* Latè, & eleganter Rot. *in Romana vsurarium 14. Iunij 1629.* coram R.P. D. Merlino, vbi disertissimis verbis probat toto cœlo hallucinari Hebræos dum putant impiam eorum vsurarum exactionem à Christianis posse tueri ex *Deuteron. cap. 23.* ibi *non fœnerabis fratri tuo, sed alieno,* & sic ex lege Moysis Deum sibi ipsis indulsisse fœnori exteris. Nam pro obiecti resolutione præmonendi sunt vsuram ex iure diuino, ex iure canonico, & iure etiam naturali prohibitam esse, vt ostendimus ad *cap.2. sub hoc tit.* Si autem principiis naturæ aduersatur vsura, est prohibita, quia mala in se, & intrinsecè, non mala quia prohibita, ergo non rectè fit distinctio inter fratres & alienigenas cùm ius naturæ sit commune cunctis hominibus, immo S. Thom. *q.12. de malo art.vlt.* & *2.2.quæst.78.art.1.* docet cunctos mortales esse inuicem fratres & proximos, ex parabola *Luc.c.10.* Nec illa aduersatiua, *sed alieno,* fuit dispensatio, seu relaxatio, lex enim naturalis est indispensabilis, & nihil iuri naturæ aduersum licuit vnquam Iudæis, nec tanquam licita in eo loco permissa fuit vsura Hebræis; sed solùm tanquam impunita ad maiora mala euitanda, quemadmodum & libellum repudij permisit Moyses ad interfectionem vxorum euitandam, & si hæc vsurarum permissio comparatiua fuit ex quadam dissimulatione, ne scilicet quod turpius erat fratres suos Deum colentes vsuris exhaurirent Hebræis ad quòd fœnus proni admodum, & procliues erant, ita explicat Guilel. Paris. Episcop. *de legib. circa princip.* Alexand. de Ales *3.part.quæst.59.memb.4.art.1.* D. Thom. *2.2. quæst. 78.art.1.* & *ibi* Caiet. Turrec. Sot. & alij relati per Couar. *lib.3 var.c.1.n.7.* Bermon. *de publ. concub. §. de finali specie num.6.* & *7.* vtiturque congruo exemplo Lothi, Bensfeld. *in cap. quia in omnibus quæst.2. per tot. de vsuris,* Alex. de Neuo *cons.101.num.1.* & *2.* & *cons. 102 num.3.* Ludou. Peguer. *decis.30.n.10.* Lup. *de vsuris §.4.num.69.* & *70.* Lessi *de iustit. lib.2.cap.20. de mutuo & vsuris, dub. 4.n.30.* Molin. *de iustit. tract.3. de contract. disp.304. num. 15. cum. seq.* Hieron de Luc. *de camb. §. restat videre. n.19.* Fr. Sixtus *de fœnore Hebræorum lib.2. cap.3.4.* & *5. d.c.3.* attestatur Romæ á Philipp. Archinto Vicario Papæ, & postea Archiepiscopo Mediolan. præuio responso peritissimorum Rabbinorum declaratum fuisse per sententiam nullo modo citra peccatum etiam attenta lege Moysis licere Hebræis neque in suos neque in alienos exercere vsuras, Rabbinique illi retulerunt verba *Deuteron. d.c.23.* non suffragari. Et idem etiam per laudum Ferrariæ pronuntiauit ab ipsis Hebræis arbiter deputatus Paulus Contugus, eximius, & magni nominis Iureconsultus, assentientibus Doctoribus Lombardię Rabbinis. Vel, saltem dicendum est Moysem per illa verba, *sed alieno,* non coneessisse mutationem veram vsurariam, sed similitudinariam, cùm enim Gentiles detinerent terram promissionis iniustè, quia Hebræorum erat: nec hi bello eam vendicare valerent, poterant sub palliato nomine vsuræ aliqua ex parte ab hostibus recuperare, quod eorum erat, & illud non erat alienum rapere, sed quod suum erat redimere, neque erat accipere lucrum ex mutuo, sed occasione alibnde vendicare debitum, in quo propriè vsura non cadit, sed tantum similitudinariè *c.1. hoc tit. de vsur.* & *ibi glos. vlt.* & ita illum locum *Deuteron. cap.23.* temperant, & exponunt Anan. *in d.cap.1. num.6.* Ludou. Peguera *d.decis.30.num.10.* Molin. *d.disp. 304 num.16.* Petigian. *in 4. sentent. dist.35. quæst.2. art.3. vers. potest & aliter.* Hieron. de Luc. & Couar. *citatis locis,* Alex. de Neuo *cons.100.n.1.* & *cons.101.* & *102.n.3* Clar. *§. vsura num.7. vers. hoc tamen,* Lup. *de vsuris §.4. num.71.*

per principes, & potestates, &c.] Ergo secularis in cau- 4
sis vsurarum iudex esse potest, de quo an & quando verum sit, vide Couar. *lib.3. var.cap.3. num.1.* & *de ffonsalib. part.2.cap.7.§.12. ex num.4.* Caball. *in milleloq.305.* Auil. *ad cap.50. Prætor in verbo vsuras num.1.* Perez. *l.4. in glos. exception. de vsura tit.8. lib.5. Ordin.* & *in rub. tit.2. pag.27. vers. est etiam puniendus, lib.8.* & *l.5. col.1. vers. dubitari etiam solet, tit.19. eod. lib.8. Ordin.* Barthol. Humada *l.58. glos.2. ex num.1. tit.6. part.1.* Matiens. *l.9. in glos.2. tit.18. lib.5. nouæ recop. decis. Pedem,* 137. & plures Doctores citati per Cened. *d. collect.30. num.2.* quibus adde Bellet *disquisit. cleric. tit. de fauore cleric. reali §.4 n.130.* Anastas. Germon. *de sacrorum immunit. lib.3. cap.12. num.51.* Soarez. de Pace *in pract. tom.2. prælud.2. num.26.* Salzed. ad Bernard. *cap.88. tit.C.* Pradil. *in summa legum pœnalium. part.1. cap.30.* Marta *de iurisdict. part.2. cap.7.* Gaspar. Roder. *de annuis redditib. cap.3. quæst.4. à num. 122.* Bobad. *in sua politica, lib.2. cap.17. num.40.* Molin. *de iustitia, tract.2. disp.333. à princip.* D. Barbos. *in l. Titia, num.46. ff. soluto matrim.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.23. à n.93.* Stephan. Gratian. *disceptation. forens. cap.14. n.23.* Camill. Borrel. *in summ. omnium decis. tit.43. de foro comp. à n.135.* & *de compromissis, 3. glos.1. à n.100* latè Esse *decis.148.*

Tam in mercimoniis, &c] Ergo cum in hoc tex. pro- 5
pter delictum Hebræis in pœnam interdicatur commercium Christianorum, absque difficultate supponit commercium cum eis esse nobis licitum, ex reg. quod priuatio præsupponit habitum, *l. decem ff. de verb. obligat.* atque ita resoluunt. Marquat. *in tract. de Iudæis, p.1.c.5.* Corset *in sing. Societas il.1.* Cornaz. *Lucensi decis.127. n.4.* Anton. Hering. *de fideiuss. c.8. n.116. cum seqq.* Azor. *instit. moral. p.1. lib.8. c.12. q.4.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.1. lib.2. c.31. n.23.* latè Anton. Ricciul. *d. lib.2. cap.42.* vbi multipliciter ampliat.

Per excommunicationis sententiam, &c.] Ergo Iudæus 6
potest puniri per indirectum pœnis Ecclesiastici si fœnus exerceat, vt per Menoch. *de arbitr. casu 449. num.17.*

In glos. *Principes* ibi, *quorum legibus in temporalibus.* 7
subiiciuntur Iudæi. Notatur ad hoc, quòd Iudæi ligantur statutis locorum, quæ habitant, vt per Roland. *consil.25. num.25 lib.2.* Tiraq. *de iure primog. quæst.66. num.19.* Bec. *cons.84. num.7.* quia sunt de populo ciuitatis, quamuis non sint de populo Ecclesiæ, Socin. *consil.70. num.3. lib.1.* Bec. *d. consil.84. num.6.* Ant. Ricciul. *d. lib.2. cap.14. n.4.* quod quidem extendunt, vt procedat non solum in lege scripta, sed etiam in consuetudine. Tiraquel. *d. quæst.66. n.1* & *2.* Roch. de Curt. *in cap. fin. de consuetud. à n.752.* Anton. Piagg. *in eod. tract. quæst. 8. num. 106.* Molfes. *ad consuetud. Neapol. part.2. quæst. 32.* Rota *in Roman. alimentorum 2. Ianuarij 1621. coram. Illust. Manzanedo.*

SVMMARIVM.

1 *Iudex ex officio suo vsurarium ad restituendas vsuras compellere potest, non obstante iuramento de non repetendis vsuris per debitorem præstito.*
2 *Declaratur tex. in præsenti.*
3 *Iudex secularis an possit esse competens ad compellendos laicos creditores ad remittendas vsuras, remissiue*

Cap. Tuas dudum. XIII.

1 IVdex ex officio suo vsurarium ad restituendas vsuras vel eas non exigendas per censuras ecclesiasticas appellatione remota compellere potest, non obstante iuramento, quod exigunt vsurarij ab iis, à quibus vsuras petunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioann. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panor. Petr. Binsfeldius. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag.* 148. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 686. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit.* 10. *cap.* 3.

2 *Ab earum exactione desistere.*] Ergo ex iuramento de soluendis vsuris videtur ad illas petendas ipsis creditoribus actionem competere, iuuat tex. *in cap. debitores, vers. cogendi sunt, &c. sup. de iureiurando*, dum significare videtur hanc coactionem esse faciendam ad instantiam creditorum, ac per consequens ipsis actionem competere, quod quidem intelligendum est quando vsuræ non petuntur ex contractu euidenter vsurario, sed sub forma contractus apparenter liciti, v.g. emptionis, & venditionis, vel similis cum teneamur in dubio eam facere interpretationem, vt dolus non præsumatur. *l. merito ff. pro socio*, cùm similibus: at verò quando petuntur vsuræ concipiendo libellum sub ea forma, quòd vsuræ soluantur ex vi iuramenti, & constat euidenter de iniquitate contractus, & creditoris vsuras petentis, tunc in hoc casu dicendum est nullam actionem competere creditoribus vsuratiis aduersùs debitores, qui iurans vsuras soluere. iuxta *l. licet*, §. *hæc obligatio iuncta glos. verbo part. ff. de procurat Princ. Instit. de action.* Colligunt hæc ex Bald. *in cap* 1. *n.* 6. vbi Abb. *col vlt. de iureiur.* Bellamer. *in d cap. debitores, n.* 27. Soar. *de relig. tom.* 2. *tract.* 3. *lib.* 2. *de iuram. c.* 27. *n.* 5. Cætera quæ facere possunt ad intellectum huius text. inuenies *ad d.c. debitores.*

3 *Per censuram Ecclesiasticam.* &c.] Vtrùm iudex secularis possit esse competens ad compellendos laicos creditores ad remittendas vsuras, & an ad absolutionem ab huiusmodi iuramento de soluendis vsuris sit necessaria partis citatio, vide Cou. *lib.* 1. *vari. cap.* 4. *n.* 5. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius repetens vsuras non auditur nisi prius restituat extortas.*
2 *Legis auxilium frustra inuocat, qui committit nisi legem.*
3 *Vsurarius repetens vsuras sibi debitas non auditur in prius restituerit quas ab aliis apparebit extorsisse.*
4 *Dictio*, nullatenus, *negat omnes casus, & omnem potentiam*

Cap. Quia frustra. LXV.

1 VSurarius si impetrat litteras vt sibi restituantur vsuræ, quas ab eo alius extorsit, non auditur si priùs ipse non restituat eas quas ab aliis accepit, quia qui peccat in legem, frustra inuocat legis auxilium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 149. Alagona *in compendio iuris Canon. pag* 687. remissiuè Casal. *in annot.* Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 10. *cap.* 4.

2 *Frustra legis auxilium inuocat, qui committit*, &c.] De hoc principio vide plures Doctores citatos *in bello de principiis vtriusque iuris lit. F. num.* 56. & per me *Axiom* 136. *num.* 21. Intellige, quando deliquit in eandem legem, cuius auxilium implorat, secus, si delinquat in aliam diuersam, vt per D. Barbos. *in l. viro atque vxore, n.* 20. *ff. soluto matrim.*

Nisi prius ipse restituerit vsuras.] Notatur ad hoc, quòd vsurarius repetens vsuras sibi debitas, vel agens vt fructus computentur in sortem, non auditur nisi priùs restituerit vsuras, quas ab aliis apparebit extorsisse per se, per patrem, vel defunctum: cuius sit hæres, quæ exceptio admitti debet in quocunque iudicio, tam ordinario, quàm delegato, vt per Gemin. *de vsuris commento* 4. *in præfat. num.* 14. Fulu. Pacian. *de præst. lib.* 1. *cap.* 59. *num.* 54. vbi tenet quòd est iste casus specialis in quo ratione doli fit compensatio circa diuersa, D. Barbos. *d. l. viro atque vxore, num.* 17. Farin. *frequ. criminal. part.* 1. *lit. D, verbo delicta, numer.* 119. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 23. *numer.* 99. vbi etiam dicit quòd hoc fallit in clerico, vel procuratore repetente vsuras à se solutas nomine Ecclesiæ, auditur enim sic repetens quantumuis & ipse sit vsurarius.

Nullatenus.] Dictio hæc negat omnes casus, & omnem potentiam, vt per Menoch. *concil.* 383. *num.* 14. Modern. *de iurisdict. part.* 4. *casu* 143. *num.* 10. Canel. *practic. sing* 69. *num.* 3. Et habet vim præcisæ prohibitionis, Stephan. Gratian. *Marchia decis.* 51. *n.* 18. Ergo ipse *tract. de diction. vsufreq. dict.* 226.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius tex. refertur.*
2 *Vsurarius manifestus quis dicatur remissiuè.*
3 *Vsura indiciis, & coniecturis probatur.*
4 *Vsura est difficilis probationis.*
5 *Contractus in dubio fauore animæ in materia, quæ sapit vsuram, præsumi debet fœneratitius*
6 *Doctoribus iuris Canonici, an verò Magistris in Theologia sit potius adhærendum in iudicando, quando alius continet vsuram remissiuè.*

Cap. Cùm in diœcesi. XV.

ORdinarius potest procedere cum pœnis *cap. quia in omnibus, sup. eod.* contra vsurarios manifestos aliis argumentis, si nullus accusator apparet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Petr. Binsfeld. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag.* 149. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 687. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit.* 10 *cap.* 5.

Vsurarij manifesti.] Qui sint dixi *ad cap. quia in omnibus, 3. n.* 2. *sup. hoc tit.*

Si tamen aliis argumentis, &c.] Notatur ad hoc, quòd vsura indiciis & coniecturis probatur, ex eo quia fœneratores tam occultè, & fraudulenter suos ineunt contractus vt de prauitate fœnoris vix conuinci possint de quo vide Tiraquel. *de retractu conuent. in præfat num.* 36. & 37. Auendan. *de exequendis man. part.* 2. *cap.* 29. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 235. Perez *ad lib.* 8. *Ordin. pag.* 42. Cardin. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuent. lib.* 8. *tit.* 17. *num.* 6. Pradil. *in summa legum pæn. lium p.* 1. *c.* 30. *num.* 4. Valasc. *consult.* 56. *num.* 2. Cardos. *in praxi iudicum & aduocat. verbo vsura. n.* 19. Mendes. à Castro *in praxi Lusit. lib.* 3. *cap.* 22. *num.* 29. est enim vsura difficilis probationis. Auendan. *de tract. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 17. Mascar. *de probat conclus.* 1417. *num.* 3. *cum seqq.*

In

5 In dubio fauore animæ in materia, quæ sapit vsuram, contractus præsumi debet fœneratitius, vt per Tiraquel. *de retract. conuent. num.* 128. Menoch. *consil.* 109. *num.* 3. Mascard. *de probation. conclus.* 1398. *num.* 1. Valasc. *consil.* 154. *num.* 16. Marta *de iurisdict.* 6 *part.* 2. *cap.* 7. *num.* 23. Cardin. Mantic. *d. lib.* 8. *tit.* 17. *num.* 9. & 10. An verò in iudicando quando actus contineat vsuram sit potius adhærendum Doctoribus iuris Pontificij, quàm Magistris in Theologia, vide Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 11. *art.* 4. Gasp. Roderic. *de annuis redditib. lib.* 3. *quæst.* 4. *à num.* 64. Azor. *instit. moral part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *post princip. & p.* 2. *lib.* 3. *cap.* 18. Modern. *d. c.* 7. *num.* 13. *& in votis nouiss. decis. voto* 14. *n.* 5. Card. Mantic. *d. tract. de tacitis & ambig. conuent. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 58. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuil.* 29. *n.* 8.

7 In glos. *Manifestos.* ibi, *& ideo per famam & alia argumenta puniuntur*, &c. Vide Mascard. *de probation. concl.* 446. *num.* 14. *concluf.* 1103. *num.* 14. *& concluf.* 1223. *n.* 22.

SVMMARIVM.

1 *Maritus recipiens pignus pro dote promissa non tenetur fructus in sortem computare.*

2 *Maritus non tenetur fructus sibi pignori datos pro solutione dotis in sortem computare.*

3 *Maritus, & gener possunt inuicem pacisci, vt quid certum interim detur, donec dos soluatur.*

4 *Gener non solum potest à socero suo fructus pignoris dotalis accipere, quandiu ei dos non soluitur, sed etiam ab alio quocunque extraneo.*

5 *Maritus mercator solidus negotiari in pactum, potest deducere interesse interim, dum dos ei non soluitur, siue fuerit promissa à patre, siue ab extraneo, quia dotare non tenetur.*

6 *Abbatissa potest recipere certam pecuniæ quantitatem donec conuentui dos promissa pro nouitia profitente soluatur.*

7 *Maritus per decennium tacens non petendo interesse dotis, adhuc illud petere potest.*

8 *Matrimonio soluto non potest maritus interesse dotis non solutæ petere.*

9 *Mulier non potest in contractu matrimonij conuenire vt eo soluto morte viri, donec dos sibi soluatur, quid certum detur loco interesse.*

10 *Maritus, qui non sustinet onera matrimonij, non potest vsuras dotis consequi*

11 *Maritus non potest vsuras dotis consequi data ab eo dilatione ad illius solutionem.*

12 *Pactum excedens interesse certum à lege, aut statuto vel consuetudine taxatum, est nullum.*

Cap. Salubriter. XVI.

1 SOcer quando dat genero in pignus possessionem pro dote numerata obligata, gener non tenetur computare fructus pignoris in sortem principalem cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad supportanda onera matrimonij. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anchar. Butr. Vignate, Panorm. Cened. *collect* 44. Petr. Binsfeldius, Vinian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. par.* 105. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 687. *& vol.* 4. *repetit in iure canonico ad lib.* 5. *Decretal.* Ioan. Crot. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 7. *c.* 1.

Hanc eandem concluf. ex hoc tex. desumunt, & de illius intellectu agunt Couar. *lib.* 3. *var. cap.* 1. *num.* 3. *cum seqq.* Palat. *in repet. c. per vestras, de donation. inter virum not ab.* 6. §. 8. Medin. *de contract. q. de vsuris*, §. *ad cap. salubriter*, Barthol. de Medina *in summ.* §. 21. Plot. *de in litem iurando* §. 11. *ex num.* 14. Hieron. Leo Valent. *decis.* 62. Ioseph. Sesse *Aragon. decis.* 68. *num.* 10. *cum seqq* Sot. *de instit. lib.* 6 *quæst.* 1. *sub finem art.* 2. Neguzan, *de pignorib. part.* 4. *num.* 6. *vers. tamen, & part.* 5. *memb.* 5. *num.* 17. *cum seqq.* Anton. Gomez *vari. tom.* 2. *c.* 11. *num.* 42. *ad fin. & l.* 50. *Tauri num.* 30. *col.* 1. *&* 2. Capyc. *decis.* 65. *à num.* 4. *& decis.* 183. *num.* 2. Gasp. Caballin. *in milleloquio iuris, part.* 1. *milleloq.* 426. *&* 432. *&* 434. Alphonsi. à Neapoli *in tract. de vsuris quæst.* 22. Nauar. *in repet c.* 1. 14. *quæst.* 3. *n.* 21. *cum seqq.* Thesaur. *Pedem decis.* 41. *&* 45. Petr. à Nauarra *lib.* 3. *de rect. c.* 2. *à num.* 352. *tom.* 2. Mich. Palat. *de contract. lib.* 4 *c.* 5. *vers. de pignoribus autem dotalibus*, Medin. *in codice de acquisitis per vsuram quæst.* 2. *vers. ad c. salubriter.* Mozz. *de contract. lib. de pignore.* §. *de naturalibus pignoris hypothecæ, num.* 9. Laram *in l. si quis à liberis* §. *si quis ex his num.* 56. *cum seqq ff. de liberis agnosc.* Mexi. *in tract. tassa panis concluf.* 2. *num.* 77. *cum seqq.* Gemin. *de vsuris commento* 1. § 4. *num.* 74. *cum seqq.* Spin. *in speculo testam. in glos.* 14. *rub. à num.* 44. Salon. *in* 2. 2. *quæst.* 78. *art.* 2. *controu.* 14. Perez *in rub. tit.* 2. *glos.* 1. *vers. ex eadem ratione infertur, pag.* 20. *lib.* 8. *Ordin.* Azeued. *l.* 1. *num.* 49. *tit.* 6. *lib* 8. *nouæ recopil.* Menoch. *de arbitr. casu* 194. *num.* 56. *& consil.* 7. *num.* 11. *cum seqq & conf.* 110. *num.* 57. Surd. *de aliment. tit.* 1. *quæst.* 42. *&* 43. *& quæst.* 45. *à num.* 31. nouissimè Hieron. Roderic. *in compendio quæst. Regul. resol.* 98. *num.* 20. Felician. Solis *de censib. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 20. *cum seqq.* Petr. de Ledesm. *in summ. p.* 2. *tract.* 8. *de iustit. commut. cap.* 33. *concl.* 13. *dub.* 1. Ludou. Beia *responsorum casuum Conscientiæ, p.* 1. *casu* 56. *à princ.* Valasc. *conf.* 8. Ceuall. *communium contra communes, quæst.* 394. *è princip.* Gasp. Roderic. *de annuis redditibus, lib.* 3 *quæst.* 7. *n.* 49. *cum seqq.* Peregr. *conf.* 100. *ex num.* 5. *ib.* 1. *& conf.* 9. *&* 88. *lib.* 2. *& conf.* 74. *&* 98. *lib.* 3. D. Barbos. *in l. de diuisione num.* 1. *cum seqq. & in l. post dotem. num.* 64. *ff. soluto matri.* Trintacinq. *variarum tit. de pignorib. & hypothecis resolut.* 2. *ex num.* 13. *& ex tit. de iure dotium resolut.* 6. Card. Mantic. *de tacitis, & ambiguis conuentio. lib.* 11. *tit.* 10. *num.* 39. *cum seqq.* Nicol. Garcia *de benef. part.* 5. *cap.* 5. *num.* 13. Castil. *lib.* 3. *quoditianarum. cap.* 23. *num.* 8. Curiam Philipp. *part.* 2. *lib.* 2. *c.* 1. *num.* 8. Franc. Molin. *de ritu nuptiarum lib.* 3. *q.* 39. Molina *de iustitia tract.* 2. *disp.* 321. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitentialis lib.* 25. *n.* 222. *cum seqq.* Chald Pereira *quæstionum forensium consil.* 14. *num.* 15. Rebel. *de obligationib. iustitiæ part.* 2. *lib.* 8. *q.* 12. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 7. *c.* 9. Bonacinam *de contract. disp.* 3. *q.* 3. *punct.* 8. *à princ.* Scacc. *de camb.* §. 1. *q.* 7. *part.* 2. *ampl.* 8. *num.* 164. Giurba *decis.* 74. *num.* 1. Fontanel. *de pactis nuptial. claus.* 6. *glos.* 2. *num.* 2. *p.* 6. latissimè Hermonsilla *l.* 10. *glos.* 42. *tit.* 1. *part.* 5. *num.* 149. *cum seqq fol.* 127. *cum seqq.* & plenissimè Rot. *in Tyburtina dotis* 9. *Iunij* 1623. coram R. P. D. Nauarro, & eleganter *in Romana fructuum dotis* 21. *Maij* 1625. coram R. D. Coccino Decano.

Amplia primò principalem huius textus conclusionem procedere etiam illo casu, quo maritus, & gener pacisc untur inuicem, vt quid certum interim detur donec dos soluatur pro oneribus matrimonij sustinendis; nam si conceditur marito pacisci, vt ei liceat rei pigneratæ fructus lucrari, donec soluatur dos, vt hic textus habet, idem identitate rationis licebit in hoc casu, cùm nulla exacta differentiæ ratio inter vtrumque dari possit, quinimmo eadem pro supportandis matrimonij oneribus, quæ sic in vno, ac in alio casu militat; quàm ampliationem sequuntur Anania, & Abb. *hic. num.* 3. Alex. *conf.* 32. *colum.* 2. *lib.* 6. Corn. 3

cons. vlt. colum. 4 lib. 2. Bald. Nouell. *tract. de dote, part. 7. special. 3. post princip* Campeg. *eodem tract. part. 2. q. 6. colum. 2.* Ruin. *cons. 124. num. 14. lib. 1.* Gemin. *de vsuris comment. 1. §. 4. num. 75.* Roman. *cons. 517. num. 4.* Anch. Regien. *quæst. 33. num. 4. & 5.* Couar. *lib. 3. variarum, cap. 1. num. 3. vers. 4.* Sylueſt. *in ſumma verbo vſura 3. §. 5.* Nauar. *in man. cap. 17. num. 213. vers. ſecundum poſſe maritum*, Syluan. *conſil. 10. num 46* Caball. *de commer. & vſur. quæſt. 74. num. 523.* Neguzant. *de pignorib part. 5. membr. 5. num. 16.* Viuius *opin. 1048.* Ioſeph. Ludouic. *Lucan. deciſ. 21. num. 37.* Villag. *tract. de vſur. quæſt. 12. concl. 9.* Capyc. *deciſ. 65.* Caual. *deciſ. 35. n. 21. part. 1.* Iacob. de Graff. *in deciſ. aureis part. 1. lib. 2. cap. 106. num. 3.* Ranch. *part. 5. concl. 377.* Mex. *in tract. taſſæ panis, concluſ. 2. num. 26.* Surd. *de alimentis tit. 1. quæſt. 42. num. 23. cum ſeqq.* Felic. Solis *de cenſib. lib. 2. cap. 1. num. 19.* Ceual. *dicta quæſt 194.* Ludouic. Beia *d. caſu 56.* Gaſpar. Roder. *d. quæſt. 7. à num 43. cum ſeqq.* & præcipuè *num. 60.* Chald. Pereira *de empt cap. 23. num. 24.* Petr. de Ledeſma *d. conc. 13. dub. 1. diſt. 3.* Rebell. *d. quæſt. 12. num. 7.* Fr. Emman. *quæſt. Regular. tom. 2. quæſt. 48. art. 7. vers. pro huius*, Bonacin. *d. puncto 9. n. 3. vers. ſecundò*, Azor. *d. c. 9. vers. cæterum.* Quamuis pactionem hanc illicitam, & vſurariam fore crediderint minus benè Ioan. Andr. Butr. Zabarel. Ioan. de Lign. & Ambroſ. de Vignate *in præſenti*, Cotta *in memorabilibus verbo dos ſoluto matrimonio*, Alex. *conſ. 27. lib. 4. & conſil. 74. & conſ. 141. num. 6. lib 5.* S. Antoninus *in ſumma part. 2. tit. 1. §. 7. n. 27.* Laurent de Rodulph. *in tract. de vſuris part. 2. q. 55.* & alij relati per Caualc. *d. deciſ. 25. n. 421.*

Vnde ſi frater promittat viro ſuæ ſororis ſoluere certam dotem intra certum tempus pacto adiecto quòd ſi in ſolutione defecerit in terminis expreſſis teneretur ſoluere fructus iuxta formam ſtatutorum, non eſt dubium teneri ad fructus conſtante matrimonio decurſos ex prædicto pacto per tex. *in præſenti* qui licèt loquatur quando datur pignus, nihilominus eadem eſt ratio quando in pecunia dos promittitur, vtrobique enim conſideratur inſtum intereſſe propter onera matrimonij, Abb. *in præſenti num. 3.* & Ambroſ. de Vignate *num. 13. vers. ſecundo. caſu* Dec. *in cap. cum venerabilis num 63. & ſeq de except.* Bald. Nouell. *de dote part. 7. priuil. 3. ex num. 4. vſque ad fin.* Nauar. *in man. c. 17. ſub num. 13. vers. ex qua*, Couar. *var. lib 3. cap 1. num. 3. vers. contrarium tamen*, Contad. *de contract. tract. 2. quæſt. 35. concl. 5. fol. 158. & concl. 7. fol. 179.* Lup. *in cap. per veſtras §. 8. incip. octauò infertur num. 2. de donat. inter virum*, Molin. *de primog. lib. 4. c. 5. num. 6.* Surd. *de alim. tit. 1. quæſt. 42 num. 147.* Azor. *d. cap. 9. col. 2. poſt med.* & fuit dictum *in cauſa Romana dotis 5. Iulij 1599.* coram Iuſto, quæ eſt *deciſ 129.* poſt primum vol. conſil. Farin. & *in Romana fructuum dotis 21. Maij 1624.* coram R. D. meo Coccino,

4 Secundò amplia generum non ſolùm poſſe à ſocero ſuo fructus pignoris dotalis accipere quandiu ei dos non ſoluitur, ſed etiam ab alio quocunque extraneo, vt per Nauar. *in cap. ſi fœneraberis 14. quæſt. 3. n. 65. & 66.* Valaſc. *conſult 8. num. 2.* Surd. *conſ. 269. num 10.* Gaſpar. Roderic. *d quæſt. 7 num 52.* Molina *d. diſputatione 221. vers. hinc. 1.* Valer Reginald. *d. lib. 25 n. 223.*

5 *vers. ſequitur ſecundò*, Rebell. *d. diſput. 12. num. 4.* Immo & poteſt maritus mercator ſolitus negotiari in pactum huiuſmodi intereſſe deducere, ſiue dos fuerit à patre promiſſa, ſiue ab extraneo, qui dotare non tenetur, ita Couar. *d cap. 1. num. 3. vers. hinc primo appareret*, Ioſeph. Ludouic. *d. deciſ. 21. num. 42.* Surd. *d q. 45. num 30.* quos refert, & ſequitur Franc. Molin. *d q. 39. num 13.* vbi *num. 12* extendit ſiue gener, qui in pactum deducit hoc intereſſe, ſit mercator ſolitus negotiari aut non ſit, nihil enim refert, cum mattimonij onera ſic ſuſtineat is, qui non eſt mercator, ſicut qui ſolidus eſt mercari.

Tertiò amplia in matrimonio ſpirituali, quòd contrahitur à Moniali per profeſſionem religionis Abbatiſſa enim poteſt recipere certam pecuniæ quantitatem, donec Conuentui dos promiſſa pro nouitij profitenti ſoluatur, vt per Fr. Emman. *quæſt. regularium tom. 2. quæſt. 48. art. 7. & tom. 3. ſumm. cap. 144. num. 8.* vbi intelligit dummodo dicta quantitas non excedat in aliquo damnum quòd ex dilata ſolutione monaſterio de facto contingit, puta quia ex dote conſtituendus, vel redimendus erat cenſus, ſed tantùm ſoluatur quod victui Monialis pro quolibet anno ſufficiens iudicabitur, idque habere locum aſſerit in omnibus monaſteriis, etiam vbi dotes ſtatim conſtituuntur, dos enim datur ad alimoniam Monialis, quæ ratio etiam militat in omnibus monaſteriis etiam opulentis, & ſe corrigit de hoc vltimo quod reſoluerat *d. art. 7.* Et quod huius text. deciſio extendatur ad dotes Monialium tenent Ludou. Miranda *de ſacris Monialib. q. 8. art. 10. concl. 1.* Hieron. Roder. *in compendio q. Regul. reſol. 98. n. 20.*

Quartò amplia quamuis maritus per decennium tacuerit intereſſe dotis non petendo, adhuc enim illud petere poſſe cùm non cenſeatur remiſiſſe reſoluunt Ozaſc. *deciſ. 132.* Maſcard. *de probat. concl. 1171. num. 98.* Surd. *conſ. 290 n. 12.* Menoch. *de præſum. lib. 2. præſ. 25. n. 2 & 3.* Valaſc. *conſult. 8. n. 9.* D. Barboſ. *in l. quæ dotis num. 46. ff. ſoluto matrimonio*, Gaſpar. Rodet. *d. quæſt. 7. num. 65.* vbi *num. 66* dicit procedere, quamuis dum vixerit, non petierit ſibi ſolui, & *num. 69.* extendit quamuis maritus receperit dotem ipſam nulla adhibita poteſtatione de petendis vſuris, ſi vſuræ debeantur inre actionis, quia promiſſæ fuerunt. Fontanel. *de pactis nuptial. claus. 6. gloſ. 2. part. 6. num. 18. cum ſeqq*

Quintò amplia ſiue dos conſiſtat in pecunia, ſiue in fundo, ſiue in minoribus iocalibus, ſiue in aliis, Queſad. *diuerſ. quæſt. 26. col. 6. in fin.* Caualcan. *part. 4. deciſ. 12. n. 39.* Hermoſill. *loco citato n. 153.* vbi limita quando bona mobilia non dantur æſtimata.

Sextò amplia, etiamſi à principio contactus matrimonij quantitas non aſſignatur, ſed arbitrio tertij declaranda committatur, Auedan. *de cenſib. c. 10. num. 15.* Surd. *deciſ. 266. n. 3.* Ioſeph. Ludou. *Lucenſ. deciſ. 21. n. 49.* Stephan. Gratian. *diſcept. forenſ. c. 143. n. 11.* Hermoſill. *loco citato n. 155.*

Limita primo ſupradictam huius text. concluſionem non procedere ſoluto matrimonio. Ratio eſt, quia titulus dotis extinctus eſt, & fructus non poſſunt ſolui ampliùs pro intereſſe matrimonij, ſed ſimpliciter pro vſura: ita *in præſenti* Innoc. *num. 1. & 2.* Hoſt. *num. 5. & 6.* & Ioan. Andr. *col. pen.* Bald. *in rub. C. de vſuris vers. quartò quæro, & in l. fin. §. propterea num. 10. & in l. pro oneribus num. 3. C. de iure dot.* Alex. *conſ. 74. num. 13. & conſ. 141. num. 2. in princ. lib 5.* Neguzant. *de pignorib. part. 5. membr. 5. num. 17.* Roland. *conſ. 55. ex num. 1. lib. 2.* Carau. *ſuper ritus magnæ Curiæ cap. 94. ex num. 1.* Mantic. *deciſ. 171. num 4.* Couar. *d cap. 1. num. 1. vers. 6.* Gaſpar. Roder. *d. quæſt. 7 num 55.* Valaſc. *conſult. 8. num. 4 vers. 4. & de partit. cap. 6. num. 32.* Sanch. *de matrimonio lib. 7. diſput. 87. num. 30.* D. Barboſ. *in l. 2. num. 40. in principio ff. ſoluto matrimon.* Gratian. *Marchiæ deciſ. 126. & diſcept. forenſium cap. 240 num. 3. & 4.* Bonacina *d. puncto 9. num. 3. vers. ex quo.* Caſtill. *lib. 3. controuerſ. cap. 13. num. 58.* Fontanel. *d. claus. 6. gloſ. 2. part. 1. num 26. cum ſeqq.* Hermoſill. *citato loco num. 161.* Etiamſi per mortem ipſius mariti diſſoluatur matrimonium, Queſad. *diuerſ. quæſt. cap. 25. n. 17.* Alexand.

Trenta

Trentacinq *var. resolut. lib. 5. de pignorib. resolut. 2. num. 13. in vers hæc texta*, Castil. *d lib. 3. cap. 23. n. 60.* Fontanel. *claus. 5. glos. 9. part. 15. num. 38. & claus. 6 glos. 2 part. 1. num. 28.* Hermosill *citato loco, num. 164.* vbi *num. 165.* extendit etiamsi per diuortium dissoluatur matrimonium, & *num. 166.* etiamsi supersint filij marito mortua vxore, & è contra, & *num 169.* limitat quando diuortium est illius qualitatis quod non annullat matrimonium & non facit res dotales desinere esse dotales, & *num 170.* idem esse dicendum ait, si diuortium fiat per sæuitiam mariti, & maritus vxori seorsim habitandi præstat alimenta, & à *num. 177.* disputat vtrum cessionarius mariti possit consequi interesse dotale. Vnde non posse mulierem in contractu matrimonij conuenire, vt soluto matrimonio morte viri donec dos sibi soluatur, quid certum detur loco interesse, contra Laurentium Rodolph. *de vsuris quæst 65.* tenuerunt Ceph. *consil. 123 num. 130. lib. 1.* Surd. *consil. 194. num. 14 & 15. & de alimentis tit 1 q. 45. num. 17.* quos refert, & sequitur Franc. Molin. *d quæst. 39. num. 28. cum seqq.* vbi *num. 39 cum seq.* resoluit non valere conuentionem factam per mulierem de ingrediendo post mortem viri propria auctoritate bona illius sibi pro dote hypothecata, & eadem ipsa retinendi pro secutiate sua, percipiendo fructus, suósque faciendo, interim dum dos ei non soluitur, & *num. 69. cum seqq.* resoluit posse mulierem pacisci cum hæredibus mariti occasione dilatæ solutionis ab ea, vt interim sibi aliquid annuum soluatur pro alimentis, dum id fiet in casibus, in quibus potest vidua post annuum consequi interesse dotis non solutæ, quos refert Surd. *d. tit. 1. quæst. 45. à princip.* & in hanc sententiam citat. Couar. *d. cap. 1. num. 4.* Gemin. *de vsuris commen. 1. §. 4. num. 81.* Nauar. *in man. cap. 15. num. 213.* Iacob. de Graffiis *in aureis decisionibus part. 1. lib. 2. cap. 106 num. 4.* Surd. *d. quæst. 45. num. 74. 75. & 76.* Atque etiam procedit superior traditio vbicunque est statutum, prout est in vrbe 137. *lib 1.* & obseruantia Regni Aragonum eh Sesse *vbi suprà num. 28.* & foro Regni Valentiæ vt testatur Hieron. Leo *in decis. Valentina 62.* vel consuetudo aliquid certum taxaret vxori pro alimentis, interim dum dos ei soluitur, valeret enim pactum, quo idem deducitur in conuentionem, quòd à lege municipali, vel consuetudine taxatur, nam & statutum huiusmodi, siue talis consuetudo valet, vt tenent plures, quos recensent Couar. *d. cap. 1. n. 4 vers.* 8. Nauar. *in comment. de vsuris num. 68.* Ceual. *d. part. 1. decis 25. num. 27.* Roch. de Court. *cap. vlt. quæst. 1. num. 19. de consuet.* Iacob de Graffiis *d. num. 4.* Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat inter virum §. 24. num. n. 3.* Menoch. *remed. 3 retinendæ n. 179.* Surd. *d. tit. 1. quæst. 42. n. 45.* qui contrarium sequitur, immo talem consuetudinem, vel statutum non valere, illud autem aduertere oportet viduæ fructus dotis non deberi nisi duobus concurrentibus, nempe inopia ipsius, viduæ & diligentia pro dote effectualiter habenda, Patis. *cons. 64. n. 1. vol. 4.* Cravet. *cons. 189. num. 7. vers. sextus casus,* Cou. *var. lib. 2. c. 1. vers. sextò hinc etiam,* Rot. *in Perusina dotis 9. Iunij 1614.* coram bonæ mem. Vbaldo, & *in Romana fructuum dotis 14. Maij 1612.* coram Patriarcha Manzanedo, & *in Firman. seu M ceratom. dotis 23. Ianuarij 1621.* coram R. P. D. meo Pirouano.

Declara supradictam limitationem procedere licèt ex matrimonio remanserint filij, quia cessat ratio huius text. scilicet alimentario vxoris, in quo principaliter consistunt onera matrimonij secundum dignitatem illius, & quantitatem dotis, Ioan. Anan. *in præsenti col. pen. circa med. vers. ex prædictis videtur,* Lup. *in d cap per vestras, num. 4. vers. ex quo,* Alexand. *consil. 74. n. 15. post med. vers. postremo circa tertium, &*

num. 16. lib. 5. Ruin. *consil. 162 num 3. lib. 5.* Pereg. *cons. 99. num. 5. cum seqq. lib. 3. consil. 70. num. 5. ante med. vers. attamen soluto matrim. & cons. 71. num. 6. & cons. 37. n. 2. vers. de iure autem lib. 4.* Giurba, qui testatur hoc verius visum fuisse magnæ Curiæ super consuetud. Messanen. *part. 1. cap. 3. gloss. 5. sub num. 28. ad fin. vers. sed ab his,* Stephan. Gratian. *discept. forens cap. 427. ex num. 4. vsque ad num. 29. lib. 3.* Scacc. *de camb. & commerc. §. 1. q. 1. part. 2. ampl 8. num. 176. post med. vers. extende secundò* bene Ias. *in l de diuisione num. 2. post princ. ff. soluto matrim.* vbi ad effectum vt fructus debeantur, tria requiruntur, promissio dotis, matrimonium & sustentatio onerum.

Non obstat quòd si filij extant onera matrimonij non extinguntur, quæ consistunt ne dum in alimentis vxoris, sed etiam filiorum Bart. *in post dotem n. 22. ff. soluto matr.* Calderin *cons 1. col. 1. ad med. de donat. inter virum & vxor.* Socin. iun. *cons 35. num. 16 vers. quod ratione suadetur lib. 1.* Bero. *cons. 140. n. 10. lib. 2.* Hieron. Gabr. *consil. 154. num. 6. lib 1.* Franchis *decis. 283. n. 14.* & fuit dictum *in causa Senogallien dotis 26. Iunij 1606.* coram Illustrissimo Card. Illustrissimo, & *in causa Cesenaten. dotis 2. Decembris. 616.* coram bonæ mem. Rembaldo, cum aliis adductis per Cæs. Manent. *de iur. causa ciuil. pacto 14. n. 80. cum seqq.* quibus rationibus motus resoluit quòd fructus dotis debentur viro dissoluto matrimonio per mortem vxoris si extant filij quod etiam considerat Borgnin. *decis. 26. sub num. 24 part. 3. & decis. 22. num. 18. in fine part. 4.* & ante omnes hanc sententiam tenui Carauita super ritus magnæ Curiæ *cap. 93. n 22.* qui mouentur ex *l. si filiam §. 1. & l. si maritus ff. famil herciscæ.* huic motiuo fuit responsum malè Cæsarem Manent. & Borgninum applicare conclusionem prædictã ad casum de quo agitur, quia Doctores prædicti loquuntur in terminis consuetudinis Martini quòd extantibus filiis dos non reuertatur ad patrem sed remaneat penes maritum, non enim extinguntur onera matrimonij vbi extant filij. Nam licèt onus liberorum sit onus naturæ, non matrimonij, tamen originem à matrimonio habet, vt considerat Chalder. *d. cons. 1. col. 1. in fine,* & sic quamuis res patiatur onus naturæ, alimentatio spectat ad patrem, qui ideo non potest petere interesse dotis, vt his terminis aduertit Lup. *in d. cap. per vestras, §. octauò infertur num. 4. vers. cessat etiam hoc casu,* Stephan. Gratian. *discept. foren. cap. 428. num. 27.* & adsunt iura clara *in l. si quis à liberis ff. de liber. agnos. & l. quà liberos §. fin ff. de ritu nupt.* Dum verò onus liberorum consideratur tanquam habens originem à matrimonio, debetur dos, cuius contemplatione fuit promissa, itaut non debeat restitui socero, sed debeat remanere penes generum, & ita loquuntur decisiones Rotales, hinc etiam videtur satis responsum ad Doctores per Gratianum citatos *in appen. ad c 428. col. 1. ante fin.*

Ad Carauit. *in dicto ritu* respondetur vel quod loquitur in terminis illius titus, vt aduertit Scac. *de camb. §. 1. q. 7. n. 1177. vers. non obstat,* vel quòd loquatur sine ratione, quia, vt dictum est, mouetur ex *l. filia 20. §. 1. ex l si maritus 47. ff. famil. herscis.* nam tex *in l. filia,* solum dicit quòd pluribus fratribus extantibus si vnus habeat vxorem, debeat habere dotem patri datam, quia ipse sustinet onera matrimonij, sed vt benè aduertit *loco prædicto,* Lup. licèt filij sint reliquiæ matrimonij & ex dote matris sint alendi, *in d l. maritus,* & subdit quòd inde est quòd quamuis vxor constante matrimonio possit petere dotem à matito vergente ad inopiam mortua tamen vxore filij non poterunt illam petere, Bart. *in l si constante col. 4. ff. soluto matr.* & ita est intelligendus Rom. & iura per eum adducta *consil. 517 col. 2. post med.*

& ita etiam intelligendi sunt Beroi. *consil. 6 num. 10.* Mandell. *concil. 315. num. 6. lib. 2.* Franc. *decis. 385. numer. 14.* D. Barbos. *in rub. ff. soluto matrim. part..... n. 23.*

Declarata etiam supradictam limitationem procedere etiam quando fructus fuerint deducti in conuentione inter partes quòd debeantur etiam soluto matrimonio, quia permissio interesse non sustineretur nisi constante matrimonio vt patet ex Doctoribus allegatis *in princ. huius limit.* illo autem dissoluto sicuti non debentur fructus, quos soluere esset vsura, ita promissio fructuum non potest vetare vsuras, cum non solum diuino, sed omni iure prohibitæ sint, quare hanc declarationem tenent Anguis. *consil. 16. num. 2. & num. 5. vers. & sic cessante lib. 5.* Molin. *d. quæst. 39. num. 14. & seq.* immo si aliter fuisset expressè conuentum, nulliter etiam esset conuentum, Anguis. *d. consil. 16. per tot.* Gabriel. *cons. 152. ex num. 3. cum seqq.* Molin. *d. num. 14. & seqq.* Surd. *consil. 194. num. 14. lib. 2.* Quamuis Rot. *in d. Tiburina dotis*, coram D. Nauarro ex Gratian. & eademet *in Romana fructuum dotis 12. Iunij 1606.* coram bonæ mem. Penia, contrarium resoluat, quia verum non est, immo penitus falsum quòd Rota *in d. decis.* coram bonæ mem. Penia aliàs admiserit pro valida istam promissionem fructuum etiam soluto matrim. quia illa decisio loquitur in vidua non habente vnde aliunde se se aleret, in quibus terminis loquitur etiam decisio *in Cesenaten. fructuum dotis 13. Iunij 1603.*

10 Secundo limita si non maritus, qui sustinet onera matrimonij, sed socer, aut extraneus ea supportaret, tunc enim maritum non posse dotis vsuras consequi, qui vxorem non alit, tenuerunt Palat. Lara, & alij, quos refert, & sequitur Surd. *d. quæst. 42. n. 30. cum seqq.* nam cessante matrimonij onere cessat quoque decisio huius tex. Castil. *d. lib. 3. cap. 23. n. 53.* Fontanel. *clauſ. 6. gloſ. 2. part. 1. num. 4. & part. 6. num. 34.* Hermosill. *citato loco n. 161.*

11 Tertiò limita quando post pactum initum de recipiendo aliquid pro interesse, maritus dilationem soluendæ dotis dedisset, quoniam data dilatione, in consequentiam videtur voluisse vt interim interesse conquiesceret, vt per Couar. *d. cap. 1. num. 3. vers. 5.* Palat. *in vepet. d. cap. per vestras notab. 6. §. 8. num. 3. vers. 8.* Nauar. *d. cap. 17. num. 213.* Ioseph. Ludou. *d. decis. 21. num. 44. & 45.* Surd. *d. quæst. 42. num. 53. cum seqq.* Polydor. Ripa *obser. 19. num. 2.* Giurba *decis. 72. num. 3.* Fontanel. *clauſ. 6. gloſſ. 2. part. 6. num. 8.* Hermosil.. *loco citato num. 205.* Quamdam secus foret vbi gener promissa dote liberè dilationem dedisset socero hoc expressim pacto, vt interim pendente dilatione sibi certum interesse daretur, & licèt aliqui dissentiant, existimantes id fieri non posse, quales sunt Rubens *consil. 108. à principio* Crauet. *cons. 1089. num. 7.* contraria tamen opinio vetior est, cùm, vt animaduertit. Couar. *loco proximè cit.* iustiori de causa habet locum perceptio fructuum, alteriusve quantitatis loco interesse, quando libera ex pacto facultas datur debitori fruendæ dotis, quam si creditori licitum foret eam quocunque die petere, sequuntur Gemin. *comment. 1. de vsuris §. 4 n. 75.* Caual. *d. p. 1 decis. 35. n. 21.* Ioseph. Ludou. *d. decis. 21. n. 42.* Cancer *variarum resolut. lib. 3. c. 7. n. 58. & 59*

12 Quartò limita in pacto excedente interesse certum à lege aut statuto, vel consuetudine taxatum,, quoniam esset nullum, & vsurarium, licet verè maritus sublato pacto posset agere via ordinaria ad id, quod plus sibi interest ratione damni emergentis, vel lucri cessantis, si pecunias ad manum habuisset, & foret mercator, & talis persona, quæ solita erat negotiari. Ita concludunt Caualc. *d. decis. 35. n. 23.* Surd. *d. quæst. 42. n. 8. & 9.*

Cap. Michaël. XVII.

VSuras à se, vel suo patre extortas si quis repetat sibi restitui, non auditur, si ipse non restituit vsuras, quas ipse, vel suus pater fecit, & ipse est heres. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Petrus Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 150.* Alegam. *in compendio iuris Canon. pag. 687.* resisiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. 2.*

Vide posita *ad cap. quia frustra 15. n. 3. supra hoc tit.*

In gloſ. *Pater*, vlt. ibi, *sed nunquid repelli potest ad agendo*, &c. Ex his verbis colligit Zabarel. *hic ante fin. vers. tu autem dic*, proxenetam, seu mediatorem in contractu vsurario ad restitutionem vsurarum non teneri. Verùm contrarium docuerunt *in presenti* Hostiens. *ad fin. vers. sed nunquid*, Anan. *colum. 4. num. 10. vers. tu considera*, Lap. *alleg. 93. num. 4. colum. 4.* Cubriot tamen est opinio existimantium proxenetam ad vsurarum restitutionem minimè adstringi, nisi in subsidium principali non existente soluendo, aliàs secus, ita *hic* Ioan. Andr. *ad fin.* Anchar. *num. 5. vers. quærit vltimo*, Butr. *num. 7. vers. vltimo*, Panorm. *num. 6.* Quintil. Mandos. *in addit. ad Lap. d. alleg. 93 lit. H.* Masquard. *de probat. concl. 1040. n. 24. vers. limitatur duodecimò*, quos refert, & sequitur Rendinus *promptuario receptarum sententiarum tom. 1. tit. 127. de vsur. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Iudæi etiam compellendi sunt ad restituendas vsuras extortas à Christianis, & ad soluendas decimas, reliquas oblationes de eorum possessionibus.*
2 *Per vsuram homines nimis grauantur.*
3 *Iudæus potest puniri per indirectum penis Ecclesiasticis si fœnus exerceat.*
4 *Princeps secularis an possit concedere facultatem Iudæis fœnerandi, remissiuè.*
5 *Decima an debeatur ex iis prædiis, ex quibus Ecclesia non erat solita percipere remissiuè.*
6 *Onus adiectum rei facit vt res transeat cum illa.*

Cap. Quando XVIII.

IVdæi si graues & immoderatas vsuras extorserint à Christianis, participium Christianorum eis subtrahi debet, donec de immoderato grauamine satisfecerint competenter; & si opus fuerit, compellantur Christiani censuris ecclesiasticis postposita appellatione abstinere ab eorum commerciis. Iisdem penis compellendi sunt Iudæi satisfacere pro decimis, & oblationibus debitis, quas soluebant domus, & possessiones eorum, quæ prius erant Christianorum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Anania, Host. Anch. Butr. Panor. Petr. Binsfeldius, Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontific. pag. 150.* Alegam. *in compendio iuris Canon. pag. 688.* desumitur ex Concil. general. Lateran. Alex. III. *cap. 67.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 4 Decretal. lib. 5. tit. 7. cap. 3.*

Aggrauentur.] Ergo per vsuram homines nimis grauantur.

grauantur vt per Perez *ad rub. tit 2. gloss. 1. vers. quari potest pag. 24. lib. 8. Ordin.* Morl. *in emporio iuris p. 1. tit. 2. in prælud. num. 128.*

3 *Per censuram ecclesiasticam*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Iudæus potest puniri per indirectum pœnis Ecclesiasticis si fœnus exerceat vt per Menoch. *de arbitr. casu 449. n. 17.*

4 *Principibus autem iniungimus*, &c.] An princeps secularis possit concedere Iudæis facultatem fœnerandi, consule Thesaur. *decis. 57.* Alexand. de Neuo *consil. 100* quos refert Anton. Ricciul. *tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 2. cap. 19. num. 10.*

5 *Antequam ad iudeos quocunque titulo deuenissent.*] Ergo à contrario ex iis prædiis, ex quibus Ecclesia solita non erat percipere, decima minimè debetur, de quo tamen vide Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 7. cap. 25. post princ.* Soar. *de relig. tom. 1. lib. 2. c. 6. numero 12.*

6 In glos. *Deuenissent.* ibi, *& ita res transit cum suo onere.* Notatur ad hoc, quòd onus adiectum rei facit vt res transeat cum illo, vide *l. is, cui opus*, vbi latè Ias. *num. 6. ff. de noui operis num.* Tiraq. *de retractu lig. §. 1 gloss. 9. num. 102.* Menoch. *consil. 2. num. 31. & cons. 63 num. 11. & consil. 80. num. 79.* Cabed. *Lusit. decis. 52. num. 1 part. 2.* D. Barbos. *in l. post dotem num 5. ff. soluto matrim.* Chald. Pereira *de extinct. emphyt c. 3. num 33. & de emptione & vend. cap. 10. num. 10. & cap. 27. num. 79.* Ioan. Martin. à Costa *in addit. ad tract. libellorum, annot. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius est qui à debitore recipit aliquid vltra sortem, etiamsi suspiciat in se periculum.*

2 *Declaratur text.* in præsenti, *pluréſque Doctores referuntur de eius intellectu agentes.*

3 *Vsura committitur quantumcunque minimum sit lucrum.*

Cap. Nauiganti XIX. & fin.

Gregor. IX.

1 VSurarius est qui mutuat v. g. nauiganti & eunti ad nundinas pecunias, & suscipit in se periculum pecuniarium, si ex hoc accipit aliquid vltra sortem. Item qui dat, v. g. decem aureos, vt in alio tempore v. g. messis reddantur totidem mensuræ grani vel olei, vel vini; licèt quando dantur pecuniæ plus valeant mensuræ, tamen si dubitatur verisimiliter an tempore solutionis sint valituræ plus, vel minus, non est iudicandus vsurarius, Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Hentic. Canis. Petrus Binsfeldius, Panorm. Bero. Cened. *collect. 47.* Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag. 151.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 688. & tom. 4. repet. in iure Canonico ad 5. Decretal. librum* Ioan. Crot. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

2 Plura circa intellectum huius tex. & an, & quando suscipiens in se periculum pecuniæ mutuatæ ratione assecurationis mutui possit aliquid à mercatoribus, vel venditoribus ad creditum exigere, vide Couar. *vari. lib. 3. cap. 2. num. 5.* Medin. *in codice de restitut. quæst. 37. in 3 causa col. 4.* Sebast. Medic. *in summ. peccat part. 1. tit. 6. quæst. 75.* Nauar. *in man. c. 17. num. 221.* Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter. vir. & vxor.*

notab. 6. §. 9. num. 6. Petr. Santerna *in tract. de assecurat. & sponsion. part. 1. ex num. 5.* Franch. Garcia *de contract. part. 1. c. 15. pag. 417. cum seqq.* Ludou. Peguera *in quæst. crimin. 32. num 15.* Latè & eleganter Gabriel Pereira de Castro *Lusitan. decis. 56. ex num. 2.* vbi intelligit hunc text. & secus ait vbicunque assecuratio cum debitis circunstantiis, fiat, & soluta sit pecunia mercedis assecurationi correspondens, & *num. 5.* subdit iustum interesse in assecurationibus semper esse æstimandum ex natura contractus & communi hominum existimatione. Gasp. Cabal. *in milleloquio iuris. p. 1. milleloq. 299.* Gasp. Roder. *de annuis redditib lib. 3. quæst. 5. num. 55. cum seqq.* Morl. *in emporio iuris part. 1. tit. 8. quæst. 25.* Sot. *de iustit. lib. 6. quæst. 7. artic. vnic.* Angl. *in floribus Theologicis in quæst. de contractu mutui art. 2. concl. 1. & 2.* Strach. *de assecurat in præfat. num. 26. cum seqq.* Villag. *in tract. de vsuris quæst. 26.* Geminian. *eod. tract. commento 3. à princip.* Paul Comitol. *responsa moralium lib. 3. q. 25. n. 5.* Azor. *institut. moral. part. 3 lib. 7. c 7 quæst. 8.* Cari. Philip. *part. 2. lib. 2. c. 1. à n. 18.* Salas *de contract. tit. de vsuris dub. 23. num. 3.* Bonacin. *eod tract. diff. 3. quæst. 3. puncto 5. num. 1.* Bernatius *de vtilitate legendæ historiæ lib. 2. in princip.* vbi ait *in princip. huius tex.* mendum irrepsisse omissione voculæ, *non*, vt claræ colligitur ex connexione sequentium verborum ibi, *ille quoque*, &c. Paul. Layman. *in Theologia moral. lib. 3. tract. 4. c. 15. n. 12 vers. quare*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœniten lib. 25. num. 211.* Valasc. *consil. 18. num. 4.* vbi refert ideo *in præsenti* censeri vsurarium, qui mutuat nauiganti, vel eunti ad nundinas, licèt suscipiat in se periculum, si aliquid inde percipiat vltra sortem, quia mutuum factum, & id quod datum est vltra sortem, non fuit expressè pro susceptione periculi, sed simpliciter, & ideo præsumitur vsura, & hæc videtur intentio & mens huius text. vt quando datur simpliciter pecunia mutua ituro per loca periculosa, vel aliàs & mutuans eam simpliciter suscipit ipsius pecuniæ periculum, & pactus est sibi dari aliquid vltra sortem, non exprimens an recipiat pro assecuratione, & susceptione periculi, vel ratione mutui, præsumit vehementer lex Canonica *in præsenti*, quod pro mutuo, & quod assecuratio, seu periculi susceptio fuit interposita ad palliandam vsuram, & sic ad tollendam istam palliationem vsuræ sub colore assecurationis, & ad hoc est lata constitutio huius tex.

Ratione huius dubij, &c.] Vtrùm autem liceat rem credito carius quam præsenti pretio vendere quando rei dominus non erat tunc venditurus? Vide Sot. *de iustit lib 6. quæst. 4. art. 2.* Couar. *var. lib. 2. c. 3. num. 6.* Ludouic. Lopez *in instruct. conscient. pag. 2. c. 66.* Gemin. *in repet. huius text. §. 5. num 120.* Sebast. Medic. *in summ. peccat. p. 1. tit. 6. quæst. 97. vers. quando venditor*, Gutier. *canon. lib. 2. c. 39 à princ.* 3

An habens centum aureos soluendos in fine anni, possit eo quòd in principio anni eos soluit demere aliquid de centum illis aliàs in fine anni soluendis, & sic minoris emere debitum soluendum in futurum? Vide Angel. *verbo vsura il 1. num. 63.* Sylvest. *eod. verbo il 2. num 14.* Sot. *lib. 6 de iustit. quæst. 4. art. 1. col. antepen.* Nauar. *in man. cap. 17. ex num. 230.* Thom. Mercado *lib. 2. de contract. 16.* Franc. Garc. *in simili tract. part. 1. c. 10.* Ludouic. Lopez *in instruct. conscient. part. 2. c. 57. vers. porrò & illa quæstio, & in instruct. negotiant. lib. 1. c. 4. ex pag. 7.* Petr. à Mauatr. *de restitut. tom. 2. lib. 3. c. 2. num. 162. cum seqq.* Vtrùm vsura sit tempore autumni mutuo dare frumentum ea lege vt verè restituatur? vel vendere frumentum in autumno eo pacto vt pretium soluatur quanti illud valiturum erit tempore vetis? Vide Couarru *libro 2. var. capite 3. numero 6.* Petrus Nauarrus *de restitutione* 4

lib.5.cap.2.num. 280. Molin. *de iustit. tract.2.disp.*255. Lessi. *de iustit.lib.2.cap.*20.*n.*145.*& c.*21.*n.*8. Paul. Layman. *d. c.*15.*n.*14.

5 *Recepturus aliquid.* [Ergo vsura committitur quantumcunque minimum sit lucrum, quod ratione mutui vltra sortem percipitur, quæ nec etiam in minimo permitti potest, vt per Tiraquel. *de iudicio in rebus exiguis vers.*24.*fol.mihi* 52. Melch. Phœbos *Lusitania decis.* 7.*num.*6.

6 Circa materiam cambiorum illud aduertere oportet quòd vt illa dicantur iusta & realia, & vt talia debeantur, constare debet de litterarum transmissione, illarúmque acceptatione, & effectuatione, vt *in constit. Pij V.* 147. & tradunt Rot. Ianuens. *decis.* 37. *num.*11. Nauar. *in man. cap.*17. *tit. de vsuris circa camb. vers. quare*, Rot. *decis.*52.*num.*4. *part.*1. *recent.* & fuit dictum *in Romana seu Florentina cambiorum* 12. *Ianuarij* 1615. coram bonæ mem. Dunozetto sen. & *in Romana pecuniaria* 13. *Iunij* 1616. coram Card. Pamphilio iun. & *in Romana pecuniaria de Falconeriis* 14. *Maij*, & 13. *Iunij* 1618. coram bonæ mem. Vbaldo sen. & *in Romana frumenti* 29. *Nouembris* 1627. coram R. P. D. Pirouano, & *in Ferrarien. pecuniaria* 12. *Iunij* 1627. coram R. P. D. Vbald. iun. & *in Anconitana cambiorum* 8. *Februarij* 1629. coram eod.m, vbi etiam fuit dictum quòd ad probandam cambiorum realitatem non est necessarium exibere litteras, quas mercatores vocant *dell'andata*, quia cùm huiusmodi litteræ transmittantur ad correspondales, impossibile est illas per scribentes exhiberi, & ideo sufficit probare transmissionem per solas litteras, quas vocant *del retorno.*

7 Quoad acceptationem litterarum cambij sciendum est illas acceptatas dici quando à mercatoribus absque vlla contradictione receptæ fuerunt, vt de litteris missiuis in genere, Bald. *in rub. C. de fide instr.n.*37. *vers. quæro quid de litteris*, Gabr. *commun. tit. de præsumpt. concl.*2. *ex num.*1. Rot. *decis.*811. *num.*9. *p.*1. *diuers. & in specie de litteris cambij* Rot. Ianuens. *decis.*24.*num.*4. *& decis.*1120.*num.*1. *& decis.*133. *num.*2. Scac. *de camb. §.*2 *glos.*5. *num.*336. & fuit dictum *in Toletana litterarum cambij* 20. *Martij* 1620. coram Cardin. Verospio. Limitatur tamen in litteris vulgò dictis, *deaueso.* quas licèt mercatores absque contradictione receperint, non tamen dicuntur acceptasse litteras cambij, & ideo cogi non possunt ad soluendum illarum vigore Gam. *Lusit.decis.*336. Scac. *d.glos.*5.*n.*337. Probatur etiam litterarum cambij acceptatio ex eo quòd mercatores in ipso acceptationis litterarum actu certam pecuniæ quantitatem erogarunt, vt fuit resolutum per Rot. *in d. Toletana litterarum cambij*, refert Ferentil. *ad decis.* 487. *Buratti ex n.*7. vbi *n.*10. ex ead. Toletana litterarum cambij subdit non esse necessarium quod litterarum cambij acceptatio in ipsis litteris inseratur cum sufficiat aliunde de illa constare.

De Crimine falsi.

TIT. XX.

1 SVPER hanc rub. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Guillelmus Durand. *in Breuiario aureo iuris Canon. fol.* 144. *verso*, Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canon. fol.* 181. Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decretalium. fol.*188. Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij, à pag.*668. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexand. Cassin. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthagen. *in expos. tit. iuris Canon.* Zipæ *in analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag.* 417. Lancel. *in instit. Canon.* Canis. *in sum. eiusdem iuris*, Cafarel. *in erotem eiusdem iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 5. *sum. in Decretal.* omnes *sub hoc titulo.*

De materia tit. vide apud Lusitatos Ordin. Regiam. *lib.*5 *tit.*52. *cum seqq.* vbi parens meus notat, & apud Castellanos *l.* 57. *tit.*6. *part.*1. vbi Greg. Lop. & *tit.*12. *lib.*4. *fol. leg. & tit.* 6. *lib.*8. *Ordin.* vbi Perez Velam *de delictis. c.*10. Clar. *lib.*5. *§. falsum*, Farin. *in praxi crimin. part.*6. *de falsitate, & similat.* Bonacol. *commun. crimin. verbo falsum.* Zerol. *in paxi Episcop. part.*1. *verbo falsarij*, Bernard. & Salzed. *in pract. c.*119. *in mag. impress.*

De falsificantibus signum, aut sigillum Regis, agunt Ordin. Regia Lusitan. *lib.*5. *tit.*52. vbi parens meus, & apud Castellanos *l.*3. *tit.*6. *lib.*8. *Ordin.* vbi Perez & *l.*3. *tit.*17. *lib.*8. *noue recop.* vbi Azeued. Pradll. *in summa legum pœnalium p.*1. *c.*21. Castill. *lib.*3. *quotidian. c.*20. *n.*8. *cum seqq.*

De facientibus falsas scripturas aut illis vtentibus, vide Ordin. Regiam Lusit. *d. lib.*5. *tit.* 53. vbi parens meus notat, & apud Castellanos tit. 7. part. 7. vbi Gregor. Lop. Farinac. *in praxi crimin. quæst.*155. *a princip.* Cardin. Tusch. *lit. F. conclus.* 41. Molin. *de iustit. tom.* 3. *tract.* 1. *disp.* 700. Et de pœnis falsarij tabellionis, vide Velam. *de delictis cap.* 24. Clar. *in §. falsum n.*17.

De teste falsum deponente agunt Ordin. Regia Lusit. *d. lib.*5. *tit.*54. vbi notat parens meus, & apud Castellanos *l.* 26 *tit.* 11. *part.*3. vbi Greg. Lop. *& l.*7. *tit.*17 *lib* 8. *noue recop.* vbi Azeed. Orozc. *in emblem moralib. lib.*3. *embl.*47. Anton. Gabri. *commun. lib.*5. *sub tit. de iureiur. concl.*6. Ioseph. Ludou. *lib.*3. *sub eod. tit. conclus.*1. Perez *tit.*6. *lib.*8. *Ordin. pag.*188. *cum seqq.* Auedan. *de exequendis mand. part.* 2. *c.*27. Mascard. *de probation. concl.*955. *n.*19. Fachin. *controuers. lib.*1. *cap.* 14. Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuil.*64. Surd. *consil.* 37. Decian. *tract. crimin. lib.*6. *c.*10. *cum seqq.* Vela *de delictis c.*37. Farin. *in d. p.*6. *q.*160. *à princip.* Galgenet. *de iure publico, lib.*1. *tit.*38.

De falsitate commissa in supponendis partibus, agunt Doctores *in l.* 1. *& supposito C. ad legem Cornel. de falsis.* nostri in Ordin. Regia *d. lib* 5. *tit.*55. Castellani *l.*3. *tit.*7. *part.*7. vbi Greg. Lopez, Bos. *de delictis, tit de partus suppositione*, Anton. Gom. *l. vlt. Taur. n.*12. Menoch. *de arbitr. casu* 306. *num.*3. *& de præsumpt. lib.*5. *præs.*24. Quanter. *in quæst. crimin. c.*77. *à num.*33. Vincent. de Franch. *decis.*332. Mascard. *de probat. concl.*1147. Molin. *de iustit. tom.*3. *tract.*2. *disp.*701. Thom. Valasc. *allegationum iuris tom.*1. *alleg.*13. *n.*50. *cum seq.* Farin. *d. p.*6. *q.* 150. *n.*239 *cum multis seq.* Galganet. *de iure publico, lib.*1. *tit.*41. *n.*9. *&* 15.

De aurifice adulterinas gemmas, seu lapillos illigante agunt Ordin. Regia Lusit. *d. lib.*5. *tit.*56. Auendan. *de exequendis mand. part.*1. *c.*19. *num.*30. Pradll. *d. part.*2. *casu*7. Farin. *d. praxi crim. tit. de furtis, quæst.*161. *num.*44.

De pharmacopolis vendentibus medicinas adulteratas, vide Luc. de Pena *in constitut. Neapol. lib.*3. *tit.* 49. *fol. mihi* 110. Bellac. *tom. communium. opinion. lib.*9. *tit.* 17. *num.*12. *pag.*505. Mascard. *concl.*5. *n.*32.

De vendentibus vinum limphatum, vide apud Castellanos *l.*8. *&* 9. *tit.*17. *part.*7. vbi Greg. Lopez. Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Gallie, tit. de hostibus vers. duodecima conclusio*, Azeued. *l.*5. *tit.*11. *lib.*5. *noua recop.* Sebast. Neui-

Neui. *in rem iss. ad l. is, qui in puteum, 11. ff. quod vi aut clam.* Bobadil. *in sua politica, lib. 3. c. 4 n. 90.* Auendan. *d. c. 19. n. 30. vers. quinto* vbi de admiscentibus vinum vetus cum musto.

10 De portantibus in sacris merces desuper bonas, & inferiùs corruptas, ac de illis, qui in principio canistri ponunt poma meliora, vide Azeued. *l. 3. n. 4. cum seqq. tit. 5. lib. 1. nouæ recop.* Matien. *l. 1. glos. 9. n. 11. tit. 14. lib. 5. eiusdem nouæ recop.*

11 De vtentibus falsis ponderibus, & mensuris, vide Ordin. Regiam Lusit. *lib. 5. tit. 58.* vbi notat Patens meus, & apud Castellanos *l. 7. & 8. tit. 7. p. 7.* vbi Greg. Mexi. *in tract. tassæ panis concl. 5. n. 30. cum seqq.* Matien. *l. 2. glos. 5 & 6. tit. 13. lib 5. nouæ recop. & l. 1. glos. 9 tit. 14. eod. lib.* Moder. *de iurisd. part. 4. cent. 1. casu 3. n. 16. cum seqq.* Hortens. Caualcan. *de brachio Regio, p. 6. n. 354. cum seq.* Ludou. Rodolph. *var. q. lib. 2. q. 40. n. 13.* Galganet. *de iure publico lib. 1. tit. 40.*

SVMMARIVM.

1 *Testis falsidicus tres lædit, Deum, Iudicem & partem & falsi est non solum qui mendacium dicit, sed etiam qui veritatem occultat.*
2 *Interpretatio in dubio fieri debet, vt excusetur quis à periurio.*
3 *Testis falsi crimen in eo cognoscitur quàm detestabile sit, quia Deo, iudici & hominibus obnoxius est.*
4 *Iudex secularis testem in testimonio coram se ferendo delinquentem punire non potest.*
5 *Falsitas nemini nociua non punitur pœna ordinaria.*
6 *Falsum deponere dicitur, qui tacet veritatem.*
7 *Sententia potest allegari nulla vsque ad triginta annos.*

Cap. Falsidicus I.

D. August.

1 TEstis falsus tribus personis est obnoxius, Deo, Iudici, innocenti. Item falsus testis est qui mendacium dicit, & qui veritatem occultat, quia ille vult nocere, hic non vult prodesse. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Cened *collect. 139.* Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 156.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 690.* remissimè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* Verba huius text. non sunt Augustini, sed Isidori *lib. 3. de summo bono, c. 59.* refert Burchard. *lib. 5. Decret c. 11.* habetur ab Ant. August. *collect. 3. Decret. lib. 5 tit. 16. cap. 2.*

2 *Falsidicus testis.* [Aduerte, quòd in dubio semper fieri debet interpretatio, vt excusetur quis à periurio, ex Decian. *tract. crimin. lib. 6 cap. 11. num. 58. & cap. 12. numero 20.* Et ad euitandam falsitatem testium dicta sunt impropriè intelligenda, vt per Rebuff. *de reprobat. testium, num 100.* Surd. *decis. 263. num. 9. & decis. 283. num. 11. cum seqq.* dummodo non sequatur absonus intellectus, Horten. Caualcan. *in pract. de testib. part. 3. num. 67. & 68.*

3 *Tribus personis est obnoxius*, &c.] In eo potissimum dignoscitur, quàm detestabile sit falsi testis crimen, quia Deo, iudici & hominibus obnoxius est, vt per Farin. *in praxi crimin p. 2. q 67. n. 1. & 9.*

4 *Deinde iudici quem mentiendo fallit.*] Intellige quando est competens falsidici testis, nam secularis iudex nec officio nec ad partis instantiam, nec in bonis nec in corpore, nec principaliter nec incidenter iudicare potest, aut punire clericum in testimonio coram se ferendo delinquentem, vt per Cou. *pract. c. 18. num. 8* Marant *de ordine iudic. part. 6. cap. de inquisit. num. 150. & actu 12. à n. 1.* Clar. *§. fin. quæst. 38. n. 14. vers. hinc quæro,* Roland. *cons. 12. n. 26. vol. 2.* Afflict. *decis. 230.* Tusch. *sing. 111. lit. A, & de visit. lib. 2. c. 21. n. 33.* Ioan. Garc. *reg. 9. n. 6.* Viui. *lib. 2 opin. 47.* Auil. *ad cap. 48. Prætor. in glos. qualesquier iuris n. 5.* Gutier. *pract. lib. 1. quæst. 24. ex n. 1.* Anton. Scap. *de iure non scripto lib. 1. cap. 11. n. 1.* Crass. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 17. n. 138. pag. 511.* Rebuff. *in tract. quando seculares n. 88.* Bernard. *in pract. c. 96. n. 2.* vbi Salzed. *in addit. verbo non potest puniri* refert plures Doctores Mexi. *in tract. tassæ panis concl. 5. n. 34.* Fachin. *lib. 9. controu. c. 27. vers. tertia verior* Perez *l. 1. vers. sed dubitari potest, tit. 6. lib. 8. Ordin pag. 189.* Azeued. *l. 1. n. 97. cum seqq tit. 16. lib. 8. nouæ recop.* Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verbo casus. pag. 79.* Morl. *in emporio iuris, p. tit. 1. in prælud. n. 153.* Matta *de iurisdict. part. 4. casu 128. n. 7. cum seq.* Azoti. *institut. moral. p. 2. lib. 5. c. 13. q. 2.* Pradill. *in summa legum. pœnalium. p. 1. c. 22. n. 8.* Farin. *in praxi crimin. p. 1. quæst. 8. num. 26.* Hortens. Caualcan. *in pract. de testibus p. 5. n 218.* plures alios ex antiquioribus refert Cened. *ad Decretum collect. 37. num. 10. & ad Decret. collect. 138. num. 2.*

Quem falso testimonio lædit.] Hinc falsitatem nemini nociuam non puniri pœna ordinaria tenuerunt Felin. *in tract. quando conatus puniatur, vers fallit. secundò,* Couar. *in cap. quamuis pactum p. 1. §. 7. num. 6. in fine,* Clar. *lib. 5. § falsum, num. 35. & §. periurium. num. 11.* Bonacos. *commun. crimin. p. 2. verbo falsitas fol. mihi 28.* Menoch. *de arbitr. casu 306 num. 14. 23. & 30. cum seqq.* Surd. *decis. 282. numero 18.* Flores de Mena *var. lib. 2. quæst. 20. num. 81.* Farin. *in praxi crim. part. 6. sub tit. de falsit. quæst. 150. num. 291.* Et falsitatem commissam in re modica leuiùs esse puniendam resoluunt Tiraquel. *de iudicio de rebus exig. pag. mihi 49.* Menoch. *de arbitr. casu 306 num. 36.* Farin. *d. part. 6. quæst. 150. num. 111. & 292.* 5

Et qui veritatem occultat.] Notatur adhoc, quòd testis, qui tacet veritatem dicitur falsum deponere, vt per Tiraquel. *de pœnis. emp. causâ 44. num. 15. cum seqq.* Zanchin. *de hæret col. 14. num. 2.* Pena *in direct. Inquisit. part. 3. quæst. 73. commento 122. vers. falsum autem testem,* Mascard. *de probat. conclus. 743. num. 12. & in præfat. quæst. 5. à num. 70.* Decian. *tract. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 10. num. 30.* Farin. *d. quæst. 67. à num. 220.* vbi *num. 225.* ampliat etiam ad illum testem, qui dicit se non recordari de eo, quod vel certum est ipsum recordari, vel saltem debet verisimiliter recordari, & *n. 223.* ampliat ad testem, qui deponit obscurè, versutè, vel per malitiam, ad hoc vt eius depositio producenti non prosit. Aduerte tamen tacentem verum non peccare nisi quando productus est vt testis Flamin. *de resignat. benefic. lib. 9. q. 27. n. 5.* 6

In glos. *Iudici.* ibi, *vsque ad. 20. annos.* Immo vsque ad 30. potest sententia allegari nulla, glos. *in c. vnde queritur 35. q. 9.* Viuian. & Bellac. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 15. n. 131. cum seqq.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis mat. part. 3. num. 50. & in auth. nisi num. 12. eod. tit.* Perez *ad tit. 15. lib. 3. Ordin. p. 738.* Tiraq. *de retract. lig. §. 36. glos. 2. n. 38.* 7

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per se falsas litteras non debet executioni mandare.*
2 *Sententia falsa non est exequenda.*
3 *Sententia ex falsis instrumentis nunquam transit in rem iudicatam.*
4 *Falsitatis sola suspicio in litteris Apostol. fidem eis tollit*

5 *Nullitates ex defectu iurisdictionis emanantes summè attendendæ sunt.*
6 *Iurisdictionis defectus dicitur insanabilis.*

Cap Super eo. II.

Luc. III.

1 SEntentia lata authoritate litterarum falsarum, non est exequtioni mandanda. Item quando Ordinarius videt rescriptum Papæ esse redarguendum falsitatis, non debet ei adhibere fidem, nec obseruare quod per illud mandatur, sed retinere diligenter eum, qui rescriptum præsentauit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 157.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 691.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decretal sub tit. de re indic. cap 4.*

2 Collige ex text. falsam sententiam non esse exequendam, vt per Rebuff. *tom. 1. ad leges Galliæ, tract. de sentent. execut. art vlt. num 10. pag. mihi 256.* sicut & illam quæ ex falsis probationibus lata fuit, vt probant Ordin. Regia Lusitan. *lib. 3. tit. 75. in princip. & tit. 87. §. 1.* vbi parens meus, & apud Castellanos *l. 13. tit. 22. p. 3.* vbi Gregor. Mench. *vsufreq c. 36.* Amat. Roderic. *in pract. c 9 num. 9. & 10.* Alexand. Trentacinq. *vari. lib. 2. tit. de sentent. resol. 3. n. 13.* Curi. Philip. *p. 1. §. 18 n. 12.*

3 Aloys. Ricc. *in collect. decis. collect. 1502.* Nam sententia ex falsis instrumentis nunquam transit in rem iudicatam Chald. Pereira *cons. 36. à princip.* vbi *num. 12.* declarat si is pro quo lata fuit sententia, sciat falsas esse probationes.

4 *Redarguenda videris falsitatis.*] Ergo sola suspicio falsitatis in litteris Apostolicis fidem eis tollit, & earum impedit executionem, vt per Farin. *in praxi crimin. p. 6. q. 151. n. 33.*

5 In gloss. *Falsarum. 1.* ibi. *quia defectus est in iurisdictione.* Aduerte nullitates ex defectu iurisdictionis emanantes summè attendendas esse, vt per Ioan. Bauman. *de sequest. c. 16. num. 1. & 4. cum seqq.* Azin. *in praxi Florent. §. 13. c. 32.* Caualcan. *decis. 28. n. 46. cum seqq.*

6 *vol. 1.* Nam defectus iurisdictionis dicitur insanabilis. Æmil. Verall. *decis. 38. num 2. lib. 3.* Thom. Triuis. *Venetiæ decis. 11. num. 2. lib. 2.* Camill. Borrell. *in summa omnium decis. tit. 41. num. 124.* & est legibus adeo exosus, vt quamuis se de nullitate non appositurum quis iurasset, tamen hanc nullitatem ex defectu iurisdictionis apponere poterit, vt ex Felin. Ruin. & aliis colligit Crauet. *cons. 383. num. 16.* & resoluit Anton. Gabr. *tom 3 communun. opin. lib. 6. tit. de statutis concl. 3. n. 7. pag. mihi. 355.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus falsans sigillum Principis deponitur, item ei character imprimitur, & in exilium mittitur.*
2 *Sigillum Principis clericus, qui falsauit, est deponendus.*
3 *Delinquentibus signum an fas sit imponere, ostenditur.*

Cap. Ad audientiam. III.

Vrban. III.

1 CLericus falsans Sigillum Principis non punitur pœna sanguinis, sed degradatur, & imprimitur in eo character, seu signum vt ab aliis discernatur, & in exilium extra prouinciam mittitur. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif pag. 157.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 691.* itemsiue Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 9. cap. 2.*

Probat hic tex. clericum, qui falsauit sigillum Principis, aut alicuius Regis, esse deponendum, sibique characterem imprimendum, ac in exilium mittendum, vt per Duen. *reg. 200. limit. 1.* Boër. *decis. 8. col. 1.* Perez *l. 1. tit. 8. lib. 2. Ordin. pag. 281.* Cardos. *in praxi iudicum. Aduocat verbo clericus n. 86.* Aldrete *de religiosa disciplina tuenda lib. 2. c. 17. §. 3. n. 22.* Galgan. *de iure publico lib. 1. tit. 41. n. 24.*

In signum maleficij characterem, &c.] Olim apud nostros Lusitanos in antiqua Ordin. *lib. 5. tit. 37 §. 2.* fi. ribus auriculas abscindi iubebatur, quia tamen hæc inscriptio, seu potiùs maleficij signum faciebat vt aliqui longis capillis, aut auritis pileis mutilatas aures occultarent, nec conueniebat tam patenti signo turpitudinem ostendere, ob quam Imperator Constantinus vultus deturpationem lege vetuit, sic rescribens ad Eumelium. Si quis in ludum fuerit, vel in metallum pro criminum deprehensorum qualitate damnatus, minimè in eius facie scribatur, dum in eius manibus, & in fartis possit pœna damnationis vna scriptione comprehendi, refert Cardin. Cæsar. Baron. *in addit. ad martyrologium Romanum die 22. Decembris,* ideo in nouissima iustitiæ reformatione prædicta aurium abscissio sublata fuit, & illius loco iubetur, vt pro primo furto prima littera territorij, vbi inuenitur, pro secundo verò furcæ signum in humero cadenti ferro imprimatur, & de hac bullatione agit Farin. *d. part. 6. quæst. 170. num. 84.* apud Castellanos verò per *l. 5. tit. 1. lib. 5. nouæ recop.* vbi Azeued. *n. 11.* character imprimi iubetur ei, qui duas vxores simul duxit, & idem Azeued. *l. 3. n. 22 tit. 17. lib. 8. eiusdem nouæ recopil.* agit de charactere imprimendo falsanti sigillum Regis.

SVMMARIVM.

1 *Litteras Apost. non recipiat existens in curia, nisi de manibus Papæ, vel officialium ab ipso deputatorum, personæ tamen solemnes per nuncios recipere poterunt, de manibus tamen prædictorum. Contrafaciens si laicus est, excommunicationi subiacet: si clericus, ab officio & beneficio deponitur.*
2 *Apostolicas litteras recipientes in Curia de manu alterius quàm Summi Pontif. vel deputatorum sunt excommunicati.*
3 *Verbum,* subiaceat, *non est latæ sententiæ.*
4 *Verbum præsentis temporis imperatiui modi, quod ad iudicem dirigitur, importat sententiam ferendam.*

Cap Dura. IV. *Innocent. III.*

LItteras Apost. non recipiat existens in curia, nisi de manu Papæ, vel eius officialium ad id deputatorum, & si persona est tantæ auctoritatis vt intueatur, nuntium ad Cancellarium Papæ, vel ad Papam mittere debet, qui modo prædicto accipiat illas. Qui contrafecerit, si est laicus, est excommunicandus, si est clericus est suspendendus ab officio, & beneficio, & ab Ordinario, à quo mox non potest absolui, Item qui habens litteras falsas Apost. eas intra viginti dies non resignet, vel destruat, est excommunicatus, à qua non absoluit. Colligunt ex excommunicatione solus Papa

Ordin.

Ordin Abbas antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 158 Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 691. remissiue Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. sub tit.* 11. *de falsariis cap.* 1.

2 Probat hic text. recipientes litteras Apost. dum ipsi sunt apud Sedem Apost. de manu alterius, quàm Summi Pontif. vel deputatorum ad illud officium, esse excommunicatos, vt per Clar. *in pract. lib.* 5. § *fin. q.* 77. *num.* 17. Matt. Alter. *de censur. tom.* 1. *de excomm. lib.* 5. *cap.* 5. *disp.* 7. *vers. rursus*, vbi latè, & *in vers. quamobrem*, aduertit quòd *in hoc text.* duplex continetur excommunicatio, alia latæ sententiæ, quam incurrunt ipso iure illi, qui litteras Apost. accipiunt ab alio, quàm de manibus Papæ, vel officialium, aut Bullatorum, nisi sint personæ insignes, alia est sententiæ ferendæ, qua excommunicandi sunt per Ordinarium illi, qui habent litteras falsas, si postquam sciuerint eas esse falsas infra vigenti dies non lacerauerint, aut resignauerint, & semel excommunicati non possunt ab alio absolui (præterquam in mortis articulo) nisi Papa, & *in vers. secundò*, circa eandem excommunicationem prolatam in eos, qui litteras Apost. accipiunt ab alio, quàm ab ipso Papa vel officialibus, notat hanc excommunicationem afficere alios tantum, qui apud Sedem Apost. commorantur, vt habetur *in textu*, & *in vers. tertiò*, notat Doctores communi consensu asserere hanc excommunicationem abiisse in desuetudinem, & hodie non seruari in Curia.

3 In glos. *Subiaceat.* ibi, *sed non credo.* &c. Notatur ad hoc, quòd verbum *subiaceat*, non est latæ sententiæ, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, C. de reuocandis donat. verbo reuertatur num.* 149. Nam verbum præsentis
4 temporis imperatiui modi, quod ad iudicem dirigitur, importat sententiam ferendam, vt per Vgolin. *de censuris tab.* 1. *cap* 9. §. 6. *numer.* 7. Carbon. *tract. de legibus lib.* 8. *disput.* 6. *vers. tertia regula*, quos refert & sequitur Monet. *de distrib. quotid. p.* 3. *quæst.* 7. *num.* 21. & in terminis huius text. Mati. Ater. *d. disp.* 7. *c.* 5. *col.* 3. *lit. D. & E.*

SVMMARIVM.

1 *Ponit nouem modos falsandi litteras Papales.*
2 *Scriptura rasa falsa præsumitur.*
3 *Falsitas præsumitur ex cancellatione in aliqua scriptura reperta.*
4 *Falsitatem arguit abrasio reperta in aliqua scriptura.*
5 *Diuersitas manus in scriptura falsitatem arguit.*
6 *Falsitas arguitur ex apostillis, seu additionibus, præsertim in instrumentis, seu in aliqua scriptura repertis.*
7 *Instrumentum interlineatum. seu reseruatum si rediga-tur in publicam formam, debet notarius in transumpto mentionem facere de illis interlineamentis, seu rasuris, alias manet suspectum.*
8 *Mutans in litteris Apost. postquam eas receperit ab officiali, aliquid etiam minimum, verè falsat illas.*

Cap. Licet V.

1 PApa declarat nouem modos cognoscendi falsitatem in suis litteris. Primus, vt falsa Bulla falsis litteris apponatur. Secundus vt filum de vera Bulla extrahatur ex toto, & per aliud filum immissum falsis litteris inseratur. Tertius vt filum ab ea parte in qua charta plicatur incisum cum vera Bulla falsis litteris immittatur. Quartus cum à superiore parte Bullæ altera pars sibi sub plumbo rescenditur & per idem filum litteris falsis inserta reducitur infra plumbum Quintus cùm litteris bullatis, & redditis in eis aliquid per rasuram tenuem immutatur. Sextus cùm charta artificiis dealbatur, & iterum inscribitur. Septimus cùm chartæ abolitæ & abrasæ alia subtilissima charta conglutinatur. Octauus cùm non recipiunt litteras de manu Papæ, vel Bullatoris. Nonnus qui falsas litteras sub Bulla vera proiiciunt. Sed in his duobus falsitas difficile cognoscitur, nisi vel ex modo dictaminis, vel ex forma scripturæ, vel ex qualitate chartæ; in aliis verò facilius, vt in adiunctione filorum, vel in collatione Bullæ, vel monitione, vel obtusione, præsertim si Bulla non sit æqualis, sed alibi magis tumida, alibi magis depressa. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 159. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 692. remissimè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit.* 11. *cap.* 2.

In eis aliquid per rasuram, &c.] Notatur ad hoc, 2 quòd rasa scriptura falsa præsumitur, & tanquam falsa reiicitur, vt per Masquard. *de probat conclus.* 1254 *à princip.*

Totaliter abolita.] Notatur ad hoc, quòd ex cancel- 3 latione in aliqua scriptura reperta præsumitur falsitas, vt per Baiard. *ad Clar. §. falsum n.* 197. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præsumpt.* 99. *n.* 3. *cum seqq. & de arbitr. casu* 187. *à n.* 34. Anton. Gom. *l.* 3. *Tauri n.* 91. & *l.* 45. *n.* 145. *ad fin & n.* 146. Brunor à Sole *in locis comm. verbo Apostilla n.* 1. Surd. *consil.* 16. Farin. *in praxi crimin. p.* 6. *q.* 151. *n.* 31. *cum seqq.*

Vel abrasæ] Notatur ad hoc, quòd abrasio reperta in 4 aliqua scriptura falsitatem arguit, vt per Menoch. *d. præs.* 99. *n.* 3. *cum seq. & de arbitr. casu* 187. *n.* 41. Mascard. *concl.* 1254. Farin. *d. q.* 151. *à num.* 64.

Falsis litteris immutatur.] Nam diuersitas manus in 5 scriptura falsitatem arguit, vide Menoch. *consil.* 199. *n.* 7. *vers. tertiò arguitur, & de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 20. *num.* 9. 18. & 19. Mascard. *conc.* 740. *num.* 11. Farin. *d. quæst.* 151. *à num.* 112. Ex Apostillis etiam, seu addi- 6 tionibus præsertim in margine alicuius instrumenti, seu scripturæ repertis, arguitur falsitas, vt per Franc. Marc. *decis.* 243. *num.* 4. & *decis.* 702. *num.* 1. *part.* 1. Baiard. *d. §. falsum num.* 197. *vers. item si scripturæ*, Farin. *d. quæst.* 151. *à princ.* Et de interlineaturis vide Menoch. 7 *d. casu* 187. *num.* 40. & Mascard. *d. concl.* 1254. *numer.* 8. Et in hoc aduerte quòd si instrumentum interlineatum, seu reseruatum redigatur in publicam formam, debet notarius in transumpto mentionem facere de illis interlineamentis, seu rasuris alias manet suspectum, Bonacos. *commun. crimin p.* 1. *verbo falsum fol.* 65. *in fine* Bellacomb. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 11. *num.* 241. *pag.* 582. Azeued. *l.* 13. *n.* 49. *tit.* 25. *lib.* 4. *nouæ recop.* Menoch. *cons.* 395. *n.* 57. Mascard. *d. concl.* 1254. *n.* 16.

In glos. *Tenuem.* ibi, *quicunque radit, vel immutat* 8 *rescriptum D. Papa sibi assignatum, excommunicatus est, & falsarius.* Notatur ad hoc, quòd etiam ille, qui in litteris Apostol. postquam eas recepit ab officiali, mutat aliquid etiam minimum, verè fallit illas. vt per Mar. Alter. *de censuris tom.* 1. *lib.* 5. *disp.* 7. *c.* 2. *col.* 3. *lit. D.*

SVMMARIVM.

1 *Falsæ sunt litteræ Papæ in quibus Episcopus vocatur filius, vel inferior frater, vel vni scribitur in plurali.*

2 Papa

2 *Papa fratres vocat Patriarchas, & Archiepiscopos, & Episcopos cæteros autem Reges, & Principes filios.*
3 *Falsitas arguitur ex diuersitate styli.*
4 *Stylus seruatur pro lege.*
5 *Stylus in dubio non præsumitur.*
6 *Stylum introducere solis supremis iudicibus permittitur.*
7 *Stylus contra ius non est obseruandus.*

Cap. Quam graui. VI.

1 LItteræ Apostolicæ in quibus Papa vocat Episcopum dilectum filium, & non fratrem, vel cum loquitur vni, ponit in plurali vestras, sunt falsæ, quare falsitas litterarum cognoscitur tum in Bulla, filo, & charta, tum in stylo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 158. Alagona *in compendio iuris Canon. pag* 693. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit.* 11. *cap.* 3.

2 *Vt Patriarchas*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Papa fratres vocat Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, cæteros autem Reges, & principes filios, vt per Decian. *in cap. venerabilis num.* 2. *de except.* Cosin. *in pragmat. Sanctionum. tit de numero Cardinalium gloss. Cardinales.*

3 *Quam in stylo.*] Notatur ad hoc, quòd si falsitas arguitur ex diuersitate styli, Menoch. *cons.* 199. *num.* 9.
4 & 10. Mascard. *de probation. concl.* 1269. *num.* 4. stylus enim seruatur pro lege, itaut iudex contra stylum iudicans, faciat litem suam, ac si faceret, & iudicaret contra legem, vt per Doctores citatos ad *c. ex litteris* 11. *à num.* 3. *sup. de constitut.* Multa de stylo, & quòd ad vnguem debeat obseruari, congerunt Cardin. Pute. *decis.* 353. *lib.* 3. *in antiq.* Pinel. *in l.* 2. *C. de rescind. vendit. part.* 2. *cap* 4. *num.* 2. Rot. *Genuens. decis.* 206. & cæ-
5 teri citati ad *d. cap.* 4. *ex litteris, num.* 7. In dubio stylus non præsumitur quamuis iudiciorum, ex Mascard. *de probationib. concl.* 258. *sub num.* 1. & *concl.* 1338. *n.* 1. Menoch *de præsumpt. lib* 2. *præsumpt.* 8. *num.* 7. & *consil.* 717. *num.* 6. *vers.* resp*ondetur primò*, Peregr. Iannin. *de reali citat. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 72. Sed alleganti eius probatio incumbit, ex Mascard. *d. conclus.* 1338. *num.* 2. Farinac. *part.* 4. *consil.* 19. *num.* 12. excepto stylo notorio Curiæ, cuius nec allegatio, nec probatio requiritur, sed iudex supplere in eo debet, vt per Vi-
6 uian. *decis.* 297. *numero* 6. quem quidem stylum introducere solis suptemis iudicibus permittitur, Bart. *in l. de quibus num.* 10. *ff. de legibus*, Menoch. *consil.* 187.
7 *num.* 56. Farin. *cons.* 85. *num.* 17. Stylum tamen contra ius non esse obseruandum annotarunt Perez *l.* 4. *vers non obstat etiam, tit.* 4. *lib.* 2. *Ordin. p.* 240. Farin. *cons.* 85. *num.* 18. D. Barbos. *in l. cum prator.* §. 1. *n.* 285. *cum seqq. de iudic.*

5 *Surreptitias, vel obreptitias litteras impetrantes non incurrunt excommunicationem huius text. & Bullæ in Cœna Domini.*
6 *Excommunicationis pœnam non incurrunt, qui in litteris Apost. aliquid modicum mutant, vel corrigunt, quando non fit mutatio in substantia.*
7 *Falsificatio vna sufficit, vt quis puniatur pœna huius text.*
8 *Beneficium ipso iure vacat propter falsitatem litterarum Apost.*
9 *Falsificans litteras Papæ degradatur, & traditur Curiæ seculari puniendus pœnis legalibus.*
10 *Clericus fabricans falsam monetam Papæ an ad mortem sit degradandus, remissiuè.*
11 *Falsum dicens non excusatur pratextu ignorantiæ.*
12 *Clerici vtentes falsis dimissoriis ignoranter, qua pœna puniantur remissiuè.*
13 *Pœna mitior imponenda est reo cùm agitur ciuiliter quàm cùm agitur criminaliter.*
14 *Clerico Curiæ seculari tradito pœna imponenda debet esse vltimi supplicij.*
15 *Pœna vltimi supplicij, & degradationis locum habet in mandantibus falsificare litteras Papæ.*
16 *Papa litteris falsis vtens mitius punitur, quam illa falsificans.*
17 *Negligentia quandoque dolo comparatur.*

Cap. Ad falsariorum. VII.

FAlsarij omnes litterarum Apostolicarum qui pa-
se, vel alios exercent vitium falsitatis, sunt excommunicati, & si sunt clerici perpetuò sunt priuati omni officio, & beneficio Ecclesiastico, & tradi debent Curiæ seculari puniendi vt laicus falsarius. Item qui falsis litteris vtuntur tanquam Apostolicis, si sunt clerici, officio, & beneficio spoliandi sunt, & si laici tandiu sunt excommunicati, donec satisfaciant, & in vtilibusque grauius puniri debet malitia quàm negligentia, & tenentur diligenter prius examinare litteras quibus vtuntur, quia ignorantia non excusabit, idem obseruandum circa eos, qui falsas litteras impetrant. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 160. Alagona *in compendio iuris Canon. pag* 693. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. de falsitate c.* 4.

Anathematis vinculo, &c.] Notatur ad hoc, quod falsificantes litteras Papæ ipso iure excommunicationem incurrunt cum suis fautoribus, & defensoribus vt per Card. Toler. *in instruct. Sacerd. lib.* 1. *cap.* 12. Sayr. *de censuris lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 4. *cum seqq.* Farin. *in prax. crim. part.* 6. *de falsitate quæst.* 151 *num.* 7. Fr. Biton. de Souſa *in relect. de censuris Bullæ in Cœna Domini cap.* 7. *dis.* 45. *num.* 2. Aloy. Riccius *in decisionibus Curiæ Archiepiscop. Neapolit. part.* 1. *decis.* 36. *n.* 1. vbi *n.* 3. tenet falsificantem litteras Cardinalis scribentis nomine Sanctissimi non incurrere pœnas huius rex. cùm verè non dicatur fallere litteras Papæ, Bonacin. *de censur. extra Bullam disp.* 1. *q.* 1. *puncto* 3.

Excommunicantur etiam huius criminis Rei per Bullam in Cœna Domini excom. 6. his verbis, *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios litterarum Apost. etiam in forma Breuis, ac supplicationum gratiam vel iustitiam concernentium per Romanum Pontif. vel S. R. E. Vicecancellarium, aut gerentis vices eorum, aut de mandato eiusdem Romani Pontif. signaturæ, necnon falsò fabricantes litteras Apost. etiam in forma Breuis, ac etiam falsò signãtes supplicationes huiusmodi sub nomine Romani*

SVMMARIVM.

1 *Falsificantes litteras Papæ quas pœnas incurrant, ostenditur.*
2 *Falsificantes litteras Papæ ipso iure excommunicationem incurrunt cum suis fautoribus, & defensoribus.*
3 *Papæ litteras falsificantes excommunicantur in Bulla Cœna Domini clausul. 6. de qua referuntur D. D. agentes.*
4 *Excommunicatio, quam incurrunt falsificantes litteras Papæ in hoc text. in quo differat ab illa Bullæ Cœnæ ostenditur.*

Romani Pontif. seu Vicecancellarij, aut gerentium vices prædictorum, quam commentantur, & explicant Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.* 119. Rebuff. *post. prax. benefic. in Bulla Cœnæ Domini*, Viuald. *in candelabro aureo in explicat. Bullæ num.* 46. *cum seqq.* Iacob. de Graffiis *in aureis decis. part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. *n.* 87. *cum seqq.* Sayr. *d. lib.* 3. *c.* 10. Vgolin. *de censuris Bullæ Cœnæ part.* 2. *c.* 6. Soar. *tom.* 5. *disp.* 21. *sect.* 2. *n.* 44. *cum seqq.* Coriolan. Capuccin. *post suum, tract. de censibus reseruat. in explicat Bullæ in Cœna Domini, excomm.* 6. Latè Fr. Anton. à Sousa *d. c.* 7. *per totum.* latissimè Maritus Alter. *de censuris tom.* 1. *lib.* 5. *disp.* 7. & nouissimè Bonacin. *de censuris Bullæ in Cœna Domini*, ac Leonard. Durad. *in comment. ad Bullam Cœnæ Domini.*

4 In hoc differt excommunicatio de qua in hoc text. ab illa, quæ habetur in supradicta sexta excommun. Bullæ in Cœna Domini, quia sub illa includuntur qui per alios falsificant litteras Apost. omnes fautores, & defensores falsariorum, vt text. dicit, & ex eo deducunt Farin. *d. quæst.* 151. *num.* 9. Fr. Anton. de Sousa *d. cap.* 7. *disp.* 45. *num.* 2. sub hac verò minimè, vt per Iacob. de Graffiis *d. cap.* 18. *num.* 93. & 95. Soar. *d. disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 48. Fr. Anton. de Sousa *d. disp.* 45. *n.* 1. Coriolan. *in explicat. sextæ excommunic. Bullæ in Cœna Domini vers. qui verò*, Maritus Alter. *d. disp.* 7. *cap.* 5. Sic etiam in altero differt, quia sub illa huius text. includuntur vtentes litteris falsis Papæ, sub hac verò Bullæ in Cœna Domini minimè Nauar. *in man. c.* 27. *n.* 62. Iacob. de Graffiis *d. loco n.* 99. Viuald. *vbi suprà. n.* 50. Vgolin. §. 3. *vers. octauò* Soar. *d. sect.* 2. *n.* 48. Coriolan. *loco proximè citato.*

5 Illud in præsentiarum aduertendum duxi impetrantes litteras subreptitias, vel obreptitias, non ligari excommunicatione, de qua *in hoc text.* vt per S. Antonin. *part.* 3. *tit.* 35. *cap.* 13. Syluest. *verbo excommunicatio* 7. *num.* 8. *excommunic.* 4. *vers. & secundò*, Caiet. *eod. verbo cap.* 26. quos refert, & sequitur Coriol. *loco citato,*

6 *vers. dubitatur.* Prout etiam non ligantur prædicta sexta excommun. Bullæ in Cœna Domini, vt per Viuald. *d. num.* 51. Iacob. de Graffiis *d. numer.* 95. Vgolin. *d.* §. 3. *vers. quartò*, Soar. *d. sect.* 2. *n.* 50. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellariæ gloss.* 57. *num.* 45. Salzed. *d. cap.* 119. *lit A. vers. nec incurrit.* A qua excommunicationis pœna immunes etiam sunt, qui in litteris Apostol. aliquid modicum mutant, vel corrigunt, quando non mutatur substantia, Nouar. *d. cap.* 27. *num.* 61. *vers. sexta*, Vgolin. *d.* §. 3. *vers. secundò*, Soar. *d. sect.* 2. *numer.* 46. & 47. Sayr. *d. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 11. Salzed. *d. cap.* 119. *vers. erit autem.* Coriolan. *d. excommun.* 6. *vers. interrogabis.*

7 *Exercent.*] Aduerte quòd quamuis propter huiusmodi verbum requiri videatur iterationem delicti, tamen in dispositione pœnali vnica tantum vice verificatur, & sic pro vnica falsificatione pœna de qua in hoc text. locum habet, vt per Farinac. *d. quæst.* 151. *n.* 31.

8 *Perpetuò sint priuati.*] Ergo propter crimen falsitatis litterarum Apostol. vacat beneficium ipso iure, vt per Petr. Gregor. *de benefic cap.* 26. *num.* 12. Rebuff. *de pacificis possess. n.* 204. & *in praxi benefic. tit. de modis amittendi beneficia n.* 43. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. gloss* 15. *n.* 78. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 11. *cap.* 10. *n.* 170. quos refero ego ipse *de officio & potest. Episcopi p.* 3. *alleg.* 57. *n* 234.

9 *Secularì tradantur potestati.*] Notatur ad hoc, quòd falsificans litteras Papæ degradatur & traditur Curiæ seculari puniendus pœnis legalibus, quibus laici puniuntur, vt per Clar. *in pract. lib.* 5. §. *fin. quæst.* 36. *n.* 39. Boër. *decis.* 82. *à num.* 3. Gregor. Lop. *l.* 60. *tit.* 6. *par.* 1. & *l.* 6. *in gloss. do Papa, ô de Rey tit.* 7. *part.* 7. Afflict. *decis.* 22. *num.* 2. Bernard. *d. cap.* 119. vbi Salzed. *in addit. A.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 36. *c.* 5. *numer.* 8. Perez. *l.* 21. *in gloss. falsa nuestro sello tit.* 19. *lib.* 8. *Ordin.* Cened *ad Decretal. collect.* 26. *n.* 1. latè Farin. *d. q.* 151. *à princ.* Prax. Episcop. *part* 1. *verbo falsarij.* Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *c* 17. *num* 95. Matta *de iurisdict. p.* 2. *cap.* 28. *num.* 14. Aldrete *de religiosa disciplina tuenda lib.* 2. *c.* 17. *à n.* 21. An clericus fabricans falsam monetam Papæ sit degradandus actualiter, vide Perez *l.* 23. *vers. quartò principaliter tit.* 19. *lib.* 8. *Ordin.* Salzed. *ad Bernard. d. c.* 119. *vers. sed an puniatur*, Christoph. de Pace *in scholiis ad leges stylì l.* 78. *n.* 97. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. q.* 151. *n.* 33. 10

In gloss. *Dixerunt.* Notatur ad hoc, quòd in dicente falsum non admittitur excusatio ignorantiæ, vt per Fr. Emman. *q. Regul. tom.* 2. *q.* 14. *art.* 1. Quæ verò pœna puniantur clerici vtentes falsis dimissoriis ignorantes esse falsas, vide Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. decis* 89. *p.* 1. 11 12

In gloss. *Deprehensi.* ibi, *vbi ciuiliter agitur, mitius est agendum.* Notatur ad hoc, quòd mitior pœna imponenda est reo, cum agitur ciuiliter, quàm cùm agitur criminaliter, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo reuertatur num.* 315. Perez *tit.* 12. *lib.* 3. *Ordin. pag.* 696. & ideo mitius est agendum cum clerico de falsitate ciuiliter conuicto, vt per Farin. *d. q* 151 *n.* 28. vbi *n.* 29. refert opinionem huius glossæ procedere in pœnis, quæ ipso facto non infliguntur, sed per iudicem sunt infligendæ, asserens pœnas quæ à iure imponuntur falsantibus litteras Papæ ipso facto, vbicunque constat de delicto siue criminaliter, siue ciuiliter agatur, eo ipso locum habere. 13

In gloss. *Legitimas.* ibi, *vltimo supplicio punitur.* Notatur ad hoc, quòd clerico curiæ sæculari tradito pœnà imponenda debet esse vltimi supplicij, vt per Duen. *reg.* 290. *vers. limita primò ad fin.* Boër. *decis.* 82. *n.* 6. Farin. *d. q.* 151. *n.* 4. 14

In ead. gloss. ibi, *& hæc pœna imponitur*, &c. Notatur ad hoc, quòd pœna vltimi supplicij, & degradationis locum habet in mandantibus falsificare litteras Papæ, vt per Farin. *d. q.* 191. *n.* 12. 15

In gloss. *Sub nomine vestro.* Notatur ad hoc, quòd vtens falsis litteris Papæ, mitius punitur, quàm illas falsificans, vt per Farin. *d. q* 151. *n.* 65. *cum seqq.* 16

In gloss. *Negligentia*, fin. ib, *hæc tamen quandoque dolo comparatur.* vide D. Barbos. *in prælud. ad l. si mora n.* 9. *ff. soluto matrim.* 17

SVMMARIVM.

1 *Falsare litteras de simplici iustitia quis non præsumitur, nec punitur si hoc comperto desiterit illis vti.*
2 *Supplicationes concernentes iustitiam, quæ dicantur, ostenditur.*
3 *Falsitas in dubio non præsumitur.*
4 *Falsarius nemo præsumitur.*
5 *Testis in dubio non præsumitur falsus.*
6 *Error in dubio potius præsumitur, quàm falsitas.*
7 *Falsitas in ciuilibus probatur præsumtionibus.*
8 *Falsum indicatur, quod affirmatur impossibile scitu.*
9 *Dolus ex perspicuis iudiciis probari debet.*
10 *Dolus in dubio non præsumitur.*

Cap. Accedens. VIII.

Litteras Apost. habentes formam de simplici iustitia quando quis importauit, & deprædenditur in eis falsitas, si importans cognoscens illas esse falsas, illis vtitur, non est puniendus, nec priuandus, officio, 1

officio, vel beneficio, quia non præsumitur falsificasse, cum huiusmodi litteræ facile obtineantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Viuian. *in rationali lib. 5 iuris Pontif. pag.* 160. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 693. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Augustt. *collect. 4. Decret. lib. 5. tit. 8 cap. 1.*

2 *De simplici iustitia.*] Aduerte supplicationes iustitiam concernentes illas dici, quibus quis petit id quod ius concedit, sed alio modo, vtpote vt detur sibi iudex, & vt causa alicui committatur, dicuntur enim de iustitia, quia vult vt Iudex datus secundum iustitiam causam definiat, ita Fr. Anton. de Sousa *in relect. de censuris Bullæ in Cœna Domini cap. 7. diff.* 41. *num.* 4.

3 *Cùm præsumi non debeat*, &c.] Notatur ad hoc, quòd falsitas in dubio non præsumitur, vt per Perez *l. 3 in med. vers. falsitas ergo, tit. 6. lib. 8. Ordin. & gloss. 1. pag. 691. vers. quæro 11. tit. 12. lib. 3. eiusdem Ordin.* Valasc. *consult.* 181. *num.* 10. Farin. *in praxi crimin. part. 4. decis.* 67. *numero* 5. & Centol. *ad eund. decis.* 70. *lit. B.*

4 Et nemo præsumitur falsarius, Mascard. *de probat.*

5 *conclus.* 745. nec in dubio testis præsumitur falsus, Mascard. *conclus.* 1003 *num.* 29. Menoch. *de arbitr. casu* 309. *numero* 8. & 9. Farin. *in d. praxi crimin. 2. quæst.* 67.

6 *num.* 103. Immò in dubio potius præsumitur error quàm falsitas, Perez. *in d. vers. falsitas ergo*, Menoch. *d. casu* 309. *num.* 8. Farin. *in d. praxi p. 6. de falsitate q.* 150. *num.* 274. & Centol. *ad eund. part. 4. decis.* 74. quoad effectum scilicet criminalem, ideſt, ad euitandam pœnam falsi, vt per Grammat. *cons.* 23. *num.* 4. & *cons.* 30. *num.* 7. & *cons.* 32. *num.* 10. Bursat. *cons.* 111. *n.* 14. Hieron. Gabr. *cons.* 181. *num.* 9. *in fine lib.* 1. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 67. §. 3. *num.* 78. quos refert & sequitur Buccaron. *de different. inter iudic. ciuil. & crimin. differ.* 110. *num.* 14. vbi cum Bertaz. *cons.* 194. *num.* 19. subdit quòd qui asserit non dolosè deposuisse falsum, sed per errorem & ignorantiam, habet præsumptionem iuris pro se, quia falsum in dubio non præsumitur. Quoad effectum verò ciuilem, id est, quoad effectum probationis præsumitur in dubio potius testem falsum dixisse scienter, quàm ignoranter, Menoch. *de arbitr. casu* 308. *n.* 2. *cum seqq* Mascard. *de probat. concl.* 743. *n.* 8. Farin. *d. quæst.* 47. §. 8. *num.* 243. *& seq.* Buccarron. *d. diff.*

7 *fer.* 110. *num.* 15. In ciuilibus falsitas præsumptionibus probatur, nam sola suspicio falsitatis habetur pro falsitate, ne instrumento fides detur, vide Syluan. *cons.* 7. *num.* 16. *& cum seqq & cons.* 68. *num.* 9. Clar. *lib.* 5. *§ falsum n.* 30. Capyc. *decis.* 30. Bonacos. *commun. crimin part. 1. verbo falsum fol.* 66. *& part. 2. verbo suspicio fol.* 77. Menoch. *remed. 4. adipisc. num.* 700. *& consil.* 23. *num.* 17 *& cons.* 42. *num.* 33. *& consil.* 45. *num.* 16. Mascard. *de probat. concl.* 739. *numer.* 4. Parlad. *lib. 2. rerum quotid. ad fin part.* 5. §. 11. *num.* 37. Vbi verò criminaliter agitur, debet falsitas concludenter & euidentissimè probari, ex Ioseph. Sesse *Arag. decis.* 109 *num.* 19. & 20.

8 *Quæ possunt facilè obtineri.*] Vnde falsum iudicari, quòd affirmatur impossibile scitu refert. Farin. *in praxi crimin. part. 2. quæst.* 65. *num.* 149. Idem est quando quis vult affirmare illud, quod quilibet in voluntate habet, cum solus Deus sit scrutator cordium Oldrad. *consil.* 210. *num.* 9. & alij per Menoch. *consil.* 149. *n.* 26.

9 In glos. *Præsumi.* ibi, *sed dolus ex perspicuis indiciis probari debet.* Vide Mascard. *conclus.* 530. Pute. *decis.* 18. *num.* 53. *in antiq.* Flam. *de resignat. benefic. lib.* 13. *quæst.* 1. *num.* 101. *cum seqq. & quæst.* 3. *num.* 16. *& à num.* 20 Farin. *in praxi quæst.* 86. *num.* 16. Valasc. *consult.* 56. *n.* 2. Cardos. *in prax Iudicum, verbo dolus num.* 12. Ioseph. Sesse *Aragonia decis.* 211. *n.* 19. In dubio enim non præsumitur, Tiraq. *de retract. u lig.* §. 26. *gloss.* 1. *n.* 35. Mascard. *conclus.* 531. & 814. *cum seq.* Card. Tusch. *lit. D. concl.* 573. Farin. *d. quæst.* 89. *a n.* 2. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *Præsumptio n.* 42. Surd. *de aliment. tit. 4. quæst.* 15. *n.* 51. Ioseph. Sesse *d. decis.* 109 *n.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Rescriptum non probatur falsum propter paucarum litterarum rasuram in loco non suspecto.*
2 *Falsitas non dicitur fieri per rasuram Bullæ in loco non suspecto.*
3 *Rasura facit instrumentum suspectum de falsitate.*
4 *Renuntiare iuris suo cuilibet permittitur.*

CAP. Ex conscientia IX. & fin.

RAsura paucarum litterarum quæ animum sapientis non debent mouere ad dubitandum, v. g. in loco non suspecto, non probat litteras esse falsas. Et si pars contraria obligauit se sub periculo causæ probare litteras esse falsas, & tantùm ostendit hanc rasuram, non probat, & causam perdit, cui libere renunciauit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5 iuris Pontificij pag.* 161. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 693. remissiuè Ximen. *in concord. part.* refertur ab Ant. Augustt. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. cap. 2.*

Nisi paucarum litterarum rasura, &c.] Notatur hoc, quòd per rasuram Bullæ in loco non suspecto falsitas non dicitur fieri, vt per Fr. Anton. de Sousa *relect. de censuris Bullæ in Cœna Domini cap. 7. diff. 41. num.* 7. Nam rasura in loco suspecto facit instrumentum suspectum de falsitate, Menoch. *de arbitr. casu* 187. *num.* 34. *cum seqq.* Brunor. á Sole *in locis communib. verbo apostilla* 1. Ordin. Reg. Lusitan. *lib. 1. tit.* 78 §. 4.

Cùm quilibet ad renuntiandum iuri suo, &c.] Concordat *l. si quis conscribendo C. de pactis*, ibi, *omnes licentiam habere his, quæ pro se introducta sunt, renuntiare*, cum aliis citatis à Socin. *regul.* 339. Alphan. *edict.* 447. Tiraquel. *de iure primogen. quæst. 24. a num. 4. Guid. lib. 1. obseruat.* 40. Buttig. *de renuntiat iuris ciuilis inoffic.* 4. Mascard. *de probat. conclus.* 1269. Menoch. *de præsumps. lib. 6. præsumpt.* 41. *& consil.* 910. *num.* 1. Sim. *consil.* 198. *num.* 2. Donel. *comment. iuris ciuilis lib. 11. cap. 3. colum 9. vers. deinde* Morl. *in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 1. in prælud. numer.* 19. *& tit.* 10. *de locat. quæst. 2. n. 12.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 5. cap. 12. quæst.* 10. Cardin. Tusch. *tom 6. lit. R. concl.* 170. *cum seq.* Soar. *de legibus lib* 8. *cap.* 33. D. Barbos. *in Collect. eleganter à num.* 12. *ff. solut. matrim.* cum pluribus citatis *in tractat. Axiom. iuris vsufruct. Axiom.* 135. *num.* 13. & 14.

De sortilegiis.

TIT. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rub. scribentes.*
2 *Sortilegiorum materiam qui tractent, citantur.*

3 *Augurum materia vbi tractetur, ostenditur.*
4 *Striges quæ, & an contra illas procedant Inquisitores Hispaniæ.*
5 *Maleficium ligaminis quòd remissiuè.*
6 *Maleficia destrui possunt licitè per amotionem signorum.*
7 *Astronomiæ materiam qui tractent, referuntur.*
8 *Ægritudines, casus, & euentus, ac tempestates minimè ab astris pendent.*
9 *Chiromantia quæ remissiuè*
10 *Somniis credere superstitiosum, & impium est.*
11 *Necromantia quæ, remissiuè.*
12 *Hydromantia quæ, remissiuè.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panormit. Marian. Socin. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici fol.* 145. Petr. de Rauen. *in compendio iuris Canon.* Mart. Mesnart. *in epitome Decretal fol.* 189. *verso.* Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontif. à pag.* 679. Goffred. & Hostiens. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Lancel. *in institut. Canon.* Barthol. Carthagena *in exposit. titulorum iuris Canonici*, Zypæ, *in analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag* 418. Canis. *in summ. iuris, Canon.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 5. *summ. in Decretal.* omnes *sub hoc tit.* 1

2 De materia rituli vide Sylvest. Tabien. Angel. & cæteros summistas *verbo sortilegium*, Velam *de delictis c.* 34. Lancel. Conrad. *in templo omnium iudicum lib.* 1. *c.* 1. §. 3. *vers. vigesimo quarto.* Gaspard. Caballin. *in milleloq. iuris part.* 1. *milleloq.* 78. Azeued. per text. *ibi in l.* 12. *tit.* 14. *lib.* 5. *nouæ recop. & l.* 5. *titul.* 1. *lib.* 8. *eiusdem nouæ recopil.* Griland. *in tract. de sortileg.* Bernard. Comens. *in lucerna Inquisitorum, in verbo sortileg.* Simanc. *de Catholicis institut. cap.* 62. Eymeric. *ad direct. Inquisit. part.* 2. *cap.* 42. & *ibi* Pena *commento* 67. Cardos. *in praxi iudicum verbo sortilegium.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib.* 34. *cap.* 1. *cum seqq.* Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 3. *part.* 1. *quæst.* 1. *cum seq. & lib* 4. *cap.* 4. *quæst.* 1. Azor. *institut. moral part.* 1. 3. *lib.* 9. *cap.* 21. Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 2. *de superstit. cap.* 38. *numer.* 56. Lessi *de iustit. lib.* 2. *cap.* 43. *dub.* 9. Raph. de la Torre *in* 2. 2. *D. Thomæ tom.* 2. *quæst.* 95 *artic.* 8. *pag. mihi* 330. Sanch. *in præcepta Decalogi l.* 2. *cap.* 38. *à numero.* 56 Ioan. Baptista Costa *cent.* 2. *distinct.* 14. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 20. *à numer.* 72. *& hæresi quæst.* 181. Ioan Francisc. Leo *in thesauro foro Ecclesiast. part.* 3. *cap.* 5. Sayr. *in clani Regia lib.* 4. *cap* 5. *à num.* 14. Aldrete *de Religiosa disciplina tuenda lib.* 2. *cap.* 22. Emman. do Valle *de incantation & ensalmis sect.* 3. *cap.* 6. *numer.* 31. *cum seqq.* Bernard. & Salzed. *in pract. c.* 110. *secundum nouiss. impress.* Marta *de iurisd. p.* 2. *c.* 12. latè Torreblanc. *lib.* 1. *de magia c.* 22.

3 De Auribus, vide repert. Inquisit. *verbo hereticus. versic. an intendens auguriis, & verbo augurium*, Decian. *tractat. criminal. lib.* 5. *c.* 17. *vers. item obseruantes auguria*, Lessi. *d c.* 43 *dub.* 7. Iacob. de Graffiis *in decis. aureis lib.* 2. *c.* 3. *n.* 20. Martin. Delri *d. lib.* 4. *c.* 2. *q.* 7. *sect.* 1. *art.* 2. Sanc. *d. lib.* 2. *c.* 38. *à num.* 38. Torreblanc. *d. lib.* 1. *c.* 21. *de Augurio.*

4 De Strigibus vide Carrer. *in tractat. de strigibus*, Bonacos. *commun. criminal. part.* 2. *verbo parvulis fol. mihi* 65. & Inquisitores Hispaniæ contra eas procedunt teste Emman. do Valle *d. sect.* 3. *cap.* 5. *numer.* 16.

5 De maleficio ligaminis vide Sprenger. *part.* 1. *mal-*

lei quæst. 7. & 8. Nicol. Remig. *lib.* 2. *de monolatria cap.* 5. Petrus Gregorius *syntagm. iuris. lib.* 34. *cap.* 9. *numer.* 3. *cum seqq.* Martin. Delri. *lib.* 3. *part.* 3. *quæst.* 4. *sect.* 8. *tit. de maleficio ligaminis*, Rebello *de obligat. iustitiæ part.* 2. *lib.* 3. *quæst.* 6. *à num.* 19. Raph. de la Torre *d. tom.* 2 *quæst.* 96 *artic.* 2. *disput.* 10. *pag.* 414. *cum seqq.* Farinac. *de hæresi, quæst.* 181. *num.* 50. Contra maleficia 6
vnicum tantùm remedium naturale adhiberi potest, per amotionem scilicet signorum maleficij quæ magus adhibuit, vt donec essent appensæ, dæmon malum continuaret, & hoc licitum esse vt opera Diaboli destruantur, tradunt Sot. *in* 4. *distinct.* 34. *quæst.* 1. *art.* 3. Ioseph. Angles *in floribus Theolog. quæst. de arte magica artic.* 6. *difficult* 2. Castr. *lib.* 2. *de iusta hæret. punit. c.* 15. Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 44. *dub.* 6. *ex num.* 36. Raphael de la Torre *d. quæst.* 96. *artic.* 4. *disput.* 3. Sanch. *de matrim. lib.* 6. *disputat.* 96. *ex num.* 3. *& in præcepta Decalogi lib.* 2. *c.* 41. *num.* 19. & de vidua & presbytero signa concremantibus, quo maleficia cessarunt, narrat Codron. *lib.* 1. *de morbis benef.* & de comite ollam maleficij amouente, refert Spreng. *in mall part.* 2. *quæst.* 1. *cap.* 1. de loci amotione Cæsalpin. *in lib. de inuestig. dæmon. cap.* 17. de nodi dissolutione Ronsæus *in medit. venat. cap.* 50. Et de diuinis remediis, quibus maleficia tolluntur, & dæmones fugantur, latè Torreblanc. *lib.* 2. *de magia capite* 53. *per totum.*

De Astronomia vide Blas. Aluarez Mirabal. *de la* 7
conseruacion de la salud. cap. 82. Barthol. Valentin. *en el repertorio del mundo lib.* 2. *cap. de Astrolog.* Stephan. Quaranta *in summa Bullarij verbo Astrologia.* Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *cap* 7. *num.* 3. Sayr. *in clani Regia lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 2. Benedic. Pereira *de Magia l.* 3. *cap.* 1. *cum multis seqq.* Soar. *tom.* 1. *de Religione l.* 2. *de superstit. cap.* 11. *num.* 8. Azor. *d. part.* 1. *lib.* 9. *cap.* 13. Ioan. de Torres *de la Philosophia moral de Principe, lib.* 6 *cap.* 6. Salas 1. 2. *quæst* 9. *artic.* 5. *disputat.* 2. *sect.* 8. *num.* 79. Leonard. Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap.* 43. *dub.* 6. *à num.* 32. Martin. Delri. *d. lib.* 4. *cap.* 3. *quæst.* 1. Fr. Raphael de la Torre *in* 2. 2. *D. Thom. tom.* 2. *quæst.* 95 *artic.* 5. *pag.* 331. *cum seqq.* Farinac. *in praxi criminal. quæst.* 20. *numer.* 111. & nouissimè de hæresi *quæst.* 181. *numer.* 55. Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 38 *à numer.* 27. Circa Motum Sixti V. contra exercentes iudiciariam artem, vide Sayr. *d. cap.* 5. *num* 2. Soar. *dicto lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 5. Bobadil. *in sua politica lib.* 2. *cap.* 17. *numer.* 73. Sanchez *d cap.* 38. *num.* 44. Aloys. Riccius *in praxi aurea resol.* 186. Torreblanc. *lib.* 1. *de magia diuinatrice cap.* 8. *de vanitate Astrologiæ iudiciariæ & in appendice prætermissorum ad cap.* 8. *num.* 19. *ad fin.* vbi refert verba Francisci Valleriola *in appendice ad librum de locis communibus cap.* 8. ita loquentis. Desinant itaque Astronomi, & qui eos sequuntur parum cordati medici nobis suis fallaciis technisque imponere, grauesque facinus arbitrentur malum cælo ac astris tribuere, vnde bona ad nos omnia veluti à fonte purissimo manant, illúdque cogitent vanas esse quæ de hisce rebus tradunt Astronomorum regulas prorsúsque fallaces. Hactenus Valleriola, nam ægritudines, 8
casus, & euentus ac tempestates minimè ab astris pendent, vt indocti medici, imperiti nauclerii, & barbari agricolæ tumultuant, sed naturæ cursu, vel ab exhalationibus ab impuris locis manantibus, vt multis argumentis atque rationibus probant Galen. *lib. de different. febri. cap.* 4. Andr. Laurent. *lib* 3. *de crisibus capite* 6. Baptista Codron. *de morbis benef. capite* 6. Ioannes Huchor. *in therapeut. libro* 4. *cap.* 5.

De chiromantia vide Vgolin. *de censuris Pontifici* 9
reseruatis part. 2. § 2. *numer.* 10. Raphael de la Torre *dict. tom.* 2. *quæst.* 95. *artic.* 7. *disput.* 3. *de chiromantia*

pag. 326. Farinac. *in praxi crimin. quæst.* 20. *num.* 112. & *in tract. de hæresi quæst.* 181 *num* 56. Hortens. Caualcan. *de brachio Regio part.* 3. *num.* 84. Torreblanc. *de Magia lib.* 1. *c.* 10. Sanchez *d. lib.* 2. *c.* 38. *num.* 47. vbi resoluit superstitiosum per manuum lineas bonam vel malam fortunam indicare, secus si complexiones, humores, & aptitudinem, & *num.* 49. asserit mortale esse peccatum interrogare Ægyptianam de bona vel mala fortuna, si fiat animo firmiter credendi illius dictis; vel etiam animo ridendi, dummodo, notabile detur scandalum.

10 De somniis, & quòd sit superstitiosum & impium illis credere, quia aut ex repletione, aut vacuitate, aut ægritudine, aut illusione dæmonum, aut ex causis naturalibus eorum imagines & phantasmata prouenire solent, vide Iacob. de Graffiis *in decis. aureis lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 16. Petr. Binsfeld. *in comment. ad lib.* 3. *C. de maleficiis & mathem. quæst.* 2. Gregor de Valentia 2. 2. *quæst.* 95. *artic.* 6. *quæst.* 12. *disput.* 6. *puncto* 3. *vers. tertio quoad somnia* Benedict. Pereira *de Magia lib.* 2. *cap.* 1. *cum seqq.* Soar. *de Relig. tom* 1. *lib.* 2. *de superstit. cap.* 13. Medina *lib.* 2. *Paranes. cap.* 2. Francisc. Pic. *lib.* 6. *prænot. cap.* 8. Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 4. *cap.* 3. *quæst.* 6. *de coniectatione ex somniis*, Azor. *institut. moral. part.* 1. *lib.* 9. *cap.* 17. Lessi. *de iustit. lib.* 2. *cap* 43. *dub.* 8. Sanchez *in præcepta Decalogi lib.* 2. *cap.* 38. *numer.* 49. *cum seqq.* Fr. Raphael. de la Torre *in* 2. 2. *D. Thomæ tom.* 2. *quæst.* 95. *art.* 6. *pag.* 272. *cum seqq.* Torreblanc. *lib.* 2. *de magia diuinatrice cap.* 25. *de obseruatione somniorum.*

11 De Necromantia vide Lælium Zechium *in summ. tit. de Fide cap.* 7. *de necromanticis* Repert. Inquisit. *verbo Necromantia.* Tolet *in instruct. Sacerdot lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 15. *vers. aliquando* Benedict. Pereira *de Magia lib.* 1. *cap.* 11. *de Necromantia* Martin. Delri. *lib.* 2. *quæst.* 26. *sect.* 1. *cum multis seqq. & lib.* 4. *c.* 1. *quæst.* 6. *sect.* 2. Azor. *de part.* 2. *lib* 9. *c.* 20. *de diuinatione, quæ ducitur ex mortuorum umbris & cadaueribus.* Fr. Raphael. de la Torre *in* 2. 2. *D. Thomæ tom.* 2. *quæst.* 95. *art.* 3. *d. sput.* 3 *de Necromantia, pag.* 195. *cum sequentib.* Torreblanc. *lib.* 1. *de Magia c.* 16. *de necromantia.* De hydromantia vide *cap. nec mirum* 26. *quæst.* 5. ibi, *est enim hydromantia in aquæ inspectione umbras dæmonum obscruare.* Martin. Delri. *ad Senec. in trag.* Raphael. de la Torre *disp.* 3. Torreblanc. *d. lib.* 1. *c.* 10. *ex n.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegia pro furtis inueniendis, vel diuinationibus cieadis prohibetur, & contrafacientibus pœna imponitur.*
2 *Sorte furta inuestigare prohibitum est.*
3 *Sortilegij Clerici, & laici pœna quæ sit, remissiue.*
4 *Sortilegij crimen perpetrantes quando Inquisitorum hæretica prauitati iudicio subiaceant, remissiue.*

Cap. In tabulis. I.

Ex pœnit. Theodori.

1 FVrta sortilegiis inquirere præsumentes, vel obseruare aliquas diuinationes, pœniteant quadraginta dies. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Vivian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. p.* 163. Alagona *in compend. iuris Canon. p.* 694. remissiue Ximen. *in concord. part.* 2. referunt. Burcard. *lib.* 11. *Decretor. cap.* 19. Iuo *part.* 11. *c.* 52. Ant. August. *in collect.* 4. *Decret. lib.* 5. *tit.* 17. *cap.* 1.

Collige ex text. prohibitum esse sorte furta inuestigare cum incantationibus, & malis artibus, vt per Farin. *in praxi crim. p.* 6. *q.* 176. *n.* 95. Perez. *l.* 9. *gloss.* 1. *p.* 10. *tit.* 8. *lib.* 8. *Ordin.*

Quadraginta dies pœniteat.] Pœna clerici sortilegij qualis sit, vide apud Bernard. *in pract. cap.* 1. *num.* 2. vbi Salzed. *in addit. lit. B.* ponit qua pœna a iudice ecclesiastico puniatur laicus sortilegus, vide Aldret. *de Religiosa disciplina tuenda, lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 5. *cum seqq.* Soar. *tom.* 1. *de relig. lib.* 2. *de superstit. c.* 18. *num.* 12. Emman. do Valle *de ensalmis, & incantat. sect.* 5. *cap.* 6. *num.* 34. Et generaliter quando crimen sortilegij perpetrantes Inqisitorum hæreticæ prauitatis iudicio subiaceant, vide Alphonsi. de Castro *de iust. hæreticorum punit. lib.* 1. *cap.* 13. Eymer. *part.* 2. *direct. inquisit. quæst.* 42. *numero* 4. Baiard. *ad Clem. verbo hæresis num. vlt.* & plures alios, quos refertur Salzed. *loco proximè citato*, & Emman. do Valle *d. c. num.* 32.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter, qui per inspectionem astrolabij furta requirit, ad tempus suspenditur ab Altaris ministerio.*
2 *Clericus, qui bono zelo, & simplicitate sortilegus fuit, suspenditur à Diuinis & c. per annum.*
3 *Mala non sunt facienda, vt inde eueniant bona.*
4 *Simplicitati ignoscitur.*
5 *Astrologia res occultas inuestigans est superstitiosa.*
6 *Sortilegio clerico Episcopus debet imponere annuam suspensionem & amplius spatium annuo relinquitur eius arbitrio.*

Cap. Ex tuarum. II.

Alexand. III.

PResbyter qui per inspectionem astrolabij furta requirit, etiamsi sint bona Ecclesiæ, & ex bono zelo, & simplicitate faciat, tamen suspenditur ab Altaris ministerio per annum, si ita videtur Episcopo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 163. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 694. remissiue Ximen. *in concord p.* 1. & 2. refertur ab Ant. August. *collect* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 17. *c.* 3. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 50. *c.* 6.

Collige ex text. clericum, qui bono zelo, & simplicitate cordis ductus sortilegio vsus fuit, suspendi a Diuinis, & ministrio Altaris per annum, & amplius, prout iudex arbitratus fuerit, vt per Torreblanc. *de Magia lib.* 3. *de crimin. punit. cap* 14. *n.* 6. Griland. *de sortileg quæst.* 14. *n.* 3. Martin. Delri. *disquisit. magic. lib.* 5. *sect.* 16. Menoch. *de arbitr. casu* 388. *num.* 6. Soar. *de relig tom.* 1. *l.* 2. *de superstit. c.* 18. *num.* 13. Aldrete *de Religiosa disciplina tuenda. lib.* 2. *cap.* 22. *n.* 4. Et hoc sortilegium non est hæreticale, sicut omne aliud, quod tendit ad alicuius occulti cognitionem, etiamsi dæmonis expectetur auxilium; vt resoluit Torreblanc. *de magia lib.* 3. *de crimen punit. c* 8. *n.* 12.

Furtum cuiusdam Ecclesiæ, &c.] Notatur ad hoc, quòd si non sunt facienda mala, vt inde bona proueniant, vt per Palat. *in repet c. per vestras, sup. de donation. inter vir. & vxor. notab.* 6. *n.* 2. & 3. Tiraq. *de pœnit. temper. ampliat.* 52. *n.* 8.

Et

Et ſimplicitate.] Ergo ſimplicitati ignoſcitur, vt per Tiraquel. *de panis temper. cauſa* 11. *num.* 2. *cum ſeqq.* Si verò dolo malo fecerit, deponendus eſt ab Ordine ſacro, & omnibus beneficiis priuari debet, & in monaſterio perpetuò detrudi, ac degradari, *cap. ſi quis Epiſcopus* 26. *quæſt.* 5. Dicetur namque Preſbyterum dolo malo ſortilegiis vti ſi celebret ſuper rebus profanis, quæ putantur apta ad ſortilegia, vt cuticula, qua infantis caput naſcentis eſt inuolutum, panis incoctus ſiue maſſa cruda, hoſtia ſanguineis litteris circunſcripta, vt per Griland. *d. quæſt.* 14. Menoch. *de arbitr. caſu* 388. *ex num.* 10. Farin. *in praxi crimin. q.* 20. *numer.* 107. idem dicendum ſi conſueta luminaria extinxerit, *cap. quicunque* 26. *quæſt.* 5. ſi vaſibus, aut veſtibus ſacris abutatur, vel Miſſas defunctorum pro viuis celebrauerit vt citiùs moriantur, *cap. admoneant* 26. *q.* 7. *de benedictione* 32. *q.* 1. Griland. *de ſortileg. q.* 16. Farinac. *q.* 19. § *n.* 49.

Id tam grauiſſimum fuit, &c.] Notatur ad hoc, quòd Aſtrologia res occultas, ſiue præteritas, ſiue præſentes, vt furtum occultum, theſaurum, virginitatem, &c. inueſtigans, eſt ſuperſtitioſa, & omni iure interdicta. Primò enim damnat ius diuinum *Leuit. cap.* 19. *Deuter. cap.* 18. *Iſai. cap.* 47. *Hierem. cap.* 10. *Sapient. cap.* 9. *Reg.* 1. *cap.* 28. *& Reg.* 4. *cap.* 23. Secundò damnat ius Canonicum, *cap. illud* 6. *cap. ſed & aliud* 9. 26. *quæſt.* 2. *cap. conſuluiſti, cap. ſciendum, cap. igitur*, 26. *quæſt.* 2. *cap. non ſtatim. c. non licet* 25. *quæſt.* 5. text. *in præſenti.* Tertiò ius ciuile, *l. item apud Labeonem*, §. *ſi quis Aſtrologos*, *ff. de iniur. l.* 2. *l. nemo aruſpex*, *C. de maleſ. & mathem. l. mathematicos*, *C. de Epiſcop. aud.* Quarto damnat ius Regium Luſitan. *lib.* 5. *tit.* 3. §. 3. & apud Caſtellanos *l.* 2. *tit.* 19. *lib.* 8 *Ordin. & l.* 1. *tit.* 27. *part.* 3. *& l.* 5. *tit.* 1. *lib.* 8. *nouæ recop.* Quintò damnant Patres Orthodoxi, S. Ambroſ. *lib.* 4. *Hexamer. cap.* 4. S. Ioan. Chryſoſt. *in Matt.* 2. S. Auguſtin. *lib.* 2. *ſuper Geneſ. ad litter. c.* 17. *& de ciuitate Dei lib.* 5. *per tot. & lib.* 6. *c.* 9. *& lib.* 14. *c.* 4. Sexto Theologi tam veteres, Magiſt. Palul. Gabr. Maior, Richar. & alij *in* 4. *ſentent.* S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 95. *artic.* 5. quam recentiores Ioan. Picus Mirand. aduersùs Aſtrologos per *lib.* 12. Franciſc. Picus eius nepos *lib.* 5. *prænoct.* Petr. Ciruel. *de ſuperſtit. part.* 2. *c.* 3. *& lib.* 1. *Aſtrolog. Chriſt. c.* 1. Mich. Medina *lib.* 2. *de recta in Deum fide. cap.* 2. Fr. Emman. *in ſumm. tom.* 1. *c.* 7 *num.* 4. Sot. *lib.* 8. *de inſtit. quæſt.* 3. *artic.* 2. *circa ſolut. ad* 3. *verſ. in his autem Aſtrologis* Salas 1. 2. *quæſt.* 9. *artic.* 5. *tract.* 5. *diſput.* 2. *ſect.* 8. *num.* 79. *in fine*, Soar. *d. lib.* 2. *c.* 11. *num.* 27. *& c.* 19. *num.* 12. Martin. Delri. *lib* 4. *c.* 2. *quæſt.* 7. *ſect.* 4. Sanch. *de matrimon. lib* 7. *diſp.* 95. *numer.* 1. *& in præcepta Decalogi, l.* 2. *c.* 38. *ex num.* 33. Emman. de Valle *de incantation, & enſalmis, ſect.* 3. *c.* 5. *num.* 24. Septimò damnant Iuriſperiti, vt per Abb. Anan. Anch. & alios *in præſenti*, Troil. Maluet. *de ſortib. part.* 2. Bald. & Salicet. *in l.* 2. *&* 5. *C. de maleſ. mathem.* Griland. *de ſortileg. quæſt.* 3. *ex num.* 8. *& quæſt.* 11. *ex n.* 16. Clar. §. *hæreſis num.* 25. Damhaud. *in praxi cap.* 61 *num.* 80. Sebaſt. Medic. *in ſumm. hæreſum part.* 3. *cap. de Aſtrolog. & in ſumm. peccat. part.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 36. Lancel. Conrad. *in templo omnium iudicum lib.* 1. *cap.* 1. §. 3. Menoch. *de arbitrar. caſu* 388. Farinac. *in praxi criminal. pag.* 1. *q.* 20. *num.* 112. *cum ſeqq.* Octauo damnant Philoſophi, Plato *in Cratyl.* & eius diſcipulus Ariſt. *lib.* 2. Cicer. *lib.* 2. *de diuinat.* & Phauorin. apud Aul. Gell. *lib.* 14. *noctium Atticarum cap.* 1. Nonò damnant Medici, Galen. *lib.* 1. *de ſanit tuenda.* Franc. Valles *de ſacra philoſophia c.* 31. Leuinus Lemnius *epiſt ad Polianum lib.* 12. Ioan. Langius *epiſt.* 35. Decimò damnant Hiſtorici, Corn. Tacit. *lib.* 2. *& lib.* 17. *annal.* Euſeb. *lib.* 6. *hiſtoriæ Eccleſ. c.* 6. *&* 7. Mariana *de rebus Hiſpan. lib.* 17. *cap.* 14.

In gloſſ. *Si tibi viſum.* ibi, *ſed minorem pœnitentiam an no non poſſet.* &c. Notatur ad hoc, quòd Epiſcopus annuam ſuſpenſionem tenetur imponere clerico ſacrilego, & ſolùm amplius ſpatium annuo relinquitur eius arbitrio, vt per Sanch. *d. tract. de matrimon. lib.* 6. *diſp.* 34. *num.* 32. 6

SVMMARIVM.

1 *Electio per ſortes fieri non debet.*
2 *Sortis vſus in Eccleſiaſticis electionibus non probatur.*
3 *Sorte qui eligitur, humano iudicio non comprehenditur.*
4 *Sorte an ſit dirimenda quæſt. illa de duobus fratribus, qui ex vno pariter naſcuntur partu ſi cognoſci non poſſit quiſnam prius editus ſit in lucem, remiſſiuè.*
5 *Sortium trimembris diſtinctio declaratur, & reſpondetur aliquibus obiectionibus.*

Cap. Eccleſia. III. & fin.

Honor. III.

Epiſcopus per ſortes eligendus non eſt, electio enim per ſortes damnatur, nec compromiſſarij per ſortes eligi debent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hoſtienſ. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Vivian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 167. Alagona *in compendio iuris Canon. p.* 695. remiſſiuè Ximen. *in concord. part.* 1. *&* 2. 1

Sortis vſum in electionibus, &c.] Probat hic text. ſortis vſum in Eccleſiaſticis electionibus improbari, vt per D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 95. *art.* 8. *in corpore. verſ. quartò* Troil. Maluaſc. *de ſortibus part.* 3. *num.* 7. Nauar. *in manu c.* 11. *num.* 38. Petr. Gregor. *ad tit. de elect. cap.* 3. *num.* 20. Azor. *inſtit. moral. part.* 1. *lib.* 9. *cap.* 12. *quæſt. vnic. verſ. at verò in electionibus, & part.* 2. *l.* 4 *c.* 5. *verſ. exploratum, & lib.* 9 *c.* 12. *quæſt. vnic. verſ. at verò*, Campan. *in diuerſ. rub.* 7. *c.* 6. *num.* 63. Lauor. *var. tit.* 4. *c.* 10 *ex n.* 33. Franc. Sigiſm. *de elect. dub.* 27. Sayr. *in claui Regia lib* 4. *cap.* 5. *num.* 20. *&* 21. Martin. Delri. *diſquiſit magic. lib.* 4. *c.* 4. *quæſt.* 1. Leſſi. *de iuſtit. lib.* 2. *c.* 43. *dub* 9. *num* 58. *cum ſeqq.* Soar. *de Relig. tom.* 1. *lib.* 2. *de ſuperſt. cap.* 12 *à numer.* 3. Emman. Sà. *in aphoriſmis verbo. ſortes.* Matthi Felicium *in elucidat. Decalogi cap.* 55. *verſ. tertium genus*, Sanch. *in præcepta Decalogi lib* 2. *c.* 38. *num.* 71. ampliantes non ſolùm electionem ad beneficium, ſed etiam ad officia Eccleſiaſtica. Tiraq. *de iure primog. c* 17. *opin.* 1. *n.* 15. *cum ſeqq.* Et iuſtiſſimis rationibus comprobatur, oportet enim dignos eligi ad Epiſcopatus, & alias Eccleſiaſticas dignitates, cùm nihil vtilius ad Dei gloriam, & populorum ſalutem fieri poſſit quam bonos paſtores, & Eccleſię gubernandę idoneos promoueri, & nihil per contrarium magis pernicioſum poſſit contingere, quàm ſi promoueantur indigni moribus, ſcientia, & aliis qualitatibus, quos D. Paulus, Concilium Trident. Summi Pontif. Sanctique Patres in Epiſcopis, & aliis, quibus Eccleſiarum creditur regimen, prærequirunt, quas latè proſequuti fuimus in meo *tract. de officio, & poteſt. Epiſcopi, part.* 1. *tit.* 2. *de munere Epiſcopali*, quòd ſanè iudicium, & qualitatum, ac meritorum examen, quod Spiritus ſancti inſpiratione fieri debet, vt ex Beda notauit D. Thom. *verſ. quartò*, & deducitur ex text. *in cap. cùm Eccleſia* 3. *in princip. de cauſa poſſeſſ. & propr.* fortunæ, ideſt, ſortis temeratio, & incerto euentui committi non debuit, quia, vt ait D. Ambroſ. 2

qui sorte eligitur, humano iudicio non comprehenditur, & quia cæca res est sors, & fortuna, quæ sæpe indignos præmouet, dignos premit, vt eleganti carmine de fortuna cecinit ille.

O fortuna potens, quàm variabilis.
Euertisque bonos, eligis improbos,
Fortuna immeritos auget honoribus.

Breuiùs Seneca in Hercule furente,

Fortuna viris inuida fortibus,
Quam non æqua bonis præmia diuidis.

cum multis, quæ ex ipso, aliisque Pœtis, Philosophis, & Patribus prosequitur Nanius *in polyanthea, verbo fortuna.*

4 Vtrùm in contrarium vrget, quia sors nihil mali est, sed res inhumana dubietate diuinam indicans voluntatem, vt ait D. August. relatus à Gratiano *in cap. sors 26. quæst. 2.* ideòque licitum esse & laudabile quoties de honore, dignitate, vel aliis similibus dubium est, aut inter plures contentio, sorte eam dirimere probat text. *in l. sed cùm ambo 14. ff. de indic.* text. opt. *in l. fin. in princip. C. communia de legatis*, latissimè Curiel. *de primogenitura, quæst. 9. per totam*, Tiraquel. *de primogeniis quæst. 17. opin. 1.* Gom. *l. 40. Tauri numer. 68. vers. quinta*, Ceuall. *communium contra commun. tom. 1. quæst. 248. à num. 19.* disputantes latissimè illam controuersam quæstionem de duobus fratribus, qui exvno pariter nascuntur partu, si cognosci non possit quisnam prior editus sit in lucem, quam quæstionem sorte dirimendam resoluunt plures quos isti referunt. Hinc etiam licitum esse contractum sortium apud nostrates satis vsitatum, quando scilicet plures contribuunt ad res aliquas pretiosas, vel supellectilia emenda, & deinde inter omnes mittitur sors, notant omnes, & ex professo omnium latissimè contra Conrad. explicant Martin. Delri. *d. cap. 4. quæst. 2.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 509.* Lessi. *d. cap. 43. num. 58.* Et generaliter ex eisdem rationibus licitas esse sortes diuisorias, in quibus agitur quid cui sit adhibendum, siue sit honor, vt in magistratibus sortiendis frequens erat Romanorum vsus, constat ex *auth. de consulibus in princ.* Dionys. Halicarnas. *lib. 6. antiquit.* Valer. Maxim. *lib. 3. cap. 7.* quod ex Athenien sibus habuit originem qui magistratus in Areopago coniectis in vnam variis litteris nomina sortiebantur, vt ex Demosth. Aristoph. & aliis tradit Ascon. Sigon. *lib. 3. de republ. Athenien.* hinc Proconsules sortiri probat *l. emancipati, de adopt.* atque quæstores *l. 1. de quæstor.* Cic. *pro Muren. & act. 3. in Verrem.* nec non Prætores, Sueton. *in Cæsar. cap. 18.* & *in Augustum 3.* hinc colonias diuisas, domos, & alia narrat Alciat. *lib. 5. Pareg. cap. 22.* ex quibus etiam hodie inter seculares hoc licitum est post multos, quos refert, comprobat Sanch. *vbi sub num. 58.* siue etiam pœna sit, vt inter milites fieri solet, quod ex bonis auctoribus comprobat Claud. Cotor. *de iure militum, lib. 3. cap. 8.* siue etiam actio sit, veluti quando inter plures mittitur sors ad iter peragendum, vel aliud simile, vt de omnibus notat D. Thom. *d. art. 8.* quem sequuntur reliqui omnes, Maluef. *d. part. 3. à num. 20.* Nauar. Azor. Lessi. Soar. *d. num. 16.* Sanch. *à num. 57.* dictis locis, & sic iudicium sortis frequentissimum in iure probant Ascon. Sigon *lib. 1. de indic. cap. 12.* Mynsing. *lib. 4. obseruat. cap. 37.* Tandem hoc ipsum comprobatur ex ipsa sacra Pagina vtriusque Testamenti, ex qua satis electionis vsus videtur per sortes comprobatus, nam per sortem terra promissionis diuisa est, *Deut. c. 1.* Sorte Saul electus fuit *1. Reg. c. 1.* & Matthias in Apostolum *Act. c. 1.* atque etiam Zacharias, vt incensum poneret, *Luc. 1.* Ionas à facie Domini fugiens sorte deprehensus, & in mare deiectus est, *Ionæ c. 1.*

Probat resolutione tamen omissa distinctione membri sortium, in diuinatorias, quibus quæritur quid sit futurum, consultatorias, quibus quæritur quid agere oporteat, & diuisorias quibus quæritur quid cui sit tribuendum, quas latè explicat D. Thom. *d. art. 8. in corpore*, & ab omnibus receptum refert Sanch. *numer. 56.* & sequuntur reliqui omnes supradicti ac propter eos Turreblanc. *lib. 1. de Magia cap. 20. num. 20.* & ad duas species reducere nititur Soar. *d. cap. 12. à num. 2.* certum est inter duas illas priores, & vltimas maximum interesse discrimen, nam diuinatoriæ semper illicitæ sunt, *cap. 1. 16. quæst. 1. cap. 1. fin. tit. & text. in præsenti.* Consultoriæ rarò sunt licitæ, quia non vult Deus voluntatem suam sortibus indagari, sed Sanctorum precibus, & orationibus, explicat post Sylvest. Azor. & alios Sanch. *num. 85.* & latè pro Abulens. *1. Reg. c. 14. quæst. 20.* Soar. *num. 18.* vtramque speciem sortium consultorias, scilicet, & diuinatorias sub vnica conclusione eademque ratione deprehendens; vltimas verò diuisorias regulariter, & naturaliter sua, si ratione alicuius circunstantiæ aliquid mali non accedat, licitas esse probatur ex prædicta D. Augustini auctoritate *in c. sors, 26. q. 2.* & ex dictis iuris Canonis auctoritatibus *in l. sed cùm ambo*, & aliis, de quibus *suprà*; sciendum in electionibus secularibus sortes licitas esse vsu, & experientia rerum omnium magistra, iuxta *cap quàm sit 6. in principio, de electione in 6.* doceri, & iure probari *in d. auth. de consulibus* iunctis aliis, quæ *suprà* adduximus. In sola autem electione ad Ecclesiasticas dignitates *specialiter* hoc est prohibitum per textum *in præsenti*, resolunt Thom. & reliqui omnes, post ipsum suprà citati, specialis ratione non ita constat, S. Thom. & communiter prædictam assignant, quòd electiones ecclesiasticæ Spiritus sancti inspiratione fieri debent, vt scilicet digni ad ecclesiasticas dignitates assumantur, & ideo ex Beda respondetur electionem Matthiæ factam fuisse ante Pentecostem, quando nondum plenitudo Spiritus sancti in Ecclesiam aduenerat, septem verò Diaconos postea non sorte, *sed discipulorum* electione fuisse ordinatos *Act. 6.* eisdem responsionem adducunt Alexand. de Ales, & post eum Soar. *numer. 20. ad finem*, Soar. *num. 20.* & Delri locis proximè citatis: indeque similiter respondent ad omnia exempla veteris Legis, in quibus Saul, & alios sorte electos legimus, quia nondum Spiritus sancti plenitudo effusa erat, quo inspirante in lege Euangelica electiones Ecclesiasticas oportet fieri. Vera tamen, & specialis ratio meliùs deducitur ex forma in electionibus lege Canon. requisita *in æquis propter, & in c. cùm terra*, cum similibus *de elect.* quæ non reperitur, nec seruatur in sortibus, vt notant gl. & DD. communiter *hic*; & aduertit Iul. Lauor. *vari lucubration. tom. 1. tit. 4. c. 20. n. 34. vers. quarto*, indeque facilis solutio apparet ad omnia exempla veteris, & Actuum Apostolorum in electione Matthiæ, quòd scilicet, secluſa prohibitione positiua iuris Ecclesiastici, quæ illis temporibus non vigebat, licitè ita eligere potuerunt, vt multis latè comprobat, & explicat Snar. *d. cap. 12. numer. 20. & 22.* Neque obstat si dixeris, semota omni iuris Ecclesiastici prohibitione videri ex ipsa lege naturali in quibuscunque electionibus, etiam ad secularia officia prohibitum esse sortis vsum, quia id concludit ratio de periculo assumendi indignos in graue damnum ipsius Reipub. Respondetur enim hoc quòd dicimus, quòd electio secularium dignitatum, vel etiam Ecclesiasticarum ante Canonicam prohibitionem sorte fieri posse, intelligendum cæteris debitis seruatis circunstantiis, & imprimis ne fiat fraus & promiscuè inter dignos, & indignos ita vrbem

&

& mali sorti subiiciantur, eaque cadere possit super indigno, sed tunc demum licita censebitur, si sors mittatur in personas, quas dignas esse constat, vt factum fuit Apostolis in electione Matthiæ, non enim promiscuè inter omnes discipulos miserunt sortem, sed inter Mathiam, & Barnabam, quos dignissimos inter omnes iudicarunt., vt cognoscerent cuiusnam electio Deo esset acceptior, atque ita benè explicant Caiet. 2. 2. *quæst.* 95. *art.* 8 *dubio* 1. Nauar. Azor. Less. Delr. Suarez *num.* 6. & 15. *ad finem*, Sanchez. *num.* 67. *dictis locis*. Castellin. *de elect. cap.* 7. *n.* 21. Lauor. *d. c.* 20. *num.* 37. *in fine*. Quòd si instes hoc casu etiam in electionibus ecclesiasticis licitam, & minimè prohibitam videri electionem hoc modo factam, respondebitur in terminis legis naturalis semota Ecclesiastica prohibitione veram esse consequentiam ex dictis, sed illicitam reddi ex ecclesiastica prohibitione, vt explicat Suarez *d. num.* 6. *cum seqq.*

De Collusione detegenda.

TIT. XXII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Anania, Panorm. Mar. Socin. Guillelmus Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici. fol.* 145. Ioan. de Londr. *in breuiario sanctorum Canonum, fol.* 181. *verso*, Petr. de Rauen. *in compendio iuris Canonici*, Martin. Mesnard. *in epitome Decretal. fol.* 189. Daniel. Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij. pag.* 684. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratilis ad quinque libros Decret.* Bartol. Carthag. *in expositione titul. iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 5. *sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

Colludere est quando actor, & reus litem inter se simulant, alterque se patitur superari vt tertio cuipiam noceat, veluti quando accusator subornatus proprias subornationes dissimulat, falsas verò admittit, vt crimen occultet in præiudicium fisci, quo casu, in criminalibus scilicet, dicitur tantum colludi, non autem in ciuilibus, quia in eis licita est concordia & amicitia inter litigatores, de quorum solummodo interesse agitur, & sic partes non possunt dici colludere Ita Natt. *consil.* 537. *n.* 31. *lib.* 3. Mascard. *de probat. concl.* 322. *n.* 6. Sigis. Scacc. *in tract. de iudic. caus. ciuil. crim.* &c. *lib.* 2. *c.* 9. 11. *n.* 965. Buccar. *de differ. inter iudicia ciuil. & crimin. differ.* 182. *n.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Accusatore desistente ab accusatione potest iudex ex officio suo inquirere super crimine illato.*
2 *Iudex, quando videt accusationem esse suspectam de collusione non debet cessare ab inquisitione.*
3 *Absolutus à iudice per sententiam diffinitiuam. an possit iterum accusari, vel inquiri de eodem crimine, ostenditur.*
4 *Contraria duo possunt procedere diuersis respectibus.*

CAP. Scripta. I.

Greg.

1 ACcusator quando desistit ab accusatione, & conuenit cum accusato in amicitia, iudex ex officio

potest inquirere super illo crimine, ne concordia sit ex præmio facta, & non ex charitate. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anch. Panor. Mar. Socin. Vinian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. p.* 167. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 695. remissiue Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. desumitur ex D. Greg. *lib.* 2. *regist. epist.* 38. *c.* 77. apud Ioan. Diac. *lib.* 4. *c.* 32. *de vita B. Greg.* refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 5. *tit.* 18. *c.* 1. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 48. *c.* 2.

Vt ea, quæ audiuimus, &c.] Notatur ad hoc, quòd quando iudex videt accusationem esse suspectam de collusione non debet cessare ab inquisitione, vt per Marant. *de ordine iudic. p.* 6. *in princ. n.* 45. 2

Hoc necesse est facilius perscrutari] Notatur ad hoc, quòd postquam quis absolutus est à iudice per sententiam diffinitiuam nullo modo potest accusati ab extraneo, vel à iudice inquiri super eodem delicto, nisi prius doceat de præuaricatione primi accusatoris, vel iudicis, vel testium vel tabellionis, vt per Ant. Gom. *var. tom.* 3. *c.* 1. *n.* 26. 3

In gloss. *Qualitas.*] Notatur ad hoc, quòd duo contraria possunt procedere diuersis respectibus, vt per Tiraq. *de nobilit. cap.* 28 *n.* 13. Thom. de Thomassetis *in floribus legum reg.* 101. Farin. *in praxi crimin. p.* 4. *cons.* 30. *n.* 62. asserit quòd malum sub specie boni nequaquam admitti debet exemplo Iudæorum, qui Christum D.N. crucifixerunt, licèt bonum, & vtile fuerit, quia fuimus redempti, tamen puniri fuerunt, quia malo animo, & malo modo fecerunt. 4

SVMMARIVM.

1 *Accusatore & accusato desistente iudex prosequitur.*
2 *Iudex intermissam quocunque modo accusationem suscipere, & ad sententiam vsque prosequi potest.*
3 *Fiscus prosequitur accusationem, desistente accusatore & accusato.*

CAP. Crimina. II.

CRimina semel audita, etiamsi deinde accusator desistat, & paciscitur cum accusato, iudex debet punire. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania. Host. Butr. Anch. Panorm. Mar. Soc. Vinian. *in ratoinali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 168. Alagona *in compend. iuris Canon p.* 695. remissiuè Ximen. *in conc. p.* 1. *&* 2. Sunt verba Ioan. Diac. in vita B. Greg. *lib.* 4. *c.* 32. refertur ab Ant. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 2. 1

Probat hic text. posse iudicem intermissam quocunque modo accusationem suscipere, & ad sententiam vsque prosequi, vt per Corream de Sà *in fragmentis ad l.* 5 *Ordin. Regia Lusitan. verbo crimen n.* 51. *fol.* 20. Desistente enim accusatore, & accusato fiscus prosequitur, Aloys. Riccius *in collect. decis. part.* 5. *collect.* 1813. & in crimine vsuræ. Minal. *decis.* 39. Vinc. de Franc. *decis.* 552. In quibus verò casibus apud nostros Lusitanos possit iudex intermissam accusationem prosequi, declarat Ordin. Reg. *lib.* 5. *tit.* 122. faciunt quæ ad illius intellectum tradit Chald. Pereira *q. foren. in comment. ad l. vnic. C. ex delictis defunc. p.* 1. *n.* 73. 2

Etiamsi accusatus cum accusatore in gratiam rediisset.] Immò ex hoc argumentum & indicium inducitur quòd insimul collusserint, secundùm Bartol. *in l.* 1. *§. præuaricatorem, ff. ad Turpill.* vbi dixit ex accusati, & accusatoris familiaritate satis probari præuaricationem, quod nititur comprobare à simili, quia inquit, sicut præsumitur leno, 3

qui ex adulterio suæ vxoris non indignatur, nec ita scitur *r. mariti lenocinium, ff. de adulter.* ita qui non obstante accusatione criminali familiariter conuersatur cum accusatore, præsumitur colludere, refert, & sequitur Buccar. *de differ. inter iudicia ciuilia, & crimin. differ.* 182. *n.* 3. & 4.

SVMMARIVM.

1 *Colludens in causa beneficiali priuari debet beneficio.*
2 *Collusio inter crimina, & delicta connumeratur.*
3 *Clericus colludens in causa beneficiali debet beneficio priuari.*
4 *Collusio quid sit, & ex quibus actibus iudicetur, ostenditur.*
5 *Vnica suspicio non sufficit ad collusionem probandam.*
6 *Collusio non præsumitur ex amicitia.*
7 *Episcopus quibus casibus possit in beneficiis pensionem imponere, remissiuè*

Cap. Audiuimus. III.

Alexand. III.

1 BEneficiis priuari debent clerici, qui collusionem faciunt in causa beneficiali, v.g. vt si beneficiarius patiatur se molestari ab alio, & postea quasi transigerint, actor cedit liti, & reus dat illi pensionem cum futura successione. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anch. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. p.* 166. Alagona *in compendio iuris Canon p.* 195. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decret lib.* 5. *tit.* 18. *c.* 3. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *part* 28. *c* 12.

2 *Per collusionem huiusmodi*, &c.] Notatur ad hoc, quòd collusio inter crimina, & delicta numeratur, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 26. *n.* 1.

3 *Non differas perpetuò spoliare.*] Ergo clericus colludens in causa beneficiali debet beneficio priuari, vt per Clar. *lib.* 5. *§. fin. q.* 73. *n.* 7.

4 In glos. *Collusione.* ibi, *collusio est inter actorem*, &c. Collusio nihil aliud est quàm quædam fraudulenta conuentio inter actorem, & reum, qua interueniente quandoque delicta manent impunita, vt per Menoch. *cons.* 175. *n.* 17. Et præsumitur in negligenter se in causa gerente, omitente interrogare, probare, appellare &c. Ant. Monach. *Florent. decis.* 17. *n.* 11. *cum seq.* Vel si cura non fuit de suo iure docere, Ant. Monah. *d. decis.* 17. *n.* 14.

5 Et denique colludere duos litigantes quibus detegatur coniecturis, agit latè Menoch *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 26. Et vnica suspicio sufficit ad collusionem probandam. Crauet. *cons.* 997 *n.* 17. Ant. Monach. *d. decis.* 17. *n.* 15.

6 Ex amicitia tamen non præsumitur, vt per Salicet. *in l.* 2. *C de collus. deteg.* Mascard. *de probat. conclus.* 322. *n.* 6. quos refert, & sequitur Flamin. *de confident. quæst.* 75. *num.* 7.

7 In glos. *Pensionem. ibi hæc pensio constitui non potest sine auctoritate Episcopi.* Per hunc text. tenet Butr. Episcopum posse gratia litis & controuersiæ componendæ pensionem imponere alteri soluendam, vt per Azor. *instit moral* 2. *lib.* 8 *cap.* 6. *q.* 1. Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 4. *de simonia, c.* 51. *n.* 18. Episcopi an possint imponere pensiones, & quando, vide Flamin. Paris. *in consid. benef. q.* 28. *n.* 120. Gig. *de pension. q.* 27. *n.* vnic. & *q.* 95. *n.* 11.

Cap Intantum. IV. & fin.

Gregor. VI.

CRimina quando per collusionem absoluuntur, potest vbi hoc constiterit, de nouo acquiri, & accusari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 168. Alagona *in compend. iuris Canon. p.* 196. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

Vide notata *ad cap. de his, sup. de accusat.*

Si de huiusmodi collusione, ac corruptione constiterit, etiam per coniecturas & præsumptiones, vt per Ioan. Andr. *in cap. audiuimus, col.* 1. *supra hoc tit.* Butr. *differentiæ inter iudicia ciuilia & crimin. differ.* 182. *num.* 1. quia delictum hoc præuaricationis, siue collusionis Doctores dixerunt esse difficilis probationis, præsertim Abb. *in d. cap. his, numer.* 8. & Afflict. *in constit. Neapol. incip. sæpè contingit lib.* 2. *num.* 9. Inter alias coniecturas per quas Doctores voluerunt posse probari collusionem, hæc numeratur, videlicet, si inter actorem, & reum post litem contestatam incipiat quidam magnus vsus, familiaritas, seu frequens conuersatio, quemadmodum dicit Abb. *in d. cap. de his*, Bart. *in l.* 1. *§. præuaricatorem ff. ad Turpil.* quos refert & sequitur Marant. *de ordine iudic. in* 6. & *vlt. part. pro. num.* 51.

In glos. *Tergiuersationes.* De tergiuersatoribus, præuaricatoribus, & calumniatoribus, vide Boss. *in prax. crimin. tit. de præuaricat.*

De Delictis puerorum.

Tit. XXIII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Anch. Butr. Anania, Panormit. Marian. Socin. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.* 145. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum fol.* 181. *verso*, Petr. de Rauen. *in compendio iuris Canon.* Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pont. a pag* 687. Goffr. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anth. Germon. *in parat. ad quinque libros Decret.* Barth. Carthagena *in exposit. titulorum iuris Canonici*, nouissime Ioan. Honor. *lib.* 5. *summ. in Decretal.* omnes *in hoc tit.*

De materia huius tit. & an, & quando minores propter delicta ab eis perpetrata puniri debeant, vide apud Lusitanos Ordinar. Regiam *lib.* 5 *tit.* 136. vbi notat parens meus & apud Castellanos *l.* 8. & 9. *tit.* 1. *part.* 7. Doctores *in l. auxilium*, §. *in delictis ff. de minorib.* Bonacos. *communium crimin. part.* 1. *verbo minor. fol.* 114. *vers. & p.* 2. *eod. verbo fol.* 49. Hippol. *cons.* 48. *num.* 54. Ant. Gom. *tom.* 3. *variar. cap.* 1. *num.* 5. Cou. *in Clem. si furiosus, p.* 3. *in initio n.* 5. *ad finem*, vide *hoc ipsum obtinet, & de sponsalib. p.* 2. *c.* 5 *n.* 5 *ad fin.* Dunen. *reg.* 259. Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 60. *a princ.* Grammat. *decis.* 23. *num.* 10. & 11. Thesaur. *decis.* 161. Plac. *de delictis c.* 32. *à num.* 10. Tiraq. *de pœnis temper. causa* 7. & 10. Menoch. *de arbitr. casu* 329. & *cons.* 100. *n.* 28. *cum seqq.* & *cons.* 102. *num.* 47. Maurit. *de in integrum restit. c.* 137. Donel. *comment. iuris Ciuilis, lib.* 1. *cap.* 19. *vers. in delictis*, Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo, vel adulteriis*, Mord. *in emporio iuris, part.* 1. *tit.* 5. *sect.* 3. *q. dolo. num.* 50. *cum seqq.*

rit. 5. quæst. 7. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 3. q. 34. art. 10. latè Farinac. in praxi crimin. part. 3. quæst. 92. num. 42. cum seqq. Molin. de iustitia, tom. 4. tract. 3. disp. 36. n. 6. Aloys. Ricc. in collect. decis. part. 5. collect. 1845. Cardos. praxi iudicum verbo homicidium, num. 31. plures refert Cened. ad Decret. collect. 18. n. 1.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes puniuntur in commissis peccatis, sed mitius quàm puberes.*
2 *Infantiæ proximus an in delictis excusetur ostenditur.*
3 *Minores mitiùs puninntur.*
4 *Pœna ratione minoris ætatis an & quando sit minuenda, ostenditur.*
5 *Minor an, & quando aduersus confessionem delicti factam in iudicio restituatur remissiue.*

CAP. Pueris. I.

Gregor.

1 PVeri grandiusculi puniuntur in commissis peccatis, vt in furto, mendacio, periurio, &c. Sed mitius quàm puberes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Colle & Zabar. Casal. *in annot.* Ioan. Andr. Anan. Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5 iuris Pontif. p. 168.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 696.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 20. c. 1.* vbi tribuitur Augustino.

2 Hunc text. loqui de impuberibus doli capacibus, & proximis pubertati, aduertit Farin. *in praxi crimin. part. 3. quæst. 92. num. 53.* vbi *n. 51.* resoluit proximum infantiæ in delictis ipso iure, & absque restitutionis ope excusari, quod etiam tenent Anton. Gom. *tom. 3. variar. cap. 1. n. 57. vers. & idem est.* Menoch. *remed. 9. recup. num 36. & seqq* Sfort. *de in integrum restit. part. 2. quæst. 80. num. 44.* Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo vel aduersarij dolo, num. 53.* Nam infantes, & infantiæ proximos etiam doli capaces excusari in delictis tenent Anton. Gom. *d. num. 57. vers. in tantum est verum,* Chald. Pereira *d num. 53.* Farinac. *d. quæst. 92. num. 54.* vbi *num. 57.* aduertit text. in præsenti debere intelligi non de doli capace infante, seu proximo infantiæ sed de proximo pubertati, ante enim hoc tempus nullus in impubere consideratur dolus, & ideò malè glossa, & Doctores *in præsenti*, intelligunt hunc text. de puero in septennio, quia debet intelligi de proximo pubertati, prout etiam intelligunt Couar. *de sponsalib. part. 2. c. 6. num. 5. in fine* Duen. *reg. 259. limit. 3. vers. & circa.* Plac. *de delictis, cap. 32. n. 4. vers. ex his omnino falsa est.*

3 *Quamuis in eis non ita vt in minoribus,* &c.] Notatur ad hoc, quod minores mitiùs puniuntur, vt per Bonacos. *commun. crimin. part. 1. verbo minor non debet puniri,* Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 5. collect. 145.* Molin. *de iust. tom. 5. tract. 3. disp. 36. n. 6.* Farin. *d. q. 92. n. 41. cum seq.*

4 An & quando ratione minoris ætatis pœna sit minuenda, vide Tiraq. *de pœnis temper. causa 7.* Duen. *reg. 259.* Menoch. *de arbitr. casu 329.* Ant. Gom. *tom. 3. vari. c. 1. n. 62. cum seq.* Morla *in emporio iuris part. 1. tit. 5. q 7. n. 7. 8. & 9.* An & quando aduersus confessionem delicti factam in iudicio minor restituatur, vide Ias. *in l. si is qui §. 1. n. 7. de iureiur.* Hippol. *in l. 1. §. fin. n. 96. ff. de quæst. & l. inde minor. in princ. n. 57. ff. eod.* Chald. Pereira *d l. si curatorem, verbo vel aduersarij dolo à n. 39.* Sfort. *de in integr. restit. quæst. 65. num. 37.* Fachin. *controuers. lib. 1. cap. 72.* Morl. *d. quæst. 7. num. 12.* Gutier. *in authent. Sacramenta puberum, num. 131. C. si aduersùs vendit.* Farin. *quæst. 81. num. 374. cum seqq.* Sanch. *de matrimon. lib. 7. disp. 112. num. 17.*

In gloss. *Grandiusculis*, 1. in addit. De illo quod scripsit D. Cregor. *cap. 19. lib. 4. dialog.* infantem scilicet quinque annorum à manibus parentum propter assiduas infantis blasphemias à diabolo ereptum fuisse: & de illo quod asserit D. August. ad Rhenatum Episcopum, puerum scilicet septennem, & mentiri, & negare, & confiteri posse, vide Farin. *d. quæst. 92. num. 48.* 6

SVMMARIVM.

1 *Puer non debet ita seuerè puniri sicut maior, nec pater ex delicto filij impuberis tenetur.*
2 *Statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio non valet.*
3 *Consuetudo puniens homicidium pœna pecuniaria non valet.*
4 *Minorem se dicenti incumbit probatio.*
5 *Pubertati proximus, etiamsi doli capax sit, si delinquat mitiùs punitur.*
6 *Pupillus non ligatur, nec comprehenditur sub statuto generaliter loquente.*
7 *Pater pro filio non est conueniendus.*
8 *Lex vel statutum, quod alter pro alterius delicto puniatur est odiosum, & rigore plenum.*
9 *Pater non tenetur soluere pœnam pecuniariam pro delicto filij, etiam ex bonis, quæ pro legitima parte filio deberentur.*
10 *Puer doli capax ex homicidio irregularitatem contrahit.*
11 *Appellandum est à iurisdictione temporali Episcoporum ad Papam.*

CAP. Referentem. II. & fin.

Alex. III.

1 PVer mitius punitur quàm maior, vnde si puer minor 14. annorum sagitta alium interficiat, consuetudine loci minimè obstante, non est puniendus in pecunia, nec pater pro ipso. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Casal. *in annot.* Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5 iuris Pontif. p. 169.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 696.* remissiuè Ximen. *in conc. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 20. cap. 2.*

2 *Secundum consuetudinem illius terræ.*] Quæ quidem irrationabilis erat, & per consequens non obligans, nam eodem modo statutum imponens pœnam pecuniariam pro homicidio, cùm occasionem delinquendi præstet, non valere resoluunt Duen. *reg. 345. vers. 14.* Couar. *variar. lib. 2. cap. 9. num. 2. vers. deinde,* Clar. *§ homicidium, num. 15. vers. sed nunquid,* Kirchou. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 15. num. 70. pag. 499.* Perez. *ad l. 8. Ordin. pag. 255.* Iate Farin. *in praxi crimin. part. 5. quæst. 119. num. 27. cum seqq.* vbi *num. 30.* resoluit quod nec valet consuetudo puniens homicidium pœna pecuniaria. 3

Si constiterit, &c.] Id est, per probationem ab ipso minore factam, cum dicenti se minorem, incumbat probatio, vt per Viuian. *tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 9. de probat. num. 59. pag 480.* Ioseph. Ludouic. Perus. *decis. 56.* Mascard. *de probat. conclus. 666. num. 2. & conclus. 1059. num. 8.* Sfort. *de in integr. restit. part. 1. q. 37.* 4

Menoch. *de præsumpt. lib.* 2 *præs.* 50. *n.* 18. Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo minor ib n.* 10. Sanch. *de matr. lib.* 2. *disp.* 41. *num.* 39. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 6. *cap.* 2. *à n.* 185.

5 *Infra decimum quartum*, &c.] Ergo proximus pubertati, etiamsi doli capax si delinquat mitiùs punitur, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 7. *n.* 6. *ad fin.* Couar. *in Clem. si furiosus. part.* 3. *in initio num.* 5. *post. vers. quis autem dicatur*, Ant. Gom. *tom.* 3. *var. cap.* 1. *num* 62. Clar. *§. fin. quæst.* 60. *vers. sed in omnem casum.* Menoch. *de arbitr. casu* 329. *num.* 2. Sfort. *de in integr. restit. part.* 2. *quæst.* 80. *à num* 47. Maurit. *eod. tract. cap.* 161. *num.* 1. Farin. *d. praxi crimin. quæst.* 92. *num.* 62. vbi declarat verbum *multum*, de quo *in præsenti*, id est, non perfectè vltum, & *n.* 120. resoluit proximos pubertati, & doli capaces non in totum si occiderint excusari, sed bene mitius esse puniendos.

6 *Propter illam consuetudinem non exigat*, &c.] Notatur ad hoc, quòd pupillus non ligatur, nec comprehenditur sub statuto generaliter loquente, vt per Tiraquel. *de præscript. fol.* 105. Bonacos. *tom.* 2. *communium opin. lib.* 9. *tit.* 13. *num.* 74. *pag.* 500. Surd. *decis.* 49. *num.* 9. Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst.* 15. *n.* 51. & 52. Ias. *in §. actiones autem, num.* 83. *Instit. de actionib.* Marsil. *sing.* 581 *n.* 4. & *sing.* 361. *in fine*, Neuizan. *consil.* 17. *n.* 77. *prope med.* Roman. *sing.* 816. *incip. Tu vidisti.* Contrarium verò, immo constitutionem simpliciter loquentem se extendere etiam ad minores, ex *l. si sine, §. Lucius ff. de admin. tutor. & cap. constitutus, de in integr. restit.* tenent Bald *in l.* 1. *n.* 29. *vers. iuxta hoc quæro, C. de confes.* Nart. *cons.* 540. *num.* 2. *lib.* 3. Farin. *de restit. in integr. quæst.* 15. *art.* 2. *num* 62. Tiraquel. *de legib. connub. glos.* 2. *num.* 191. Hinc statutum deferens lucrum dotis vxore præmoriente sine filiis, locum habet etiam in minore dante dotem, seruatis solemnitatibus, Bald. *in l.* 1. *col.* 1. *C. si aduersùs dotem*, vbi Castr. *num.* 4. *cum seqq.* Cuman. *consil.* 109. *in princ. vers. ad primum*, & statutum adimēs robur instrumentis non registratis comprehendit quoque minores, Alexand. *consil.* 119. *num.* 34. *vers.* 9. *dict. lib.* 6. Natt. *consil.* 541. *num.* 16. & 17. *lib.* 3. Roman. *consil.* 166. *num.* 2. *vers. nos autem loquimur, & cons.* 394. *num.* 5. *vers.* 2. Sed vtraque sententia facili negotio componitur, aut enim agitur vt quis teneatur ex aliquo facto extrinseco per ipsum perpetrato, & tunc minor non comprehenditur sub lege, aut statuto, & ita procedit text. *in præsenti*, & Doctores citati pro eo; aut verò agitur vt ex sola lege, aut statuto resultet præiudicium minori sine aliquo ipsius facto extrinseco, & tunc aut minor est habilis & continetur, aut non est habilis, & non comprehenditur, Alexand. *cons.* 119. *num.* 8. *vers. sexto. lib.* 6. *cons.* 61. *num.* 18. *lib.* 7. Roman. *cons* 120. *num.* 1. *cum seqq.* Beroi. *cons.* 68. *num.* 21. *vers. faciunt*, Rot. *in Sabien. Castri montis rotundi* 8. *Febr.* 1627. coram. Reu. D. meo Coccino *vers. quantum attinet, cum seq.*

7 In glos. *Inultum.* ibi. *& pater pro filio non est comeniendus.* Vide Couar. *lib.* 2. *vari. cap.* 8. *num.* 7. *vers. hic*

8 *apparet*, Clar. *lib.* 5. *§. fin. quæst.* 87. *num.* 8. Et lex, vel statutum quòd alter pro alterius delicto puniatur, est odiosum, & rigore plenum, ex Menoch. *consil.* 53. *n.* 10. & *cons.* 119. *num.* 118. vbi *num.* 119. dicit quòd statutum obligans patrem pro debitis filij, odiosum est, & *num.* 120. idem dicit de statuto obligante fratrem pro debito fratris, & *cons.* 100. *num.* 161. asserit hunc text. procedere, vbi agitur de pœna & odio rationali nempe vt vnus pro alio, videlicet pater pro filio, puniatur, quod esset irrationale, & odij plenum, idem Menoch *consil.* 25. *num* 56. & *consil.* 99. *numer.* 18. Marsil. *singul.* 244. *Filius*, & *singul.* 361. *statutum.* Pater enim ex contractu filij non obligatur, Paris. *consil.* 93. *numer.* 14. *lib.* 1. Mantic. *decis.* 308. *numero* 1.

In ead. glos. ibi, *si pecuniaria pœna esset sibi imposita*, Notatur ad hoc, quod pater non tenetur soluere pœnam pecuniariam pro delicto filij, etiam ex bonis, quæ pro legitima, à patre filio deberentur, vt per Cou. *lib.* 2. *var. c.* 8. *n.* 7. Perez *l.* 1. *col.* 9. *tit.* 16. *lib.* 8. *Ord. p.* 323. Greg. *l.* 2. *verbo de la pagar, tit.* 19. *p.* 4.

In ead. glos. ibi, *irregularis tamen non fuit effectus*. Notatur ad hoc, quod puer doli capax ex homicidio irregularitatem contrahit, vt per Paul. Comitol. *resp. moral. lib.* 6. *q.* 19. *à n.* 2.

In glos. *Infra decimum quartum*, fin. ibi, *& potest sumi arg. ex hoc quod ab Episcopo*, &c. Hæc glossa quamvis dicere videtur à iurisdictione temporali Episcoporum ad Papam, & non ad Principem secularem esse appellandum, communiter reprobatur, vt per Francis. Marc. *decis.* 455. *numer.* 10. & 11. *part.* 1. Salzed. et Bernard. *reg.* 397. Bobadill. *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 197.

De Clerico venatore.

TIT XXIV.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Anch. Butr. Anania, Franc. Mar. Socin. Guillelm. Durand. *in Breuario aureo iuris Canon. fol.* 145. Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Mart. Monard. *in epitome Decretal. fol.* 189. *vers.* Dan. Venatores *analysi methodica iuris Pontificij*, à pag. 688. Goffred. Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carranza *expos. tit. iuris Canon.* nouissime Ioan. Honor. *lib.* 5. *sum. in Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

De materia tituli, vide Emman. Sà *in aphorismis verbo venatio*, Fr. Emman. *in sum. tom.* 1. *c.* 35. *cum duobus seqq.* Bernard. & Salzed. *in pract. c.* 70. *in nouiss. impress.* Marta *de iurisdict. part.* 4. *cent.* 1. *casu* 37. *à num.* 17. Iacè Bellet. *disquisit. Clerical. part.* 1. *tit. de disciplina clericali*, §. 19. Campan. *in diuersorio iuris Canon. rub.* 11. *cap.* 23. *num.* 38.

Plura de venationibus, & earum permissione & prohibitione, multiplicisque specie referunt Ordin. reg. Lusitan. *lib.* 5. *tit.* 88. & apud Castellanos, *l.* 1. *cum seq. in* 3. *lib.* 7. *nouæ recop.* Perez *l.* 1. *glos.* 1. *p.* 422. *tit.* 22. *lib.* 2. Ordin. Menoch. *casu* 413. Sebast. Medic. *in tract. de venat. & prescat* plures refert Cened. *ad Decretum. collect.* 56. quibus adde Bernard. Græue *ad pract. Camera Imp. lib.* 2 *concl.* 66. Bellet. *d. §.* 16. Thom. Valasc. *alleg. iuris tom.* 1. *alleg.* 31. Sayr. *in claui Regia lib.* 11. *c.* 9. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 43. Less. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 6. *cum seq.* Azor. *instit. moral. p.* 3. *lib* 5. *c* 16. Rebell. *de oblig. iustitiæ. part.* 1. *lib.* 1. *q.* 14. *à n.* 7. *cum seq.* Vasquez. *in opere moral. tract. de restit. c.* 5. §. 2.

SVMMARIVM.

1 *Clerico prohibetur venatio, & contra facientes punitur.*
2 *Venatio periculosa, & clamerosa clericis interdicitur.*
3 *Venatio in dubio præsumitur, facta causa recreationis.*
4 *Monachis nec recreationis causa venatio est licita.*
5 *Piscatio clericis est permissa.*

9 *Venationem prohibitam exercens clericus quàm pœnam incurrat, ostenditur.*
7 *Princeps iustis de causis venationem prohibere potest.*
8 *Lex à Principe lata venationem prohibens an obliget ad mortale, remissiuè.*
9 *Venationis species triplex.*
10 *Subdiaconus venationem sæpius exercens in casibus sibi non permissis eadem pœna, qua Diaconus, puniendus est.*

Cap. Episcopum. I.

Ex Conc. Aurel.

1 EPiscopo Presbytero, vel Diacono non licet habere canes, accipitres vel huiusmodi ad venandum, quòd si quis in his sæpe detinetur ad voluptatem, suspendatur Episcopus à communione tribus mensibus, Presbyter duobus, diaconus ab omni officio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarrell. Ioan. Andr. Anan. Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 170.* Alagona *in compend. iuris Canon p. 696.* remissiuè Ximen *in concord. p. 1. & 2.* & Casal. *in annot.* referunt Burchar. *lib. 1. Decretor. c. 213.* & Iuo *part 5. cap. 366. & part. 6. cap. 388. & part. 15. cap. 30.* & Ant. Augustt. *collect. 3. Decretal. lib 5. tit. 22. cap. 1.*

2 Collige ex text. venationem clericis interdicti, quod Doctores modo referendi intelligunt si sit periculosa, vt venatio aprorum, & clamorosa, & fit cum armis, asserúntque sanitatis, vel recreationis causa clericos venationibus vti non prohiberi dummodo id faciant cum silentio, & modestia, ita Bernard. *in pract. cap. 70 per totum secundum nouissimam impress.* Guillelm. Benedict. *in c. Raimutius, de testamentis, verbo, & uxorem nomine Adelaasiam, num. 875.* Nauar. *commento de regul. num. 27.* Menoch. *consil. 121. num. 50.* Sylvest. *verbo venatio circa med.* Sebast. Medic. *de venat. piscat & aucupio part. 2. quæst. 7. ex n 17.* Franc. Marc. *dec. 529 n. 9. part. 1.* Illustrissimus D. meus Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem visus *in comment. ad c. 2. dist. 34.* plures quos refert Cened. *ad Decret. collect. 56 n. 8. & 9.* quibus adde Sebast. Neui. *in remiss. ad lib. 2. feudorum tit. 56. quæ sint regalia, n. 273. cum seqq.* Sayt. *in clavi Regia. lib. 11. cap. 9. n. 7* Bellet. *disquisit. clericor. part. 1. tit. de disciplina cleric. §. 19.* Rebell. *de obligat. iustitiæ, p. 1. lib. 1. q. 14. n. 9.* Thom. Valasc. *allegat. iuris tom. 1. alleg. 31. n. 13.* vbi refert ad hoc constitutiones synodales diœcesum Brachar. Olissipon. Elbor. Colimb. Portugal. Visen. & Lamacen. bene Marta *de iurisdict. part. 4. cent. 1. casu 57. à n. 17.* vbi aduertit

3 clericos per hunc text. non esse regulariter prohibitos venari, sed tantùm si ad voluptatem venati fuerint, & sæpiùs in ipsa voluntate detenti: in dubio tamen venationem præsumi factam causa recreationis tenent Anania hîc *colum. 1.* Alexand. *consil. 72. numer. 13. vol. 1.* Menoch. *d consil. 221. num. 51 & de præsumpt. lib. 5. præs. 3. num. 116.* Bellet. *d. §. 19. n. 7.* Monachis verò quòd nec

4 recreationis causa venatio licita sit, quamuis proprios redditus in venatione habeant, asserit Perez *l. 1. tit. 22. lib. 2. Ordin.* quam refert. & sequitur Salzed. *ad Bernard. d c. 70. lit C.*

5 Piscatio autem est clericis permissa, tum quia cessant in ea illæ rationes quibus est prohibita venatio, tum etiam quia piscatio habet exempla virorum Sanctorum, nempe Apostolorum, quos piscatores ad se Saluator noster vocauit *Matt. 4. Marci 1. & Lucæ 5.* ita Salzed. ad Bernard. *d. c. 70. lit. A. vers piscatio,* Menoch. *de arbitr casu 413. num. fin.* Iacob de Graffiis *in aureis decis. part. 2. lib. 3. cap. 3. vers. sexta,* Azeued. *l 1. num. 3. vers. nisi & piscatio, tit. 8. lib. 7. nouæ recop.* Bellet. *d. §. 19. numero 8.* vbi intelligit dummodo non fiat in solemnitatibus maioribus, aut animo negotiandi.

Si Episcopus est, tribus mensibus, &c.] Nota Episcopum venationem prohibitam exercentem, id est, in voluptate venandi sæpius detentum, suspendi tribus mensibus, Presbyterum duobus, Diaconum verò ab omni officio, ita Bernard. *d c. 70. n. 1.* vbi refert huiusmodi pœnam habuisse originem à Concilio Aurelian. de quo in hoc tex. & *in c. Episcopum 34. dist.* & *ibi* aduertit hæc iura non inueniri in d. Concilio Aurel. sed in Concililio Agathensi *can. 55.* qui incip. *Episcopis,* addítque magnam esse differentiam inter pœnam Presbyteri & Diaconi de qua hîc, eo quòd cum Presbytero habente præfinitum tempus suspensionis dispensare non potest Episcopus, cum Diacono verò maxime. Illud tamen aduertere necesse est Episcopum, Presbyterum, & Diaconum antequam puniantur admonitos debere esse tribus præceptis ne venentur, Menoch. *d. cons. 221. n. 52.* Bellet. *d. §. 19. n. 6. veruntamen.* 6

Quamuis libertas venandi sit de iure naturali, seu gentium ex *l. 1. in fine cum seq. ff. de acquirendo rerum dominio. §. feræ Instit. de rerum diuis.* poterit Princeps iustis de causis venationem prohibere, inferiorésque teneri ad parendum huic mandato, vt resoluunt plures quos refert Cened *d collect. 56 n. 3.* quibus adde Mich. Salon. *2. 2. quæst. 62. art. 3. controu. 3.* vbi Bann. *dub. 5.* & Petr. de Aragon *dub fin.* Gregor. de Valent. *tom. 3. disp. 5. q 6. puncto 5. dub. 6.* Fr. Emman. *in sum. p. 1. c. 35.* Aloys. Ricc. *in collect. decis part. 4. collect. 104.* Lodou. Rodolph. *de suprem. seu absoluta Principis potest. conclus. 16. n. 123. cum seq.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imp. lib. 2. concl. 68. consid. 1.* Marta *d part. 4. casu 57. n. 10.* Molin. *de instit. tr. 2. disp. 43.* Farin. *in praxi crim. q. 174. n. 92.* Sayr. *d. c 9. n. 6.* Lessi. *de iustit. lib. 2. c. 5. dub. 7.* Azor. *instit. moral part. 3. lib. 5. c. 16. q 1.* Vtrùm autem lex à Principe lata venationem prohibens obliget ad mortale, vide Mexi. *in tract. tassæ panis, concl. 3. n. 29.* & per citatos à Cened. *d. collect. 56. n. 6.* quibus adde Azor. *d. c. 16. quæst. 5.* Lessi *d cap. 5. dub. 9* Rebell. *d q. 14. n. 15.* Vasquez *in opere moral. tract. de restit. c. 5. §. 2. dub. 5.* Et an liget clericos, vide Salzed. ad Bernard. *d. cap. 70. vers. sed quid,* Marta *loco proximè citato.* 8

In gloss. *Voluptate.* ibi, *quædam enim venatio dicitur oppressiua,* &c.] De multiplici venationis specie, oppressiua scilicet arenosa, & saltuosa, vide Menoch. *d. casu 413. num. 3.* Iacob. de Graffiis *d. c. 3. num. 1.* Cened. *collect. 56. n. 1.* 9

In gloss. *Officio.* ibi, *vel subdiacono.* Notatur ad hoc, quòd subdiaconus venationem sæpiùs exercens in casibus sibi non permissis, vt *suprà* eadem pœna, qua & Diaconus puniendus est, vt per Bernard. *d. c. 70. n. 2.* vbi *n. 3.* resoluit cæteros clericos in minoribus arbitrariè esse puniendos, ex quo pœna non est statuta, vide *ibi* Salzed. *lit. B.* 10

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text refertur.*
2 *Venationes, & syluaticæ fatigationes cum canibus, & accipitre omnibus Religiosis interdicuntur.*
3 *Canes accipitres, & falcones pro venatione, & aucupio tenere prohibitum est clericis.*

Cap. Omnibus II. & fin.

VEnationes, & syluaticę vagationes cum canibus, & accipitribus, ac falconibus interdicantur omnibus seruis Dei. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. p.* 170. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 698. remissiuè Ximen. *in cons. p.* 2. refertur Burcard. *lib.* 2. *Decretor. c.* 114. Iuo *part.* 3. *c.* 289. *p.* 12. *c.* 29. & Ant. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 22. *cap.* 2.

2 Probat hic text. omnibus religiosis interdici venationes, & syluaticas farigationes cum canibus, & accipitre, aut falcone, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *num.* 407. Monachis autem nec recreationis causa venatio licita est etiamsi proprios redditus in venatione habeant vt per Salzed. ad Bernard. *in pract. c.* 70. *lit. C.*

3 *Et accipitres, & falcones,* &c.] Notatur ad hoc, quòd canes, accipitres, & falcones pro venatione, & aucupio tenere clericis prohibitum est, vt per Franc. Marc. *decis.* 529. *n.* 5. Camil. Borel. *de Magist. edict. lib.* 4. *c.* 3. *n.* 58. & *in summ. omnium. decis. tit.* 11. *n.* 42.

De Clerico percussore.

Tit XXV

SVper hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Anch. Butr. Anania, Panor. Mar. Socin. Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Mart. Mesnard. *in epitome Decretal. fol.* 189. *verso*, Daniel. Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij. à pag.* 692. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Cartag. *in expos. tit. iuris Canon.* nouissime Ioan. Honor. *lib.* 5. *sum. in Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

Cap. Si qui. I.

Ex Concil. Agathen.

1 CLericus in Sacris si est percussor, corripiendus est à crimine, & si se non emendat, deponendus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. p.* 170. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 697. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. referunt Burchard. *lib.* 2. *Decretor. c.* 190. & Iuo. *p.* 6. *c.* 215. & Ant. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 5. *tit.* 8. *c.* 1.

2 Notatur hic text. ad hoc quòd clerici ob statūs decentiam ab omni debent se abstinere percussione tam priuata, quàm publica auctoritate facta, vt per Sayr. *in Claui Regia. lib.* 7. *c.* 11. *num.* 2. Filij Aaron Sacerdotes clangent tubis, vt est *num.* 10. *vers.* 8. non pulsabunt hostem manibus, increpuitque Petrum quantumuis pro se pugnantem, Christus *Math.* 26. Clericum etenim non esse percussorem exigit *Apost.* 1. *Timoth.* 3. & *ad Titum* 1. Neque solùm exemplo, sed & verbo percussorem condemnat Dominus *Matth.* 24. de hac re Concil. Trid. *sess.* 13. *de reform. c.* 1. Sunt tamen & Ecclesiasticis sua arma, sed spiritualia, Apost. 2. *ad Corinth.* 19. & arma lucis ad *Roman.* 13. quæ arma sunt lectio, & oratio, his diabolus expugnatur, vitia reprimuntur, virtutes nutriuntur, æterna beatitudo acquiritur, vt ex S. Augustin. referunt Burchard. *lib.* 2. *Decretal. c.* 10. Iuo. *p.* 6. *c.* 177.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus, qui crudeliter aliquem fustigare facit, suspenditur duobus mensibus a Missarum administratione & n.* 2.

3 *Vulneratus ex longo interuallo non præsumitur ex vulnere decessisse.*

Cap. Præterea. II.

Greg.

EPiscopus qui crudeliter iubet aliquem fustigari, licèt ex hoc non moriatur, quia post octo menses moritur tamen duobus mensibus à Missarum administratione suspenditur. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. p.* 171. Alagona *in compendio iuris Canon. p.* 697. remissiuè Ximen. *concord. p.* 1. desumitur ex D. Greg. *lib.* 2. *regist. epist.* 44. *c.* 83. *indict.* 11. referunt Burchard. *lib.* 1. *Decret. c.* 191. & Iuo *part.* 5. *c.* 310. & Ant. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 5. *tit.* 21. *c.* 2.

Probat hic text. duobus mensibus à Missarum celebratione suspendendum Episcopum, qui crudeliter aliquem fustigare facit; oportet enim Episcopum non esse percussorem, id est non ad vindictam facilem. Greg. *lib.* 11. *epist.* 46. relatus *in c. si quid* 86. *dist. init.* Octauus canon, qui Apostolorum est, hunc in modum habet. *Episcopum, aut Presbyterum, aut Diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles iniqua agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deici ab officio præcipimus; quia nunquam nos docuit hoc Dominus, sed è contrario ipse cum percuteretur non repercutiebat, cum malediceretur non maledicebat, cum peteretur non comminabatur.* Clericum profecto summopere dedecet, vt eus violenter manus alicui iniiciat, quæ Deo solemni titu consecratæ sunt, quæ extensæ pro omnibus numini supplicant, quæ in eius honorem tremenda corporis, & sanguinis Christi mysteria peragunt. Multa ad hoc propositum cumulaui *in meo tract. de officio, & potestate Episcopi p.* 1. *tit.* 2. *gloss.* 12.

Cum post octo menses decesserit, &c.] Ergo ex diuturnitate temporis, & ex logo interuallo vulneratus non presumitur decessisse ex vulnere, de quo, & an verum sit, & quomodo intelligēdum vide Doctores per me citatos *ad c. Presbyterum* 7. *n.* 4. & 5. *sup. de homicid.* quibus adde Ayrer. *in tract. de homicidio, part.* 2. *num.* 51. & *num.* 64. *vers. primum itaque*, Farin. *in praxi crimin. part.* 5. *quæst.* 127. *n.* 31. & 40. Mascard. *de probat. concl.* 1073. *num.* 4. Baiard. *ad Clar. § homicid. post. n.* 166. vbi tenet posse iudicem arbitrari vulneratum ex vulnere decessisse, etiam post octo menses, quando vulnus est mortale.

SVMMARIVM.

1 *Clericus vt homicida non punitur si fuit ipse in ipsius actu pro parte violentiam repellentium, licet ibi aliquis mortui sint, & ipse lapides proiecit ex quo nullum ipse percussit.*

2 *Prohibitum ad tempus, post illud censetur permissum.*

Cap

Cap. Præsentium. III.

Alexand. III.

1 CLericus qui est presens in conflictu, sed ex parte repellentium vim, & lapides iecit, & nullum percussit, sunt tamen ab aliis aliqui interfecti, suspenditur per biennium à celebratione Missarum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocen. Collect. Zabarrell. Ioan. Andr. Anan. Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 171. Alagona *in compend. iuris Canon. p.* 697. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Augustin. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 21. *c.* 3. & est post Concil. Lateran. *p.* 26. *c.* 11.

2 *Decurso huiusmodi temporis spatio*, &c.] Notatur ad hoc, quòd prohibitum ad tempus, post illud censetur permissum, vt per Tiraq. *de retractu conuent. §. gloss.* 2. *num.* 48. Surd. *decis.* 75. *n.* 1. & *cons.* 257. *n.* 18. & *cons.* 294. *n.* 6. D. Barbos. *in l. cum prætor in princip. n.* 45. *ff. de indic.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 65. *n.* 8 Brunor. à Sole *in locis communib. verbo prohibitio* 16. Et limitatum ad tempus, non extenditur vltra illud tempus, Menoch. *consil.* 151. *n.* 46.

Cap. Continentia. IV. & fin.

Cælest. III.

1 CLericus qui in iusto conflictu, v. g. ad resistendum prædonibus cum aliis arma sumpsit, in quo aliqui fuerunt interfecti, sed ipse neque facto, neque consilio interfecit, potest vlterius ordinari in subdiaconatu tantùm, & ministare ex dispensatione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Butr. Anch. Henric. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. p.* 171. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 698. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 2. *Decret. lib.* 5. *tit.* 10. *c vnic.*

Vide quæ dixi *ad cap. petens* 17. *sup. de homicid. pag.* 243.

De Maledicis.

Tit. XXVI.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Anch. Butr. Anania, Panorm. Mar. Socin. Petr. de Rauen. *in compendio iuris Canon.* Mar. Mesnard. *in epitome Decretal. fol.* 190. Daniel. Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij. à p* 694. Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Bartol. Carthag. *in expositione titul. iuris Canon.* Zipæus *in analytica postremi iuris Eccles. enarrat pag.* 420. Caniss. *in summ iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 5. *sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. vide Bernard. *in pract. cap.* 69 *in nouiss. impress.* Decian. *tractat crimin lib.* 7. *c.* 50. Bernard. Muscatell. *in pract. crim tit. si quis Imperatori maledixerit*, Cassan. *in catalogo gloriæ mundi part.* 5. *consid.* 6. Menoch. *de arbitr. casu* 377. Perez. *l.* 34. *vers. vtrum autem liceat, tit.* 3. *lib* 8. *Ordin pag.* 75. & *l.* 1. *vers. est præterea adnotandum tit.* 7. *eodem lib.* 8 *pag.* 197. plures Doctores, quos refert Cened. *ad Decretal. collect.* 146. *n* 1. quibus adde Molin. *de iustitia tract.* 2. *disp.* 688. *vers. qui autem Principi*, Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 32. *art.* 4. Cardos. *in praxi fori indicum, verbo maledictio n.* 4. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *q.* 105. *insp ect.* 10. & *part.* 4. *quæst.* 113. *insp ect.* 1. *n.* 1. *in fine*, Pradil *in summa legum pœnal. part.* 1 *cap.* 4. Illust. D. meum Rodericum à Cunha *in comment. ad c. clericus maledicus* 5. *dist.* 46. & agit apud Lusitanos Ordin. Regia *lib.* 5. *tit.* 7. & apud Castellanos *l. final. tit.* 2. *p.* 7. & *l.* 3. *tit.* 8. *lib.* 8. *Ord. & l.* 3. *tit.* 4. *lib.* 7. *nouæ recop. & l.* 11. *tit.* 26. *eodem libro.*

SVMMARIVM.

1 *Maledicus Papæ puniendus est, vt alij deinceps deterreantur.*
2 *Papæ maledicens est puniendus,*
3 *Papatus dicitur beneficium.*
4 *Iniuria dicitur grauis illa, quæ multis adstantibus, videntibus & audientibus facta est.*
5 *Maledicentes contra Romanam Ecclesiam puniuntur.*
6 *Iniuria non censetur remissa in foro fori per Confessionem peccatoum.*

Cap Innotuit. I.

Clem. III.

VErba proferens contra officium, vel beneficium 1
Papæ est puniendus, ne de cetero contra Ecclesiam Romanam loquatur, & aliis sit terror. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anch. Panorm. Mar. Socin. Cened. *collect.* 146. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij, pag.* 172. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 698. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Augustin. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 11. *de clerico maledico, c. vnic.*

Collige ex tex. maledicentem Papæ esse puniendum, 2
vt per Bernard. *in pract. c.* 69 *in nouissima edit.* Plac. *de delictis, lib.* 1. *c.* 4. *n.* 2. *in fine*, Farin. *in praxi crim. p.* 3. *q.* 105. *n.* 394. *cum seqq.*

Illud profectò demissi, & patientissimi iniuriarum animi exemplum est quòd de sanctæ mem. Pio V. narrat Petr. Matthæus *in summa constitutionum summorum Pont. Bulla* 3. *eiusdem Pij V. in fine. p. mihi.* 514. & habetur in breui enarratione gestorum sanctissimi Pontif. Pij V. ex processibus & probatis auctoribus digesta per Fr. Archangelum Caracciam *pag.* 35. nam cùm nebulo quidam obscurus famosum carmen contra Summum Pont. ineptum quidem atque insulsum, sed maledicum, ac contumeliosum Pasquillo affigeret, summo studio, ac diligentia inuestigatus ex quibus indiciis esset, & tandem comprehensus, & Pontifici oblatus, existimarunt omnes grauissimè fore animaduertendum. Iussus est à Pontifice carnem suum recitare, deinde interrogauit quo consultore, aut impulsore ea ausus esset, constanter respondit se non nisi mali dæmonis id instinctu compossuisse; quòd cùm pro sua benignitate credidisset, addidit benignitati clementiam, atque animi magnitudinem singularem. Si tu, inquit, mihi vt Summo Pont. maledixisses, non ferres impune; verùm quia in Pium V. non es conuitiatus, sed in Fratrem Michaëlem, in monachum Scarpon. in Cardinalem Alexandrinum conuicia iactasti, id ego non prosequar, nec tu Gubernatorem eo nomine, vel pœnam aliquam metuens, abi liber quo velis; ego verò humilitatem generis mei, vitæ, & habitus (siquidem & calceos crassiores in conuicium vocas) semper & animo retinebo, & libens considebor, & ero vilis in oculis meis, & abiectus coram Domino.

Beneficij

3 *Beneficij nostri.*] Ergo Papatus dicitur beneficium, vt per Corras. *part.* 1. *parap. cap.* 1. *num.* 3. Selua *de beneficiis, part.* 1. *quæst.* 2. *num.* 8. & 26. Rebuff. *in praxi benef. part.* 1. *tit. seculare beneficium, quotuplex sit n.* 3. Cened. *ad Decret. collect.* 146. *n.* 5. Gonz. *ad reg.* 8. *Cacell. glos.* 4. *n.* 61. vbi *n.* 62. tenet quod Papa debet habere maiorem scientiam reliquis omnibus, cum sit Præpositus curæ totius Christianitatis. Seb. Cæsar. *de eccles. hierarch. q.* 2. *proœm.* §. 4. *n.* 2.

4 *Multis coram adstantibus.*] Notatur ad hoc, quòd illa iniuria dicitur grauis, quæ multis adstantibus, videntibus, & audientibus facta est, vt per Nicas. *in §. atrox num.* 3. *Inst. de iniur.* Anton. Gomez *variar. tom.* 3. *c.* 6. *sub num.* 4. Menoch. *de arbitr. casu* 263. *n.* 24. Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *quæst.* 105. *n.* 185. & *consil.* 30. *num.* 28. *lib.* 1.

5 In glos. *A temeritate.* ibi, *sed quatenus contingit. Romanam Ecclesiam.* Notatur ad hoc, quòd maledicentes contra Romanam Ecclesiam puniuntur, vt per Farin. *d. quæst.* 105. *num.* 397. Qua autem pœna puniantur Principi, vel cuicunque alij maledicentes, vide Syluest. *in sum. verbo maledicto,* Gig. *de crimine læsæ maiest. lib.* 1. *quæst.* 40. Nauar. *in man. c.* 23. *num.* 117. Sebast. Medic. *in summ. peccat. part.* 1. *tit.* 4. *ex quæst.* 68. Mandos. *in praxi tit. de ingrat. c.* 62. *casu* 100. Auil. *ad c.* 25. *Prætor. in glos. lepragmatica num.* 4. Perez *l.* 34. *ex pag.* 75. *in fine vers. vtrum autem liceat aliquem maledicere, tit.* 3. *lib.* 8. *Ordin. & l.* 1. *vers. est præterea adnotandum tit.* 7. *eod. lib.* 7. *p.* 19. Menoch. *casu* 377.

6 In ead. glos. ibi, *sed rancorem sic.* Notatur ad hoc, quod iniuria non censetur remissa per confessionem peccatorum dum pœnitens in manibus sacerdotis illam iniurianti remittit, talis enim remissio intelligitur facta quoad rancorem, & odium non autem quoad satisfactionem, & in foro fori, vt per Couar. *variar. lib.* 2 *c.* 10. *num.* 17. *in princip. & vers.* 3. *constat.* Clar. *in pract.* § *fin. quæst.* 58. *vers. sed in proposito,* Iacob de Graffiis *in aureis decisionibus, part.* 1. *lib.* 1. *c.* 137. *num.* 4 *in fin.* Mascard *de probat conclus.* 902. *num.* 3. & *concl.* 1156. *à n.* 25. Farin. *d. quæst.* 105. *n.* 376. vbi *n.* 377. limitat nisi in manibus Sacerdotis sit per pœnitentem facta plenè remissio, tunc enim censetur etiam remissa iniuria in foro contentioso.

13 *Monetam sciens esse mutandam si soluat, mutuet, vel det illam ante legem, an teneatur ad restitutionem remissiuè.*

Cap. Statuimus II. & fin.

Greg. IX

EPiscopus præcipiat, vt blasphemans publicè per septem dies Dominicos existat præ foribus Ecclesiæ in manifesto, dum fiunt Missarum solemnia, & vltimo die pallium, & calceamenta non habeat, & ligatus corrigia circa collum, & ieiunet septem festis precedentibus in pane, & aqua, nec in Ecclesiam ingrediatur, & si potest quolibet die horum reficiat tres, vel duos, vel vnum pauperem, vel si non potest reficere, alia pœnitentia iniungi debet, & si non vult facere prædictam pœnitentiam, interdicendus est ingressus Ecclesiæ, & in morte ecclesiastica sepultura priuandus. Item Princeps secularis hunc punire tenetur si est diues in quadraginta solidis, alioquin in triginta, vel viginti, vel saltem in quinque & hoc siue blasphemet Deum, siue Sanctos, & multo magis B. Virginem, & si iudex secularis est negligens, Episcopus illum cogat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostien. Butr. Arch. Panor. Mar. Socin. Cened. *collect.* 126. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 173. Alagona *in compend. iur. Canon. p.* 698. remittiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord p.* 1. & 2.

Hic ponitur pœna blasphemantibus Deum, aut aliquem Sanctum, de qua etiam habetur apud Lusitanos in Ordin. Regia *lib.* 5. *tit.* 1. vbi Parens meus, & apud Castellanos *l.* 1. *tit.* 28. *p.* 7. vbi Greg. & *l.* 5. *tit.* 4. *lib.* 8. *noua recopil.* vbi Azeued. aguntetiam Clar. *in pract.* § *blasphemiæ,* Bonac. *commun. crimin. part.* 1. *verbo blasphemia. fol.* 16. Boër. *decis.* 301. Iacob. Simanch. *in cathol. tit.* 9. & *de Cathol. instit. tit.* 8. Mantu. *sing.* 545. Alphons. de Castro *de iusta hæret. punit. lib.* 1. *c.* 12. Nauar. *in man. c.* 12. *ex num.* 81 & *in cap. inter verba* 11. *quæst.* 3. *conclus. ex num.* 613. Maiol. *de irregular. lib.* 5. *c.* 32. Lindan. *Lop. in instruct. conscient. part.* 1. *c.* 51. Caballin. *miscell.* 500. Rojas *de hæret p.* 2. *assert.* 12. *ex num.* 168. *vsque ad n.* 180. Lel. de Zanchis *de priuil. Eccles. priuil.* 150. Pet. de Salazar *de vsu & consuetud c.* 5. *ex num.* 26. Hinad. *l.* 6. *ad textum ex num.* 3. *tit.* 6. *part.* 2. Auend. *de exequendis mand. lib.* 2. *c.* 5. Anton. *cap de iure non scripto lib.* 5. *tit.* 35. Illustrissimus D. Roderic. à Cunha *in comment ad c.* 4. *num.* 7 *dist.* 25. Menoch. *de arbitr. casu* 319. *num.* 16. *cum seqq. & casu* 375 & *seq. & de præsumpt. lib.* 5. *presumpt. num.* 29. Mascard. *de probat. conclus.* 194. *cum seq.* Petr. *ad rub. tit.* 8. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 137 & *pag.* 203. Rebuff. *de reprobat. test. num.* 55. Azeued. *l.* 1. *tit.* 4. *lib.* 8. *noua recopil.* Auend. *de exequendis mandatis, part.* 2. *c.* 5. à principio. Flamin. *de resignat. lib.* 5. *quæst.* 6. *num.* 65. Decian. *in tract. crimin. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 1. *cum seqq.* Bernard. & Saluzol. *in pract. cap.* 113. *in nouiss. edit.* Vincent. de Franch. *decis.* 504. Thesaur. Pedemon. *decis.* 242. Franch. Nauc. *decis.* 509. plures quos refert Cened. *ad Decretal. collectan.* 126. Steph. Quarant. *in summa Bullarij verbo blasphemi,* Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo casus,* Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst.* 20. Sayr. *in clauis Regia lib.* 6. *c.* 13. *num.* 23. *cum seqq.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib* 4. *quæst.* 9. Bernard. Moscatel. *in pract. crimin. tit de blasphemia.* Marta *de iurisdict. part.* 2. *c.* 13. Azor. *instit. moral. part.* 1. *lib.* 11. *c.* 3. *q.* 2. Sanch. *in præcept. Decalogi, lib.* 2. *c.* 32. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 18. *n.* 195. *cum seq.* Camp. *in diuers. iuris Canon. rub.* 11. *c.* 24. *à n.* 66.

Vtrùm verò ille, qui calore iracundiæ blasphemans

tale

SVMMARIVM.

1 *Pœna blasphemātis Deum vel aliquem sanctum & præcipuè gloriosissimam Virginem, ponitur.*
2 *Doctores referuntur de blasphemiis, & blasphemantibus agentes.*
3 *Blasphemans calore iracundiæ an mitius sit puniendus, remissiuè.*
4 *Blasphemantes ebrij minores mulieres. & rustici, quibus pœnis puniantur, remissiuè.*
5 *Blasphemantes contra aliquem Sanctorum, quas pœnas incurrant, remissiuè.*
6 *Blasphemiæ crimen est mixti fori.*
7 *Iudex ecclesiast. pro executione suæ sententiæ potest implorare brachium iudicis secularis.*
8 *Iudex secularis sub pœna excommunicationis potest cogi ad præstandum brachium suum Ecclesiastico.*
9 *Nobiles mitius puniuntur.*
10 *Moneta debet solui vsualis, & in loco frequentata.*
11 *Debitor tenetur recipere suum debitum, vel condemnationem in suum fauorem factam in moneta quantumcunque minutissima.*
12 *Aureos auri qui tenetur soluere non potest soluere nisi aurum.*

uit mitiùs sit puniendus, vide Tiraquel. *de pœnis temperandis causa 1. n. 14.* Viuian. *decis. 275.* Barz. *Bononia decis. 135.* quos refert Aleys. Riccius *in collect. decis. p. 2. collect. 75. in medio.* Cened. *ad Decret. al. collect. 126. n. 3.* Menoch. *casu 319. à n. 32. & casu 375. n. 32.* Decian. *d. lib. 6. cap. 5. num. 9.* Auendan. *d. cap. 5. n. 12. in princ.* Farin. *d. quæst. 20. n. 47. cum seqq. & quæst. 91. n. 9.* De

4 ebrio vide Anton. Scap. *de iure non scripto lib. 5. c. 135. ex n. 2.* Perez *ad rub. tit. 8. lib. 8. Ordin. vers. vtrum autem ebrius, pag. 203.* Humad. *l. 60. n. 6. tit. 6. part. 1.* Aragona *in addit. ad Palat. in alleg. de hæresi lit. B. la 2.* vbi etiam de mente capto, blasphemo. Auendan. *d. c. 5. num. 19.* Decian. *d. cap. 5. num. 8.* Farin. *d. q. 10. n. 50.* de minore vide Decin. *d. cap. 5. n. 5.* Farin. *part. 3. tit. de pœnis temperandis, quæst. 92. num. fin.* De muliere vide Farin. *d. part. 3. quæst. 98. num. 19.* vbi refert se vidisse Venetiis plures flagitiosas fœminas propter blasphemiam in linguæ abscissione punitas. De rustico vide Decian. *d. cap. 5. num. 10.* Farin. *d. quæst. 20. n. 51. cum seqq* & de omnibus Campan. *d. rub. 11. cap. 26. n. 85.* remissiuè Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, part. 3. alleg. 51. num. 10.*

5 *Vel aliquem Sanctorum suorum.*] De blasphemantibus contra aliquem Sanctorum, & quas pœnas incurrant, vide citatos per Me *d. alleg. 61. n. 91.* & Farin. *d. quæst. 20. n. 25. cum seqq.* Soar. *de Religione, tom. 1. tract. 3. lib. 1. cap. 5. n. 6.* Decian. *d. lib. 6. cap. 2. n. 19.* Sanch. *in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 32. n. 27.* Et an blasphemia in Deum, seu B. Virginem specie distinguatur ab ea, quæ emittitur in Sanctos, vide Campanil *d. cap. 26. num. 79.*

6 *Per temporalem præterea Potestatem,* &c.] Ergo blasphemiæ crimen, tanquam mixti fori potest etiam per temporalem potestatem puniri, de quo vide Ordina. Regiam Lusitan. *lib. 2. tit. 9. in princip.* Auend. *d. cap. 5. num. 11. & 12.* Curiam Philip. *part. 3. §. 2. n. 15.* Marta *de iurisdict. part. 2. cap. 13.* Azor. *d. part. 1. lib. 9. cap. 28. q. 5.* Sanch. *d. lib. 2. c. 33. n. 37.* post Clar. Couar. & alios Marian. Antonin. *vari. resolut. lib. 3. resol. 12. n. 1.* & plures quos refero ego ipse *d. alleg. 51. n. 94.* Farin. *d. quæst. 20. n. 39. & tract. de hæresi, quæst. 178. n. 76.* vbi resoluit contra consuetum blasphemare, & monitum blasphemare non cessantem Inquisitores posse procedere. Et de hæreticalibus blasphemiis, & quod de eis Inquisitores cognoscunt, dixi *d. alleg. 51. n. 89.*

7 Notatur etiam ad hoc, quòd iudex Ecclesiasticus pro executione suæ sententiæ potest implorare brachium iudicis secularis, & dictus secularis iudex tenetur illud impertiri, & sententiam prædictam exequi, vt per Cou. *practic. cap. 10. n. 1* Farin. *in praxi crimin. p. 3 q. 97. n. 81. cum seqq.*

8 *Coactione.*] Ergo si iudex seculatis non vult brachium suum præstare Ecclesiastico, potest ad id cogi, sub pœna scilicet excommunicationis, vt per Maranc. *disput. 1. n. 8. vers. item potest iudex.* Menoch. *de arbitr. casu 452.* Ballacomb. *tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. 1. n. 118. pag. 367.* Auiles *ad cap. 10. Prætor. verbo vsurpan. n. 21.* Perez *l. 4. tit. 1. lib. 3. Ordin. pag. 473.* Decian. *d. lib. 4. cap. 10. n. 3. vers. Octauo.* Bobadil. *d. lib. 2. cap. 17. num. 80.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom 1 quæst. 8. art. 14.* Farin. *in praxi crimin. quæst. 97. num. 82.* Modern. *de iurisdict. part. 1. c. 52. num. 1.* Ludouic. Rodolphin. *in tract. de brachio seculari num. 45.* Sanctar. *de hæresi c. 6. dub. 4. n. 23. vbi citato* Diana *resol. moral. p. 1. tract. 2. resol. 120.*

9 *Nullam in hoc misericordiam,* &c.] Notatur ad hoc quòd nobiles mitiùs puniuntur, etiam quòd lex, seu constitutio pœnalis expressè dixisset delinquentem, nullam misericordiam consecuturum, vt per Tiraq. *de pœnis temperan. causa 31. n. 2. de nobilit. c. 20. n. 19.* Farinac. *in praxi crimin. par. 3. quæst. 98. num. 97.*

Vsualis monetæ.] Ergo moneta debet solui vsualis, 10
& in loco frequentata, prout cum communi resoluit Chald. Pereira *de emptione, & vendit. cap. 22. n. 36.* in
qua quantumcunque minutissima tenetur debitor 11
recipere suum debitum, vel condemnationem in suum fauorem factam, de quo vide Tiraquel. *de retract. tit. 1. §. 1 glos. 20. n. 4. & 5.* Mexi *in tract. tassæ panis concl. 7. verbo maranedis pag. mihi 130.* Gutier. *pract. lib. 2. q. 173. à princip.* Gasp. Roderic. *de annuis reddit. lib. 2. quæst. 15. num. 92. vers. sed quid:* qui enim tenetur soluere aureos 12
auri, non potest soluere nisi aurum, si liquidò constet id actum fuisse, quod pretium in aureo solueretur, non in argentea pecunia, secus si nullus fuerit habitus respectus aureæ pecuniæ, sed quantitatis duntaxat, de quo vide Couar. *in tract. de veterum numismatum collat. cap. 8. 7 vni. num. 2.* Surd. *consil. 405. num. 32.* Paul Comitol. *responsor. moral. lib. 3. quæst. 44. num. 7.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 55. n. 26. cum seqq.* Chald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 13. n. 17.* An sciens mo- 13
netam esse mutandam si soluat, mutuat, vel det illam ante legem, teneatur ad restitutionem, vide Affl. *dec. 399. n. 9.* Pinel. *in l. 2. C. de rescind. vendit. part. 3. cap. 2. num. 22.* Anton. Gomez *tom. 1 variar. cap. 2. n. 32. in fine,* Menoch. *de arbitr. casu 185. num. 20. & 21.* Mexia *in d. tract. tassæ panis conclus. 6. num. 6.* Zerol. *in prax. Episcop. part. 1. verbo pragmatica,* Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 5. num. 1.* Paul Comitol. *lib. 3. quæst. 32.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib. 25. num 188.* Ioannes Salas *de contract. tractat. de empt. dub. 22. in fine.*

De Clerico excommunicato, deposito, vel suspenso ministrante.

TIT. XXVII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Ionn. And. Anchar. Butr. Anania. Panorm. Marian. Socin. Cened. *collect. 25.* Petr. de Rauenna *in compendio iuris Canonici.* Martin Menart *in epitome Decretal. fol. 190.* Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij à pag. 698.* Goffred. & Hostiens. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in expos. titul. iuris Canonici,* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 5. sum. in Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

CAP. Si quis Episcopus I.

Ex Concil. Apost.

CLericus depositus iustè pro certo crimine si au- 5
sus fuerit attrectare ministerium sibi iam commissum, abscindatur ab Ecclesia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 174.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 699.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* desumitur ex Canon. Apostolorum c. 28. ex Theodoro, & refertur ab Anton. August. *Collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 32. cap. 1.*

Notatur hic text. ad hoc, quòd clericus excommu- 2
nicatus maiori excommunicatione, interdictus, vel suspensus ab officio, qui sciens aut scire debens se esse excommunicatum, interdictum, aut suspensum, celebrat Officia diuina, aut facit solemniter aliquid

alicui certo Ordini suo deputatum, tanquam ille ordinatus est irregularis, vt per Cened. *ad Decretal. collect.* 25. *n.* 1. & vide plenius *ad cap. sequens.*

SVMMARIVM.

1 *Degradatus, vel suspensus celebrans & monitus non desistens excommunicatur, & si nec sic desistat, per secularem potestatem ad requisitionem Ecclesiæ exilio damnatur.*
2 *Clericus excommunicatus est inhabilis ad exercendos actus tributos Ordini, & si aliquem illorum exerceat, efficitur irregularis.*
3 *Clericus in minoribus constitutus, etiam irregularitatem contrahit, si post excommunicationem faciat actum tributum Ordini.*
4 *Ecclesia pœnam exilij non habet.*
5 *Clericus prohibitus ne celebret si vtatur debita materia, & forma conficiet Sacramentum.*
6 *Excommunicatus tenetur dicere horas Canonicas.*

CAP. Si quis. II.

EX Conc. Antioch

1 DEgradatus, vel pro certo crimine ab officio depositus, si per contemptum, vel superbiam præsumptuosè ministrat in aliquo prohibito, & correctus ab Episcopo adhuc præsumptuosè perdurat, omni modo excommunicari debet, & qui cum eo communicat excommunicatus, quòd etiam est obseruandum de aliis excommunicatis. Quod si adhuc persistit in eodem, & Episcopus non potest eum emendare, iudicio Regis ad requisitionem Ecclesiæ damnetur exilio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania. Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Cened. *collect.* 65. Vi*uian. in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 174. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 699. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. desumitur ex Concil. Antiocheno, & referunt ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 23. *cap.* 2.

2 *Similiter de Clericis*, &c.] Probat hæc tex. pars clericum excommunicatum esse inhabilem ad exercendum actus tributos Ordini, & si aliquem illorum exerceat, effici irregularem, vt per Couar. *in cap. alma mater par.* 1. §. 10. *num.* 1. Nauar. *in manuali cap.* 27. *n.* 163. Maior. *de irregul. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 1. & 2. Marian. Alter. *de censur. tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 1. quos refert. & sequitur Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesia existentium lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 2. vbi etiam cum Ioan. Andr. *hic num.* 3. & Anchar. *num.* 1. extendit, vt procedat siue actus sit attributus Ordini sacro, siue attributus Ordini minori, & idem Ricciul. ac Marian. Alter. *numeris seqq.* citatis locis, extendunt ad Episcopum, & Abbatem, qui ex priuilegio Apost. confert Ordines minores, & ad sacerdotem, cui per sedem Apost. indultum est, vt possit ministrare Sacramentum Confirmationis, aut alium actum ex illis, qui ordinaria facultate pertinent ad Episcopum. Extenditur denique supradicta conclusio, vt procedat non solùm in Episcopo, Abbate, vel alio, qui ex priuilegio Apost. ministret Sacramenta, dum est excommunicatus, sed etiam si faciat alios coram ipso ministrare, adeò quòd Episcopus excommunicatus mandans Sacerdoti, vt Missam celebret coram ipso, efficiatur irregularis, ita glos. *verbo celebrari in Clem.* 2. *de priuileg.* quam *ibi* sequuntur Zabarel. *num.* 11. Imola *num.* 9. Couar. *d. part.* 1. §. 6. *in fine.* Nauar. *d. cap.* 27. *num.* 244. *in fine.* Marius Alter. *de censuris tom.* 1. *lib.* 2. *cap.* 4. vbi *cap.* 5. agit quis possit dispensare in casibus prædictæ irregularitatis.

Aut alius clericus.] Ergo clerici in minoribus constituti etiam irregularitatem contrahent, si post excommunicationem faciant actum tributum Ordini, ita in præsenti tenent Hostien. Ioan. Andr. & Panorm. Maiol. *d. lib.* 3. *cap.* 21. *num.* 5. & 8. Mar Alter. *d. tom.* 1. *lib.* 2. *disp.* 1. *cap.* 1. *vers. altera est opinio*, quicquid aliter teneant D. Antonin. *part.* 3. *tit.* 28. *cap.* 1. *vers. si vero clericus.* Paludan. *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 4. *in quinto effectu*, vbi Sot. *dist.* 25. *quæst.* 1. *in art.* 3. Nauar. *cons.* 44. *n.* 10. & *sequenti sub tit. de sententia excommunicat.* Quoniter autem, & quando dici possit, quod clericus constitutus in minoribus solemniter actum adnexum Ordini facere dicatur, differunt Mar. Alter. *d. n.* 1. *vers. hanc opinionem*, & Anton. Ricciul. *d. c.* 2. *n.* 5.

Regis iudicio, &c.] Notatur ad hoc, quòd Ecclesia pœnam exilij non habet, vt per Dec. *in cap. cum non ab homine nu.* 13. *de iudic.* Palat. *in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum. not ab.* 2. §. 1. *n.* 14.

In glos. *Degradatus*, ibi. *nunquid conficit*, &c. Notatur ad hoc, quòd licèt Ecclesia prohibeat ne degradatus celebret, nihilominus si talis clericus prohibitus, vtatur debita materia, & forma cum intentione, conficiet Sacramentum, vt per Marant. *de ordine iudiciorum p.* 4. *dist.* 11. *n.* 73. Couar. *variar. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 3. Roias *sing.* 83. *vers. sed supra dictis.* Maiol. *de irregular. lib.* 3. *cap* 22. *n.* 9. & *lib.* 4 *cap.* 26. *n.* 2. Vinald. *in constit. aureo, tit. de sacram. Eucharistiæ n.* 8. Stephan. Garcia *cap. ad limina* 30. *q.* 1 §. 6. *n.* 61. Perez *l.* 1. *vers. Egoniem. tit.* 3 *lib.* 1 *Ordinam. pag.* 61. Nauar. *in c.* 1. §. *hinc vero. num.* 4. & *in cap. sin num.* 11. *de pœnit. dist.* 6. Sayr. *de censur. lib.* 5. *cap.* 22. *n.* 25 cum seqq. Bonac. *eodem tract. disp.* 4. *de degradat. punct. vnic. n.* 5. Cened. *ad Decretal. collect.* 65 *n.* & *præt. ac canonicar. qu lib.* 1. *q.* 10. *n.* 81. Cæph. *in diuersoris iuris Canonici rub.* 1. *n.* 107. Illustrial. D. Roderic. à Cunha post primam huius libri impressionem à me visum *in comm. ad c. accedens* 10. *n.* 3. *dist.* 50.

In glos. *Præsumpserit*, ibi, *potest dicere horas suas*, &c. Notatur ad hoc, quòd excommunicatus non excusatur ab iis, quæ sunt oneris, & ideò tenetur dicere horas Canonicas tanquam particularis, & secretè, ac fine socio, & omittere illum versiculum, *Dominus vobiscum* ac illius loco more laicorum dicere, *Domine exaudi orationem meam*, de quo vide Felician *de censur. tit. de depos. & degradat. cap.* 25. *porrò depositus, pag.* 390. Gig. *de pension q.* 64. Barthol. Humada *l.* 18. *glos.* 2. *tit.* 9. *part.* 1. & *l.* 34. *glos.* 1. *num.* 2. *vers. tertiò ampliatur, tit.* 6. *partt* 1. Stephan. Durant. *de ritibus Ecclesiæ lib.* 1. *c.* 22. *num.* 12. Couar. *in cap. alma mater part.* 1. §. 3. *num.* 8. & *lib.* 3. *var. cap.* 13. *num.* 8. Perez *l.* 1. *tit.* 8. *lib.* 1. *Ordinam. pag.* 592. & *l.* 1. *colum.* 11. *vers. item etiam, tit.* 5. *lib.* 8. *pag.* 173. Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 20. & *num.* 36. *vers. ad quintum*, & *in tract. de oratione c.* 7. *num.* 16. Cened. *d. collect.* 65. *num.* 5. latè Mar. Alter. *de censur. tom.* 1 *de excomm. lib.* 1. *disput.* 10. *cap.* 4. vbi etiam resoluit excommunicatum committere peccatum si recitet horas cum alio, & in eandem culpam incidere alios, si audiant ipsum excommunicatum recitantem horas.

SVMMARIVM.

1 *Interdictus & excommunicatus celebrans monitus non desistens deponitur.*
2 *Excommunicatus monitus & non desistens diuina officia celebrans pœnam incurrit perpetuæ depositionis.*

3 *Excommu-*

3 *Excommunicatus à tota synodo dispensari non potest.*
4 *Depositus verbaliter potest per solum Episcopum restitui, secus in actualiter degradato, quem solus Papa restituit.*

Cap. Clerici. III.

Alexand. III.

1 CLerici excommunicati, vel interdicti, si ante absolutionem diuina officia celebrare præsumunt, & moniti non desistunt, sunt perpetuò deponendi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5 iuris Pontif. p. 175.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 699.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.*, refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 23. cap. 5.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p. 26. cap. 10.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumit Mar. Alter. *de censuris tom. 1. de excommun. lib. 1. disp. 13. c. 2. in fine.*

3 In gloss. *Moniti.* ibi, *nec etiam synodus in hoc dispensare potest.* Notatur ad hoc, quod excommunicatus à tota Synodo dispensari non potest, vt per Bonac. *comm. crimin. p. 1. verbo excommunicatus, vers. excommunicatus à tota, fol. 59.*

4 In ead. gloss. ibi. *sed potest quæri vtrùm idem sit. in deposito, vt solus Papa ipsum restituat.* Nota verbaliter depositum posse per solum Episcopum restitui, secus in actualiter degradato, quem solus Papa restituit, vt per Abb. *in cap. transmissam. 8 de re iudic.* Bellet. *disquisit. ler. p. 1. tit. de fauore Clericorum Canonis, §. 10. n. 9. pag. 254.* quem refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 110.*

5 In ead. glos. ibi, *sed nunquid Episcopus cum talibus dispensaret, siue Legatus de latere domini Papa missus*, &c. An Episcopus vel saltem legatus de latere possit dispensare ab irregularitate celebrationis in excommunicatione, vide Mar. Alter. *d. tom. 1. lib. 2. disp. 1. cap. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati vel interdicti celebrantes deponi debent, nisi propter multitudinem mitigetur pœna.*
2 *Multitudo vbi deliquit, mitius de pœna statuendum.*
3 *Suspensus ab officio an sit suspensus à beneficio, ostenditur.*
4 *Episcopus suspendens aliquem ab officio, vel beneficio, ille à neutro suspensus est propter dubium.*

Cap. Licentia. IV.

1 QVando multi excommunicati, vel interdicti præsumunt celebrare diuina Officia, si non excedunt numerum quadraginta, omnes deponuntur ab officio sacerdotali in perpetuum. Si verò excedunt, & est multitudo magna, tunc deponuntur in perpetuum tantum hi, qui magis dederunt causam delicti, alij verò ad tempus, sed omnibus iniungitur pœnitentia arbitrio Ordinarij. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania. Host. Butr. Anch. Panorm. Nar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5 iuris Pontif. p. 175.* Alagona *in compend. iur. Canon. p. 699.* remissiuè Ximen. *in conc. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit 23. c. 4.* & post Concil. Later. *p 50. c. 51.*

2 *Si verò multitudinem magnam*, &c.] Ergo vbi deliquit multitudo, mitiùs de pœna statuendum est, vt per Ti-

raq. *de pœnis temperandis, causa 47. à princ.* Clar. *§. fin. q. 60. n. 30.* Mascard. *de probat. concl. 1413. à num. 3.* Bened. *pract. lib. 1. q. 9. n. 30.* Vnde prouenit versiculus ille, Ob populum multum crimen pertransit inultum, quem refert. Tusch. *de visit lib. 1. c. 15. n. 53.*

In gloss. *Ab officio.* ibi *& etiam à beneficio.* Tenet hæc 3
gloss. suspensum ab officio, esse suspensum à beneficio, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa. part. 1. n. 49.* & per citatos à Sanch. *de matr. lib. 3. disp. 51. num. 11.* Sed contrarium, immò suspensum ab officio, non esse suspensum à beneficio, tenent Nauar. *cons. 41. n. 2. sub tit. de homicid.* Perez *l. 1. vers. in oppositum, tit. 1. lib. 5. Ordin. p. 3.* Sanch. *d. disp. 51. num. 12.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 1. tract. 2. n. 10. cum seq.* Quæ quidem contrariæ opiniones bene componi possunt cum distinctione quam præstat Salgado *de protect. Regia tom. 1. part. 4. c. 9. ex n. 55. cum seq.* vt scilicet prima procedat quando clericus condemnatus suspensus est ab officio perpetuò, & absque temporis limitatione quia talis suspensio perpetuò habet vim priuationis, & est idem quod depositio. Secunda verò contraria opinio asserens suspensum ab officio non esse suspensum à beneficio, procedit quando per sententiam quis est suspensus ab officio non perpetuò, sed ad tempus, vel etiam simpliciter, nec addita perpetuitate, nec etiam præfinitione temporis, sed simpliciter suspenditur ab officio. Quoad ipsam præbendam, seu grossam, aut aliud beneficium similiter distinguit idem Salgado *d. c. 9 ex num. 60.* inter suspensum ab officio per sententiam propter crimen graue, seu atrox, & inter suspensum propter crimen leue, aut etiam infamiam, aùt contumaciam, vt scilicet in primo casu intelligatur etiam suspensus à beneficio, & subtrahantur ei fructus non sic in secundo.

In ead. glos. ibi, *quid si Episcopus ita dicat, Suspendo te* 4
ab officio, vel beneficio, & ibi, à neutro suspensus est propter dubium. Sequuntur Tiraq. *de iure primog. q. 17. opin. 6. n. 10.* Henriq. *in summ. lib. 13. c. 22. §. 4. in commento lit. E.* Valer. Reginald. *d. lib. 32. tract. 2. n. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis notitiam per solam famam habens si celebret de rigore deponi debet, licèt cum eo possit misericorditer dispensari.*
2 *Notorium, & publicum præsumitur omnes scire.*
3 *Excommunicatio probatur per famam.*
4 *Excommunicatio cùm agitur de pœna, debet probari plenariè, & concludenter.*
5 *Pœna minuenda est in iis, quibus ex sola fama proceditur ad condemnationem.*
6 *Dubiis tutior pars est eligenda.*
7 *Dubitans de facto propter quod excommunicatio, aut irregularitas incurritur, partè tutiorem eligere tenetur.*
8 *Communicans cum excommunicato peccat, & ipse cum aliis fidelibus.*

Cap. Illud. V.

Innoc. III.

DVbitans an sit excommunicatus, quia scilicet dubitat an contra eum sit lata sententia, aut quia per solam famam audiuit, debet se gerere tanquam excommunicatum, & non tractare Sacramenta, sin minus, incidit in pœnas Canonum contra excommunicatos celebrantes; sed cum eo misericorditer solus Papa solet dispensare, & dum est excõmunicatus, debet multo magis alios vitare quàm vitari. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. And. anan. Host. Butr. Anc.

Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag.* 176. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 700. remissiuè Ximen. *in conc. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Augustt. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 12. c. 1.* & alia pars huius Decretalis, est *in cap. illud Dominus, in ff. de maior. & obed.*

Diuina sibi fecit, &c.] Notatur ad hoc, quòd irregularitatis pœnam præscriptam contra clericos maioribus, vel minoribus Ordinibus insignitos, qui excommunicati, vel suspensi Diuina celebrauerint, incurrunt etiam illi, qui auctores sunt, vt alij se præsentibus Diuina faciant, notant glossi. *verbo celebrare in Clem. 2. de priuil.* recepta secundùm omnes *ibi*; vt per Nauar. *in man. cap. 27. num. 244. in fine*, Vgol. *de censur. tab. 1. cap. 14. §. 1. num. 11.* Henriq. *in summ. lib. 14. cap. 7. §. 3. sancta lit. Y.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. 33. lit. A. in princip.* quicquid dicat Soar. *tom. 5. disput. 11. sect. 3. num. 5. & disput. 34. sect. 4. num. 10.*

Non posset in partibus non esse notorium.] Notatur ad hoc, quòd notorium, & publicum præsumuntur omnes scire, vt per Ioan. Garc. *de nobilit. glos. 4. num. 27.* Menoch. *remed. 16. recup. n. 34. & lib. 6. de præsumpt. præs. 23. n. 70.*

Præsertim cùm ei non nisi per famam, &c.] Notatur ad hoc, quòd fama probat excommunicationem prolatam, & produci plenam notitiam, vt ligatus abstinere teneatur, & ab aliis euitetur, idem probat text. *in cap. cùm desideres 15. vers. secundæ quæstionis, de sentent. excom.* tradunt glos. *verbo in hoc, Abb. num. 4.* & alij *in præsenti*, Felin *num. 3. in cap. cùm contingat, de rescript.* Duen. *reg. 299. limit 19.* Villadieg. *de irregul. cap. 2.* Couar. qui alios refert, *in cap. alma mater, part. 1. §. 2. num. 4.* nam cùm notitia censurarum non sit necessaria, nisi ad tollendam excusationem ignorantiæ, quæ aliàs ab obseruantia censuræ potest excusare, iuxta *reg. ignorantia n. 6.* & notitia per famam sufficiat ad prædictam excusationem tollendam, necessariò dicendum est interueniente prædicta notitia, statim dari obligationem abstinenti è communione, prout colligitur ex hoc text. Nam per famam tantùm se excommunicatum esse sciens debet gerere se pro excommunicato, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. num. 60.* Intellige vel quando non agitur de præiudicio alterius, vel in foro animæ, vt per Couar. *in cap. alma mater, part. 3. §. 2. num. 4. & 5.* Mascard. *de proba. concl. 701. & concl. 753. num. 43.* Duen. *reg. 249. limit. 15.* Cùm verò agitur de pœna, probationes ad probandam excommunicationem debent esse plenariæ, & concludentissimæ, Rot. *decis. 534. sub num. 2. & decis. 602. num. 3. part. 1 tom. 2. recent.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum, lib. 4. cap. 13. in fin.* in hoc enim text. non probatur posse solam famam excommunicationis reiicere aliquem à limine iudicij in foro contentioso, quia loquitur in foro animæ, vt tutior via eligatur, ne quis incidat in irregularitatem ita Mar. Alter. *de censur. tom. 1. de excomm. lib. 1. disp. 11. cap. 1.*

Licet autem in hoc, &c.] Notatur ad hoc, quòd pœna minuenda est in iis, quibus ex sola fama proceditur ad condemnationem, vt per Tiraquel. *de pœnis temp. causa 27. n. 5.* Farin. *in praxi crimin. part. 5. q. 133. n. 136.*

Quia tamen in dubiis via est tutior eligenda.] Vide Doctores citatos *ad c. iuuenis n. 5. sup. de sponsal. & in tract. de Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 77. n. 2.*

Debuerat tamen potius se abstinere, &c.] Notatur ad hoc, quod qui dubitat de facto, propter quod excommunicatio, aut irregularitas incurritur, partem tutiorem eligere tenetur, & se excommunicatum, & irregularem in dubio existimare debet, & consequenter ab hominum communione & celebratione abstinere vt per Henriq. *in summa lib. 14. c. 3. §. 4.* Sayr. *in claui Regia, lib. 1. c. 13. n. 23.* Mar. Alter. *de censur. tom. 1. de excomm. lib. 1. disp. 9 c. 1. lit. C.* Hac de re eleganter Ioan. Sanctius *in select. & practicis q. disp. 42. n. vers. postremo*, ibi. *Postremo infert. Garcia citato loco n. 18.* (scilicet *de benefic. p. 7. c. 1.*) quòd si quis dubiter an occiderit hominem, vel aliud commiserit, ob quod incurratur irregularitas, talem censeri debere irregularem ad effectum abstinendi ab Ordinibus, vel cessandi ab officio non solùm in foro interiori (quicquid contradicat Henriq. *lib. 14. cap. 3. §. 4. & c. 14. §. 3. & c. 15. §. 5.* Auila *de censur part. 7. disp. 2. num. 5.* qui licet consentiat cum Garcia in casu homicidij, non esse verum ait in aliis irregularitatibus) sed etiam habendum fore illum in foro exteriori tanquam irregularem, quod verum esse semper iudicaui propter periculum errandi contra salutem animæ, & etiam post adhibitam diligentem inquisitionem, quod docent Abb. *in cap. ad audientiam n. 3. & cap. significasti num 4.* quem sequuntur Anan. & Felin. *n. 1. in d. c. ad audientiam.* Mar. Socin. *ibid. num. 46.* Rosell. *verbo dubium*, Angel. *n. 1. & 2.* Syluest. *quæst. 4.* Armil. *verbo dubitatio n. 3.* Sayr. *de censur. lib. 6. cap. 2. num 16.* & clariùs *in claui Regia lib. 1. cap. 13. num. 23. & 24.* Tolet. *lib. 2. cap. 57. in fin.* Quicquid in contrarium asserat Nauar. *in cap. si quis autem, de pœnit. dist. 7. à num. 35 c. in man. c. 27. n. 193. & seq. 6. & 49.* aliàs *11. & 12. de homicid.* &c. Hactenus Ioan. Sanctius.

In glos. *Vitari.* Notatur ad hoc, quòd communicans cum excommunicato peccat, & ipse cum aliis fidelibus, vt per Perez *l. 1. vers. tum etiam tit. 3. lib. 8. ordinam. pag.* 592.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus celebrans à beneficio deponitur.*
2 *Anathema quid significet, ostenditur.*
3 *Verbum*, spoliare, *significat, & declarat latam iam esse sententiam.*

CAP. Fraternitati. VI.

EXcommunicati si præsumpserint celebrare, omnibus beneficiis sunt spoliandi. Colligunt ex Ordinibus beneficiis sunt spoliandi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioan. And. Anania, Host. Anch. Butr. Panor. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 176.* Alagona *in compend. iuris Canon. p. 700.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 12. cap. 2.*

Anathematis.] Verbum hoc est Græcum, & componitur ab ἀνατίθημι quod est repono, vel sursùm pono, sumpta similitudine ab antiquis, qui capta in bello appendebant separata, & seiuncta à cæteris; propriè tamen significat quandam imprecationem, seu detestationem, vel maledictionem, ex qua maledictione fluxit in Ecclesia consuetudo quod quando aliquis excommunicatus ita est contumax, quòd non resipiscit, tunc aggrauantur censuræ, quæ fiunt cum illis maledictionibus, & execrationibus, & talis reagrauatio dicitur anathema non quòd sit diuersa, & distincta excommunicatio ab excommunicatione maiori, sed ipsam excommunicationem maiorem augent illis maledictionibus, & solemnitatibus, quibus imponitur aduersus rebelles: differunt tamen in formam, quia prius imponitur excommunicatio, deinde subsequitur

quitur anathema, de cuius verbi origine & etymologia & ſignificatione agunt Cotta *in memorabil. verbo de cenſur anathema, pag.*26. Tuſc. *lit.C. ſing.*23. *in fine.* Felic. *tit. de excomm. cap.*8. Viuald. *in candel. aureo tit. de excomm. ex num.*15. Spin. *in ſpeculo teſtam. gloſſ.*11. *rub. num.*11. Ægid. de Coninck. *de ſacram diſp.*14. *de excom. dub.*2. *num.*4. *in fine,* Soar. *tom.*5. *de cenſur. diſp.*8. *ſect.*4. *ex num.*4. Souſa *in relect. de cenſuris Bullæ Cœnæ, cap.*2. *num.*5. Bonac. *de cenſuris, diſp.*2. *q.*1. *punct.*1. *verſ. nomen anathema.*

3 *Spoliare.*] Verbum hoc, quia ſonat in merum factum, & iuris executionem, ſignificat, & declarat latam iam eſſe ſententiam, vt per Tiraquel. *in l. ſi vnquam, verbo reuertantur n.*167. vbi *n.*168. ſubdit non exigere iuris ordinem.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio excommunicato facta non tenet, & ſcienter talibus conferens à beneficiorum collatione ſuſpenditur.*
2 *Excommunicatus incapax eſt ad beneficia obtinenda, ita vt collatio ei facta ſit nulla ipſo iure.*
3 *Amplia ſiue excommunicatio ſit lata à iure, ſiue ab homine, ſiue per ſententiam generalem, ſiue particularem.*
4 *Excommunicatus etiam iuſtè eſt incapax beneficij, dummodo excommunicatio ſit ritè lata.*
5 *Beneficium excommunicato collatum ab ipſo in foro Conſcientiæ retineri non poteſt.*
6 *Collatio beneficij facta excommunicato etiam Motu proprio non valet.*
7 *Denuntiatio excommunicationis ad effectum vt excommunicatus non poſſit obtinere beneficium, non eſt de ſubſtantia.*
8 *Collatio beneficij facta excommunicato etiam occulto eſt nulla.*
9 *Excommunicatus etiam reputatus communi opinione abſolutus eſt incapax ad obtinendum beneficium.*
10 *Abſolutio ſequens non tollit incapacitatem excommunicati.*
11 *Excommunicatus eſt incapax cuiuſcunque beneficij minoris, maioris, ſecularis, ſiue regularis.*
12 *Excommunicatus eſt incapax cuiuſcunque dignitatis, & officij eccleſiaſtici habentis annexam iuriſdictionem.*
13 *Excommunicatus eligi non poteſt.*
14 *Poſtulari non poteſt excommunicatus.*
15 *Præſentari non poteſt excommunicatus.*
16 *Impetratio litterarum ad beneficia vacatura per excommunicatum non valet.*
17 *Penſionis ſuper eccleſiaſtico beneficio incapax eſt excommunicatus.*
18 *Permutatio beneficiorum fieri non poteſt ab excommunicato.*
19 *Excommunicatus excommunicatione nulla non eſt incapax beneficij Eccleſiaſtici.*
20 *Poſſeſſor triennalis alicuius beneficij non poteſt moleſtari, non obſtante quod collatio ſibi fuerat facta tempore, quo erat excommunicatus.*
21 *Acceptatio facta ab excommunicato de beneficio iam ſibi collato eſt valida.*
22 *Excommunicatio ſuperueniens poſt collationem vel electionem factam non præiudicat.*
23 *Excommunicatus poſt interpoſitam appellationem pendente cauſa appellationis eſt capax collationis.*
24 *Prouiſio Papæ, vel legati cum clauſula abſolutionis ad effectum, &c eſt valida.*
25 *Doctores referuntur de clauſula abſolutionis à cenſuris ad effectum, &c. agentes.*
26 *Poſſeſſio beneficij capta ab excommunicato eſt valida.*
27 *Diſpenſari poteſt cum excommunicato habita abſolutione, vt retineat beneficium ſibi collatum tempore excommunicationis.*
28 *Diſpenſatio non ſemper exiſtente iuſta cauſa eſt debita.*
29 *Diſpenſare poteſt Epiſcopus vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis.*
30 *Epiſcopus ignoranter & bona fide conferens beneficium excommunicato poteſt cum eo diſpenſare.*
31 *Epiſcopus non poteſt diſpenſare, vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, ſi collatio eſt facta per Papam.*
32 *Celebrare præſumentes diuina Officia in loco interdicto, quam pœnam incurrant. oſtenditur.*
33 *Excommunicatus iniuſtè ſi clericus fuerit, & in diuinis ſe immiſcuerit, irregularis efficitur.*
34 *Excommunicatus intra annum non poteſt deponi, nec beneficijs priuari.*

Cap. Poſtulaſti. VII.

1 EXcommunicatis non poſſunt conferri beneficia, & collatio non tenet, & qui ſcienter illis confert, ſuſpenditur à collatione beneficiorum, donec ſuper hoc veniam conſequi mereatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anania, Hoſt. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Rebuff. Viuian. *in rationali lib.*5. *iuris Pontif. p.*177. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*700. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.*1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.*3. *Decretal. lib.*5. *tit.*12. *cap.*3.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. deſumunt Gig. *de penſ. quæſt.*41. *numer.*1. Couar. *in cap. alma mater, part.*1. §.7. *num.*1. Selua *de benef. part.*3. *quæſt.*4. Rebuff. *de pa iſicis poſſeſſoribus, num.*280 & *conſil.*53. *per totum*, & *in concordat. de excommunicatis non vitand. verſ. aduertendum eſt*; Tolet. *in ſumma, lib.*1. *cap.*13. Flam. *de reſig. benef. lib.*4 *quæſt.*3. *num.*32. *cum ſeqq.* & *lib.*5. *quæſt.*6 *à num.*77. Vgol. *de cenſur. tabul.*2. *c.*13. §.1. Sayr. *eodem tract. lib.*2. *cap.*5. *à princip.* Bonac. *eod. tract diſp.*2. *q.*1. *punct.*4. §.1. Soar. *tom.*5. *diſp.*13. *ſect.*1. Mar. Alter. *eod tract de cenſuris tom.*1. *lib.*2. *diſp.*6. *cap.*2. Ioan. Cochier. *de permut. benef. c.*33, *n.*5. Azor *inſtit. moral part.*2. *lib.*6. *c.*7. *quæſt.*2. Camil. Borrel. *in ſum. omnium deciſ. tit.*20. *num.*14. Leſſi. *de iuſtit. lib.*2. *cap.*34. *dub.*23. *num.*118. & 119. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*32. *num.*43. *cum ſeq.* latè Nicol. Garc. *de benef. part.*7. *cap.*13. *à principio*, Ant. Ricciul. *in tract. de iure perſonarum extra gremium Eccleſiæ exiſtentium lib.*4. *cap.*6. Beller. *diſquiſit. cleric. part.*1. *tit. de diſcipl. cleric.* §.10. *n.*4. Campan. *in dinerſorio iuris Canon. rub.*11. *c.*15. *n.*11. Squillante *de obligat. cler. part.*3. *à num.*70. Hurtado *de cenſuris diſp.*6.

3 Amplia primò vt procedat, ſiue excommunicatio ſit lata à iure, ſiue ab homine, nam in vtraque eadem militat ratio, ita Rebuff. *hic num.*46. *& in pract. tit. de forma nouæ prouiſionis verbo, teque abſoluentes num.*4. Couar. *d.* §.7. *ante num.*2 *verſ. tertiò conſtat*, Anton. Ricciul. *d. cap.*6. *num.*4. ſiue per ſententiam generalem, ſiue per particularem Soar. *d. diſput.*13. *ſect.*1. *num.*39. Mar. Alter. *d. cap.*2. *verſ. quare concludendum pag.*229.

4 Amplia ſecundo, vt procedat etiam in excommunicatione iniuſta dummodo ſit ritè lata, vt per Rebuf. *hic num.*67. Couar. *d.* §.7. *num.*7 *in fine*, Lancel. *de attent. part.*3. *cap.*24. *q.*3. *n.*8. Cald. *deciſ.*1. *de prabend.* Sayr. *d. cap.*5. *n.*10. Henriq. *in ſumma lib.*13. *cap.*14. §.1. *in commento lit. A. & cap.*15. §.2. Anton. Ricciul. *d. cap.*6. *num.*34.

5 Amplia tertio, etiam in foro Conſcientiæ, in quo beneficium excommunicato collatum ab ipſo retineri non poteſt, vt per Vgol. *d.c.13.§.6.num.1.* Sayr. *d.c.5. num.21.* Valer. Reginald. *d.lib.32.num.48. in fine*, etiam poſt abſolutionem à cenſura ſine noua collatione, cum fuerit ab initio nulla, nec per abſolutionem validatur. arg. *cap. non ſit matur. de regul. iuris l.6. & l. quod ab initio, ff. de regul. iuris*, & conſequenter nec fructus perceptos ex tali beneficio poterit retinere dum illos excommunicatus accepit, & beneficium non erat ſuum, Couar. *d.§.7.num.5.verſ.7.* Squilante *d. part.3. num.72.* poſſe tamen excuſari à reſtitutione fructuum perceptorum ex eo beneficio ſi exercuerit bona fide aliquod officium ratione ipſius beneficij, propter quod congruentem mercedem iuſtè poteſt accipere ex fructibus ratione operis, quia inſeruiuit Eccleſiæ, vel ſi plures fructus acceperit, & conſumpſerit bona fide, nec locupletior eſt effectus Soar. *tom.5.d. cenſ. diſp.13. ſect.1.n.4.* Squillante *d.p.4.n.72.*

6 Amplia quartò etiamſi collatio ſit facta Motu proprio, vt per Couar. *d.§.7. num.1.* Rebuff. *in præſenti numer.47. & d. tract. de excom. non vitan. verſ. aduertendum*, Gabr. *commun. tit. de clauſul. concluſ.2. num.43.* Nicol. Garcia *d.cap.13. num.5.* Marian. Alter. *d. cap.2. verſ. ſimiliter. eadem ratio eſt*, Ant. Ricciul. *d. cap. 6. num.6.*

7 Amplia quintò, vt procedat etiamſi excommunicatus non ſit adhuc denuntiatus, quia ad effectum, vt non poſſit obtinere beneficium, denuntiatio non eſt de ſubſtantia *cap. Rodulphus* vbi Felin. *ſub num.38. verſ. limita quarto de reſcriptis*, Abb. *hic num.4.* Couar. *d.num.2.* Dec. *conſil.145. num.4.* Rebuff. *conſil. 53.n.6.* Cæſ. de Graffiis *deciſ.2. num.12. & 15. de ſent. excomm.* Franc. Marc. *deciſ.967. n.5.p.1.* Anton. Ricciul. *d.cap.6. n.9.* Rot. *in Placentina benef.20. Nouemb.1613.* coram R. P. D. Vbaldo, quæ eſt apud Fachin. *deciſ.534.n.1.p.1. tom. 1. recent.*

8 Amplia ſexto, vt procedat etiamſi ſit excommunicatus occultus, nam nihilominus collatio eſt nulla, quia in his, quæ geruntur iure priuato, nulla eſt differentia inter excommunicatum occultum, & publicum, vt per Vgolin. *d.c.13.§.1.num.2.* Henriq. *in ſumm. lib.13. cap.3.§.3. & cap.13.§.1.* Couar. *d §.7.n.2. verſ. hac principalis*, Nauar. *in manuali cap.27. n.21. & 271. & 273. & conſil.13. num.4. ſub hoc tit. in nouis*, Mandoſ. *de ſignatura gratiæ tit. de prouiſ verſ. clauſula, vt cum abſolutione à ſenſuris*, Cæſar de Graffiis *d. deciſ.2.n.12.* Caſſad. *deciſ 1. de præbend.* Franc. Marc. *d. deciſ.967. n.2.* Soar. *d. diſp.13. ſect.1.num.25. & 30.* Sayr. *d.cap.5.n.8. & 9.* Azor. *d. part.2.lib.6.c.8. quæſt 8.* Put. *deciſ.67.lib.1.* Salz. ad Bernard. *in pract.c.53.addit.1.* Lancel. *de attentatis part.3.c.24.quæſt.3.num.7.* Campanil. *d.c.15.n.11.* Nicol. Garc. *de benefic. part.7.c.13. n.9.* Auil. *de cenſuris p.2.diſp.5.dub.2.* Leſſi. *de iuſtit. lib.2.c.34.num.117.* Paul. Layman. *in Theolog. morali lib.1. tract.5. p.2.c.2.n.7. in princ.*

9 Amplia ſeptimò, vt procedat etiamſi communicatus reputetur communi opinione pro abſoluto, quia in hac materia, in qua agitur, vt excommunicatus ſit incapax ad obtinendum beneficium, veritas præualet opinioni, in gloſ. *verbo ſolet, in cap. final. de ſententia excommun.* Abb. *in cap. paſtoralis §. verum n.15. & ibi* Franch. *num.11. de appell.* Rebuff. *hic num.61.* Caſſad. *d. deciſ.1.* Mar. Alter. *d.lib.2. diſp.6.c.6.* Anton. Ricciul. *d. c. 6. num.12.* Et etiamſi clericus ignorauerit probabiliter ſe eſſe excommunicatum, quia licèt excommunicationis ignorantia valeat ad non incurrendam irregularitatem & pœnas ſtatuas illis perſonis, qui in eo ſtatu aliquid fecerint prohibitum, tamen, non valet ad aliquem habilem faciendum, ad quæ eſt inhabilis per illam, ita Couar. *d.§.1. num.5.* Leſſi *d.dub.22.num.117.* Squillante *d.p.3.nu.71.* contra Nau. *in cap. fratres, de pœnit. diſt.4.nu.45.*

Amplia octauò, vt procedat etiamſi poſt collationem ſequatur abſolutio, quia ſequens abſolutio non tollit incapacitatem præcedentem, cum in iſtis ſpectetur initium, *cap. dudum de elect.* Rebuff. *hic num.50.* Couar. *d.§.7.nu.2. verſ. ſeptimo*, Soar. *d.ſect.1. ante nu.* Nicol. Garc. *d.cap.13. num.8.* Ioan. Cocxier *d.cap.13. num.8.* Marian. Alter. *de cenſuris tom.1. lib.2. cap. pag.227. ſub lit. B. verſ. item eadem concluſio, & cap. in princip.* Anton. Ricciul. *d.cap.6. num.32.* Et etiamſi excommunicatus eſſet abſolutus cum reincidentia poſt aliquod tempus, quia ſi poſt tempus præfixum ſe reincidentiam fiat ſibi collatio, eſt nulla, non obſtante quòd non adfuerit aliqua iudicis declaratio, vt per integram conſultationem reſpondit Dec. *conſ. 145. & in cap. intelleximus, num.3. de iudiciis*, Ripa *in cap.1. num.25. eodem tit.*

Amplia nonò in quocunque genere beneficij Eccleſiaſtici, ſiue ſint beneficia minora, ſiue ſint maiora, vt dignitates Epiſcopatus, ſiue ſint ſecularia, ſiue regularia, vt poſt alios plenè docet Valer. Reginald. *d. lib.32. num.48.* Soar. *d.ſect.1.nu.4.* Mart. Alter. *d.tom.1. lib.2.diſp.6.c.6.verſ. dubitari contingit*, Anton. Ricciul. *d.c.6.n.21.* Hurtado *de cenſur. diſp.6. de excom. diſſ. n.6. verſ. nomine.*

Amplia decimò non ſolùm in quibuſvis beneficiis Eccleſiaſticis, quæ conferuntur in titulum, ſed etiam in quacumque dignitate, & officio Eccleſiaſtico habente annexam iuriſdictionem, vt eſt munus Vicarij, Gubernatoris, Legati, Delegati, aut Inquiſitoris, per Vgolin. *c.13.§.3. num.3. & 4.* Henriq. *d.c.13. §.* Soar. *d. ſect.1. num.6.* Sayr. *d.c.5 num.35.* Auila *de cenſuris part.2.c.6.diſp.6. dub.7. ad finem*, Bonac. *eodem tit. diſp.2. quæſt.2. punct.4. §.1. num.3.* Anton. Ricciul. *d.c. num.22.* Paul. Layman. *d.c.2. num.7. verſ. monet.*

Amplia vndecimò in electione, *e illa, e per iuſtificationem. de electione*, cum aliis ſimilibus, de quibus Cou. *d.§.7. ſub num 1.* Bertach. *de Epiſcopo, part.1. lib.4.* Rebuff. *in præſenti, num.85.* Franciſc. Marc. *deciſ.514. num.11. par.1.* Soar. *d ſect.1. num.10.* Azor. *inſtit. moral. part.2. lib.6. cap.7. quæſt.8.* Flamin. *de reſignat. lib.1 q.6. num.80.* Sazr. *d.c.5. a num.16.* Nicol. Garc. *d.par.7 c.13. num.14.* Marian. Alter. *d.tom.1. lib.2. diſp.6. cap.4.* Anton. Ricciul. *d.lib.4.c.6. num.23.* Campanil. *d.c.15.n.13.* Lauor. *vari. lucubrat. tom.1. tit.4. c.16. nu.85.* quod intelligendum eſt, etiamſi talis excommunicatus eligatur ignorantibus inuincibiliter tam electoribus, quàm ipſo electo, quia etiam tunc electio de illo facta, eſt ipſo iure nulla, Leſſi. *de inſtit. lib.2.c.34. dub.12. nu.117.* Auil. *de cenſur. part.2. c.6. diſp.5. dub.2. concl.1.* Sigiſm. à Bononia *de electione dub.66. num.3.* Lauor. *d.cap.16. num.86.*

Amplia duodecimò in poſtulatione *c.1. de poſtulat.* gloſ. *verbo irritas & inanes, poſt medium, verſ. & ita non eligere in cap. vlt. de exceſſ. Prælat.* Rebuff. *hic num.95.* Marian. Alter. *d.c.3. verſ. quod probatum eſt*, Anto. Ricciul. *d.c.6. nu.24.* Hurtado *d. diſp.6. diffic.3. nu.6.*

Amplia decimotertiò, vt procedat etiam in præſentatione, gloſ. per tex. *ibi in c. fin. de elect. lib.6.* Rebuff. *hic nu 97.* Roch. *de iure patron. verbo honorificorum n.4. num.19.* Lamber. *eod. tract. part.1. lib.2. quæſt.6 principal. art.1.* Couar. *ſub. d.n.1 verſ.2. eſt ad idem.* Gig. *de pens. quæſt.18. num.8.* Flam. *d.lib.5. quæſt.6. num.80.* Vgolin. *d.c.13.§.2.* Sayr. *d.cap.5. num.16. & 17.* Leſſi. *d.cap.34. nu.116.* Marian. Alter. *d.c.3. verſ. eodem modo*, Campanil. *d.c.15. nu.14.* Valer. Reginald. *d.lib.32. num.45.* Anton. Ricciul. *d.cap.6. num.25.* vbi *num.26.* extendit ad nominationem, quæ fieri ſolet per Reges, & Principes in

in quibuſdam Eccleſiis, & *num.* 27. extendit etiam quando beneficium datur in commendam.

16 Amplia decimo quartò, vt procedat etiam in impetratione litterarum ad beneficia vacatura, vt per Abb. *in cap.penult.n.6. hoc tit.* Gig. *de penſ.quæſt.14 ſub nu.2.* Couar *ſub d.num.1.verſ.ex dictis etiam infertur*, Anton. Ricciul. *d.c 6.n.28.*

17 Amplia decimoquintò, vt procedat etiam in penſione ſuper eccleſiaſtico beneficio; vt per Couar. *loco cit.ſub num.2. verſ.9. idem in penſ.* Vgol. *d cap.13. §.2. num.8* Soar.*d.diſp.13.ſect.1.num.7.& 8.* Flam. *de reſign. benef.lib.4.quæſt.3.num* 48. Ioan.Cockier. *eodem tract. cap 33.num* 8.Henriq.*d.lib.13.cap.13.§.2.* Sayr.*d.cap.5. num.15.* Nicol.Garcia *de benef. part.1.cap.5. num* 130. Marian. Alter. *d.cap.4.verſ.ex his diuerſi modi*, Valer. Reginald. *d. lib. 32. num.45.* Anton.Ricciul. *d. cap. 6. n.29.* Rota *in Pacen. penſionis* 20 *Nouembris* 1609. coram Card.Marquemontio,Campanil.*d cap.15.num.17.* Paul.Laymann. *in Theolog.morali lib.1. tract.5. part.2. cap.2. num.8.* Auil. *de cenſur. part.2. cap. 6. diſputat.5. dub. 5.*

18 Amplia decimotertiò in permutatione beneficiorum,vt per Couar. *d.§.7.ſub num.2.verſ.5* Rebuff. *hic num.105. & d.tit. de excom. non vitand. verſ. nec valet etiam,& verſ.8.* Vgol.*d.c.13 §.2. num.6.* Flam *d.lib.4. quæſt.3. num* 45. Soar. *d.ſect 1. num.11.* Sayr. *d. cap.5. num.14.* Azor *d.cap 7.quæſt.8.* Marian Alter.*de cenſuris, tom 1.diſp.13.lib.2 cap.2.verſ. hinc ſequitur permutationem*, Nicol.Garcia *d.part.7 cap.13.num.15.* Ioan.Cockier. *d.cap.33.num.7.& 11.* Bonac *de cenſur.diſp.2.q 2. puncto 4. §.1.num.6.* Anton. Ricciul. *d.cap.6. num. 18.* vbi extendit etiamſi admiſſio ex cauſa permutationis, aut reſignationis ſit facta ante excommunicationem, aduertitque cum Garcia *numer.17.* & Ioan. Cockier. *cap.33. num.8. dictis locis* permutationem huiuſmodi valere, quoad permutantem non excommunicatum, quia in eo non conſideratur incapacitas, ſicut in excommunicato. Quicquid contra hanc ampliationem teneant Greg.*l.1.tit.6.partit.6.* Conan. *comment. iuris Ciuil.lib.3.cap.1. n.7.* Spin. *in ſpeculo teſtament. in rubr. part.11.num.68.*

19 Limita primò, vt non procedat ſi excommunicatio ſit nulla,vt per Couar. *d.§.7.num.5.* Nauar. *in cap.cum contingat, de reſcriptis remed.6. num.9. & 11.* Vgol. *d. cap.13 §.1.numer.2.* Sayr. *d.cap.5. num.10.* Henriq. *d. lib.13.cap.14. §.1.& cap.15. §.2. in commento, lit.A*, Valer.Reginald.*d.lib.32.num.47.* Anton.Ricciul. *d. lib.4. cap.13.num.1.*

20 Limita ſecundò, quando prouiſus eſſet poſſeſſor triennalis, quia tunc non poteſt moleſtari, non obſtante quòd collatio ſibi fuerat facta tempore, quo erat excommunicatus. Ita Nauar. *in cap. ſi quando except.10.nu.9 de reſcriptis*, quem ſequuntur, Nicol.Garcia *d.part.7.cap.13.num.7.* Anton. Ricciul.*d.lib.4.c.13. num.2.* Quicquid contrarium teneat Rebuff.*de pacificis poſſeſſoribus, num.253.*

21 Limita tertiò,vt non procedat in beneficij iam collati acceptione factâ ab excommunicato, vt per Couar.*d.§.7.num.4. & lib.3 variar.cap.16.num.4.* Anton. Gabr. *communius tit. de probat.concluſ.8.nu.53.* Nauar. *de except.10. num.9.* Rebuff. *hic num. 124. & d.tit. de excommunicatis non vitandis ſub gloſſ.1.verſ.tertiò fallit*, Vgol. *d cap.13.§.1.num.2.& §.2.num.7.* Soar.*d.diſp.13. ſect.1. num.15.& 16.* Henriq. *d.cap.13. §.3.* Zerol. *in praxi Epiſco.part.1.verbo beneficia.§.6.dub.3.& verbo excommunicationis cauſa formalis.dub.8.* Sayr. *d.c.5.nu.11.* Flam.*de reſign.lib.10 quæſt.8.nu.39.* Azor. *inſtitut.moral.part.2.lib.6.cap.7.quæſt.9. & lib.7. cap.23.quæſt.5.* Gonzal. *ad regul.8.Cancellariæ gloſſ.18.num.26.* Anton. Ricciul. *d.lib.4. cap.10. à princip.* Campanil. *d.cap.15. num.19.* Aloyſ.Riccius *in praxi aurea reſol.314.* Marian.Alter. *d.lib.2.diſp.6.cap.5.* Rendina *in promptuario recept.ſentent.tit.7.n.5.* Squillante *d.p.3.n.73.* vbi *n.75.* an peccet per talem acceptationem.

Limita quartò, quando excommunicatio ſuperue- 22
nit poſt collationem, vel electionem factam, quia licèt nondum ſit effectuata,tamen valet,Rota *deciſ.534.* *numer.10. part.1.tom.2. recent.* poſt Abb. Felin. Dec. & Rebuff. ita tenet Anton. Ricciul. *dict. lib. 4. cap.13. num.7.*

Limita quintò ſi verſemur in eo, qui fuit excom- 23
municatus poſt interpoſitam appellationem,quia pendente cauſa appellationis eſt capax collationis, vt per Couar. *d §.7. ſub num.5.* Rebuff.*hic num.71.* Marian. Alter. *de cenſur. tom.2. diſput.6. cap.6. verſ. vnde*, poſt Gemin. Anton. Ricciul. *d. cap.13. num.4.* vbi *num.5.* hoc intelligit, quando eſt certum appellationem eſſe validam, ſecus ſi eſſet notorium eam non valere, quia friuola appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, & *num. 6.* reſoluit, quòd quando appellatio eſſet dubia, tunc validitas, vel inualiditas collationis regulatur à futuro euentu,itaut ſi conſtabit appellationem, fuiſſe legitimam,collatio erit valida, ſin autem contrà, erit nulla.

Limita ſextò,vt non procedat in prouiſione Papæ, 24
vel Legati facta in fauorem excommunicati cum clauſula abſolutionis à cenſuris ad effectum gratiæ duntaxat conſequendum, in litteris Apoſtolicis apponi ſolita, per illa verba,*Teque à quibuſuis*,&c. De qua clau- 25
ſula, & quòd non proſit inſordeſcentibus & irregularibus, multáque alia de eius intellectu, & materia agunt Rebuff. *hic num.67. cum ſeqq.& in praxi, in forma,& declaratione nouæ prouiſionis in verbo, Teque abſoluentes, & in concordata in forma mandati Apoſt. verbo quauis occaſione* Nauar.*in cap. ita quorundam notabili 11. à num.14.de Iudæis.* Fr.Emman.*in ſumma tom.1.cap.29. num.5.* Vega *in ſumma part.1.cap.36. caſu 5* Campanil.*d.cap.15 num.22.cum ſeqq.* Flamin. *d.lib.4 quæſt.3. num.53.& 92.& lib.8.quæſt.7.num.110.cum ſeqq.* Marta *de clauſulis part.1. clauſ. 47.* Vgol. *de cenſuris tabul.1. c.4.§.5 cum.17.* Henriq.*d lib.13.cap.13.§.3.* Gutier.*canonic. lib.2. cap.5. num.94.* Sayr. *d cap.4 num.6.& 12.* Auil.*d cap.6.diſput.5 dub.2.* Rota *in Tuden. beneficij 5. Aprilis* 1604. coram Pena, Nicol. Garcia *d. cap. 13. num.60. cum ſeqq.* latè Anton. Ricciul. *d.lib.4.cap.9.in princip* vbi *num 5.* reſoluit taliter abſolutum non poſſe celebrare, nec Diuinis intereſſe, nec Ordines ſumere, & alia ſimilia facere, & *num.6.* ſimiliter non poſſe obtinere aliud beneficium ab Ordinario, vel ab alio collatore, niſi de nouo abſolueretur ad illum effectum, quia effectus clauſulæ eſt in prima abſolutione conſumptus, & *num.* 11. tenet cum aliis,quos *ibi* refert, poſſe Epiſcopum apponere in eius collatione huiuſmodi clauſulam, ſed abſolutio in tali caſu non operatur, niſi in caſibus, in quibus poterat abſoluere Ordinarius.

Limita ſeptimò vt non procedat in poſſeſſione be- 26
neficij capta ab excommunicato, quæ valida eſt, non obſtante excommunicatione, ita Zerol. *in praxi Epiſcop.d.verbo excommunicatio.cauſa formalis, dub.8.* Henr. *d.lib.13. cap.13.§.3.* Sayr. *d.c.5.n.11.* Azor.*d.part.2. lib.6.cap.7.q.10.*

Niſi fortè cum eò,&c.] Ergo ſequuta abſolutione 27
poteſt diſpenſari cùm excommunicatò,vt retineat beneficium collatum ſibi tempore excommunicationis, vt per Vgol.*d.tab.2.cap.13.§.1. num.2.* Azor.*d.part.2. lib.6.cap.7. quæſt.2.* Anton. Ricciul. *d lib.4. cap. 12. à princip.* quæ quidem diſpenſatio vim obtinet collationis, Zabarel.*hic ſub.num.5.verſ ſolutio*,ideóque diſpenſatione ſecuta non eſt opus noua collatione, vt mani-

festè probatur in hoc text. dicit enim excommunicatum non posse obtentum beneficium retinere, nisi cum eo fuerit dispensatum; ergo per argumentum à contrario sensu si dispensatum fuerit, poterit retinere absque alia collatione, quare ita tenent Abb. *hîc sub num.* 8. *vers. intellige*, Soar. *d. dis.* 13. *sect.* 1. *sub nu.* 34. *vers. ratio*, Rebuff. *hîc in gloss. n.* 70. Sayr. *cap.* 5. *num.* 21. Anton. Ricciul. *d. cap.* 12. *nu.* 2.

28 *Misericorditer dispensatum.*] Ergo non semper existente causa iusta dispensatio est debita, quia quandóque est debita, quandoquoque etiam gratia, vt per Sanch. *de matrimon. lib.* 3. *disp.* 1. *n.* 3.

29 In gloss. *Dispensatum.*] Tenet hæc glossa posse Episcopum dispensare vt quis retineat beneficium obtentum tempore excommunicationis, ex regula, quòd omnis dispensatio, quæ in Canone non reseruatur Papæ potest concedi ab Episcopo, arg *cap nuper de sentent. excommunicationis.* cum ergo in hoc text. dispensatio non sit reseruata Papæ, consequens est, vt possit concedi etiam ab Episcopo: quâ ratione ducti hanc gloss. sequuntur Abb. *hic num.* 8. & Rebuff. *num.* 64. Couar. *in d. cap alma mater part.* 1. §. 7. *num* 8. Duen. *reg.* 248. *num.* 2. *vers. contra quam*, Vgol. *d. cap.* 13. §. 1. *num* 21. Gomez *in expositione Bullæ Cruc. claus.* 10 *n.* 57. Hentiq. *in summa lib.* 14. *cap.* 19. §. 2. Soar. *d. sect.* 1. *sub num.* 34. Sanch. *de matrimon. lib.* 8. *disputat.* 5. *num.* 1. Azor. *d part.* 2. *lib* 6. *cap.* 7. *quæst.* 2. Anton. Ricciul. *d. cap.* 12. *num.* 5.

30 Amplia primò huius gloss. resolutionem procedere etiam in eodem Episcopo, qui contulit beneficium excommunicato ignoranter, & bona fide, putans illum, cui facta est collatio, non esse excommunicatum, vt per Abb. *hîc num.* 9. Soar. *d. sect.* 1. *sub num.* 36. Anton. Ricciul. *d. cap.* 12. *n.* 6. Amplia secundò, vt procedat etiamsi collatio non spectet ad Episcopum, sed ad inferiorem collatorem, quia nihilominus sufficit dispensatio Episcopi, Abb. *hic num.* 9. *vers. & intellige*, dummodo tamen is, ad quem spectat collatio, dispensationi consentiat, & non aliàs, vt doctè scribit Couar. *d.* §. 7. *num.* 8. *vers. ego verò non admitterem*, quem sequitur Soar. *d. n.* 36. *vers. addit Panorm.*

31 Limita huiusmodi gloss. resolutionem ne procedat quando collatio esset facta per Papam, tunc enim non posset inferior etiam dispensando se ingerere, vt per Abb. *hîc sub num.* 10. *vers. sed si collatio*, & Rebuff. *n.* 66. Couarr. *d.* §. 7. *sub num.* 8. *vers. quod si Romanus Pontif.* Sayr. *d cap.* 5. *num.* 22. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellariæ gloss.* 54. *num.* 22. Nicol. Garcia *de benef. part.* 7. *cap.* 13. *num.* 18. Limita etiam ne procedat in eo Episcopo, qui scienter contulit beneficium excommunicato vt per Abb. *hîc num.* 9. *vers. dum tamen*, Sayr. *d. num.* 22. *vers.* 3. latè Anton. Ricciul. *d. cap.* 12. *num.* 10. *cum seqq.* quamvis contrarium videlicet, quod idem Episcopus, qui scienter contulit excommunicato, habeat potestatem dispensandi, teneant Soar. *d. sect.* 1. *num.* 36. & Nicol. Gare. *d cap.* 13. *à num.* 84. *vsque à num.* 98. Limita denique ne procedat, quando simul cum excommunicatione concurrit scienter intrusio in beneficio, vt per Garcia *d. cap.* 13. *nu.* 88. Anton. Ricciul. *d. cap.* 12. *num.* 13. *vers. tertiò declaratur.*

§. Quæsiuistis.

32 Probat hic §. præsumentes celebrare Diuina officia in loco interdicto spoliandos esse beneficiis si sunt Clerici, si verò monachi sunt, aut moniales, in arctiora monasteria ad agendam pœnitentiam detrudendi, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 3. *num.* 48. *vers. quæ sunt*, vbi cum Soar. existimat ad eam pœnam incurrendam cum interdicti violatione requiri contumaciam, cum qua prædicti in violatione ipsa perseuerantes fuerint excommunicati; proinde nota Clericum celebrantem in loco interdicto omnibus beneficiis Ecclesiasticis obtentis esse priuandum, vt per Vgol. *de censur. tab.* 6. *cap.* 11. §. 1. *nu.* 3. Sayr. *eodem tract. lib.* 5. *cap.* 14 *num.* 8. Item certum est pœnam irregularitatis iure esse statutam si Clerici vel interdicti, vel in loco celebrent interdicto scienter, vel actum sui Ordinis proprium exerceant, vt decidit text. *in cap. is qui* 18. § *vlt. iunct. cap. is, cui* 20. *in princip. de sententia excommun. lib.* 6. quorum iurium authoritate ita notarunt Couar. *in cap. alma mater par.* 2. §. 1. *num.* 2. *cum seqq.* Nauar. *in manu. cap.* 27. *num.* 187. *in fine, iunct.* 25. *num.* 83. & 94. Vgol. *d. cap.* 11. §. 1. & 17 §. 1. post Sot. Angles, Maiol. & plures alios, quos refert Sayr. *d. cap.* 14. *num.* 18. Soar. *tom.* 5. *disp.* 23. *sect.* 3. & *disp.* 34. *sect.* 4. *à num.* 14. Auila *de censuris part.* 6 *disp.* 5. *dub.* 4 *concl.* 3.

In gloss. *Spoliandi.* Notatur ad hoc, quòd excommunicatus injustè, si Clericus fuerit, & in Diuinis se immiscuerit, irregularis efficitur, vt per Couar. *d.* §. 7. *sub num.* 7. *vers. his equidem.* Spin. *in speculo testament. gloss.* 11. *rubricæ num.* 29. Humad. *l.* 20. *gloss.* 2. *num.* 1. *tit.* 10 *part.* 1. Cened. *ad Decretal. collect.* 1. *n.* 7. Farinac. *fragmen. crimin. part.* 1. *lit. E, verbo excommunicatus n.* 31. vbi *num.* 32. resoluit, quòd nulliter excommunicatus non efficitur irregularis immiscendo se in diuinis, & celebrando.

In gloss. *Retinere.* ibi, *immo si prius alia beneficia habebant, eis sunt priuandi.* Verius tamen est Clericum excommunicatum pro aliquo delicto, & contumacem habere annum ad comparendum, & se purgandum, intra hunc annum non posse deponi, nec beneficio priuari, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 416. *num.* 19. *cum seqq.* Farinac. *fragment. crimin. part.* 1. *verbo Clericus num.* 264. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio ei facta, qui prius fuit excommunicatus, & postea absolutus, valet.*
2 *Beneficij collatio facta excommunicato nulla est.*
3 *Possidens olim, hodie quoque possidere præsumitur.*
4 *Excommunicatus, & denunciatus semel, semper præsumitur excommunicatus.*

Cap. Proposuisti. VIII.

EXcommunicatus si aliquis fuit, & postea absolutus, si ei confertur beneficium, collatio tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabatell. Ioan. Andr. Anania, Hostiens. Butr. Anch. Panormit. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 178. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 701. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 9. *cap. vnic.*

Probat hic text. collationem beneficij factam excommunicato nullam esse, modo constet eum excommunicatum fuisse tempore collationis, nec etiam satis est probare post collationem ipsum in excommunicatis esse, vt per Couar. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 7 *n* 2. *vers.* 3. Canis. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 20. *num.* 14. nication manere, aut ea censura affectum esse, vt per

Inuestitura sua tempore.] Notatur ad hoc, quod possidens olim, hodie quoque possidere præsumitur, etiam in eis casibus, in quibus pro forma requiritur determinata probatio certi temporis, vt per Mascard. *de probat. concl.* 1195 *num.* 16. In

4 In gloſſ. *De abſolutione.* ibi, *qui fuit excommunicatus, præſumitur quod adhuc ſit excommunicatus.* Notatur ad hoc, quòd ſemel excommunicatus, & denunciatus, ſemper præſumitur eſſe, & perſiſtere in eadem cenſura, & erit vitandus, niſi oſtendat ab illa abſolutum fuiſſe, vt per Couar. *in capit. alma mater, part.* 1. §. 2. *num.* 6. & 9. Bernard. *regul.* 631. *verſ. limita*, Perez *l. fin. tit.* 5. *lib.* 8. *Ordinar. pag.* 176. Menoch. *de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 7. Maſcard. *de probat. concluſ.* 12. & *concluſ.* 704.

SVMMARIVM.

1 *Suſpenſus vel excommunicatus ignoranter, celebrando nulla indiget diſpenſatione reſpectu irregularitatis, alias ſecus, & n.* 2.
3 *Excommunicatio regulanda eſt per intentionem excommunicatoris.*
4 *Declaratio producit effectum ex eo tempore tantum, quo fit.*
5 *Collatio facta excommunicato occulto etiam ignoranti, eſt nulla,*

Cap. Apoſtolicæ. IX.

Gregor. IX.

1 SVſpenſus celebrans cum ignorantia probabili, non ſit irregularis, ſecus ſi ignorantia fuit craſſa, ſupina, aut erronea. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anania, Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Mar. Socin., Viuian. *in compend. iuris Canon. p.* 701. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 Collige ex text. excommunicatum celebrantem á pœna irregularitatis excuſari ob legitimam excommunicationis ignorantiam, vt per Cou. *in c. alma mater, p.* 1. §. 7. *n.* 6. *col.* 2. Nauar. *in cap. conſideret, de pœnit. diſtinct.* 1. *n.* 72. Henriq. *in ſumma lib.* 14. *c.* 3. §. 6. Cened. *ad Decret. collect.* 25. *n.* 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *num.* 181. *verſ. quorum* Aloyſ. Riccius *part.* 2. *collect.* 429. Salzed. *ad Bernard. in pract. c.* 33. *lit. A. verſ. excuſabitur*, Vgolin. *de cenſur. tab.* 1. *c.* 14. §. 1. *n.* 12. Soar. *tom.* 5. *diſp.* 11. *ſect.* 3. *n.* 5.

3 In gloſſ. *Probabili.* ibi, *idem ergo erit ſi litteras obtinuerit pro beneficio, vel alio negotio.* &c. Vide Perez *in l.* 1. *gloſſ.* 5. *verſ. hinc impetratio tit.* 12. *lib.* 3. *Ordinam. pag.* 699.

4 In eadem gloſſ. ibi, *vt ſi excommunicator voluit, &c.* Notatur ad hoc, quod ad intentionem excommunicatoris regulanda eſt excommunicatio, vt per Palat. *in repetit. c. per veſtras, de donat. inter virum*, §. 17. *n.* 22. *verſ. ex quo.* Nauar. *in cap. fratres n.* 46. *de pœnit. diſt.* 1. Perez *l. fin. verſ. quam concl. tit.* 5. *lib.* 8. *Ordin p.* 176.

5 Notatur etiam ad hoc, quòd declaratio producit effectum ex eo tempore tantum, quo fit, vt Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, n.* 257.

6 In ead. gloſſ. ibi, *non credo quòd electio*, &c. Notatur ad hoc, quòd collatio facta excommunicato occulto, & ignoranti etiam probabiliter, & inuincibiliter eſt nulla, de quo vide Doctores citatos ad *c. poſtulaſti 7. ampl. 6. ſup. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus minori celebrans non eſt irregularis, ſed peccat. & poteſt eligere.*
2 *Matrimonium celebrans cum excommunicatione mortaliter peccat.*
3 *Excommunicato minori excommunicatione facta collatio, electio, ſeu præſentatio, an veniat per ſententiam irritanda, remiſſiue*
4 *Excommunicatus minori excommunicatione, quamuis celebret non ſit irregularis.*
5 *Suſpenſis ab officio, beneficia conferri non poſſunt.*
6 *Excommunicatus minori excommunicatione conferendo Eccleſiaſt. Sacramenta, an ſolum peccet venialiter remiſſiuè.*
7 *Excommunicatio minor paſſiua tantùm Sacramentorum participatione priuat.*
8 *Celebrare dicitur in contemptum Clauium qui ſciens ſe excommunicatum celebrat.*

Cap. Si celebrat. X. & fin.

EXcommunicatus excommunicatione minori ſi celebrat peccat, ſed non ſit irregularis, & poteſt eligere, & exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis. Item ſi talis excommunicatus fuerit ſcienter electus, eius electio erit irritanda. Item peccat conferendo Sacramenta, ſed collata tenent, quia eſt remotus à perceptione, & non à collatione Sacramentorum, dummodo hoc non faciat in contemptum Eccleſiæ, id eſt, contra prohibitionem Eccleſiæ ſe ingerat communioni excommunicatorum, quia tunc eſſet excommunicatus maiori & priuandus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Hoſtienſ. Butr. Anch. Panormit. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 178. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 701. remiſſiuè Ximen. *in concord.* 1. & 2. 1

Licèt grauiter peccet.] Per hunc tex. tenent Sanch. *de matrim. lib.* 7. *diſp.* 9. *n.* 5. mortalem culpam incurrere, qui matrimonium celebrat cum excommunicatione minori ante abſolutionem ab illa, 2

Si tamen ſcienter talis electus fuerit, &c.] An collatio, electio, ſeu præſentatio facta excommunicato minori excommunicatione veniat per ſententiam irritanda ſi ignoranter fuerit facta, an verò ſi ſcienter, quæſtio eſt dubia, de qua, & de hac materia, ac huius text. intellectu conſule Couar. *in cap. alma mater, part.* 1. §. 8. *n.* 3. Viuald. *in candelab. aureo, tit. de excommunicatione, num.* 48. Rebuff. *in repetit. cap. poſtulaſti, ſupra hoc tit. notabili* 2. *num.* 22. & 51. & 93. Vgol. *de cenſur. tab.* 3. *cap.* 6. §. 3. *num.* 2. Azor. *inſtitut. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæſt.* 7. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellariæ, gloſſ.* 58. *num.* 25. Sayr. *de cenſur. lib.* 2. *c.* 22. *num.* 23. Auilam *eodem tract. part.* 1. *cap.* 6. *diſput.* 15. *dub.* 4. Soar. *tom.* 5. *diſput.* 24. *ſect.* 2. *num.* 13. *cum ſeqq.* Sigiſm. à Bononia *de elect. dub.* 65. *num.* 2. Lauor. *var. lucub. tom.* 1. *tit.* 4. *cap.* 16. *num.* 92. Leſſi. *de iuſtitia lib.* 2. *c.* 34. *n.* 116. Fr. Emman. *in ſumma tom.* 1. *cap.* 195. *num.* 1. Henriq. *in ſumma, lib.* 13. *cap.* 3. §. 3. *iuncto commento, lit. V. & X. & cap.* 13. §. ..... Paul. Comitol. *reſponſorum moral. lib.* 6. *c.* 28. *num.* 4. Mar. Alter. *de cenſuris, tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 3. *diſputat.* 4. *cap.* 2. *lit. B.* Vaſq. *tom. de Pœnit. tract. de excommu. dub.* 6. *num.* 11. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 13. *cap.* 2. *num.* 31. Nicol. Garc. *de benef. p.* 7. *cap.* 13. *num.* 27. Ioan. Sancti *in ſelectis diſp.* 32. *num.* 11. *verſ. & ſanè.* Ego tamen breuiter dicendum puto huiſmodi electionem, ſi de facto fiat de excommunicato minore excommunicatione mero iure validam eſſe, vt reſoluunt multi ex hoc text. *in verſ. ſi tamen*, ibi, *electio eſt irritanda*, quaſi donec per ſententiam irritetur, valeat, ita Felin. *in cap. dilecta num.* 4. *ad fin. de exception.* Ricard & alij quos refert, & ſequitur Soar. *tom.* 5. *diſput.* 24. *ſect.* 2. *à num.* 21. Tolet. *lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 4. Verùm contrariam ſententiam, quod ipſo iure non 3

valeat,

valeat, tenent Host. cuius sententiam magis communiter receptam testatur, & sequitur Cou. *in cap. alma mater part.* 1 § 18. *num.* 3. Vgolin. *de censuris tab.* 3. *cap.* 6. §. 3. Viuald. *in candelabro aureo, lit. de excommunicat. num.* 48. qui mouentur ex ratione, quam text. reddit, quæ videtur concludere, non solùm illicitam, & irritandam, sed pro iure inualidam esse electionem huiusmodi, siquidem ad ea suscipienda eligitur, à quorum susceptione priuatus est. Ad verba autem text. ibi, *irritanda*, respondent secundùm subiectam materiam esse explicanda, irritam esse declaramus, vt in multis aliis locis glossatores explicarunt, *gloss. vlt. in cap. & si Christus, de iureiur.* cum similibus. Sed priori sententiæ adhærendum existimo, quòd scilicet electio mero iure valeat, tum ex verbis huius text. quæ non possunt sine violatione aliter intelligi; tum quia ea ratione manifestè comprobatur, vel enim huiusmodi electio est nulla ipso iure, vel speciali iuris Pontificij constitutione, vel ratione subiectæ materiæ, & ex defectu alicuius causæ essentialis, iuris Pontificij auctoritas necessatio non concludit, si aduertas electum ad beneficia non directè eligi ad Sacramenta suscipienda, sed potiùs ad ea conferenda subditis, atque ita licèt aliquando contingat necessarium esse suscipere, vt aliis conferat, hoc tamen non est quod directè, & principaliter agitur, & per consequens stando in mero iuris rigore illud, quod minus principale est, attendi non debuit, nec sufficiebat ad actum annullandum, ex reg. *l.* 1. ibi, *prima enim ratio ff. de auctorit. tut.* cum multis similibus, quæ adducit Mant *paralip. dialogo* 47. Ex quibus atque etiam ex ea ratione, quod lex Canonica solùm irritandam decernat, & pœnæ extendendæ non sunt, reg. *in pœnis lib.* 6. cum vulgaribus, merito sequitur veriorem esse in rigore primam opinionem contra communem.

Vtrùm autem supradicta huius text. decisio procedat in beneficiis simplicibus, vel aliis quæ nullo modo in suo munere requirunt alicuius Sacramenti susceptionem, vt scilicet si ad ea eligatur minori excommunicatione ligatus, electio debeat irritari? Partem affirmatiuam tuetur Soar. *d. sect.* 2. *n.* 24. *& seq.* ea ratione, quia decisio huius text. generalis est, ideoque generaliter intelligenda, iuxta reg. *l.* 1. ibi *præter enim simpliciter ait ff. de adulteris* cum similibus. Verum contraria sententia negatiua tuenda videtur: ratio enim quia tex. nititur ibi, *cùm ad susceptionem eorum eligatur.* &c. minimè conuenit his beneficiis simplicibus, quorum institutio non ordinatur ad Sacramenta suscipienda, neque etiam conferenda, sed solum ad diuinas laudes Deo recitandas, idóque simplicia dicuntur, neque requirunt quòd quis ad Sacerdotium promoueatur, vt argumento text. *in c. vlt. de præbendis*, cum similibus, explicat Rebuff. *in praxi benefic. art.* 1. *tit. seculare beneficium quotuplex n.* 12. Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib.* 17. *cap.* 13. *à num.* 6. & per consequens dictum huius text. per eius rationem debet restringi iuxta celebrem reg. text. *in l. cùm pater, §. dulcissimi ff. de legat.* 2. cum similibus, de quibus Mantic. *de coniect. vltimarum volunt. lib.* 6. *tit.* 14. *num.* 10. Aluarad. *de coniecturata mente defuncti, lib.* 4. *cap.* 4. *à princip.* & omnino refert innumeros Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 9. quod præcipuè in proposito admittendum est cùm materia pœnalis sit & odiosa, scilicet de irritanda electione, & per consequens restringenda, iuxta reg. *odia, & reg. in pœnis lib.* 6. Nec obstat quod Soar. consideret, scilicet omnia beneficia etiam simplicia ex intentione Ecclesiæ ad hunc finem ordinari vt diuina Sacramenta beneficiarius suscipiat, & celebret: negamus enim cùm ex dictis constet institutionem simplicium beneficiorum solùm dirigi ad recitationem diuinarum laudum, facilius autem ex eadem ratione consequitur eam decisionem ad electionem officij secularis trahi non posse, cùm illis ea ratio longè minùs conueniat, atque ita in illis nobiscum libenter consentit Soar. *d. loco n.* 14.

Vtrùm denique si minori excommunicatione ligato ad beneficium Ecclesiasticum ignoranter eligatur, debeat electio irritari? Partem affirmatiuam tuetur gloss. *verbo scienter, hîc* quam sequuntur DD. communiter *in præsenti.* vt testatur & sequitur Couar. *num.* 3. Viuald. 49. Vgoliu. 2. Soar. ex *num.* 15. *dicti loci*, qui eo mouetur fundamento, quia in iis quæ respiciunt bonum excommunicati commodum, nihil refert an aliud fiat scienter, an ignoranter, iuxta doctrinam Innocent. *in cap. cum dilectus, de consuetud.* iunctis iis, quæ citat *Extrauag. ad euitanda* notant DD. ficit reg. text. in *l. ignorantia 7. ff. de iuris & facti ignor.* dum probat ignorantiam acquirere volentibus non prodesse, & plures consequens cùm valere electionem interfit excommunicatis volentis acquirere beneficium ad quod electus est meritò, quòd ipse vel electores excommunicationem ignorauerint, prodesse non debet quò magis valeat electio. Confirmatur deinde, quia ratio, quam tex. reddit videtur ponere defectum in persona ipsius electi, quem habilem reddere non potest sola ignorantia, ac subinde cùm ratio generalis sit, per eam ampliari debet decisio etiam ad ignorantes, iuxta reg. *l. regula* §. *fin. constitutionis initium generale est ff. de iuris, & facti ignor.* cum aliis, quæ latè exornant Mantica, Aluarad. & Molin. *suprà citatis locis.*

Verùm contraria sententia, quòd electio ignorantes facta de ligato minori excommunicatione valeat, tenet Raymund. glostator antiquus, quem refert, & sequitur Syluest. *verbo excommunicatio 4. num.* 4. & plures, qui etiam sequitur Henriq. *in summ. lib.* 13. *cap.* 3. § 3. *dicta lib.* 5. *& seq.* Mouentur primò auctoritate huiusmet *in eod. vers. si tamen*, ibi, *scienter*; & per consequens ignorantes trahi non debet, iuxta reg. text. *in cap. pœn. de pœnit. dist.* 1. cum similibus. Secundo confirmatur ex dictis, resoluimus enim rationem, qua vtitur Pontifex *in præsenti in dict. vers. per se*, non concludere, nec ponere defectum in causa aliqua essentiali, qui sufficeret ad electionem inualidandam; & per consequens cùm sit lex noua, & pœnam imponat, succedit reg. *quæ nouo*, cum vulgaribus, quæ docent ex identitate rationis in pœnalibus, vel exorbitantibus non fieri extensionem de casu ad casum. Neque hac secunda opinione retenta obstant quæ pro communi adduximus, si aduertas aliud esse quærere an quando actus nullus est propter iuris impedimentum, vel personæ inhabilitatem valeat actus ab ignorante gestus, eóque casu est verissimum ignorantiam non prodesse, quia habilem non facit eum, qui est iuris impedimento inhabilis est, & procedit prædicta doctrina Innocent. *in d. cap. cum dilectus num.* 5. *de consuetud.* quam singularissimam dicit Felin *in cap. Rudolphius, num.* 43. *post med. de rescript.* & propterea collationem beneficij factam excommunicato ignoranter inualidam esse meritò resoluit *glos. penult. ad finem cap. Apostolicæ, hoc tit.* recepta per omnes *ibi*, vt testatur Couar. *in cap. alma p.* 1. §. 7. *num.* 3. aliud verò est quærere an pœnæ per legem impositæ scienter & scientibus extendi debeant ad ignorantes? in quo casu certum est ad ignorantes probabiliter non extendi, neque etiam secundum magis receptam sententiam ad ignorantes crassè, vt resoluit gloss. *verbo, puellas* per text. *ibi in l.* 1. § *si quis ff. ne vis fiat ei*, cum multis aliis de quibus Tiraq. *de pœnis temper. casu* 14. *num.* 7. & fatetur D. Barbos. *in prælud. l. si mura num* 9. *ff. soluto matrim.*

Nullius

4 *Nullus tamen notam irregularitàtis incurrit*] Notatur ad hoc, quòd excommunicatus minori excommunicatione, quamuis celebret, non fit irregularis, vt per Couar. *d.* §.8. *nu.* 1. Salzed. ad *Bernardum in prac. tical. cap.* 3. *in nouiſſe dit. lit. D.* & E Cened *ad Decretal. collect.* 25. *num.* 8. Valer Reginald. *in prax iſori pœnit. lib.* 50. *num.* 182. Mar Alter. *de cenſuris, tom.* 1. *de excom. lib.* 1. *diſp.* 6. *cap.* 3. *verſ. ſecundò quæri poteſt.* Nam vltra illam generalem rationem quòd hoc caſu irregularitas iure expreſſa non ſit, vt eſt neceſſarium, iuxta reg. text. *in capitis, qui,* 18 *in prine. de ſentent. excomm. lib.* 6. oſtenditur efficaci ratione; quia verum eſt eos ſolos hanc irregularitatem contrahere, qui geſſerint actum Ordinis, à cuius exercitio per cenſuram prohibiti ſunt, vt deducitur ex *c. ſi quis Epiſcopus* 11. *q.* 3 & *cap.* 1. *de re iudic. lib.* 6. & *ex c. is, cui* 20. ibi. *in ſuo officio, de ſentent. excomm. eod. lib.* Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 244. Couar. *in cap. alma mater, part.* 2. §. 2. *num.* 3. latè Vgolin. *de cenſur. tab. cap.* 14. §. 1. conſtat autem per minorem excommunicationem non prohiberi exercitium alicuius Ordinis, ſed ſolum participationem paſſiuam Sacramentorum, vt *infrà* notabitur; ergo rectè decidit Pontifex ſic celebrantes irregulares non eſſe. Neque obſtat quòd minori excommunicatione ligatus celebrando grauiter peccat, vt fatetur Pontifex *in præſenti*; reſpondetur eum peccare quatenus celebrando paſſiuè participat, quæ participatio ei non competit ratione ſui Ordinis, ſed potius communis eſt tam Cleticis, quàm laicis; conſtat autem ad hanc irregularitatem contrahendam neceſſarium eſſe vt fiat actus aliquis clerico ratione ſui Ordinis competens, non ita ſi fiant actus, quos etiam laici facere conſueuerunt, quare meritò hanc rationem ad hunc text. poſt Abb. Henric. & alios communiter *ibi*, explicarunt Couar. *d.* §. 8. *num.* 1. & *in Clem. ſi furioſus part.* 1. *verſ. quinto* Vgolin. *de cenſur. tab.* 3. *c.* 8. *num.* 3. Nauar, Sot. & alij quos refert communem teſtatus Henriq. *li.* 13. *c.* 3. §. 1. *iuncta lit. M.* quibus add. Salzed. in *pract. Bernardi c.* 3; *dit.* D. Soar. *de cenſur. diſp.* 24 *ſect.* 2. *n.* 5. Rationem verò differentiæ inter hunc caſum, & illum, de quo *in d. cap. is cui*, de eo, cui eſt interdictus ingreſſus Eccleſiæ. vide per Cou. *d. verſ. quinto.*

5 *Ad ſuſceptionem eorum eligitur.*] Notatur ad hoc, quòd ſuſpenſis ab officio beneficia conferri in non poſſint, ſed illorum ſint incapaces, itaut prouiſio eis facta ſit nulla, vt per Coraſ. *de beneficio part* 4 *cap.* 3. *n.* 221. Nauar. *in man. cap.* 24. *num.* 135 & *conſil.* 10. *de temporibus ordinat.* Viuald. *in candelab. aureo tit. de ſuſpen. n.* 139. Vgol. *de cenſuris, tab.* 4. *de ſuſpenſ. cap.* 6. §. 7. *num* 4. & *cap.* 8. §. 6. *num.* 1. Flamin. *de reſign. benef. lib.* 5. *quæſt.* 6. *nume.* 84. Azor. *inſti. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæſ.* 2. Leſſ. *d. cap.* 34. *num.* 116. quamuis Soar *tom.* 5. *diſp.* 26. *ſect.* 3. *n.* 8. minus bene dicat electionẽ factam ſuſpenſo ab officio non eſſe ipſo iure irritam, ſed irritandam, nec ſuſpenſum ab officio eſſe perſonam in habilem, ſed prohibitam, quod etiam dicit de ſuſpenſo à beneficio, *diſp.* 27. *ſect.* 1. *num.* 26.

6 *Peccat autem conferendo eccleſiaſt. Sacramenta.*] An autem excommunicatus minori excommunicatione conferendo eccleſiaſtica Sacramenta peccet mortaliter, an ſolummodo venialiter, & multa circa intellectum huius text in proximè adductis verbis, vide Nau. *man. cap.* 27. *n.* 24. Paul. Comitol *reſponſorum moral. lib.* 6. *cap.* 28. *n.* 3. latè Mar. Alter *d. diſp.* 4. *cap.* 3. *per totum.* Valer. Reginald. *d. lib.* 32. *tract.* 1. *num.* 140 *cum ſeqq.* Bonacin. *de cenſur. diſp.* 1. *quæſt.* 3. *num* 4. qui plures ex antiquioribus referunt, in quo dubio quidam tenent huiuſmodi peccatum committere mortale, vt Innoc. *in præſenti*, & Sylueſt. *verbo excommunicatio* 2. *num.* 1. Vaſq. *tom.* 1. *de pœnit. tract. de excommunicat. dub.* 4. Ioan. Sand. *in ſelect. c* 32. *num.* 11. *verſ. nec ſcio.* Archid. *in cap. vir cum propria* 33. *quæſt.* 4. à quo non diſſentit, immo memoriæ tenendum monet Couar. *d.* § 8. *num.* 2. *verſ. ſed etſi,* & Adrian. *de Clauib. q.* 3. ex actoritate huius text. dum ſimpliciter inquit peccare conferendo, quòd magis propriè adaptatur peccato mortali, accipiendo verbum *peccat* à principali ſignificatione. iuxta reg. *c. pen. de ſentent. excom.* Nullum peccatum ipſum committere non deſunt, qui ſentiant, vt Nauar. *d. n.* 24. Henriq. *in ſumma lib.* 13. *cap.* 3 §. 1. Vgolin. *de cenſur.* § *cap.* 6 § 2. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 13 *c.* 1. *n.* 24. & vi difficultatis preſſus cogi ſe eidem adhærere concludit Soar. *tom.* 5. *diſp.* 24 *ſect.* 2. *num.* 8 & 9. ad litteram huius text. reſpondentes procedere in eo, qui non ſolùm confert, ſed conferendo ſimul ſuſcipiendo participat, idcóque peccare, vt hic text. habet, non quatenus confert aliis, ſed quatenus ipſe ſibi ſuſcipit, atque intelligunt *verſ. peccat autem*, conſonare principio textus, vbi de celebrante agitur. Sed cæteri (quorum communior ſanè apparet opinio) medium tenentes affirmarunt illum veniale peccatum committere, intelligentes ſupradicta text. verba, nempe, *venialiter*, cùm præterierit dictionem illam, *grauiter*, quam adiunxerat antea cum de participatione paſſiua dixerat; ita Anch. *hìc*, Caiet. *verbo excommunicatio minor*, Tolet. *in ſumm. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 3. Sot. *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 2. *art.* 5. & plures alij, quos refert, & ſequitur Sayr. *de cenſur. lib.* 2 *cap.* 22. *num.* 17. Couar. *d.* § 8 *num.* 2. Medin *in ſumm lib.* 1. *cap.* 11, §. 6. *in fine.* Auila *de cenſuris p.* 2 *c.* 6. *diſp.* 12. *dub.* 3. expendentes etiam illam rationem, quia licèt excommunicati minori excommunicatione nullum legis præceptum directè offendant; ac ſubinde non peccent mortaliter, non tamen ſeruant debitum rationis modum à lege intentum; ſed potius irreuerenter agunt ea tractando, & aliis conferendo, quæ lex prohibet ab ipſis ſuſcipi, quam irreuerentiam ſufficere ad culpam venialem notant ex doctrina S. Thomæ *part.* 3. *q.* 64. *art.* 6. recepta ex multis, de quibus Henriq. *lib.* 11. *c.* 19. §. 1. & 2.

7 *A collatione ſeu participatione*, &c.] Ergo excommunicatio minor paſſiua tantùm Sacramentorum participatione priuat, de quo vide Vgol. *de cenſur. tab.* 2. *c.* 7. *in initio*; Valer Reginal *d. lib.* 32. *num.* 1. Mar. Alter. *diſp.* 4. *cap.* 1. Bonacin. *de cenſuris diſp.* 1. *quæſt.* 3. *num.* 1. Couar. *in cap. alma mater part.* 1. *in initio, num* 4. & § 8. *num.* 1. Soar. *tom.* 1. *diſp.* 22. *ſect.* 1. & *ſeqq.* & cum hoc tex. conſonant *cap. pen. de ſentent. excomm. cap.* 2. ibi, *tantùm à Sacramentorum participatione, de exception.* Verùm præſtat tex. difficilis *in cap. vlt.* 3. *quæſt.* 4. dum de minori excommunicatione loquens, inquit, eam à fraterna ſocietate ſeparare, deinde quia variis in locis variæ reperiuntur excommunicationes, quæ aliqua tantum priuant eccleſiaſtica communione, & per conſequens ad maiorem reduci non poſſunt, & tamen communicę qua priuant, alia eſt longè diuerſa à Sacramentorum participatione, *cap.* 1. *in fine* 34. *diſt.* ibi, *à veſtro collegio excommunicatus abſcedat, cap. Epiſcopi* 6. ibi, communio illis vſque ad tempus ſynodi, 11. *quæſt.* 3. cum ſimilibus, dequibus gloſſ. *verbo ſuſpenſi, in Clem. cupientes, de pœnis*; quorum difficultate preſſus Vgolin. *de cenſur. tab.* 3. *cap.* 1. multis contendit varias eſſe excommunicationis ſpecies, vnam quæ priuat Sacramentorum participatione, aliam verò, quæ priuat fraterna ſocietate, vel aliqua alia eccleſiaſticæ communionis parte, & ita interpretatur text. *in d. cap. vlt.* cum ſimilibus, quæ proximè retulimus, contra quem tamen inſtat irrefragabiliter text. *in d. cap.* 2. cum ſimilibus, in quibus per illam taxatiuam *tantùm*, explicant minorem excommunicationem ſola priuare Sacramentorum participatione. Quare aduertendum eſt, quòd licèt negandum

gandum non sit dari posse tanquam possibiles varias minoris excommunicationis species, potuit tamen Ecclesia sub alio modo, & forma minorem excommunicationem instituere, illique hunc, vel illum effectum, vel plures hoc, vel illo casu tribuere, secundùm tamen præsentem Ecclesiæ vsum certum est vnam tantùm instituisse, illique vnum solum effectum tribuisse, scilicet quod à Sacramentorum separet perceptione, vt constat ex *d. cap. 2. & d. cap. pen.* cum similibus: quinimmo secundùm antiquiorem Ecclesiæ vsum vnam tantùm fuisse excommunicationem minorem, vnúmque illius effectum probabilius est cum communi sententia, vt constat ex præcitatis.

Neque obstant quæ in contrarium adduximus, nam *ad d. cap. vlt. 3. quæst. 4.* respondent Archid. Turrec. Alexandrin. & alij communiter *ibi*, quòd cùm in Sacramentorum participatione fideles inter se fraternitatem contrahant, vt Deum patrem vocare possint, vt inquit text. *in cap. ad mensam 11. quæst. 3.* qui per minorem excommunicationem ab hac Sacramentorum participatione separatur, rectè etiam à fraterna societate dicitur separatus, vnde etiam intelliguntur plura iura antiqua, vbi minor excommunicatio simpliciter excommunicatio dicitur *cap. de presbyterorum, 17. q. 4. cap. Sacerdote, de consec. dist. 1.* cùm iam hodie de sola maiori intelligi hoc nomen, *excommunicatio*, simpliciter prolatum, decidat text. *in cap. pen. de sentent. excomm.* Cuius rei ratio est, quia in primitiua Ecclesia ardentior erat zelus charitatis, quæ postea paulatim cœpit frigescere, ac subinde primis illis temporibus grauissimum reputabatur priuari sanctissimæ Eucharistiæ, & aliorum Sacramentorum perceptione, ideóque hac sacra Communicatione priuatus non immerito simpliciter excommunicatus illis temporibus dicebatur, vt ex aliis notant. Henriq. *in sum. lib. 13. c. 2. §. 1.*

Ab alia respondetur pœnas de quibus *ibi*, proprièe censuras Ecclesiasticas non esse, neque ad excommunicationem strictè quà censura est posse reduci; & quod attinet ad *d. cap. Episcopi*, quo præcipuè nititur Vgolin. patet, quia priuatio communionis reliquorum Episcoporum ibidem ad tempus certum præscribitur, scilicet vsque tempus synodi, sicut *in cap. in loco, 5. quæst. 4.* fertur excommunicatio etiam ad tres dies, & *cap. præsenti 5. quæst. 7.* ad vnum, vel duos, quod longè abest à propriæ censuræ ratione, quæ esse noscitur vt minimè ad tempus præfinitum durare debeat, sed tantùm donec durauerit contumacia, *cap. ex litteris, de constitut.* Rursus in intrinseca censuræ ratione est quòd priuet bono aliquo speciali, qua tale est, iuxta principia in materia censuratum, planè tam *in d. c. Episcopi*, dum illi priuantur aliorum Episcoporum communione, quàm *in d. cap. 1. 34. dist.* dum veneratorem à collegio non excommunicat, non priuantur isti bono aliquo spirituali; sed vel collegij, aut coepiscoporum communione circa negotia communia, qua ciuilis communio est, vt benè sensit gloss. *vlt. in d. cap. 1.* quod verò illi text. vtatur verbo *excommunicatus*, non inconuenit, ponitur enim ibi in generali significatione, quatenus significat, & idem importat ac exclusus, seu exterminatus.

Ad text. verò *in cap. placuit, 18. dist. 10.* dum non venientem ad synodum iubet Ecclesiæ communione esse contentum, respondetur quòd si prohibitio illa respectu aliarum Ecclesiarum censuta est Ecclesiastica, magis reducitur ad interdictum quasi respectu earum sit prohibitus, inductus censeatur; deinde verius esset cum *gloss. vlt. ibi*, cui similis vlt. *in d. cap. præsenti*, pœnam de qua ibi, censuram non esse, neque bono spirituali priuare, neque Sacramentorum, & diuinorum perceptione etiam in aliis Ecclesiis, solùmque impedire ne ille Episcopus, qui ad synodum venire contempsit, ad negotia communia cum aliis Episcopis admittatur, quòd censuræ non conuenit, ex dictis. Quæ omnia licèt in rigore verissima existimem, non tamen inficior valde probabile esse secundum antiquum Ecclesiæ vsum distingui posse duplicem illam minoris excommunicationis speciem, quam tradit Vgolin. *dicto loco*, & ante eum Anan. *in rubr. num. 4. & 5.* licet quamuis iam certum sit secundùm præsentem Ecclesiæ vsum vnum tantùm esse minoris excommunicationis modum, qui consistit in sola Sacramentorum perceptionis priuatione, iuxta *d. cap. 2. ad cap. pen. & text. in præsenti.*

Dummodo non in contemptum, &c.] Notatur ad hoc, quòd celebrare dicitur in contemptum Clauium, qui sciens se excommunicatum celebrat, vt per Mascard. *de probat. conclus. 433. num. 3.* vbi *num. 1.* dicit quòd contemptus probatur ex coniecturis, & indiciis quando sciens, vel prudens repugnat prohibitioni Superioris.

In gloss. *Scienter*. Hæc gloss. dum habet excommunicatum inhabilem esse ipso iure ad beneficium consequendum, & electionem de excommunicato factam non tenere, ac scienter eligentes excommunicatum minori excommunicatione ad beneficium priuatos esse eligendi potestate, reprobatur à Mar. Alter. *d. dist. 4. cap. 3. lit. C.*

De Clerico non ordinato ministrante.

TIT XXVIII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panor. Mainer. Soc. Durand. *in breuiario iuris Canonici fol. 146. verso*, Petrus de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Mart. Mediart. *in epitome Decret. fol. 191.* Dan. Venator. *in analysi methodica iuris Pontif. pag. 699.* Goffred. & Hostiens. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anast. Germon *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Bartholi. Cattagene *in expos. titulorum iuris Canonici*, Zypæus *in analytica postrema iuris ecclesiastici enarrat. pag. 412.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 5. summ. in Decretal. comment. sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus ministrans in pertinentibus ad Ordinem, quem non habet, deponendus est; & amplius non promouendus.*

2 *Clericus non sacerdos etiam in extrema necessitate baptizans solemniter, fit irregularis.*

3 *Diaconus solemniter ministrans Baptismum solemnem cum licentia Episcopi, vel Parochi, an fiat irregularis, ostenditur.*

4 *Irregularis fit clericus exercendo Ordinem, quem non habet, dummodo scienter, & serio, & ex officio ministret.*

5 *Baptizans laicus solemniter nullam irregularitatem incurrit.*

6 *Ordinis aliquem actum quando quis dicatur solemniter vel ex officio exercere, ostenditur.*

7 *Clericus non sacerdos aliquem seriò sacramentaliter absoluens est irregularis.*

Cap.

Cap. Si quis baptizauerit. I.

Hormisda.

1 BAptizans temere sine ordine, vel alia officia ordinis exercens, debet eiici ab Ecclesia, & nunquam ordinari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anch. Panormit. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif pag.* 179. Analoga *in compendio iuris Canon pag.* 702. remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 24. c. 1.*

2 *Baptizauerit.* [Nota Clericum non sacerdotem etiam in extrema necessitate baptizantem solemniter fieri irregularem, vt per Nauar. *in man. cap. 22. num. 7.* Gregor. de Valentia *tom. 4. disputat. 4. quæst. 2. princ. 1.* Soar. *tom. 3. quæst. 71. art. 4. disput. 31 sect. 4.* Bonacin. *de Sacrament. disput. 2. quæst. 2. puncto 4. n. 3. & de. censur. disput. 7. quæst. 3. part. 6. num. 5.* Aldret. *de religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 21. num. 5.* Henriq. *in summa lib. 2. de Baptismo cap. 29. §. 1. & lib. 12. de irregul. cap. 6. §. 2.* vbi etiam tenet, quòd dicitur solemniter baptizare, qui falso vsurpans nomen Sacerdotis sic baptizat: nam exercet actum proprium sacerdotis, vt per citatos à Bonacin. *d. tract. de Sacra-*
3 *mentis disput. 2. quæst. 2. punct. 1. num. 2.* Vtrùm verò Diaconus solemniter ministrans Baptismum, saltem cum licentia Episcopi, vel Parochi, fiat irregularis? quæstio est ad præsens institutum non contemnenda, in qua pars affirmatiua verior videtur, nam si minister solemnitatis, & ex officio est Sacerdotis, vt DD. communiter resoluunt iam Diaconus exercet officium, & actum sibi non competentem, ac per consequens intrat dispositio huius text. dum habet irregularem esse clericum ministrantem in pertinentibus ad Ordinem, quem non habet; quare Diaconum baptizantem solemniter de licentia, siue iussu parochi irregularitatem incurrere tenuerunt Nauar. *consil. 1. & 2. sub hoc tit.* Marian, Antonin. *vari. resolut. lib. 3. resolut. 16. num. 6.* Henriq. *lib. 2. cap. 29. num. 1.* Chamerota *de Baptismo cap. 4. dub 5.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 27. cap. 6. num. 40.* & Bonac. *locis suprà citatis*, licèt idem Nauar. *consil 70. sub. tit. de sententia excommun. in antiq. alias 3. sub hoc tit. in nouiss.* & Sayr. *in floribus decis. sub. tit de sententia excommun. decis. 67.* tenuerint contrarium in foro fori, tamen si benè Nauar. opinio consideretur, non est fundata neque iure, neque auctoritate, & tandem nescit figere pedem, immo dicit eum in foro contentioso esse irregularem. Ad text. verò *in cap. Baptisma, de consecr. distinct. 4.* respondetur in hoc tempore iam non esse in vsu, vt Diaconus solemniter baptizet, cùm adsit copia Sacerdotum; vel responderi potest cum Mario Antonin. *d. num. 6. vers tum quia*, prout apud eum probari potest.

4 *Exercuerit non ordinatus.*] Notatur ad hoc, quòd irregularis fit clericus exercendo Ordinem, quem non habet, dummodo scienter, & seriò, & ex officio ministret, vt per Vgol. *tract. num. 1.* Soar. *tom. 5. disp. 11. sect. 3. num. 22.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 30. num. 191. vers. sexta*, Bonacin. *de censur. disp. 7.*
5 *quæst. 3. punct. 6. num. 2.* Hanc tamen irregularitatem non incurrit laicus solemniter baptizans, quia text. *in præsenti*, de clerico loquitur, cùm debet intelligi iuxta tit. sub quo ponitur, quia loquitur de Clerico non ordinato ministrante, ita Henriq. *lib. 2. Baptis. cap. 29. §. 1. prope finem.* Soar. *d. disput. 21. sect. 3. n. 22.* Sayr. *d. cap. 10. n. 6.* Valer. Reginald. *d. lib. 30. n. 192.* Bonac. *dict punct. 6. n. 1. vers. dixi clericus.* Dicitur autem quis actum aliquem Ordinis exercere solemniter, vel ex officio, quando actus talis est, vt ab alio non possit exerceri, quam ab eo, qui talem Ordinem habet: quando verò potest eodem modo ab alio exerceri, non dicitur exercere solemniter, & ex officio; vnde quando laicus inseruit Missæ deferendo vrceolos ad Altare, illósque porrigendo Sacerdoti, non dicitur Ordinem Acolytatus exercere, eo quòd hoc munus ex consuetudine possit non solùm à Clericis præstari, sed etiam à laicis: Clericus verò nondum initiatus Ordine sacro canendo Epistolam cum manipulo, aut Euangelium cum Stola, dicitur canere solemniter, & Officio, ita ex aliis refert Bonacin. *d. punct. 6. n. 9.* Vnde cùm quæreretur an Clericus excommunicatus incurrisset irregularitatem seruiendo Sacerdoti celebranti Missam, fuit negatiuè responsum, vt refert Marius Antonin. *resolut 16. num. 10.* vbi *num. 7. vers. secundus* refert fuisse resolutum Diaconum alba & stola indutum Aquam solemniter in Ecclesia ad fontem benedicentem esse irregularem, cum benedictio aquæ & illius exorcismus spectet solùm Ordinem sacerdotalem, de quo etiam Franc, Leo *in thesauro fori eccles. 1. c. 6. n. 13.* 6

Ex quibus colliges Clericum nondum initiatum 7
Sacerdotio, qui aliquem seriò, & sacramentaliter absoluit, esse irregularem, vt tenent Nau. Sot. Vgol. Anil. & alij, quos refert & sequitur Bonac. *d. punct. 6. num. 4.* quibus addc Henriq. *in summa lib. 6. de Pœnit. cap. 2. §. 7. lit. H.* Aldret. *de Religiosa disciplina tuenda lib. 2. c. 19. n. 14.* Et quod laicus sic absoluens non fiat irregularis tenent Henriq. *loco proximè citato*, & Sayr. *d. lib. 7. c. 10. n. 8.* Hodie ex constitutione Clementis VIII. sub die 4. Decembris 1601. incipien. *Etsi alias*, habetur Confessionem sacramentalem audientes ad sacrum Presbyteratus Ordinem nondum promotos à iudicibus Sanctæ Inquisitionis, vel locorum Ordinariis, tanquam Ecclesiæ misericordiæ indignos à foro Ecclesiastico abiiciendos, & ab Ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerint, ritè degradatos, & statim Curiæ seculari esse tradendos per iudices seculares debitis pœnis plectendos, quam refert Quaranta *in summa Bullary. verbo Ordo, in fine*, & Fr. Emmanuel. *quæst regul. tom. 2. q. 25. ar. 2.* aduertit tantùm esse casum S. Inquisitioni commissum, quando ille, qui sacro Presbyteratus ordine non est insignitus, Confessionem audit, & simul absolutionem impertitur; ille verò, qui ordine sacro Presbyteratus est insignitus, non committit crimen S. Inquisitioni subiectum si sine iurisdictione actuali confessiones audiat.

SVMMARIVM.

1 *Diaconus Missam celebrans ad Sacerdotium non promouetur & à Diaconatu suspendditur sed in beneficio poterit ad tempus dispensari.*
2 *Missarum celebrationem nondum Presbyteri vsurpare, præsumentes quam pœnam incurrant. ostenditur.*
3 *Clericus se dicens, & ingerens se actibus clericorum cùm non sit. est falsarius & punitur.*
3 *Episcopus dispensat cum Diacono, qui Missæ sacrificium facit, vt in suo officio permaneat. & retineat beneficium.*

Cap. Ex literis. II. & fin.

Vrban.

DIaconus si Missam celebrat, non potest promo- 1
ueri ad Sacerdotium, sed debet manere su-

ſpenſus per duos, vel tres annos arbitrio Ordinarij, & miſericorditer conceditur ei beneficium ne cogatur reuerti ad negotia ſeculi, ſed interim curetur vt dignam pœnitentiam faciat, & melius eſſet ſi fieret Religioſus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Inno. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hoſtienſ. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag* 180. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 702. remiſſiuè Ximen. *p.* 1. & 2. refertur ab Anton Auguſtin. *collect.* 1. *Decretal lib.* 5. *tit.* 24. *cap.* 2. & eſt poſt Concil. Lateranen. ſub Alexand. III. *part.* 50. *cap.* 62.

Miſſarum celebrationem vſurpare, &c.] Felic. record: 1 Clemens VIII. anno à Natiuitate Domini, 1601. ſub die 4. Decembris per ſuam conſtitutionem incipien. *Et ſi alias*, ſtatuit deperditos, & nefarios homines ad ſacrum Presbyteratus ordinem non promotos Miſſarum celebrationem vſurpare præſumentes, non ſolùm actus idololatriæ, ſaltem extrinſeee, ſeu per externa & viſibilia Religionis, & pietatis ſigna exercere, ſed etiam quantum in ipſis eſt efficere, vt Chriſti fideles, qui credunt eos ordinatos eſſe, & ritè conficere Sacramentum Euchariſtiæ, idololatriæ crimen ignoranter incurrant, purum videlicet panem, & vinum, & tanquam verum Chriſti Domini Corpus, & Sanguinem eiſdem adorandum proponentes à iudicibus S. Inquiſitionis, vel locorum ordinariis tanquam Eccleſiæ miſericordiæ indignos à foro Eccleſiaſtico abiiciendos, & ab ordinibus Eccleſiaſticis, ſi quos habuerint, ritè degradatos, & ſtatim Curiæ ſeculari tradendos per iudices ſeculares debitis pœnis plectendos: quam quidem Conſtitutionem refert Stephan. Quaranta *in ſumma Bullarij verbo Ordo, in fine*, & de materia agunt Fr. Emman. *quæſt. regul. tom.* 2. *quæſt.* 27. *art.* 2. Aldret. *de religioſa diſciplina tuenda lib.* 2. *c.* 20. *n.* 14.

Notatur etiam ad hoc, quòd dicens ſe Clericum, 3 & ingerens ſe actibus Clericorum, cùm non ſit, eſt falſarius, & punitur vt per Bernard. *in pract. cap.* 12. *nu.* 2. Auiles *ad cap.* 51. *Prætorum, gloſſ. vlt. num.* 21. Petrus Gregorius *lib.* 4. *partit. iuris lib.* 4. *tit.* 4. *cap.* 1. Et falſitas probari poteſt recurrendo ad Matricem, ſi ex ea non conſtet eſſe deſcriptum in catalogo ordinatorum, quæ ſit de omnibus ordinatis, ex traditis per Couar *practic. cap.* 19. *verſ. quarto*, Menoch *remed.* 4 *adipiſcenda num.* 736. *& de arbitr. caſu* 187. *num.* 431.

De beneficio autem miſericorditer, &c.] Notatur ad 4 hoc quòd Epiſcopus diſpenſat cum Diacono, qui Miſſæ ſacrificium fecit vt in ſuo officio permaneat, & retineat beneficium, quod habebat, vt Azor. *inſtitut. moral. part.* 2 *lib.* 3. *cap.* 50. *in fine verſ. diſpenſat præterea.* vbi etiam dicit gloſſ. *hîc verbo Miſericordiam*, poſſe Epiſcopum diſpenſare, vt ad Sacerdotium promoueatur: verùm in irregularitate quam quis contraxit exercendo Ordines, quos non habebat, ſolum Summum Pontificem diſpenſare poſſe, vt ad altiorem promoueatur Ordinem, tenent Sylueſt. Vgolin. Collect. Sayr. & Auila, quos refert, & ſequitur Bonacin. *de cenſur, diſput.* 7. *quæſt.* 3. *punct.* 6 *n.* 10. quibus adde Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 30. *n.* 26. *verſ. tertius.* Si verò delictum ſit occultum, tunc Epiſcopus diſpenſare poterit, vt alios ſuſcipiat, per Concil. Trid. *ſeſſ.* 24. *de reformat, cap.* 6. vt aduertunt Bonacin. *d. n* 20. *in fine.* Vgolin. *de officio & poteſtate Epiſcopi cap.* 57. 3. *n.* 2. *verſ. ſi etiam*, ego ipſe *eodem tract. part.* 2. *aleg.* 39. *num.* 43.

De Clerico per ſaltum promoto.

TIT. XXIX.

SVPER hanc rubr. ſcripſerunt Zabar. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panor. Marian. Soc. Durand. *in breuiario iuris Canonic. fol.* 146. *verſo*, Petrus de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Mart. Meſnart. *in ſyntome Decret. fol.* 191. Dan. Venator. *in analyſi methodica iuris Pontif. pag.* 699. Goffred. & Hoſtienſ. *in ſumma huius tit.* Alexand. Caſſan. & Anaſt. Germon *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Batthol. Cattagena *in expoſit. titulorum iuris Canonici*, Zypæ. *in analytica poſtremi iuris eccleſiaſtici* etiam *pag.* 422. nouiſſimè Ioan. Honor. *lib.* 5 *ſummæ in Decretal. comm. ſub hoc tit.*

De materia tit. vide Bernard. & Salzed. *cap.* 14. Henriq. *in ſumma lib.* 13. *c.* 35. *prope finem.* Bonac. *de cenſuris diſp.* 7. *q.* 3. *punct.* 4. *n.* 5. latè Campanil. *in diuerſis iuris Canonici rub.* 10. *cap. vnic.* Mar Alter. *de cenſur. tom.* 2. *diſp.* 10. *c.* 5. & plures alios citatos per me *de officio & poteſtate Epiſcopi p.* 2. *alleg.* 47.

SVMMARIVM.

1 *Presbyter de ſubdiacono per ſaltum ignoranter ſalti poſt pœnitentiam in Diaconum ordinatur, & poſt poteſt ſecum in Sacerdotio diſpenſari.*
2 *Clericus per ſaltum promotus non poteſt adiuuari.*
3 *Clericus per ſaltũ promotus, an ſit irregularis, oſtenditur.*
4 *Credulitatis inſtam cauſam habet illud, quod dicitur fide dignis.*
5 *Epiſcopus ex legitima cauſa poteſt diſpenſare cum promotis per ſaltum ſi non miniſtrauerint in Ordine ſuſcepto ſiue ſcienter, ſiue ignoranter fuerint promoti.*
6 *Ordinatus ante annos diſcretionis recipit charactherem.*
7 *Ordinatus Sacro ordine ante vſum rationis non tenetur vi voti ad ſeruandam caſtitatem.*
8 *Ordinatus per ſaltum recipit charactherem Ordinis ſic ſuſcepti, ſed non eius executionem.*
9 *Ordinem ſacrum benè quis recipit etiamſi nullum habeat de minoribus.*
10 *Epiſcopalem Ordinem nullus recipere poteſt niſi ſit ſatem Sacerdos.*

CAP. Tuæ. Vnic. *Innocent. III.*

QVi ignoranter de Subdiacono ſit Presbyter omiſſo Diaconatu, digna pœnitentia ei iniungi debet, quia ignorantia fuit craſſa, ſeu negligentia, qua peracta in Diaconum ordinari debet, quia non intelligitur iteratum, quod factum eſſe neſcitur, ſed mox vt illi ſacerdotio miniſtrare poſſit, permittatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſtien Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viui. *in rotation. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 180. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 703. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Auguſt. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 13. *cap. vnic.*

Collige ex text. clericum per ſaltum promotum non poſſe ordinari, vt per Bernard. *in pract. c.* 24. *n.* 1. non fieri irregularem tenent Vgolin. *de irregularit. cap.* 39. §. 1. Valentia, *tom.* 4. *diſput.* 38. *q.* 1. *ſub punct.* 3. Sayr. *de cenſur. lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 30. Zerol. *in prax. Epiſ. par.*

part. 2 verbo irregularitas Valer. Reginald. *in praxi fori pœniten. lib. 30. numer.* 191. Verum alij probabiliùs tenent recipientem Ordines per saltum, non esse irregularem per suspensum, quia nullus est text. vnde talis irregularitas colligatur, ita sentiunt plures, quos refert, & sequitur Bonac. *de censur. disp. 7. quæst. 3. punct. 4. num* 5. quibus adde Fr. Emman. *in summa tom. 2. c. 17. num. 7. cum seqq.* Henriq. *in summa lib. 13. de commun. cap. 15. prope finem.* Soar *de censur disp. 31. sect. 1. num. 49. vers. nihilominus dicèdum*, Auil. *eodem tract. part. 7. disp. 9. sect. 1. dub. 2. vers prima conclusio.* Greg. Lopez. *l. 18. verbo no deue tit. 6. part. 1.* Salzed *ad Bernard. d. cap. 24. in addit. lit. C.* qui præcipuè duo vltimo loco citati aduertunt huiusmodi suspensionem incurri ipso iure, quando quis fuit scienter per saltum promotus per ambitionem, vel superbiam, quia tunc dolosè offendit mentem *tit. de clerico non ordinato ministrante*, cùm idem videatur non esse ordinatum, vel non debito modo, quo casu celebrans efficitur irregularis, siue celebret in ordine suscepto, siue in ordine prætermisso; at verò, quando per negligentiam, siue incuriam quis fuit per saltum ordinatus, non fit ipso iure suspensus, sed venit suspendendus, vt præter omnes melius declarat Salzed. *loco proximè citato.*

Quòd autem promotus per saltum sit ipso iure suspensus ab administratione Ordinis sic suscepti, expressè tenent Hostiens. & Panorm. *in præsenti*, Sylues. *in summa verb. irregularitas quæst. 11.* Sot *in 4. dist. 25. quæst. 1. art 4. post concl. 5. vers. tertius*, Maiol. *de irregul. lib. cap. 12. num. 1.* Nauar. *in man. cap. 27. n. 242.* Viuald. *in candel aureo tit. de suspens. num. 48.* Philiarch. *de offic. Sacerd. lib. 4. cap. 12. num. 5.* Henriq. *in summ. l. 14. cap. 6. §. 3.* Tolet. *in instruct. Sacerd lib. 1. cap. 50. n. 17.* Valent. *tom. 4 disp. 7. q. 19. puncto 3. §. 5.* Zerol. *in praxi Episco p. pa. t. 1 verbo dimissoria 2 §. 3. & 4.* Soar. *de censur. disp. 32. sect. 1 dub. 2. concl. 2.* Sayr. *in simili tract. lib. 7. cap. 10. num. 31.*

Non est autem promotus per saltum suspensus ab ordine ritè suscepto, & ideo in illo ministrare poterit absque periculo irregularis, vt docent Gregor. Lopez *l. 63. tit. 5 part. 1.* Hentiquez Soar. *d. l. 14. cap 6. §. 3. & in commento lit. H.* Soar. *d. sect. 1. n. 42.* Auila *de censur. part. 7. disp. 9. sect. 1. dub. 2. vers. secunda conclusio ad fin.* contra Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 12.* & Nauar. *d. c. 27. n. 242.* existimantes talem suspensum esse ab ordine tam ritè quàm malè suscepto.

Credebat assertionis, &c.] Notatur ad hoc, quòd id, 4
quod dicitur à fide dignis, habet iustam causam credibilitatis, vt per Tiraquel. *de pœnis temperandis cast. 51. num. 30.*

Ministrare permittas, &c.] Hodie ex noua dispositione Concilij Trident. *sess. 25. de reform. cap. 14. in fine* 5
Episcopus ex legitima causa potest dispensare cum promotis per saltum vt prætermissum ordinem suscipiant, & vt in ordine male suscepto ministrent, & ad superiores ascendant si non ministrauerint in ordine suscepto, ita Maiol. *de irregular. lib. 4. cap. 12. numer. 2.* Nauar. *in man. cap. 2. numer. 71.* Henriq *in summ. lib. 14. cap. 6. §. 3.* Fr. Emman. *in summ. part. 2 cap 17. numer 9.* Soar. *de censur. disput. 31 sect. 1. num. 51.* Sayr. *eod tract. lib 5. cap. 14 numer. 26. & 17.* Auil. *in simili tract. part. 7. disp. 9 sect. 1 dub. 1. vers. sequitur secundò* quod intelligit Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disp. 10. c. 5. vers. hoc in loco*, siue scienter, siue ignoranter fuerint ita promoti, quia Conc. Trid. non distinguit de ordinato scienter, & ex superbia, vel ignoranter sed simpliciter loquitur, quod etiam verum est non soiùm in promotis aliquo Sacrorum ordinum omisso, sed etiam in promotis ad maiores Ordines omissis minoribus, siue omnibus, siue vno tantùm, vt refert decisum Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib. 1. tit. 38. l. 7. de Episcopis, numer. 53. vers. item*; vnde à contrario sensu aperte constat prohiberi id facere cum eo, qui ministrauit nulla prærabita distinctione scientiæ, vel ignorantiæ, eo quòd simpliciter loquitur Concil. Trid. *d. cap. 14.* & ita vigore illius concludendum est semper indigere Apost. dispensatione, qui saltuatim, Ordinibus insignitus ministrauerit, ita Maiol. *de irregul lib. 4. cap. 12. num. 2.* Salzed *ad Bernard. d. c. 24. in addit. lit. D.* Matius Alter. *d. cap. 5. vers. hoc in loco* quos refero ego ipse *de officio. & potest. Episcopi p. 2. alleg. 47. num. 8.* Verùm si huiusmodi per saltum promotus ministrauerit in ordine malè suscepto, vel in derelicto crimen sit occultum, poterit Episcopus cum eo dispensare vt prætermissum ordinem suscipiat, ministret in malè suscepto, & ascendat ad superiores, vigore Concil. Trident. *sess 24. de reformat. cap. 6.* Ita docent Maiol. *d. cap. 12. num. 2.* Henriquez *d. lib. 14. cap. 6. §. 3.* Sayr. *de censur. lib. 7. cap. 10. num. 40.* Auil. *d. part. 7. disput. 9. sect. 1. dub. 2. § sequitur secundò*, Bonacin *de censur. disp. 7. q. 3. puncto 6. n. 10.* Ego ipse *de officio Episcopi p. 2. alleg. n. 43.*

In gloss. *Discretionis*, ibi, *bene recipit quis sacros Ordines.* Notatur ad hoc, quòd vbi aliquis ante annos discretionis ordinatur, recipit characterem, itaut quamuis peccet celebrando, conficiat verum Sacramentum, vide Concil. Colon. *in tract. at. de Sacramento Ordinis*, Richardum *& commun. in 4. distinct. 25 quæst. 1. artic. 4.* vbi Sot. Nauar. *in man. cap. 27. num. 202* Bonacin. *de sacramentis disp. 8. q vnic. punct. 1. num 1.* 6

In ead. gloss. ibi. *sed nunquid isti taliter ordinati tenentur continere*, &c. Notatur ad hoc, quòd initiatus ordine sacro antequam ad rationis vsum peruenerit, non tenetur ex vi voti ad seruandam castitatem postquam peruenerit ad vsum rationis, nisi votum ratificauerit, quia votum est deliberata promissio, carens autem vsu rationis, non potest deliberatè promittere vt per Henriquez *in summa lib. 10. cap. 14. num. 3.* Fornac. *de Ordine, cap. 3. numero 6.* Azor. *institut. moral. part. 1. lib. 13. cap. 14. quæs. 9.* quos refert, & sequitur Bonacin. *de Sacramentis, disputat. 8. quæst. vnic. puncto 5. numero 1.* obseruans *num. 3.* hanc esse differentiam inter pueros vsu rationis carentes, & amentes, quòd pueris validè cõferri possunt Ordines etiamsi illos nunquam petierint, illis verò qui post vsum rationis inciderunt in amentiam non validè conferuntur Ordines, si eos nullo modo prius expetierint; censentur enim habitualiter Ordines nolle suscipere. 7

In gl. *De misericordia* ibi, *sed quid si ordinatur in Episcopũ prætermisso Diaconatu* &c. 1. Notatur ad hoc, quòd promotus per saltum, videlicet qui omisso subdiaconatu sacerdos, & Episcopus conferatur suscipit characterem Ordinis, sed non eius executionem, quia Ordines illos confectre non poterit, quos non accepit, vt ex D. Tho. resoluit Salz. *ad Bernard. 2. d. cap. 24. addit. 1. lit. A. vers inter promotos* Mar Alter *de censur. tom. 2. de suspens. disp. 10. cap. 5. in fine. vers. quoad primam partem*, Campanil. *in diuers. iuris Canon. rub. 10. cap. vnic. num. 3.* 8

In ead. gloss. ibi, *bene recipit quis sacrum Ordinem, etiamsi nullum habeat de minoribus* Similis gloss. *in cap. solicitudo 52. distin.* tradunt D. Thom. & omnes Theologi *in 4. senten. distin 24.* Sylues. *in summa verbo Ordo 5 quæst. 5.* quos refert. & sequitur Salz. *d. cap. 24. lit. B. & cap. 32. numer. 2.* Tolet. *in summ. lib 2. c. 50. num. 19.* Couar. *lib. 1. var. cap. 10. num. 16. vers. cæterum*, Nauar. *in man. cap. 27. numer. 242.* Hentiquez *in summ. lib. 10. de sacrament. Ordinis cap. 14. §. 2. ip. commento lit. Q.* 9

& lib. 14. de irregul. cap. 7. §. 3. & in commento lit. C. Auil de censur. part. 7. dist. 9. sect. 2. dub. 2.

10 In cad. gloss. ibi, *præter Episcopalem, quem nemo recipere potest, nisi sit saltem Sacerdos.* Sequuntur Hostien. *hic post. n. 2.* Bo gas. *tract. de irregul. part. 5. sub hac rubo num. 3.* Sylvest. *verbo Ordo 1. num. 1.* Emma Sà *verb. Ordo num. 25.* Maiol. *de irregul. lib. 4. cap. 12. n. 3.* Henriq. *lib. 10. cap 7. §. 1.* Salzed *d. cap. 24. addit. 1. vers. inter promotos, in fine.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 30. quæst. 9.* Cardin. Bellarm. *lib. 1. de Ordine cap. 5.* Soar. *de censur. disp. 31. sect. 1. n. 53.* Tolet *in sum. lib. 1. cap. 50. n. 19.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 1. num 19 vers. tertium est.* Quicquid contrarium teneant Archidiac. Sot. Gemin & alij, quos refert & sequitur Campan *in d. cap. vnic. n. 3.* & tenet Couar. *lib. 1. var. c. 10. num. vlt.*

De Eo, qui furtiuè Ordines suscepit.

TIT. XXX.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panor. Marian. Socin. Petrus de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Matt. Mesnart. *in epitome Decret. fol. 191. verso*, Daniel. Venator. *in analysi methodica iuris Pontif. pag. 700.* Gosfred. & Hostiens. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in exposit. titulor. iuris Canonici*, Zypæ. *in analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag. 422.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 5 summ. Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

De materia tit. vide Henriq. *part. 2. lib. 13. de excommunicatione ca. 10. §. 1. in princip. & lib. 14. de irregul. c. 6. §. 4.* Xaler. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 2. num. 71.* Bernard. & Salzed. *in pract. c. 25.* Maiol. *de irregul. lib. 8. cap. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Ordinem furtiuè recipiens (si contra hoc facientem lata erat excommunicatio) sine dispensatione Papæ in sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere non potest: sed si excommunicatio lata non erat, Episcopus poterit dispensare.*

2 *Ordinatus furtiuè si erat lata excommunicatio contra illud facientes non potest in Ordine sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere sine Papæ dispensatione.*

3 *Verba*, sub interminatione anathematis, *sententiam ferendam continent.*

4 *Excommunicatio ab Episcopo lata in accedente ad Ordines contra ipsius prohibitionem non solum cadit in subditos ipsius Episcopi, sed etiam in exemptos.*

5 *Excommunicatus recipiens Ordines etiam minores fit irregularis.*

6 *Ordines furtiuè quando quis dicatur recipere oste ditur.*

CAP. Veniens. I. *Alex. III.*

1 ORdinem furtiuè suscipiens, si contra hoc facientes erat lata sententia excommunicationis; non potest Episcopus cum eo dispensare vt vlterius ordinetur, monendus est vt fiat Regularis, ad hoc vt misericorditer cum eo dispensetur auctoritate Papæ; sed si excommunicatio lata non erat, Episcopus poterit dispensare imposita prius condigna pœnitentia arbitraria Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Io. Andr. Host. Anch. Panor. Mar. Soc. Butr. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif.* 181. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 703.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. tit. 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 25. cap. vnic.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *part. 26. cap. 9.*

Probat hic text. furtiuè ordinatum, si erat lata excommunicatio contra illud facientes, non posse in Ordine sic suscepto ministrare, vel ad superiorem ascendere sine Papæ dispensatione, Episcopum vero posse dispensare si excommunicatio lata non erat, ita Soar. *tom. 5. disp. 31. sect. 1. num. 54. cum seqq.* Valer Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. tract. 1. num. 71.* Bernard. *in pract. cap. 25. num. 3.* vbi Salzed. *in addit. lit. B.* aduertit quòd iam de more consueuerunt Episcopi in Ordinibus conferendis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna prohibere ne quis audeat se ingerere, qui non fuerit approbatus, & tunc sic ordinatus, non poterit in suscepto Ordine ministrare, nec ad superiorem ascendere sine Romani Pontificis dispensatione, nisi etimen hoc occultum fuerit, & non deductum ad forum contentiosum vigore priuilegij concessi in Trid. Concil. *sess. 24. de reformat. c. 7.* vt resoluunt Salzed. *loco proxime citato*, & plures per Bonac. *de censur. disp. 7. q. 3. punct. 4. n. 5. in fine*, quos refero *de officio & potest. Episcopi part. 2. alleg. 38. n. 39.* Additque idem Salzed cum Rebuff. *in praxi beneficial. tit. de clericis ad sacros. Ordines malè promotis*, quod si Episcopus eo tempore quo confert Ordines, his verbis vtatur, non intendimus ordinare non examinatos & approbatos tunc qui se ingessit non erit Ordinatus. ideo oportet denuo ordinari, iniungendaque prius illi erit pœnitentia, quia valde deliquit se ingerendo suscepto Ordinum ante approbationem.

Sub. interminatione anathematis, &c.] Hæc verba sententiam ferendam continent, vt per Tiraq. *in l. si quem, verbo reuertatur à num. 235.* Sayt. *in claui Regia l. 3. cap. 8. num. 19.* Coriola. *de casibus reser. part. 1. casu 32. pag. 502.* & relatos *ad c. vnic. n. 3. sup. dixim.*

Aduerte hanc excommunicationem ab Episcopo latam in accedentes contra ipsius prohibitionem non solùm cadere in subditos ipsius Episcopi, verum etiam in exemptos, vt cum Fornar. & aliis resoluit Bonac. *de Sacramentis, disp. 8. q. vnic. punct. 4. n. 32.*

Si verò interminatio, &c.] Notatur ad hoc, quòd excommunicatus qui sic recipit Ordines etiam minores, fit irregularis, vt per Henriq. *in summa lib. 13. de excommun. cap. 10. §. 1. in princip.* vbi extendit ad suspensum, & personaliter interdictum, & *lib. 14. de irregul. cap. 6. §. 4.*

In gloss. *Furtiuè*, 1. Notatur ad hoc, quòd dicitur quis furtiuè Ordinem recipere, quando sine ordinatione, & sententia superioris, & sine examinatione quis ingerit se cum multitudine ordinandorum ignorante ordinatore, & sic Ordines recipit, vt per Bernard. *in pract. c. 25. n. 1.* Et aduertit Campanil. *in diurnar. iuris Canon. rub. 3. n. 6.* quòd si quis nullo præmisso examine (loquitur enim vbi non adest prohibitio sub pœna excommunicationis) nullaque præhabita inquisitione fuerit ordinatus, deponendus est, quamuis ignarus, si tamen ignotus fuerit, Sylvest *verbo Ordo 2. n. 1.* vel si cognitus, sed inhabilis, etiamsi impedimentum nouerit ordinans, nec dispensauerit expresè *cap. si quis sine examinatione 81. dist.* Henriq. *in summa lib. 10. cap. 18. §. 1. iuncto commento littera B.* idque multò magis si ignotus, & indignus esset, vt omnium est conclusus: quòd si esset cognitus & dignus nec peccatis, nec deponeretur, si absque præcedenti scrutinio fuerit

fierit Ordinibus insignitus, *cap. nullus* 24. *dist.* Sylvest. *d. n.* Maiol. *de irregul. lib.* 4. *cap* 9. *n.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius textus refertur.*
2 *Ordines minores, & Subdiaconatum eidem conferri vna die sine Papæ licentia non potest nisi adsit consuetudo.*
3 *Subdiaconatum simul cum minoribus Ordinibus suscipiens temerario ausu, potest dispensari ab Episcopo, vt ministret in Ordinibus non furtiuè susceptis.*
4 *Ordines minores vna die conferri possunt.*

CAP. Cum H. II. *Cœlest. III.*

SVbiaconatum furtiuè accipiens, minoribus Ordinibus anceptis, Episcopus potest permittere vt in minoribus se exerceat, secus de maiori, nisi ingrediatur Religionem, & postquam ibi honestè vixerit, Abbas in omnibus Ordinibus poterit dispensare. Colligunt ex Ordin. Abb. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Cened. *collect.* 173. Viui. *in ration. lib* 5. *iuris Pontif. pag.* 181. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 704. remissiuè Ximen *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 12. *cap.* 1.

Collige ex text. minores Ordines, & Subdiaconatum eidem conferri vna die non posse sine Papæ licentia, vt per Armil. *in summa verb. Ordines n.* 6. Angel. *verbo Ordo 6. num.* 1. Sot. *in* 4. *dist.* 25. *q.* 1. *art.* 3. Bernard. *in pract. cap.* 25. *in fine*, vbi Salzed, *in addit. lit. C.* Bonac. *de Sacramentis. disp.* 8. *quæst. vnic. puncto* 5. *num.* 36. Valer. Reginal. *in praxi fori pœnitent. lib.* 32. *tractat.* 2. *num.* 70. *vers. ad hanc*, Campanil. *in diuers. iuris Canon. rub.* 6. *cap.* 3. *num.* 13. Quinimò hodie necdum simul dari non possunt, at præterea neque intra annum, cum non nisi post annum à susceptо postremo gradu minorum Ordinum ad sacros quis promoueri possit ex dispositione Conc. Trident. *sess.* 23. *de reformat. cap.* 11. vbi Decretum est, quod supra dixi, non tamen aufert consuetudinem, quæ permitteret, vt possint simul minores Ordines dari cum Subdiaconatu, nam vbi ea extaret licitè his quoque temporibus eos simul conferret Episcopus, prout tenent Nauar. *in manuali c.* 25. *num.* 71. *vers.* 8. Henriq. *in summa lib.* 10. *cap* 11. §. 4. Rebuff. *in praxi beneficiali. tit. de clericis malè promotis. glos.* 1. *numer.* 18. Viuald. *in candelabro aureo. tit. de Sacramento Ordinis, num* 36. Gutier. *canonicarum lib.* 1. *cap.* 36. *n.* 31. *&* 23. F. Emmanuel. *quæst. regul. tom.* 3. *quæst.* 23. *art.* 4. Soar. *tom.* 5. *disp.* 31 *sect.* 1. *num.* 41. Valer Reginald. *d. num.* 70. *vers. ad hanc.* Thom. Valasc. *allegat. iuris, tom* 1. *alleg.* 4. *numer.* 2. Mar. Antonin. *variar. resolut. lib.* 1. *resolut. fin. casu* 26. Campanil. *d. cap.* 3. *numer.* 10. quamuis ab ipso Concilio sublatam esse omnem contrariam consuetudinem minus benè existimauerint Maiol. *de irregular. lib.* 4. *cap.* 11. *numer.* 1. & Sazed. *dicto cap.* 25 *in addit. litt. C.* ac Menoch. *de arbitr. casu* 564. *num.* 8.

3 *In minoribus duntaxat Ordinibus.* &c.] Ergò quando quis Subdiaconatum simul cum minoribus Ordinibus temerario ausu recipit, potest Episcopus cum eo dispensare, vt ministret in ordinibus non furtiuè susceptis, ita Valer. Reginald, *d. praxi fori pœnit, lib.* 30. *num.* 27. *vers. secundus.*

In glos. *Minores*, 1. ibi. *Hic ergo habes expressum, quòd omnes minores Ordines, vna die conferri possunt.* Notatur ad hoc, quòd minores Ordines eidem personæ possunt simul conferri, vt per Nauar. *in manuali cap.* 25. *num.* 71. *vers.* 8. cuius sententiam sequitur Campanil. *d. rub.* 6. *cap.* 2. *num.* 20. quatenus concurrat consuetudo, aut intercedat dispensatio, aduertens quòd licèt Concil. Trident. *d. cap.* 11. præcipiat minores Ordines esse per temporum interstitia conferendos, nihilominus subiungit, nisi aliter Episcopo magis expedire videatur, &c. ergo concedit dispensationem Episcopalem posse intercedere, quòd quidem Concilij decretum, quia consuetudinem non aufert, ideo illa adhuc hodie seruanda foret vbi adesset, prout probant DD. supracitati: quamuis Henriq. *d. lib.* 10. *cap.* 11. §. 4. constituat regulam affirmatiuam, vt possint eidem simul eadem die conferri nisi consuetudo contrarium obtineat.

SVMMARIVM.

1 *Nullus duos sacros Ordines eodem die recipere, & si præcedente ex communicatione eos suscipit, in susceptis ministrare non potest.*
2 *Episcopus statuendo potest adiuuare ius commune.*
3 *Ordinis Sacramentū verè datur excommunicato quoad characterem, non quoad Ordinis executionem.*
4 *Dispensare potest Episcopus cum excommunicato accipiente Ordinem si religionem ingrediatur, vt ministret in susceptо.*

CAP. Innotuit. III. & fin.

QVi præcedente sententia excommunicationis ne quis se ingerat ad duos sacros Ordines suscipiendos, eos suscipit, in susceptis ministrare non potest, & si fiat Religiosus, peracta debita pœnitentia de licentia Papæ poterit cum eo dispensari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hostiens. Anch. Panormit. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5 *iuris Pontif. pag.* 181. Alagona *in compendio iuris Canon pag.* 704 remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 12. *c.* 2. 1

Quinque ab eodem Episcopo, &c.] Notatur ad hoc, quod Episcopus statuendo potest adiuuare ius commune, apponendo scilicet pœnam, vbi ius non imponit, vel aggrauando pœnam à iure impositam, vt per Duen. *reg* 251. 2

Ministrare non debent.] Notatur ad hoc, quòd Sacramentum Ordinis verè datur excommunicato quoad characterem, licèt non quoad executionem, vt per Couarr. *in cap alma mater, p.* 1 §. 6. *n.* 6. faciunt quæ Bonac. *de censuris. disp.* 2. *quæst.* 2. *puncto* 2. §. 1. *à n.* 1. 3

Cum eis poteris de nostra licentia dispensare.] Notatur ad hoc, quòd cum excommunicato accipiente Ordinem, si Religionem ingrediatur, potest Episcopus dispensare, vt ministret in susceptо, ita Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *n.* 27. *in princip.* 4

De Excessibus Prælatorum, & subditorum

TIT. XXX.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabar. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panor. Merian. Socin. Ioan. de Lundris *in breuiario sanctorum Canonum. fol.* 181. *verso*, Petrus de Rauenna *in compendio iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in Epitome Decret. fol.* 191. *verso*,

Daniel. Venator *in analysi methodica iuris Pontificij, pag.*700. Goff. & Hostiens. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon *in paratitlis ad quinque libros Decretal.* Barthol. Carthag. *in expos. tit. iuris Canonici*, Zypæ. *in analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag.*423. nouissimè Ioan. Honor. *lib.*5. *summ. Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Excommunicari nullus potest nisi iudiciario ordine.*
3 *Episcopus non potest sententiam interdicti proferre, vel Clericos suspendere sine indicio Capituli.*
4 *Excommunicatio lata non præmissa trina Canonica monitione valet.*

Cap. Peruenit. I.

Alexand. III.

1 EPiscopi, seu Prælati ne Presbyterum irrationabiliter grauent, vel inhonestè tractent, mandatur in præsenti, ne talens, & exactiones sudebitas præsumant in eos exercere, nec sine iudicio eos suspendant, vel eorum Ecclesias subiiciant interdicto, nec eos excommunicēt sine ordine iudiciario, nec permittant eos habere duas Ecclesias, quarum vna sufficit, sub pœna, quæ sit ad timorem aliorum. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anchar Panormitan. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij pag.* 182. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*704. remissiuè Ximen. *in concord. part.*1. refertur ab Anton. August. *collect.*1. *Decret. lib.*5. *tit.* 27. *c.*1. & est post Concil. Lateranense sub Alex. III. *p.*2 *c.*7.

2 *Nec aliquem excommunicare sine ordine*, &c.] Nullus ergo excōmunicari potest, nisi iudiciario ordine, videlicet probata causa, & præmissis debitis monitionibus canonicis. vt latè ostendit Bellet, *disquis. clericalium, p.* 1. *tit. de fauore Clericorum Canonis* §.4.

3 *Sine iudicio Capituli suspendere.*] Notatur ad hoc, quòd Episcopus non potest sententiam interdicti proferre. vel clericos suspendere sine iudicio Capituli, vt per Fr. Emman. *q regul. tom.*2. *q.*21. *art.*7. vbi etiam dicit hoc seruandum, quando de re graui, & seuera pœna imponenda tractatur.

Est igitur in hoc text. sancitum in grauibus causis in quibus procederetur ad sententiam suspensionis, fore necessarium, Capituli iudicium, id est, consensus, vt explicant Felin. post alios *in cap. irrefragabili sub n.* 3. *ver. sed dic quod immo de officio Ordin.* quamuis in leuibus sufficiat consilium, vt post Salzed. *in pract. crimin. canon. cap.*3. tradit Fr. Emman. *loco cit.* Ad quos postea forsan animaduertens Concil. Trid. *sess.*25. *de reformat. cap.*6. disposuit vt Capitulum initio cuiuslibet anni eligat ex capitulo duos, de quorum consilio & assensu, Episcopus, vel eius Vicarius tam in formando processu, quàm in cæteris omnibus actibus vsque ad finem causæ inclusiuè, coram notario tamen ipsius Episcopi, & in eius domo, aut consueto tribunali procedere teneantur, vnum autem tantum sit vtriusque votum, possitque alter Episcopo accedere cùm Episcopus extra visitationem processerit, de quo vide Franc. Leon. *in thesauro fori ecclesiast. part.*2. *cap.n.* 64. Riccius *in collect. decis. part.*4. *collect.*751. *& in praxi fori ecclesiast. decis.*566. *in* 1. *edit & resol.* 488. *in* 2. *edit.* Mantic. *decis.* 180 *per totam.* Garc. *in addit. ad suum tract. de benefic. part.*4. *cap.*5. *num.*96. Illud quod in Conci. Trid. nouè statutum est de adhibendis his duobus adiunctis seruatur in Capitulis exemptis, prout in Sacra Congreg. Concilij & Rota decisum fuisse testatur Seraphin. *decis.* 743. Aloys. Riccius *resol.*488. *num.*6. & 7. Et habere locum tam in delictis grauibus, quàm in leuibus, cùm in omnibus necesse sit vt cum adiunctis procedat Episcopus, fuit dictum in Rota in una *Carthaginen. iurisdictionis*, 25. *Nouembris* 1585. coram Illustrissimo Seraphino, vt patet in eius *decis.*710. vbi etiam quod possit procedere ex officio, vt refert Aloys. Riccius *d. resol.*488. *num.*4. vbi *num.*5. ampliat vt procedat etiam in leuibus in quibus non est opus tela iudiciaria, sed in his opus non esse adiunctis dicit Seraphin *decis.*710. *num.*1. & 4. Quos quidem duos Canonicos à Capitulo initio anni eligendos, si quando pro formando libello, seu aliis actibus sine fraude tempore Diuinorum officiorum eos abesse contingat, priuandos non esse quotidianis distributionibus tanquam absentes propter Ecclesiæ vtilitatem ex officio sibi attributo resoluit Monet. *de stribut. quotid. part.*2. *quæst.* 8. *num.*19. Limitatur tamen prædicta Concilij Trid. dispositio vbi ageretur de crimine per totum Capitulum perpetratum, vt nec quidem supersint duo innocui, qui possint adhiberi, hoc enim casu Episcopus procederet solus ex his, quæ consuit Rot. apud Seraphin *decis.*1050 *num.*1 & 4. prout nec obtineret illud decretum si procederetur contra aliquem Capitularem, qui accidentario esset subiectus liberi, & absolutè potestati Episcopi: idem Seraphin, *decis.* 1058 *à num.* 2. Hinc etiam non inepte me aduertā censeo istos adiunctos omnino assumendos esse ex personis, quæ, verè sint Capitulo, non inspecto an sint tales de iure communi, quales sunt soli Canonici, vel potius de iure speciali, quales sunt dignitates vel etiam portionatij, seu beneficiati Ecclesiæ, vt mente S. Congreg. censuit Rota *decis.*708. *num.*6. & *per tot. part.* 2. *recent.* Deinde aduerto concordias deliberatas per in contrarium initas inter Episcopos, & Capitula non obstare, ipsasque sublatas esse per Concil. Trid. *sess.*6 *cap.*4. in illis verbis, concordiis, quæ tantum suos obligant auctores, quod sanè est accipiendum, vt non intelligatur de concordiis circa modum procedendi factis, & specificè confirmatis per Sedem Apost. prout sæpe fuit per S. Congreg. responsum, Seraphin. *d. decis.*475. *num.* 3. & Mantic. *decis.*202. *num.* 10. id attestantes.

In gloss. *Iudicario.* ibi, *lata tamen teneat.* Notatur 4 hoc, quòd si excommunicatio lata fuerit non præmissa canonica, & trina monitione, ac per consequens ordine excommunicandi iudiciario non seruato vellet, licèt sit iniusta, vt per Couar. *in cap. alma mater. part.*1. §. 9. *numer.*7. Sayr. *de censur. lib.* 1. *cap.* 12. *num.*26. Bellet. *d. tit. de fauore Clericorum Canonis.* §. 5. *num.*1. Vide tamen dicta ac *cap. sacro, inf. de sentent. excommunic.*

Cap. Ad hæc. II.

EPiscopus non potest priuare presbyteros suis Ecclesiis, iuribus, redditibus, consuetudinibus, vel eos minuere. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collectan. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 181. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 701. remissiuè Ximen. *in concord. part.*1. refertur ab Anton. August. *collect.*1. *Decret. lib.*5. *tit.*27. *c.*2. & est post Concil. Lateranense. *part.*2. *cap.*4.

Plenariè conseruentur.] Nisi prætextu priuilegij exemptionis suæ Ordinarium opprimerent, tunc enim

enim iure exemptionis cadent. Cassad. *decis. 6. num. 4. sub tit. de privileg.* Etasm. Cockier *de iurisdict. Ordinary in exemptos, par. 3. q. 17.*

Cap. Adaures. III.

1 BEneficium conferre, vel Ecclesiam prouidere valens, illud sibi pro suo vsu retinere, vel conferre non potest, & si faciat, collatio non tenet, & Ecclesia est alij danda, & ipse puniendus. Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Sutr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag.* 183. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 705. remissiuè Ximen. *concord. p. 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 27. c. 3.* & post Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *c. 24. c. 3.*

2 *Auctoritate propria intrudere non verentur.*] Intrusus quis; & quot modis dicatur, tradunt Rebuf. *in cap. in nostra, supra de rescriptis.* Flamin. *de resig. beneficiorum, lib. 7. qu. 1. n. 114.* Spin. *in Specul testament. gloss. 4. princip. n. 91.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 35. q. 10.* Rota *decis. 741. n. 2.* apud Farin. *p. 2. recentiorum.* Mascard. *de probat. concl.* 936. *n.* 20. latè Aloys. Riccius in *praxi aurea resolut. 224. per totam.*

3 Ad illud verò, quod potestatem eligendi, aut præsentandi in beneficiis habentes, non possint se ipsos eligere, instituere, aut præsentare, dixi *ad cap. cùm in iure 33. à n. 5. sup. de electione.*

SVMMARIVM.

1 *Sodomitæ quâ pœnâ sint puniendi, ostenditur.*
2 *Diabolus fugit quando sodomia peccatum committitur.*
3 *Doctores referuntur de vitio sodomiæ, eiúsque speciebus agentes.*
4 *Clericus infandum crimen perpetrans deponitur, ac in monasterium detruditur.*
5 *Clerici sodomitæ quamuis in Ordinibus sacris ministrent, ac celebrent, irregulares non fiunt.*
6 *Clerici sodomitæ attenta Constit. Pij V. quas pœnas incurrant, ostenditur.*
7 *Sodomitæ sub Constitutione Pij V includuntur, qui quasi ex vsu continuato huiusmodi vitium exercent.*
8 *Constitutio Pij V. comprehendit solum habentem copulam sodomiticam consummatam si naturale semen intra vas effundatur.*
9 *Sodomita, notorius, non verò occultus Constit. Pij V. comprehenditur.*
10 *Constit. Pij V. an comprehendat illum, qui muliere retro abutitur, ostenditur.*
12 *Clericus vitio bestialitatis laborans. & cum animali bruto turpiter coiens non incurrit pœnas Constitutionis Pij V.*
12 *Sodomitæ totius Christiani Imperij legibus igni traduntur. nisi sint minores.*
13 *Bona sodomitæ confiscantur.*
14 *Infames fiunt sodomitæ.*
15 *Testamenti factionem amittunt sodomitæ.*

Cap. Clerici. IV.

1 SOdomia laborantes si sint clerici, debent deiici à clero, & in monasterium detrudi, si laici, excommunicandi sunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Cened. *collect. 130.* Viuian. *in rationali lib. 5 iuris Pōtificij pag.* 183. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 705. remissiuè Ximen *in concord. p. 1.* desumitur ex Concil. Lateranen. sub Alexand. III. *cap. 11.* & refertur ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. sub. tit. de cohabitat clericorum, & mulierum cap. 11.*

2 Constitueram in præsenti de hac fœdissima sodomiæ materia nequicquam tractare, si multum honestè fecerunt nostri interpretes eam silentio prætereuntes, & non immeritò vulgò nomen sortitum est vitij nefandi, eo quòd nec fari quidem de eo liceat, in tantum, quòd diabolus fugit, quando tale nefandum crimen committitur, vt tradit Afflict. *in constitut. Neapolit. l. 3. rub 42. num. 11.* & memorabile est illud, quòd scribit D. Hieronymus *super Isaiam, & Ieb.* quod in illa nocte, qua Christus redemptor noster natus est ex Virgine Maria, omnes sodomitæ mortui fuerunt, & cum illis Virgilius celebratissimus Poëta, qui illo morbo laborabat, vt ex Bermond. refert Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 89. addit 1. lit. A.* & ex aliis referunt etiam Cenal. *commun. contra communes. quæst.* 248. *num.* 10. Emmando Valle *de incantat. & exsal. sect. 32. cap. 4. num.* 12. vbi *num.* 26. dicit, quod Caluinus hæreticus, Aristoteles, & alij Philosophi totius naturalis, & moralis præcipui in gentilitate magistri, sodomitæ fuerunt, excepto Platone, qui amore veritatis contemplandæ abstinuit se ab omni delectatione venerea.

3 Multa circa huius criminis detestationem, & de eius speciebus, ac variis diuersarum nationum pœnis vide apud nostros Lusitanos Ordin. Regiam *lib. 5. tit. 13.* vbi notat parens meus, & apud Castellanos, *l. 2. tit. 21. partit. 7.* vbi Greg. *& l. 1. tit. 22. l. 8 nouæ recopilat.* vbi Azeued. S. Thom. *2. 2. q. 154. art. 11.* Lambert. *de iurepatron part. 1. lib. 2. quæst. 9. art. 18.* Lactant. *in lib de falsa Religione, cap. 10. num. 36.* Clar. *lib. 5. Sodomia,* Couar. *in Clem. si furiosus, part. 1. §. 1. num. 6.* Duen. *reg. 103.* Alphan. *collect. 236.* Lancel. Conrad. *in templo omnium iudicum l. 1. cap. 9. de Prætore §. 3. tit. de sodomitis,* Alnar. Pelag. *de planctu Ecclesiæ lib. 1. cap. 2.* Ioseph. Ludouic. *Lucensi decis. 17. ex num. 22.* Cassan. *in consuet. Burgun. rub. 7. §. 3. verbo à faire testament, ex num. 4.* Bonacos. *commun. crimin. verbo sodomia,* Sebast Medic. *in summa peccat. part. 1. tit. 8. quæst. 34.* Simanc. *de cathol. institit. tit. 64. ex num. 73.* Ioan. Garcia *reg. 55. ex num 40.* Anton. Scap. *de iure non scripto lib. 5. cap. 143.* Ægid. Bossi *in prax. tit. de stupro detest. in masculos.* Plot. *de in litem iurando §. 6. ex num 42.* Menoch. *de arbitr. casu 286.* Maiol. *de irregul. lib. 5. cap. 43.* Franc. Viuian. *lib. 2. opin. 726. & seqq.* Spin. *in speculo testan glos. 19. princ n. 50.* Cotta *in memorab. verbo tradiciones,* Anton. Gomez. *l. 80. Tauri, num. 32. cum seqq.* Ioan. Vella *de pœnis delictorum, cap. 23.* Viuian. *commun. opinionum, verbo Sodomiæ delictum, & tom. 2. li. 9. tit. 7. num. 154. pag* 479. Peguer *decis. 72. cũ seqq.* Menoch. *de arbitr. casu 286.* Zerol. *in prax: Episcop. part. 1. verbo, nefandum.* Stephan. Quarant. *in summâ bullarij verbo sodomia.* Cardos. *in praxi Indicum. eod. verbo,* Bernard. Muscatel. *in pract. crimin. tit de adulterio. &c. n. 26. cum seqq.* Rebuff. *de pacificis possessoribus. n. 208.* Aned. *responso 31.* Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 89. in nouissima impress.* Mascard. *de probat. concl. 1313.* Aloys. Riccius *in collect. decis. par. 1. collect. 184. & part. 3. collect. 525.* Card. Baron. *annalium Ecclesiæ, tom. 3. anno Christi 343 pag. mihi 405.* Ceual. *commun. cõtra communes, quæst 248.* Pradil. *in summa legum pœnalium. part. 1. cap. 11.* Farinac. *in praxi criminal. part. 5. quæst. 148. num. 15. cum seqq & cons. 25. num 8. & num. 59.* Campanil. *in diuers. iuris Canon rub. 11. cap. 22.* Cened *ad Decretal. collect. 130.* Petr. de Ledesma *in summa part. 2. tract. 27. cap. 5.* latè Emman. do Valle *de incantat & exsalm. sect. 3. cap. 4.* Sayr. *in clavi Regia lib. 8.*

cap. 5. num. 16. Azor *instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 18. q. 3. & p. 3. l. 3. cap. 18. cum seqq.* Fr. Emma. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 28. art. 1.* Ioan. Pineda *in Iob. tom. 2. cap. 36. vers. 14. pag. 708.* Valer. Reginal. *in praxi fori pœnit. tom. 2. lib. 22. à num. 49.* Aldret. *de religiosa disciplina tuenda, lib. 2. cap. 15. §. 5.* Fr. Franciſc. Coriolan. Capuccin. *in tract. de casibus reseruatis. p. 2. casu 9. §. 10. n. 20. cum seqq.* Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 52. art. 2. concl. 4.*

4 *Deiaciantur à clero,* &c.] Notatur ad hoc quòd clericus nefandum hoc scelus perpetrans deponitur, ac in monasterium detruditur, vt per Bernard. *d. cap. 89. num. 4.* Bermond. *de publicis concubinariis. tit. de peccato sodomiæ, num. 37.* Duen. *reg. 101. limit. vlt.* Campanil. *d. cap. 21. num. 7. &. 10. vers. sunt præterea*; quare si in Ordinibus ministrare, vel celebrare audeant, irregulares fieri à solo Papa dispensandos opinati sunt, Foier. *in praxi crimin. Canonica. part. 6. cap. 37. numer. 11.* Clar. *in §. solemnia, num. 5.* Lambertin. *de iurepatron. part. 1. lib. 2. quæst. 2. art. 18. num. 4.* Cou. *in Clem. si furiosus, part. 1. num. 6.* Franc. Marc. *Delphin. decis. 687. num. 16. part. 2.* Salzed. *ad Bernard. d. cap. 86.* Verùm hæc resolutio impugnatur ab Aretin. *in cap.*

5 *cum non ab homine. de iudic.* cùmque multis additis rationibus sequitur Nauar. *in man. cap. 27. num. 249.* & est recepta opinio apud recentiores, quam etiam tuentur. Sayr. *de censur. lib. 7 cap. 12. nu. 22.* Valentia *tom. 4. disput. 7. q. 19. punct. 3. circa finem,* Soar. *tom. 5. disp. 31. sect. 4. num. 20.* Fr. Emma. *d. quæst. 28. art. 2.* Aldret. *d. cap. 15. num. 34.* Henriq. *in summ. lib. 3. cap. 36. §. 1. in commento litt. M. & lib. 14. cap. 5. §. 1. litt. F.* Floron. *de casib. reseru. p. 2. casu 7. §. 1. num. 7.* Finell. *in simili tract. casu 6. n. 6.* me citato *in hoc loco,* Diana *resol. moral. p. 2. tract. 3. miscel. resol. 69.* Campanil. *d. cap. 22. n. 9.* vbi *num. 40.* refert. se vidisse quandam apostillam scriptam manu Cardin. Lutij Saxi cùm regens summi Prætorij pœnitentiariæ erat, qui in manuali Nauarri *loco proximè citato.* post illa verba, *sed solum exercentem*, quibus ait non omnem clericum sodomitam fieri irregularem vigore constitut. Pij V. de qua *infrà*, sed exercentem tantùm; addit hæc formalia verba, *nec exercentem. prout alias idem sanctissimus D. N. dixit, at verò facto verbo in Signatura. id est, pœnitentiaria. tenuit. P. Tolet. negatiuam.*

6 Rigidiùs cum sodomitis procedendum dixit Pius V. in sua constitut. incip. *Horrendum scelus*, de anno 158. sub Dat. Romæ die 3. Septembris, per quam omni priuilegio clericali, officio, beneficio, & dignitate priuati degradantur, ac brachio seculari traduntur in illis verbis ibi, *omnes, & quoscunque Presbyteros, & alios clericos seculares, & regulares, cuiuscunque gradus, & dignitatis tam dirum nefas exercentes omni priuilegio clericali, omniq; officio dignitate, & beneficio Ecclesiastico præsentis Canonis auctoritate priuamus; ita quod per iudicem Ecclesiasticum degradati potestati statim seculari tradantur, qui de eis illud idem capiat supplicium, quod in laicos hoc in exitio deuolutos legitimis reperitur sanctionibus constitutum.* refero ego ipse de *officio, & potest. Episcopi, part. 2. alleg. 46. n. 21.* quæ quidem Piana constit. tantùm pertinet ad forum exterius, sicut tenet Iacob. de Graffis *d. cap. 90. num. 4. & 5.* & in foro conscientiæ vsu recepta non est, vt resoluunt Auil. *de censur. p. 7. disp. 4. dub. 7. concl. 7. in fin.* Filiuc. *de casib. reseru. p. 2. c. 7. §. 1. num. 8.* Belloch. *in praxi de casib. reseru. part. 2. q. 1 num. 221.* Diana *d. tract. 3 miscel. resol 61.*

7 Circa quam constitutionem notandum est primò, quòd sub illa non includuntur quilibet sodomitæ, sed solùm exercentes, illi scilicet, qui quasi ex vsu continuato id exercent, vt post Nauar. & alios resoluunt Fr. Emman. *quæst regul. tom. 1. q. 30. art. 19.* Sayr. *de cens. lib. 7. cap. 12. num. 23.* Auila *eod. tract. p. 7. disp. 4. dub. 7.* Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 26. in gloss. litt. N. & lib. 14. c. 5. lit. F.* Petr. de Ledesma *d. tract. 17. cap. 5. concl. 4.* Marta *de iurisdict part. 2. c. 16.* Belloch. *in praxi de casibus reseruat part. 2. q. 1. n. 217.* Homobon. *de casibus reseru. part. 2. c. 4. sect. 5.* Floron. *in simili tract. part. 2. casu 7. §. 1. n. 9.* Finel. *eod. tract. casu 9. num. 6.* Filliuc. *tom. 2. tract. 17. c. 17. num. 127.* Diana *d. tract. 3 miscel. resol. 65.* Soar. *de censur. disp. 31 sect. 4. n. 20.* Matc. Aut. Genuens. *in praxi Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, cap. 67.* Emman. do Valle *d. sect. 3 cap. 1. n. 21.* Nicol. Carc. *de benefic. part. 11. cap. 10. n. 198.* Aldret. *d. cap. §. 5. n. 27.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 18. q. 3.* Campanil. *d. cap. 22. num. 11.* Coriolan. *d. §. 10. num. 15.* & hæc est omnino tenenda ad prædictam constitut. strictio, explosa contraria sententia Ioan. Vella *d. cap. 33. vers. o hodie autem,* Salzed. *d. cap. §9. in addit. lit. D. vers. vnum tamen*, Flau Cherubin. *in compend. Bullar. constitut. 72. Pij V. schol. 2.* Ceual. *loco citato, sub n. 4.* quorum reprobaui opinionem *d. tract. de officio, & potestate Episcopi. part. 2. alleg. 46. num. 25.* & ideo in Curia non facilè admittuntur impetrationes de beneficio ob crimen nefandum, prout aliquando ego vidi, nam cùm ab hinc tribus annis coram Reuerendissimo D. Vulpio, tunc S. D. Gregorij XV. Datario, dno super hoc in contradictorio essent, supplicatione in fuorem vnius contra alium propter crimen sodomiæ iam signata, & hinc inde ab iisdem pluribus additis memoriæ præsente, ipse Dominus prædictam supplicationem lacerandam iussit, perpetuum silentium tam detestabili controuersiæ imponendo, affirmans ignotum & inauditam in Curia impetrationem, & se auctoritate Clementis V II. Summi Pont. similem gratiam ei fuisse expostulatam, cui ille in supplicatione subscripsit, Pogionem quæris.

Secundò notandum est non comprehendere illam constitutionem omnem exercentem luxuriam contra naturam, quæ comprehendit omnem pollutionem extraordinariam, neque exercentem omnem actum sodomiticum, qui comprehendit omnem pollutionem habitam cum alio, vel alia extra vas ordinatum, sed solùm habentem copulam sodomiticam consummatam, si naturale semen intra vas effundatur, prout tenent Lælius Zechius *in suis responsionibus ad casus conscientiæ. casu 1. rubr. irregularitate prouenitur ex delicti qualitate, vers. quod si ob auctoritatem.* Salzed. *d. c. 89. in fin.* Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 30. art. 28.* Campanil. *d. cap. 22. num. 14.* Coriol. *d. §. 10. n. 25. vers. præterea,* Iacob de Graff. *in aureis decis. part. 1. lib. 2. c. 90. n. 11.* Zanard. *in direct. Theolog. part. 2. prac. 6. q. 9.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 3. c. 19. qu. 4.* Chapeuil. *de casibus reseru cap. 15 q. 3. part. 2.* Finel. *de. casu 9. num. 6.* Floron *eod. tract. part. 2. casu 7. n. 8. & 9.* Belloch. *in praxi de casib reseru. p. 2. q. 1. n. 220.* Filliuc. *tom. 1. tract. 17. c. 7. n. 127.* Soar. *de censur. disp. 31. sect. 4. n. 11.* Adiuuat rendum enim casum reseruatum sodomiæ necessarium est vt semen intra vas effundatur, sin aliter non erit propriè sodomia, & per consequens nec casus reseruatus, ita Iacob. de Graff. *tom. 1. lib. 3. cons. 3. n. 20. de adulter.* Bonacin. *de matrim. qu. 4 puncto 11. num. 1.* Finell. *d. casu 9. n. 6.* Homobon. *de examine eccles. part. 1. tract. 7. c. 18. q. 114.* asserit tunc sodomiam esse celatam Episcopo reseruatum quando delictum est consummatum & perfectum, quoad accidit quando seminatio facta est in vase obscœno.

Tertiò notandum est neque omnem exercentem prædicta constitut. obligari, & deuinci, sed notorium, non ita occultum, vt expresè tenent Vgol. *de irregularit c. 43. §. 2. nu. 4.* & Iacob. de Graff. *in tract. de irregularit c. 43. §. 2. nu. 4.* & Iacob. de Graff. *in aureis decisionibus lib. 2. c. 90. sub n. 15.* Hentiq. *in summa, lib. 14.*

lib.14 cap.5.§.1.Azor.d.part.3.c.19.q.6.& 7. Campan. *d. cap.22.n.12.*Ego ipse *d.alleg.46 n.27.*

Quartò notandum est dispositionem præfatæ con-
10 stitutionis non solum ad clericorum masculorum concubitorem, sed ad illum quoque, qui muliere retro abutitur, extendendam esse, vt per Farin. *in praxi crimin. q. 148 sub num. 36.* & Campanil. *d.c.22. n.16.* Aloysi.Ric *in collect.decis. part. 5.collect. 1877.* Sayr. *de censur.lib. 7. cap. 12.num.23.*Nicol.Garc.*de benef.p.11. c.10. § 2. num. 207.* Contraria tamen opinio non est improbabilis, quam defendit Floron. *de casib. referu. part.2. c.7.§.1.num.9.* Belloch. *in praxi de casib.reseru. part. 2. quæst. 1. num. 219.* Azor. *d. cap.19. quæs.* non enim committere propriè sodomiam cognoscentem præposterè mulierem, resoluunt Henriq.*in sum.lib.11. c.17.§.6.in commento litt.A,& B,* Valent.*tom.3. disp.9. q.3.puncto 3.* Tanner.*2. 2. disp.3.p.3. puncto 6. n. 149.* Petr. Ledesma *in summ.p. 2. tract. 27.cap.15.conclus.2.* Bonacin. *de matrim.q. 4. puncto 11. prop. 1.* Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. p.1.prac.7.art.7.dub.8 concl.1.* ac proinde talem non incurrere in casum reseruatum sodomiæ, docent Sylvest. *in 2. 2. S. Thom. disput 154. art.12.*Ch peauil.*de casibus referu. cap. 15. q.2.*Floron. *in simili tract. p.2. casu 7.n 6.* Bonacin. *d.puncto 11. præpositi.1.num. 5.* quia licèt vas sit contra naturam, non est tamen peccatum sodomiticum, quia sodomia est concubitus, in quo non seruatur debitus sexus, ac per consequens esse coitum personarum eiusdem sexus, nempe inatis cum mare, seu fœminæ cum fœmina, tenet Ioan. Baptista Conrad. *in suis responsis casuum conscient. quæst. 29. part.1.*Sed prima opinio verior, in hoc enim casu veram dari sodomiam tenent multi, quos refert, & sequitur Menoch. *de arbitr. casu 286. num.5.* quibus addo Lambertin. *de iurepatron. part. 1. lib.2. in artic.1 princ. num. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.lib.22. cap.3 sect.10. num.49.* Homobon.de Bonis *de examine eccles.p.1. tract.7.cap. 28. quæst. 114.* Vnde Gambarupi *de casibus reseru. casu 2. num. 3.* Homobon. *in simili tract. part. 2. casu 5.sect 5.*tenent concubitum cum fœmina contra naturam esse includendum in casu reseruato sodomiæ.

Quinto notandum prædictæ constitutionis pœnas
11 non incurrere clericum vitio bestialitatis laborantem; cum animali bruto turpiter coëuntem, vt tenent Nicol, Garc. *de benefic. part.11. cap. 10.num, 204. & seqq.*me citato *in hoc loco* Dian.*d. tractat. 3. miscel. resol. 66.* quamuis contrarium defendant Menoch. *d. casu 286. num. 6.*& Quaranta, quem citat Farinac. *d. quæst.148.num. 47.* Campanil.*d.c.22.num.18.* Petr. de Ledesma *in summ. tom. 2 tract.27.c.11.conclus. 4.* Homobon.de Bonis,*de examine eccles.p.2.tract.11.11 c.12. q.26.* Narbona *in 3.p. recopil.lib.5. tit. 1. l. 20 gloss.8. num.13.*Belloch.*de casib.reseru.p.2.q.2.n. 39.*

Sextò notandum in pœnas dictæ constitutionis incidere clericos tam agentes vitium sodomiticum, quàm patientes, vt per Floron. *de casibus reseru part. 2. casu 7.§. 1.n.6.* Coriolan.*in simili tract.p.2.casu 9.§.10. n.30.* Diana *d.tract.3.miscel.resol.64.*Vnde Bonacin. *de matrim q.4. puncto 11.num. 2* Fincelli. *tract.de casib. reseru.casu 9.num.5.*

Septimò notandum ad incurrendas pœnas suprædictæ Constitutionis exigi sententiam iudicis, ita ut ante illam clerici dictas pœnas non incurrant in foro conscientiæ, ita Henriq.*in sum.lib. 14.c. 5. §.1.in gloss. lit. F.*Soar.*de cẽsur. disp.31. sect 4.n.22.* Auil. *cod.tr.p.7. disp. 4. dub.7. concl* Sayr. *in simili tract.lib.7.c.12.n.24.* Sanch.*de matrim.lib.7. disp.46.n.18.*Homobon.de Bonis *de examine ecclesiastico p. 1.tr. 5.c.8 q.15.& part.2. tract.11 c.12.q.26.*Azor. *instit.moral.p.3.lib.3.c.19.q.5.* Bonacin.*de matrim. q.4.puncto 11.n. 2.*Floron.*de casib reseru part.2.casu. 7. §.1.n.8.*Finell. *cod.tract.casu 9.n.6.* Filiuc. *in quæst.moral.tom.1. tract.17.n.127.*

Si laici excommunicationi subdantur, &c.] Quærit 12
Azor. *d.lib. 3.c.19.quæst. 1.* an prædicta Constitutione Pij V. sit aliqua pœna contra sodomitas, laicos constituta; & respondet negatiuè, hi enim totius Christiani Imperij legibus igni traduntur, vt referunt Gomez *l. 80. Tauri num.32. ad finem,* Menoch.*d. casu 286.n.2.* Farin. *d.q. 148.n.1.& 4.* Azor. *d.lib.3.c.16.in princip.* Moder.*de iurisdict p.2.cap. 2.à n.15.* Clar.*in § sodomia, n.*nisi sint minores, qui iudicis arbitrio veniunt puniendi, Menoch. *casu 286. nn 19.*Farin.*q.92.n.83.cum seq & q. 148.n.76.& cons; 33.n.15.*Hortens.Cauale.*de brachio Regio.p.4 n. 79.lit.E.*Et eorum bona confiscan- 13
tur. Gomez *d.l.80. n.32.in fine,*Menoch.*d.casu 286.n. 9.* Peregr. *de iure Fisci lib.5. tit.1.n.169.* Farin.*d.q.148. n.12.* Infames fiunt, Donel.*commentar.iuris Ciuilis, lib. 18.c.7. colum.1.* Farin.*d q.148.n.11.*Cardos.*in praxi in-* 14
dicum verbo sodomia, num. 8. Et testamenti factionem amittunt, Couar. *in Clemen.si furiosus.p.1.§.1.n.6.col.4.* 15
Guillelm.*in cap. Raynutius verbo mortuo, n,* 139. Menoch.*d.casu 286.n. 10.& casu 360.n.59,&60.*Auend. *ad l.40.Tauri, gloss.7.n.16.*Farin.*d.q.148.n. 16.*

SVMMARIVM.

1 *Subditus non tenetur carere superiori aliquid exigenti, vel præcipienti contra tenorem sui priuilegij.*
2 *Prælati exempti sola obedientia non sufficit ad transferendam possessionem subiectionis in Episcopum, sed requiritur totius Conuentus.*
3 *Exemptioni an renuntiari possit, ostenditur.*

CAP. Sanè. V.

SVbditi non tenentur obedire superiori in his, in 1
quibus sunt liberi per priuilegium Papæ, & ideo Abbas non tenetur obedire Episcopo quando agitur de libertate Ordinis concessa à Papa. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anch. Panormit. Marian. Socin. Vivian. *in rationali, lib.5.iuris Pontif pag.*184. Alagona *in compendio iuris Canon.pag.*705. remissiuè Ximen. *in concord. part.1.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 2.Decretal.lib. 5. tit. 13. c.1.*

Contra libertatem Ordinis. Quid si Abbas obedierit an inducat quasi possessionem subiectionis, si Conuentus non consentiat? cui quæsito respondet Panor. *in cap.cùm dilectus, num.7. de Religiosis domibus,* in hæc verba. *Nota hìc, quòd sola obedientia Prælati exempti non sufficit ad transferendum possessionem subiectionis in Episcopum, sed requiritur totus Conuentus,* refert, & sequitur Erasmus à Cocxier, in præiudicium monasterij dumtaxat, *in suo tract.de iurisdict.Ordinarij in exemptos.p.3. quæst. 11. in princip & quæst. 34.* quærit an renunciari possit exemptioni, & distinguit cum Angel, *in § idem iuris, num.44. Instit. de exemptionibus.* inter exemptiones toti alicui Ordini, aut particulari personæ concessas; ita vt concessis toti Ordini renuntiari nequeat, at vero si particulari personæ exemptio concessa est, renuntiari possit, intelligitque, ac sequitur si exemptiones principaliter renuntiantis personam respicerent.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Ecclesiæ, vsurpans sibi ipsius Ecclesiæ personatum contra præstitutum iuramentum ad officij sui*

exercitio

executionem admitti non debet.

2 *Periurus beneficio est per sententiam priuandus.*

Cap. Illud. VI.

1 VIcarius qui contra fidem, & iuramentum conuictus, vel confessus fuerit, falso sibi assumpsisse personatum, ad executionem sui Ordinis in eodem Episcopatu admitti non debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 184. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 705. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *sub tit. de iureiurando, c.* 1. & est post Concil. Lateranen. sub Alexandr. III. *p.* 39. *c.* 2.

2 In gloss. *Falso*, ibi, *vnde tanquam indigni priuandi sunt.* Notatur ad hoc, quòd periurus beneficiis est per sententiam priuandus, de quo vide Gutier. *canonica. lib.* 2. *cap.* 5. *numer.* 96. Soar. *de Religione, tom.* 2. *tractat.* 5. *lib.* 3. *cap. vlt. numero* 6. 17. 21. & 22. Sayr. *in claui. Regia, lib.* 5. *cap.* 9. *num.* 8. Azor. *institut. moral. p.* 2. *lib.* 7. *c.* 18. *q.* 4. Nicol. Garc. *de benefic. par.* 11. *cap.* 10. *n.* 166. *cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata contra subditum, quia non paret quibus erat priuilegiatus, non tenet.*

2. *Decretum Concil. Trident. sess.* 24. *de reform. cap.* 3. *refertur.*

4 *Sententia Ordinarij lata in exemptum tanquam ab incompetente iudice prolata est nulla.*

Cap. Cùm ad quorundam. VII.

Clemens. III.

1 EXcommunicatio lata contra aliquem priuilegiatum ex eo quia non obediuit in his, quibus erat priuilegiatus, non tenet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5 *iuris Pontificij pag.* 184. Alagona *in compendio iuris Canon. pag.* 705. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 13. *cap.* 3.

2 *Numerum electionis. & personarum*, &c.] Hodie Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 3. super hac eadem re ita disponit. Interimque caueant ne inutilibus sumptibus cuiquam graues, onerosiue sint? nèue ipsi, aut quisquam suorum quicquam procurationis causa pro visitatione etiam testamentorum ad pios vsus præter id, quod ex relictis piis iure debetur, aut alio quouis nomine, nec pecuniam, nec munus quodcunque sit etiam, qualitercumque efferatur, accipiant, non obstante quacunque consuetudine, etiam immemorabili exceptis tamen victualibus, quæ sibi, ac suis frugaliter, moderatèque pro temporis tantùm necessitate, & non vltrà, poterunt ministrare, de cuius decreti materia, & intellectu plura tradit Prax, Episcop. *verbo visitatio*, §. 6. vbi *dub.* 3. resoluit subditos non teneri ministrare equitaturas visitatori.

3 *In Lateranen. Concilio.*] Sub Alexand. III. *c.* 4. & adde aliud Innoc. III. *c.* 4.

4 *Ipsum decernimus non tenere.*] Mota sententiam Ordinarij latam in exemptum, tanquam ab incompetente nullam esse, vt per Castr. *consil.* 431. *par.* 1. & alios plures quos refert, & sequitur Erasm. à Chocxier *de iurisdict. Ordinarij in exempto: part.* 2. *qu.* 40. *num.* 1. vbi *num.* 2. extendit ad sententiam excommunicationis latam à quolibet Ordinario, quæ exemptos afficere non potest, etiamsi excommunicans sit in quasi possessione excommunicandi, vt tenet idem Chocxier *d. p. q.* 7. *n.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus inferior citra Episcopum non potest suam Ecclesiam, vel sibi subiectam alteri vnire sine Episcopi consensu, etiam Metropolitani auctoritate interueniente.*

2 *Papa solus potest vnire Episcopatus.*

3 *Episcopus beneficia, & Ecclesias suæ diœcesis vnire potest, amplia vt ibi.*

4 *Vicarius generalis Episcopi non potest beneficia vnire sine speciali mandato etiamsi data sit facultas conferendi cum clausula generali.*

5 *Capitulum Sede vacante potest vnire ea beneficia, quæ potest Episcopus, dummodo sibi non veniat, & noceat de iure Episcopali.*

6 *Archiepiscopus vnire potest beneficia in suadiœcesi, non autem in diœcesibus suffraganeorum.*

7 *Abbates, atque alij Prælati Episcopo inferiores non possunt iure beneficiorum vnionem facere.*

8 *Legatus de latere potest beneficia prouincia suæ legationis absque Episcopi præiudicio vnire.*

9 *Vnio quæ per Episcopum fieri potest de iure communi, in quibus casibus annectur, & extinguatur in Concil. Trid. ostenditur.*

Cap. Sicut vnire VIII.

Celest. III.

EPiscopi sicut non possunt vnire Episcopatus sine consensu Papæ, sic nec inferiores possunt vnire Eccl. sias sine consensu Episcopi, nec sufficeret solus consensus Metropolitani, quia Metropolitanus non debet aliquid tentare in diœcesi sui suffraganei sine illius consensu Colligunt ex Ordinar. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Cened. *collect.* 87. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij pag.* 184. Alagona *in compend. iuris Canonici pag.* 706. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 13. *cap* 4.

Ad Summum. Pont. pertinere dignoscitur.] Notatur ad hoc, quòd solus Papa potest vnire Episcopatus, vt per Rhenat. Chopin. *de sacra politia lib.* 2. *tit.* 4. *ex num.* 10. Duaren. *de beneficiis, lib.* 5. *cap.* 6. Hoieda *de incompatibilitate beneficiorum. cap.* 3. *num.* 7. Rebuf. *in praxi benefic tit. de vnion. a n.* 22. Caned. *ad Decretal. collect.* 87. *n.* 1. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 12. *cap* 2. *nu.* 60. *cum seq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit lib.* 30. *tract.* 3. *num.* 299.

Ita Episcopi est, &c.] Notatur ad hoc, quòd Episcopus beneficia, & Ecclesias suæ diœcesis vnire possit vt per Rebuff. *in praxi tit. de vnionib. num.* 22. & *in repet. cap. extirpandæ, §. qui verò de prebend. præsm. 4. & in tab.* 3. *vers. de iure autem.* Fusc. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 19. Azor. *institut. moral part.* 2. *lib.* 7. *cap.* 28. *quæst.* 6. Nicol. Garc. *de benefic. part.* 12. *cap.* 2. *num.* 62. quos refero ego ipse *de officio. & potest. Episcopi, part.* 3. *alleg.* 66. *n.* adde Ioan. Baptistam Costam *de remed. fugiti.* 74. Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 29. *num.* 147. vbi *n.* 148. hoc ipsum verum dicit non tantùm si velit vnire Ecclesiam seculari, sed

sed etiam si velit vnire religioni alicui Ecclesiam, seu beneficium suæ diœcesis, & *num.* 149. quamuis collatio illius beneficij ob Episcopi negligentiam deuoluta esset ad Papam, & *num.* 150. etiam illa reseruata sint à Pontifice, dummodo ex huiusmodi vnione præiudicium non fiat expectanti auctoritate Apost. beneficia illa.

4 Vicarius generalis Episcopi non potest beneficia vnire sine special. mandato, etiamsi sibi data sit facultas conferendi cum clausula generali, *& ad omnia alia etiam requirentia generale mandatum*, vt per Socin. *hic art.* 3. *n.*43 Sbroz *de Vicario Episcopi*, *lib.* 2. *quæst.* 115. Rebuf. *in praxi benef. tit. forma Vicariatus*, *n.*102. *& d. tit. de vnion. n.*37. Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 28. *quæs.* 10. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *n.*69. Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum*, *part.* 1. *n.* 223. Aloys. Riccius *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 492. *in* 1. *edit. aliàs resol.* 383. *ante n.* 1. *in* 2. *edit.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 278. *n.*35. quos refero ego ipse *d. allegat.* 66. *num.* 7. addè Sanch. *d. c.* 29. *n.*153. vbi reprobat Hieron. Gabr. *consil.* 200 *n.*3. *vol.* 1. dicentem hoc posse Vicarium ex suo officio, & fuit dictum in Compostellana Parochialis 10. Ianuarij 1625. coram D. Manzanedo.

5 Capitulum Sede vacante potest vnire ea beneficia, quæ potest Episcopus, dummodo sibi non vniat; & nihil pereat deiure Episcopali, vt per Socin. *hic art.* 3. *n.*40. *quæst.* 6. Caccialup. *de vnionib. art. num.* 19. Perusin *eod. tract. cap.* 5. *n.*46. Rebuf. *d. tit. de vnionib. n.*36. Azor. *d. lib.* 6. *cap.* 28. *quæs.* 9. Quatrant. *in summa bullarij verbo Capitulum Sede vacante q.* 9. *vers. quæ conclusio.* Nicol. Garc. *d. c.* 2. *n.*67. *&* 68. Sanch. *d. c.* 29. *num.* 155.

6 Archiepiscopus vnire potest benficia in sua diœcesi, cùm in ea eandem iurisdictionem exerceat, quam Episcopus in sua; at nequit vnire beneficia in diœcesibus suffraganeorum, vt per Abb. *hic n* 4. & Socin. *art.* 3. *quæst.* 4. *n.*35. Azor. *d. lib.* 6. *c.* 28. *quæs.* 7. Sanch. *d. c.* 29. *n.*156. & probatur in hoc text. ibi, cum in diœcesi sui suffraganei, &c.

7 Abbates, atque alij Prælati Episcopo inferiores non possunt hanc vnionem facere, nisi hoc vniendi ius ex priuilegio aliquo Pontificio, aut legitima præscriptione acquisierit, vt per Innocent. *num. vnic.* Ioan. Andr. *n.* 2. Butr. *n.* 5. Anch. *n.* 3. *notab.* 3. Zabarel. *num.* 3. *opposit.* 2. *in præsenti*, Rebuf. *d. tit de vnion. num.* 32. *&* 33. Azor. *d. c.* 28. *quæs.* 10. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *à nu.* 71. Aloys. Riccius. *de resol.* 383. *n.*3. Sanch. *d. c.* 29. *n.*159. vbi *n.* 160. contra supracitatos resoluit eos posse hanc vnionem facere, quando ita plenè supiectas sibi Ecclesias, habent, vt iurisdictione quasi Episcopali in eis fungantur.

8 Legatus à latere, qui potest in sua prouincia quicquid Episcopi in suis diœcesibus, potest beneficia prouinciæ suæ legationis absque Episcopi præiudicio vnire, vt tenent Panorm. *hic num.* 4. Gamb. *de officio, & potestate legati*, *lib.* 5. *de potestate legati in viendo beneficia*, *num.* 40. *& seqq.* Azor *d. p. lib.* 5. *c.* 29. *quæs.* 13. Nicol. Garc. *d. cap.* 2. *n.*65. Vgolin. *de officio Episcopi, c.* 52. *§.* 1. *n.* 1. Aloys. Riccius *in praxi fori ecclesiast. decis.* 492, *in* 1. *edit. & resol.* 383. *n.* 2. *in* 2. *edit.* Sanch. *d. c.* 29. *n.*158. vbi in fine aduertit Legatum, qui non est de latere, non posse vnire.

9 Conclusio, quam ex hoc text. deduximus *num.* 3. in aliquibus ampliatur, in aliis verò corrigitur per Concilij Trident. decreta: ampliatur namque in eo, quod sicut attento iure huius text. poterat Episcopus facere quorumcunque beneficiorum vniones, etiamsi illa reseruata essent, ita etiam attento Concil. Trident. *sess.* 21. *de reform. cap.* 5. cum illa tamen declaratione, quòd licèt iure antiquo huius text. hoc posset facere sola potestate ordinaria, illo verò Concilij Trident. attento potest quoque potestate delegata, vt constat ex verbis eiusdem Concil. *d. cap.* 5 ibi, *possunt Episcopi. etiam tanquam Apost. Sedis delegati.* An autem liceat Episcopis vtraque potestate in his vnionibus procedere, & quid si non constat qua potestate procedit, vide quæ dixi *in meo tract. de officio, & potest. Episcopi part.* 3. *alleg.* 92. & in his terminis Sanch. *d. c.* 29. *n.*181. Sic etiam, & ampliatur in eo quòd sicut iure communi huius text attento integrum erat Episcopo vnire regioni beneficium aliquod, ita & hodie stantibus decretis per Concil. Trident. cum duplici tamen limitatione adducta per Sanch. *d. cap.* 29. *num.*187. apud quem vide, si libet. Corrigitur verò quippe, quod attento iure communi huius text. vt ex eo deducit Socin. *hic art.* 4. *quæst.* 13. *nu.* 80. *& art.* 6. *concl.* 11. *cum seqq.* integrum erat Episcopo vnire beneficia suæ diœcesis cum altero alienæ diœcesis accedente consensu Episcopi illius; at verò attento Concil. Trident. *sess.* 14. *de reform. cap.* 9. nulla ratione licet vnire beneficia diuersæ diœcesis. Corrigitur deinde in eo quòd attento iure communi non erat restricta facultas Episcopi ad vnienda beneficia curata monasteriis, aut aliis beneficiis: at verò attendo Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 12. interdicitur vnio cuiuscunque beneficij curati monasterio, aut cuicunque operi pio, aut beneficiis simplicibus.

Cætera, quæ ad hanc materiam vnionum pertinent inuenies in notis *ad Clement.* 2. *de rebus Ecclesiæ non alienan.* interim tamen vide per me adducta 2. *alleg.* 66. 10

SVMMARIVM.

1 *Clericus, qui de suo crimine publicè gloriatur, suspendi debet.*

2 *Peccat, qui gloriatur, & sibi complacet in referendis & exponendis suis peccatis mortalibus.*

3 *Confessio extraiudicialis deducitur in iudicio tanquam delictum particulare.*

4 *Iactans se faciliter per lubricum lin guæ non debet ad pœnam trahi.*

5 *Clericus ab officio, & beneficio suspenditur ob fornicationem notoriam frequenter.*

CAP. Quàm sit graue. IX.

Innocent. III.

CLericus, qui publicè gloriatur de crimine quod commisit, puta quòd cognouerit fœminam, debet suspendi à beneficio, & ab officio si scandalum sit sequutum, v. g. si maritus dimisit vxorem cognitam à clerico. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontificij pag.* 185. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 706 remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Anton. Augustin. *collect.* 3. *Decret. lib.* 5. *tit.* 24. *cap.* 2. 1

Cùm malefecerint gloriari.] Notatur ad hoc, quòd qui gloriatur, & sibi complacet in referendis, & exponendis suis peccatis mortalibus, peccat, vt per Petr. Nauar. *lib.* 2. *de restitut. cap.* 4. *part.* 2. *dub.* 1. *num.* 121. *&* 122. Couar. *variar lib.* 1. *cap.* 2. *numer.* 8. quos refert, & sequitur Sayr. *in claui Regia*, *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 34. 2

Non erubuit confiteri, &c.] Notatur ad hoc, quòd quando confessio extraiudicialis deducitur in iudicium 3

cium tanquam delictum particulare, & de per se, veluti quando clericus de delicto se extollit, præsertim si talis gloriatio tendat in infamiam alterius, tunc talis confessio sufficit ad inponendam aliquam pœnam extraordinariam arbitrio iudicis, vt per Hippol. *in l. de minore, in princip num.* 51. *ff. de quæst. & in l. eos num.* 21. *ff. de falsis*, Bernard. *reg.* 225. *limit.* 6. Anton. Gomez *tom.* 3. *variarum cap.* 13. *n.* 8. *in fine.* Mascard. *de probat. conclus.* 550. *n.* 36. *cum seq. & conclus.* 497. *n.* 15. Ioseph. Ludouic. *Lucan. decis.* 32. *n.* 13 *cum seqq.* optimè Farinac. *in praxi crimin. part.* 3. *q* 82. *num* 22.

4 Ille verò, qui se faciliter; & per lubricum linguæ iactat, non debet ad pœnam trahi, vt Bonacos. *commun. criminal. p.* 1. *verbo iactans fol.* 85. Mascard. *de probat. conclus.* 781 *n.* 7.

5 *Ab officio. & beneficio suspendere.*] Notatur ad hoc quòd clericus ab officio & beneficio suspenditur, eo quòd gloriatus esset se virginem corrupisse, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 331. *num.* 3. *cum seq. & casu* 332. *n.* 1. Clericus enim ab officio & beneficio suspenditur ob fornicationem notoriam frequenter, & diu continuatam, & alios offendentem, vt per Azor. *institution. moral. part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæst.* 13. Duen. *reg.* 101. *limit.* 4.

6 Ex quibus etiam verbis colligi videtur clerici confessionem extraiudicialem esse ad condemnationem sufficientem, contra id quòd habetur *in cap. de hoc. de simon. & in l. Diuus.* 3. *ff. de custod. reorum*; pro intellectu tamen vide Anton. de Fuertes *Canon. sect. lib.* 1. *cap.* 12. vbi ait Clericum de quo hoc tex. puniri non propter extraiudicialem confessionem, & gloriationem publicè factam, sed per legitimas probationes, de quibus iudici constare debuit, vt significat illa text. clauf. *si sibi constiterit*, quæ importat plenam & legitimam probationem. *cap. constitutus, de filiis presbi cap. si constiterit* 22. *de accusat.* qua deficiente absque dubio clericus non fuisset spensus ab officio.

SVMMARIVM.

1 *Clericus auctoritatem, vel consilium directè, vel indirectè homicidio præstans, irregularis efficitur.*
2 *Episcopus vbi temporalem habet iurisdictionem laicum iudicem constituit, qui in causis criminalibus ius dicat.*
3 *Clericus iuris peritus si faciat consilium quod dedit causam morti, est irregularis.*
4 *Consultores in causa sanguinis sunt irregulares sequuta morte, vel mutilatione membri ob eius dictum.*
5 *Irregularis non fit qui in genere interrogatus, in genere aperit ius in causa sanguinis.*
6 *Clerici assistentes executioni sententiæ quando irregulares sint ostenditur.*
7 *Homicida clericus propter homicidium venit beneficiis priuandus.*
8 *Presbyter qui non est, non potest in Episcopum consecrari.*
9 *Episcopus criminosus cogitur Episcopatum renunciare*

Cap. Ex litteris. X.

1 EPiscopo prohibitum est indicere purgationem ferro candenti, nec debet præstare auctoritatem specialiter, nec personaliter interesse vt pœna corporalis alicui infligatur; quòd si directè, vel indirectè suo consilio, vel auctoritate homicidium sequatur, fit irregularis, vnde reputatur indignus Altaris ministerio, & quia sine illo non potest implere officium Pontificale, est amouendus ab Ecclesia, & alius idoneus eligendus. Colligunt ex Ordinat. Abb. antiq. Innocent. Collectan. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anch. Panorm. Mariam Socin. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif pag.* 185. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 706. remissiuè Ximen *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 14. *c.* 3.

Ad eius iurisdictionem spectante, &c.] Notatur ad hoc, quòd Episcopus vbi temporalem habet iurisdictionem laicum iudicem constituit, qui in causis grauioribus criminales dicuntur, ius dicat, vt per Azor. *institut. moral. part.* 2. *lib* 3. *c* 32. *q.* 9 *in princip.* Valer Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *num.* 125. vbi *n.* 154. refellit per hunc text. clericos, qui interfunt executioni pœnæ, fieri irregulares, si præsentes præstent aliquid auctoritatis in ea executione.

Qui respondit, &c. [Notatur ad hoc, quòd si clericus Iurisperitus faciat consilium super casu occurrenti, & tale suum consilium det causam morti, talis clericus est irregularis, quamuis iuste, & tuste consuluerit, vt per Hippol. de Marsil. *consil.* 10. *num.* 49. Consultores enim in causa sanguinis esse irregulares secuta morte, vel mutilatione membri ob eius dictum, quando consulunt in casu aliquo particulari, tenent Sayr. *de censur. lib.* 6. *cap* 18. *num.* 28. Bonacin. *ad tract. disput.* 7. *quæst.* 4. *punct.* 1. *num.* 6. quamuis postea ante perpetratum facinus consilium reuocauerint multis rationes ad dissuadendum adhibentes, ita Molin. *de iustit. tom.* 3. *tract.* 2. *dispu.* 731. *num.* 1. Lessi. *eod. tract. lib.* 2. *cap.* 13. *dub.* 3. *num.* 17. Megala *in* 2. 2. *lib.* 1. *cap.* 2. *quæs.* 3. *num.* 26. Barthol. à S. Fausto *in speculo Confes. disput.* 4 *quæst.* 69 *num.* 3. Malder. *in* 2. 2. *tract.* 4. *cap.* 2. *dub.* 3. Nec obsta quòd mandans fieri homicidium non incurrit irregularitatem si reuocauit mandatum, & post reuocationem huiusmodi mandatario intimatam & notificatam commisit ille homicidium, vt resoluimus *in collect. ad Clem. si furiosus num.* 9. *de homicid.* quia hæc est differentia inter mandantem & consentem, nam mandatarius non exequitur mandatum nomine proprio, sed nomine, & in in gratiam mandantis, & ideo postquam reuocatum est mandatum, & hoc eis notificatum, si mandatarius his non obstantibus committat debitum, illud committit, nomine proprio arbitrio, & proinde ei imputabitur; secus in consulente, quia ostensione commodi vel honoris, consulens voluntatem alterius ad damnum inferendum permouit, & hæc motio tandiu durat, quandiu ipse tali consilio incitatus damnum conceptum vult exequi quicquid contrarium in materia restitutionis existimauerint Pett. Nauar. *de restit. lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 27. Salon. 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 7. *contr.* 9. Azor. *instit. moral. part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 11. *quæst.* 2. Valer Reginald. *lib.* 10. *cap.* 10. *quæst.* 2. *n.* 108. Vnde patet Doctorem qui in genere interrogatus, & in genere aperit ius, vel si in casu aliquo particulari non dicit, quod ipse sentit, sed tantùm refert opiniones, & sententias DD. non fieri irregularem, vt tenent Sylvest. *verbo homicidium* 3 *q.* 7. Sayr *d. c.* 18. *n.* 25. Henriq. *lib.* 14 *c.* 12. *n.* 6. Molin. *de iustit. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 74. *n.* 5 quos refert, & sequitur Bonac. *d. punct.* 1. *n.* 7.

Verùm etiam præsentiam. &c.] Notatur ad hoc, quòd clerici assistentes exequutioni sententiæ irregulares sunt, si cum sua præsentia præbeant auctoritatem supplicio, secus si solummodo assistant, nec ad illam cooperentur; ita Bonacin. *d. punct.* 1. *num.* 16. vbi in fine aduertit intelligendam principalem conclusionem de clericis habentibus iurisdictionem temporalem, qui sua præsentia aliquo modo præstant auxilium.

Ipsum

7 *Ipsum indignum Altaris ministerio reputans.*] Ergo clericus homicida propter homicidium venit beneficiis priuandus, non tamen ipso iure illis priuatus est, de quo vide Couar. *in Clement. si furiosus part. 2. §. 3. num. 6.* Clar. *§. homicidium num. 21.* Gutier. *canonicarum lib. 2. cap. 5. num. 6.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1 verbo priuatio §. 1. & part. 2 verbo clericus §. 6. & verbo homicidia §. 11.* Ceual. *commun. contra commun. q. 147. n. 9. & q. 569.* Soar. *tom. 5 de censur. disp. 44. sect. 4.* Azor. *instit. moral. part. 2 lib. 7. cap. 17. q. 1.* Farin. *in praxi crimin. part. 6. q. 129 n 63.* Gonz. *ad reg. 8. Cancellariæ gloss. 15. n. 70. & 80.* Nicol. Garc. *de benef. part. 11. cap. 10. n. 39. cum seqq.*

8 *Sine Altaris ministerio,* &c.] Ergo is, qui Presbyter non est, verè non potest in Episcopum consecrari, de quo vide DD. citatos *ad c. vnic. in fine, de clerico per saltum promoto.*

9 *Vt Episcopatui cedat.*] Notatur ad hoc, quòd criminosus Episcopus cogitur renuntiare, vt per Flamin. *de resignat benef. lib. 3. q. 17. n. 18.* vbi dicit, quod Episcopus in præsenti consensit homicidio, indignus est Altaris ministerio, & per consequens non potest Pontificale officium exercere.

10 *Faciatis eidem.* &c.] Ergo per dispositionem & priuationem vacat beneficium ipso iure, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ gloss. 15. n. 97.*

SVMMARIVM.

1 *Beneficij collatio facta indigno occultè cassari debet, & conferens secundo ante cassationem primæ collationis, priuandus est ea potestate conferendi.*
2 *Succentor quis dicatur, & vnde sit enditur.*
3 *Aleatores publici sunt infames.*
4 *Aleatori facta collatio beneficij est nulla.*
5 *Doctores referuntur de ludis, & aleatoribus agentes.*
6 *Vsurarius clericus contrahit infamiam iuris.*
7 *Infames ad beneficia promoueri non possunt.*
8 *Infamis infamia iuris priuatur beneficiis obtentis.*
9 *Statutum, seu consuetudo ludi permissiua in clericis vti corrupte la omninò improbatur.*

CAP. Inter dilectos. XI.

1 PErsonis indignis, & vilibus non sunt dandæ dignitates, & si probetur aliquem esse publicum aleatorem, & manifestum vsurarium, vt qui in ludo mutuat vndecim denarios pro duodecim, non obstante consuetudine, quæ corrupte la est, collatio dignitatis illi facta est irritanda, & sic improbantur ludi voluptuosi. Item quando contra aliquem improbantur quòd in litteris ipsius fuit posita quædam clausula præter conscientiam iudicum, & sic videretur falsarius, tamen si non probatur quòd dictus accusatus apposuerit illam clausulam, vel quòd procurauerit vt ab alio poneretur, vel quòd scienter sit vsus litteris falsificatis, non habetur falsarius præsertim si postquam fuit illi hoc obiectum, non fuit illis vsus. Item si concessio beneficij prius fuit facta alicui, deinde fuit facta alteri, secunda concessio irritatur, licèt primus deinde sit repertus indignus, & qui prima concessione non reprobata, secundo concessit propter hanc inconstantiam potestatem concedendi debet pro illa vice priuari. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panor. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5 iuris Pontif. pag. 186.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 707.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect 3. Decret. lib. 5 tit. 14. cap. 4.*

Collect. Barbos. Tom. III.

Super succentoria.] Succentor in quibusdam Ecclesiis maximè Cathedralibus, solet esse beneficiarius; eius autem munus, & officium est absente Cantore, seu præcentore incipere cantum in choro, Antiphonas, & Psalmos inchoare; vnde in quibusdam Ecclesiis vocatur vicecantor, quia cantoris vice fungitur, ita Azor. *instit. moral. part. 2. l. b. 3. cap. 22. in fine.* 2

Publicum aleatorem.] Notatur ad hoc, quòd aleatores publici sunt infames, vt per Viuian. *tom. 1. commun. opinionum lib. 3. tit 29. de religiosis & sumptibus funerum num. 4. vers. vbi Ioan. Andr. pag. 451.* Mascard *de probat. concl 995.* Rebuff. *de r. probat. testium. num. 23.* Molina *de iustit. tract. 2. disput. 159. vers. nihilominus,* Chald. Pereira *in comment. ad §. soror. num. 44. vers. cinædi,* Instit. *de inofficioso testamen.* Ac per consequens collatio facta Clerico aleatori est nulla, si de hoc constabat tanquam facta indigno, & si non constabat, quia erat occultus, debet irritari, de quo vide Perez *l. 2 in princip. tit. 10 lib. 8 ordinamen. pag. 232. & l. 37. colum. 2. tit. 19. eod. lib. 8. pag. 385.* Menoch. *de arbitr. casu 389. num. 3.* Azeued. *l. 2. num. 59. cum seqq tit. 7. lib. 8. noua recopil.* Flamin. *de resignat. benef. lib 4 quæst. 3. num. 65. cum seqq.* Ludouic. Beia *responsa. casuum conscientiæ p. 1. casu 61.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2 quæst. 57. art. 2.* Nicol. Garcia *de benef. part. 7. cap. 8. num. 39.* vbi *num. 40.* refert. Rotam *decis. 426. num. 2. part. 1. diuers.* censuisse clericum aleatorem indignum esse, cui beneficium conferri debeat, & si est publicus, esse ipso iure irritandam collationem, itaut ratione consuetudinis excusandus non sit. 3

Cætera, quæ in hac materia circa clericos lusores, & quis ludus illis sit permissus, inuenies *ad cap. clerici 15. supra de vita, & honestate clericorum.* De ludis autem, & aleatoribus in communi si multa scire cupias consule Clar. *in pract. lib. 5. §. ludus,* Couarr. *in regul. peccatum. p. 2. §. 4. num. 5. cum seqq.* Auiles *ad c. 29. Pratorum. verbo juegos,* Stephan. Costa *in tract. de ludo,* Bernard & Salzed. *in pract. c. 73. in nouissima impr. ff.* Ioan. Vella *de pœnis delictorum cap. 22.* Auendan. *de exequendis mandatis part. 2. cap. 9.* Petr. Gregor. *syntagmatum iuris lib. 30. c. 2.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo ludus,* Guid. Pancirola *in thesauro variarum lectionum lib 1. cap. 48.* Morla *in emporio iuris ciuilis part. 1. tit. 7.* Perez *l. 37. in addit. tit. 19. lib. 8. ordinam. pag. 385.* Mascard. *de probat. concl. 995,* Viuian. & alios *tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. 29.* Gutier. *de iuramento confirmatorio p. 1 c. 35.* Marc. Anton. de Amat. *Marchiæ decis. 13.* Farin. *in praxi crimin. p. 3. q. 109. & seqq.* Pradil. *in summa legum pœnal. p. 1. c. 35.* Hortens. Caualcan. *de brachio Regio p. 6. n. 102. vers. nec Christianis,* Bellet. *disquisit. clerical. p. 1. tit de disciplin. clerical. §. 24.* Ex Theologis vide Fr. Thom. Bonn. *de iustis negotiis. tract. de ludo,* Sayr. *in claui Regia lib. 11. c. 13.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 37. art. 1.* Iacob. de Graff. *tom. 1. consiliorum tit. de voto cons. 3.* ex doctis Patribus Societatis Iesu, Henriq. *in sum. p. 1. lib. 8. c. 59.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 51.* Leonard. Lessius *eodem tract. lib. 4. c. 4 dub. 13.* Azor. *instit moral. p. 3. lib. 5. c. 25.* Paul. Comit. *responsor. moral. lib. 3. q. 7. n. 3. & q. 8. 9. & 10.* Rebel. *de oblig. iustit. p. 2. lib 12.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 10. n. 374 cum seqq* Ioan. de Salas *de contract. tract. de ludo.* 4

Ac vsurarium] Notatur ad hoc, quòd clericus vsurarius contrahit infamiam iuris, vt per Couar. *lib. 3. variar c. 3. n. 3. in princ vers. clericus vsurarius,* Bernard. *in pract. c. 91. ante n. 1. vers. prima se offert.* Ludouic. Pegner. *crim. decis. 31. n. 3.* Gemin. *de vsuris commen. 4. in præfat n. 7. cum seq* Farin. *fragm. crim. p. 1. lit. C. verbo clericus, n. 119.* 5

6

7 *Cum personis vilibus, & indignis*, &c.] Ergo infames ad beneficia promoueri non possunt, vt per Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 6. c. 7. quæst. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib 30. num. 199.* latè Nicol. Garcia *d. cap. 8. à princip.* Et propter infamiam iuris non solùm priuatur infamis officiis, vel beneficiis obtinendis, sed etiam obtentis, vt per Azeued. *l. 7. à num 4. tit. 9. lib. 2. nouæ recopil.* D. Barbos. *in l. cum Prætor. §. vlt. n. 282. ff. de iudic.* Nicol. Garc. *d. part. 7. c. 8. num. 33. cum seq.* vbi *n. 47.* resoluit, quòd collatio, electio, seu prouisio facta infami, vel criminoso crimine non inducente irregularitatem, seu inhabilitatem ad beneficia, non est nulla ipso iure.

8 *Quæ per prauam consuetudinem*, &c.] Notatur ad hoc, quòd statutum, seu consuetudo ludi permissiua in clericis vti corruptela omninò improbatur, vt per Steph. Costa *in tract. de ludo art. 4. num. 6. vers. & aduerte*, Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplina clericali, §. 25. numer. 4.* Farinac. *in praxi criminal. part. 3. quæst. 106. num. 47.* vbi aduertit, quòd licèt text. *in præsenti* loquatur in consuetudine clerici ludentis, & etiam mutuantis pecuniam in ludo, ad vsuram, procedit tamen etiam quòd clericus in ludo ad vsuram non mutuet.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi munus est cognoscere de causa matrimoniali pœnitentias publicas, & indulgentias concedere, vnde inferior Prælatus de his se intromittere non potest, nisi ei competat de iure speciali.*
2 *Matrimonialis causæ cognitio Episcopalis est dignitatis*
3 *Prælatus inferior potest ex consuetudine acquirere iurisdictionem cognoscendi de causis matrimonialibus.*
4 *Indulgentias an possint concedere Prælati inferiores Episcopis, ostenditur.*

Cap. Accedentibus. XII.

1 AD dignitatem Episcopalem spectat cognoscere de causa matrimoniali, iniungere publicas pœnientias, concedere litteras Indulgentiarum, & similia, & nullus eo inferior, vt Abbas, potest nisi de speciali concessione, vel alia legitima potestate. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 186.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 708.* remissiue Ximen. *in part. 1. & 2.* desumitur ex Conc. generali Lateran. sub Innoc. III. *c. 60.* & refertur ab Ant. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 10. c. vnic.*

2 *Episcopus dignitatis.*] Ego cognitio causæ matrimonialis est Episcopalis dignitatis, vt per Sanch. *de matr. lib. 3. disp 39. n. 17.* & plures alios, quos refero ego ipse *de offic. & potestate Episcopi p. 3. alleg 84.* quibus adde Aloy. Ricc. *p. 4. collect. 1154.*

3 *De causis matrimonialibus*, &c.] Notatur ad hoc, quòd inferior Prælatus potest ex consuetudine acquirere iurisdictionem cognoscendi de causis matrimonialibus vt per Palar. *in repet. cap per vestras, de donat. inter virum, & vxorem notab. 2. §. 1 n. 33.*

4 *Concedendo etiam indulgentiarum*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Prælati inferiores Episcopis, id est, Prælati, qui non habent iurisdictionem quasi Episcopalem, quales sunt Curati, Priores, Guardiani, & cæteri Prælati locales, non habent ex officio vllam potestatem ordinariam iure Diuino tributam ad concedendas Indulgentias, nam potestas huiusmodi pertinet præcisè ad dignitatem, & iurisdictionem quasi Episcopalem, vt per Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 86. articul. 1.* vbi *in vers. 2. disco*, tenet Prælatos religionum habentes iurisdictionem Episcopalem, quales sunt Generales, & prouinciales, posse indulgentias concedere, & respondet ad text. *in præsenti*, quòd hìc comprehendentur Abbates subditi Episcopis cognoscentes de causis matrimonialibus, & beneficiariis, & si erant Abbates exempti (quod ipse non admittit) erant quidem Præfecti locales non habentes iurisdictionem Episcopalem. Si verò dicamus loqui de Abbatibus exemptis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, reprehenduntur, quia forsan credebant Indulgentias non solum suis subditis, sed etiam secularibus, & Religiosis sub aliorum iurisdictione militantibus prodesse posse. Verum supradicta resolutio, & responsio ad text. *in præsenti*, quam præstat Fr. Emmanuel *loco citato*, admittenda non est, cùm eius litteram nimis restringat; verior enim opinio absolutè tenet Prouinciales, & Generales religionum suis subditis Indulgentias concedere non posse, vt dixi *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg. 88. n. 19.* & me citato idem tenet Sanctarel. *in tract. de in bilao c. 3. dub. 2. lit. E.* immo regularem neminem Episcopo inferiorem Indulgentias posse concedere tradunt per text. *in præsenti*, Nauar. *in tract. de Indulgentiis, notab. 31.* Bellarm. *eod. tract. lib. 1. cap. 11. quæst. 3.* quos refert, & sequitur Erasm. Chockier. *de iurisdictione Ordinarij in exemptos part. 2. q. 58. n. 1.* Franc. Leo *in thesauro fori ecclesiast. p. 1. c. 7. n. 1.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 2. cap. 55. q. 3.* Bonac. *de sacram. disp. 6. q. 1. puncto 3. n. 18.* Sanctarel. *in tract. de bilao c. 3. dub. 2. lit. D.*

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos compelli non potest ad reuelandum peccatum siue peccatum in pœnitentia confessum.*
2 *Sacerdos audita in confessione reuelare non cogitur etiamsi præciperetur sub quacunque anathematis comminatione, & à quocunque Prælato, etiam summo Pont.*

Cap. Dilectus. XIII.

Honor. III.

SAcerdos non potest, nec debet cogi ad reuelandum peccatorem, siue peccatum auditum in confessione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Anania, Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 187.* Alagona *in compendio iuris Canon. pag. 708.* remissiue Ximen. *in concord. p. 1.*

Amplia etiamsi præciperetur sub quacunque anathematis comminatione, vel iuramento à quocunque Prælato, etiam Summo Pontifice, nam verè tenetur respondere potest se nescire, & iurare quod nescit, subintelligendo tanquam homo, vel homini subiecto, ita Iacob. de Graffiis *in aureis decis. part. 2. lib. 1. cap. 3. num. 2.* Onuphr. *de sigillo. sect. 2. quæst. 2. dub. 1. vers. pondeo dubitationi.* Soar. *de pœnit. disput. 33. sect. 6. num. 1.* Matt. Delrius *disquisit magicar. lib. 6. c. 1. sect. 2.* Nigr. *in addit. quæst. 11. art. 3. diffic. vers. ad quartum argumentum* Vasquez *quæst. 93. art 4. dub. 12. num. 45. & 47.* Victor. Bonacin. *de Sacramen. disp. 5. q. 6. sect. 5. puncto 4. n. 31.* Quod quidem sacramentalis Confessionis secretum detegendum non est, et iam quo ad crimen committendum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

in perniciem Reip. saltem nominato actore, vt per Palar. *in repet. c. per vestras de donat. inter virum, notab. 3. §. 26. n. 9.* Couar. *de sponsal. part. 2 c. 8. §. 12. n. 10.* Nau. *in c. Sacerdos, n. 116. de pœnit. distinct. 6.* & alios quos citaui *ad c. omnis vtrinsque sextus, infra de pœnit. & remiss.*

SVMMARIVM.

1 *Collegium regulariter constituere non possunt priuati homines, nec habere signa Collegij, nisi illis aliter concedatur, & n. 2.*
3 *Beneficiati plures alicuius Ecclesiæ parochialis non faciunt propriè Capitulum.*
4 *Sigillo singulari, & proprio vtens potest aliis prohibere ne tali sigillo vtantur.*

Cap. Dilecta. XIV.

1 QVi non faciunt vnum corpus, & consequenter non sunt Collegium, non possunt habere commune sigillum, nisi à superiore concedatur. Golligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panor. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. p. 187.* Alagona *in compend. iuris Canon p. 708.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.*

2 Probat hic text. priuatos homines regulariter collegium constituere, & eius signa erigere non posse, nisi eis concedatur, vt per Aloys. Ricc. *in collect. decis. part. 3. collect. 633.* Guido Pap. *decis. 238.* vbi refert nonnulla signa.

3 *Nec sint vnum corpus,* &c.] Notatur ad hoc, quòd plures beneficiati alicuius Ecclesiæ Parochialis, quamvis ad instar Capituli congregentur, non faciunt propriè Capitulum, aut collegium, nec constituunt vnum corpus, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ, glos. 19. num. 15. & seqq.* & vide Boer. *decis. 115.* Quid autem sit Capitulum, & quid Collegium, vide apud Anton. Ragug. *in tract. de voce Canonicorum in Capitulo quæst. 1.*

4 *Non consueuerint proprium habere sigillum.*] Notatur ad hoc, quòd semel certò vtens singulari, & proprio sigillo potest alios prohibere ne illo tali sigillo vtantur, quando cognoscit, quòd in sui vterentur præiudicium, vt per Guillelm. *in c. Rainutius, de testam in princip. n. 59.* Matien. *l. 6. gloss. 2. n. 3. tit. 12. lib. 5 nouæ recop.* Cur. Philip. *tom. 2. lib 1 c. 7. n. 5.* & quilibet insignis artifex potest prohibere ne alius suo signo vtatur, Ant. Gom. *l. 45. Tauri n. 77.* Auendan. *de exequendis mandat. lib. 1. c. 19. n. 32.* Matien. *l. 6. gloss. 1. 2. & 3. tit. 12. lib. 5. nouæ recop.* Perez de Lara *de anniuers. & capell. lib. 1. c. 7. n. 36. cum seq.* Et vt euitentur damna, & dissensiones, quæ oriri possunt ex similitudine sigillorum, potest iudex ex officio prohibere ne vnus alterius sigillo vtatur, vt per Bart. *in tract. de insignis & armis n. 6. 7. & 8.* Auend. *ad c. 19. Prætorum, n. 32. lib. 1.* Azcued. *l. 8. n. 3. tit. 1. lib. 4. nouæ recop.*

SVMMARIVM.

1 *Deponi debet qui contra iuramentum negat prælatum dominum suum, vel coram iudice seculari de ipso conqueritur, vel ipsum inuadit.*
2 *Declaratur text in præsenti.*
3 *Beneficium vacat ipso iure per depositionem, & priuationem.*

Cap Grauem. XV.

ARchidiaconus, qui contra iuramentum negat 1
Episcopum esse dominum suum, vel in foro seculari deponit quæstionem de re spirituali contra eum, vel qui dat causam, aut consilium inuasoribus Episcopi, & sociorum, perpetuò abscindatur ab Ecclesia, & eius beneficia assignentur idoneis. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 188.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 708.* remissiue Ximen. *in concord. p. 1.*

Episcopum suum esse dominum negasse.] Innocent. & 2
communis *in præsenti*, tenet Archidiaconum; de quo text. loquitur, ideo puniti tanquam periurum, quia negauit Episcopum dominum, quem antea dominum iurauerat, vel meliùs dic ius Canonicum velle, vt Episcopis tanquam dominis deferatur à subditis, maximè à præstantibus iuramentum fidelitatis, & obedientiæ, ac reuerentiæ, licet, ipsi verè domini non sint, & ea ratione puniri huiusmodi Archidiaconum, quia reuerentiam debitam Episcopo, & præstitam per iuramentum negauit

Beneficia sua faciente, &c.] Notatur ad hoc, quòd 3
vacat ipso iure beneficium per dispositionem, & priuationem, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 15. n. 97.* quem refero ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 57. n. 247.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopis præcipitur ne grauamina Religiosis inferant.*
2 *Religiosi possunt eligere sepulturam si sunt in remotis extra sua monasteria.*
3 *Religiosorum numerus in quolibet monasterio constituendus, quantus debeat esse ex Conc. Trid ostenditur.*
4 *Lex pœnalis vtens verbo imperatiui modi quamuis sit temporis præsentis, sententiam continet ferendam.*

Cap Nimis. j. XVI.

Greg. IX

EPiscopis præcipitur ne grauamina inferant Religio- 1
sis, & enumerantur 25. illis ab Episcopis illata circa Sacramenta, sepulturas, Missas, eleemosinas, & oblationes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. p. 188.* Alagona *in compendio iuris Canon. p. 709.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.*

Eligant sepulturam.] Ergo Religiosi possunt eligere 2
sepulturam, si sunt in remotis extra sua monasteria, vt per Boer *decis. 175. n. 6.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 3. q. 60. art. 2.*

Volunt quoque in domibus eorum certum numerum, &c.] 3
Hodie super numerum Religiosorum in quolibet Conuentu constituendum ordinauit Concil. Trid. *sess 25. de regul. c. 3.* in hæc verba. *In prædictis autem monasteriis, & domibus, tam virorum, quàm mulierum bona immobilia possidentibus vel non possidentibus, is tantùm numerus constituatur, ac imposterum conseruetur, qui vel ex redditibus propriis monasteriorum, vel ex consuetis eleemosynis commodè possint sustentari.* Quod quidem decretum postea Pius V. sua constitutione incipien. *Circa Pastoralis officij*, sub datum Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1566. IV. Kalendas Iunij, quoad moniales confirmauit, auxitque

auxitque, & Greg. XIII. iniunxit Ordinariis, vt præfatum statuant numerum in monasteriis sibi subiectis, & etiam in exemptis, cum illorum tamen superiorum interuentu, de quo Concilij decreto, prædictisque constitutionibus, vide Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. quæst. 48. art. 1.* Azor. *institut. moral. p. 1. lib. 13. c. 9. quæst. 1.* Campanil. *in diuers. iuris Canon. rub. 12. c. 16. num. 7. & n. 14.*

4 In glos. *Abscendatis.* ibi, *per sententiam.* Notatur ad hoc, quòd lex pœnalis vtens verbo imperatiui modi, quamuis sit temporis præsentis, sententiam continet ferendam, vt per Tiraq. *in l. si vnquam. verbo reuertatur, num. 49.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. cap. 8. n. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopis mandatur vt desistant grauare Religiosos.*
2 *Processionibus publicis interesse debent hodie Regulares quicunque, nisi in strictiori clausura perpetuò viuant, vel absint à ciuitate vltra dimidium miliare.*
3 *Clausula,* arbitrio tuæ voluntatis, *importat arbitrium boni viri.*

Cap Nimis. ij. XVII.

Episcopis mandatur vt desistant agrauare Religiosos vt Prædicatores, & Minores, enumerâtur duodecim grauamina. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. p. 189.* Alagona *in compendio iuris Canon. p 709.*

2 *Cum eis processionaliter veniant.*] Hodie per Concil. Trident. *sess. 25. de regul. cap. 13.* exempti omnes tam clerici seculares, quam regulares quicunque, etiam Monachi, ad publicas processiones vocati accedere compelluntur, iis tantùm exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt, de cuius intellectu & materia vide Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 3. quæst. 36. art. 1.* prax. Episcop. *part. 1. verbo processiones §. 2.* Aloys. Ricc. *decis. 90.* Stephan. Gratian. *Marchiæ decis. 232.* Campanil. *in diuers. iuris Canon. rub. 12. cap. 13. numero 117. cum seqq.* & plura adduxi *de offic. & potest. Episcopi. part. 3. alleg. 78.* & etiam hodie regulares, qui clausuram seruant, vt sunt Benedictini, & Cistercienses eximuntur, ne inuiti compellantur ab Episcopo, aut ab aliis quauis dignitate fulgentibus, interesse publicis processionibus, seu supplicationibus, aut funeralibus publicis, etiam Principum, vt tenent Henriquez *in summa lib. 7. cap. 26. §. 3.* Fr. Emman. *d. quæst. 26. art. 2.* Sic etiam non procedit prædictum Concilij decretum in regularibus, qui absunt à Ciuitate vltra dimidium milliare, vt testatur Aloys. Ricc. *in praxi fori ecclesiast. decis. 361. num. 2. & 3. in 1. edit. & resolut. 308 in 2. edit.*

3 *Pro suæ arbitrio voluntatis.*] Notatur ad hoc, quòd commissio facta alicui his verbis, arbitrio tuæ voluntatis, tunc huiusmodi verba important arbitrium boni viri, vt per Socin. *reg. 85. limit. 2.* & faciunt quæ Card. Tusch. *tom. 2. lit. D. concl. 307.*

SVMMARIVM.

1 *Interdictum non seruans suspensus est ab officio, & beneficio, & omni iurisdictione.*
2 *Excommunicandi potestas ad iurisdictionem pertinet.*
3 *Celebrare compellens Sacerdotes tempore interdicti præsumitur impulisse in contemptum.*
4 *Intrusus dicitur, qui habet titulum, & possessionem à non habente potestatem conferendi.*
5 *Beneficium possidens alteri de facto, & iniustè ablatum dicitur intrusus.*
6 *Interdictum violans exercendo actum proprium sui Ordinis inhabilis est, etiam ad requisitum beneficium obtinendum.*
7 *Crimen si quis committat inducens priuationem dignitatis ipso iure possunt subditi ab eius obedientia se subducere.*
8 *Excommunicatus Episcopus non potest beneficia conferre etiam per Vicarium non excommunicatum.*
9 *Religiosus nullo Ordine initiatus, si violet interdictum quam pœnam incurrat ost enditur.*

Cap Tanta. XVIII. & fin.

Interdictum non seruans est suspensus ab officio, & beneficio, & ab omni iurisdictione, & collatio beneficiorum facta ab eo post violationem est irrita, & intrusi sunt suspendendi ab ipsis beneficiis, & omnibus aliis: similiter excommunicatio, vel suspensio lata ab eodem est nulla. Item qui extendit manus temerarias in clericos, compellatur ire Romam, Innocato, si opus est, ad id brachio seculari. Colligunt ex Ordin. Abbas antiq. Collect. Zabrell. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag. 189.* Alagona *in compendio iuris Canonici, pag. 709.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Hanc eandem conclus. quoad primam partem, clerico violatore interdicti quod incurrat suspensionem ab officio, & consequenter à iurisdictione, ex hoc text. desumunt Sylvest. *in summa verbo interdictum 6. quæst. 3.* Couar. *in cap. alma mater. part. 2. §. 1. num. 2.* Auil. *de censur. part. 5. disp. 5. dub. 4. concl. 2.* Soar. *tom. 5. disp. 34 sect. 4. num. 16.* Paul. Layman. *in Theolog. morali lib. 1. tract. 5. part. 3. cap. 3. num. 3. vers. tertia,* vbi, *in vers. secunda,* subdit clericum personale, aut locale interdictum violantem, exercendo actum sacri ordinis, vel celebrando officia diuina, fieri inhabilem tam actiuè, quàm passiuè, per c. 1. de *postulat. Prælat. & cap. is qui, §. is verò, de sent. excom. lib. 6.*

Tanta est clauis Petri.] Pontifex in his verbis clauis meminit in numero singulari, & *infrà* clauium mentionem fecit in numero plurali, prout etiam alibi, ob quod glos. *verbo dedit, in princip. dist. 20.* ait quod duæ sunt claues, altera scientiæ, altera potestatis: claues scientiæ pleriquæ referunt ad habitus scientiales, sacræ scilicet Theologiæ, sacrorumve Canonum, qui in scholis addiscuntur, ita d. glos. *verbo dedit,* vnde Alexand. *ibi num. 7.* notat sacerdotibus imperitis non dari clauem scientiæ in sua ordinatione, quam etiam sententiam tribuit Magistro, sed elegantèr improbat Sot. *in 4. distinct. 20. quæst. 1. art. 1. ad fin.* Conuincitur etiam, tum quia repugnat Extrauag. *quia quorundam, vers. item, quia, de verb. sign.* dum ait Sacerdotes in sua ordinatione claues recipere, cùm tamen liqueat non recipere habitum scientiarum, tum quia inconueniens est fateri imperitos sacerdotes alteram tantùm clauem habere. Vtrumque de mihi dicendum videtur potestatem ecclesiasticam, seu spiritualem, quæ nomine Clauium significatur, quoad substantiam, & essentiam vnicam esse, & sic intelligitur text. *in præsenti,* dum *in princ.* clauis mentionem fecit in numero singulari, eam nihilominus potestatem duplicem

duplicem habere actum, duplicémque distinctam facultatem affirmat, alteram decernendi an is, qui admittitur ad Regnum Dei, dignus sit, & qua pœnitentem cogi, vt plenè peccata pandat, vt statum ipsius cognoscat, & hæc dicitur scientiæ, alteram verò qua is, qui dignus decernitur, admittitur, & absoluitur, vel si indignus est, repellitur, & hæc dicitur potestatis, & confirmatur, quia licèt aliquando is, cui committitur cognoscere, iudicare non possit, Extrauag. *quia quorundam, vers. ei autem*, is tamen qui iudex constituitur, & cui iudicare committitur, necessariò de qua re iudicabit, primum cognoscere debet, *cap. 1. vers. oportet, de Pœnit. disp. 7.* text. sic intelligendus *in l. de qua re, ff. de iudic.* Quare rectè pontifex *in d. Extrauag. vers. quare restat*, concludit in iudice ecclesiastico vtramque clauem esse necessariam, cognoscendi scilicet, & definiendi, quasi altera sine altera subsistere non possit, nec enim quilibet quamuis doctus, si ordinatus non sit, clauem habet scientiæ, quia non habet facultatem illam decernendi, de qua *suprà*, nec etiam Sacerdos indoctus caret claue scientiæ, quia quamuis habitus scientiarum non habeat, habet tamen facultatem decernendi an pœnitens dignus, vel indignus sit, quæ omnia colliguntur ex Sot. *d. art. 1. concl. 2.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. part. 1. lib. 1. c. 13. num. 9.*

3 *Immo compulit non seruare.*] Notatur ad hoc, quòd quando quis compellit Sacerdotes celebrare tempore interdicti generalis, præsumitur per contemptum impulisse, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 5 præsumpt. 44. num. 13.*

4 *Intrusit*] Notatur ad hoc, quòd ille dicitur intrusus, qui habet titulum, & possessionem à non habente potestatem conferendi, vt per Mascard. *de probat. concl. 936. num. 20.* Et notatur etiam ad hoc, quòd possidens beneficium alteri de facto, & iniustè ablatum, dicitur

5 intrusus, vt per Rebuf. *in addit. ad reg. Cancel reg 29. vers. quarto.* Cæsar. Angel. *de contradictore legitimo quæst. 15. num. 78.*

6 *Non solùm à beneficiis ipsis*, &c.] Notatur ad hoc, quod violans interdictum exercendo actum proprium sui Ordinis inhabilis est non solùm ad acquirendum beneficium, sed etiam ad acquisitum retinendum, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit lib. 32. tract. 32. tract. 1. n. 48 vers. quæ sunt.*

7 *Suspendas auctoritate Apostolica*, &c.] Notatur ad hoc, quòd si quis crimen commiserit quod priuationem dignitatis induxit ipso iure, possunt subditi ab eius obedientia se subducere, & illius iura denegare, vt per Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo reuertatur. num 366.*

8 In gloss. *Irritas, & inanes.* ibi, *conferre non potest* Notatur ad hoc, quòd excommunicatus non potest beneficia conferre, vt per Couar. *in cap. alma mater, part. 1. §. 7. num. 9.* Anton. Ricciul. *in tract. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 4. cap. 3. num. 1.* quod extende, vt excommunicatus neque possit conferre per Vicarium non excommunicatum, Rebuf. *in cap. postulasti, num. 581 de cleri. excomm. minist.* Marian. Alter. *de censur. tom. 1. lib. 2. disput. 5. cap. 1. vers. tandem postulastis*, Antonius Ricciullus *d. cap. 3. num. 3.* vbi *num. 14.* tenet, quod excommunicatus nondum declaratus potest ritè conferre, & post multos DD. quos *ibi* refert, citat etiam Rotæ decis. apud Farinac. *tom. 2. consil. decis. 168.* & iterum apud eundem Farinac. *decis. 534. n. 3. & seqq. & decis. 602. part. 1. tom. 2. recen.*

9 Notatur etiam ad hoc, quòd si religiosus nullo sit ordine initiatus, & violet interdictum, quamuis in irregularitatem non labatur, quia non est id iure cautum, his tamen pœnis, quæ in huiusmodi statum cadere possunt, irretitur, videlicet, vt nec eligi, nec eligere possit, nec ea Diuina celebrare, quæ ex officio solet, quæ quidem pœnæ habent etiam locum in fœminis religiosis, vt per Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 6. quæst. 50. num. 4.*

De Noui operis nuntiatione

TIT. XXXII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Aret. Ancharan. Panorm. Butr. Mar. Socin. Guillelmus Durand. *in breuiario aureo iuris Canonici.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum fol. 181. verso*, Mar. Mesnard. *in epitome Decretal. fol. 193. verso*, Petr. de Rauen. *in compendio iuris Canonici*, Daniel. Venator. *in analysi methodica iuris Pontificij pag. 701.* Goffred. & Host. *in summa huius tit.* Alexand. Cassan. & Anastas. Germon. *in paræmiis ad quinque libros Decret.* Bartol. Carthag. *in expositione tit. iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 5. sum. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De materia tit. vide Gomez *l. 46. Tauri num. 34. cum seqq.* Viuian. & alios *tom. 2. commun. opin. lib. 8. tit. 6.* Fachin. *controuers. lib. 8. cap. 48.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo nuntiatio noui operis*, Molin. *de iustit. tom. 3. tractat. 2. disput. 706.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib. 1. conclus. 16.* Stephan Gratian. *discept. forens. cap. 384.* Rendin. *in prompt. recept. sent. tom. 15 tit. 88.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia ædificata post nunciationem noui operis destruenda est expensis construentis.*
2 *Pontificio iuri standum est in foro Ciuili; quando casus est dubius.*
3 *Pontificium ius obseruatur apud Castellanos deficientibus legibus Regijs, & consuetudinibus pronunciarum.*
4 *Pontificium ius obseruatur apud Lusitanos, vbi agitur de materia, quæ peccatum concernit.*
5 *Canone deficiente in causis Ecclesiasticis & ordinationibus generalibus, non ad ius Regium, sed Cæsareum est deueniendum.*
6 *Constitutionibus synodalibus stantibus, an potius ad illas, quàm ad ius commune sit recurrendum, remissiuè*

CAP. Intelleximus. I.

Luc. III.

POst denunciationem noui operis si quid siue iure, siue iniuria construatur, debet secundum leges demoliri. Item si Ecclesia in præiudicium alterius constituatur, debet demoliri, prout præcipiunt leges, & Canones, quia leges non dedignantur imitari sacros Canones, & canones adiuuantur legibus Principum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostien. Butr. Anch. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in ratoinali lib. 5. iuris Pontif. pag. 192.* Alagona *in compend. iuris Canon. p. 710.* refertur ab Ant. Augustin. *collect. 2. Decretal. lib. 5. sub tit. de Ecclesiis ædificandis cap. 3.* 1

2 *Quia sicut leges*, &c.] Quando in foro ciuili casus est dubius, iuri Pontificio standum est, vt per Menoch. *de arbitr. lib. 1. quæst. 30. num. 3. quæst. 74 n. 54. & casu 185. num. 11. & 12 & cons. 93. num. 31. & 32.* Vnde apud Castellanos deficientibus legibus Regiis, & consuetudinibus prouinciarum recurri ad ius Canonicum attestantur Perez *in proœmio Ordinam. q. 3.* Burg. de Pace *l. 1. Tauri num. 62. cum seq.* Soar. de Pace *in pract. tom. 1. annot. 5. sub num. 36.* Molla *in emporio iuris part. 1. tit 1. quæst. 16. num. 36.* Azeued. *l. 5. num 6. tit. 1. lib. 2. nouæ recop.* plures, quos refert Cened. *ad Decret. collect 70. n. 4.* Apud Lusitanos tamen ex Ordin. Regia *lib. 3. tit. 64. in princ.* ad ius Canon recurritur, vbi de materia agitur, quæ peccatum concernit.

5 Leges extra corpus iuris, siue sint communes, siue sint locales, quas DD. vocant inferiorum, non obtinent in foro Ecclesiæ nisi specialiter fuerint approbatæ, vnde deficiente Canone in causis Ecclesiasticis, & Ordinationibus generalibus, non ad ius Regium, sed ad Cæsareum est deueniendum, vt per Fr. Emman. *d. art 2. vers. secunda regula*, Chald. Pereira *de emptione cap. 1. à num. 9.* vbi dicit ita decretum fuisse à Collegio Cardinalium in censura ad Synodum Prouincialem Bracharensem IV. *art. 2. cap. 16. & 18.* vbi fuerat sancitum, vt Regiæ sanctiones, quæ Ciuilis iuris in Lusitaniæ Regno vim habent, cùm illarum dispositio ad mores nostros sit accommodata, obseruarentur in Ecclesiastico iudicio, & si quid incideret, quod nec ex sacris Canonibus, nec ex synodalibus constitutionibus decidi posset, id ex Regiis sanctionibus, quoad fieri posset, æquissimè decerneretur, etiamsi aliud ex iuris, communis dispositione statuendum videretur. Hoc decretum Cardinalium collegium omninò delendum censuit. Nam clerus, seu status Ecclesiasticus coram Romano Pontifice querimoniam proposuit ex
6 multis causis quibus illud decretum, tanquam noxium, & pernicioſum Ecclesiasticæ libertati abrogatum est. An autem stantibus constitutionibus Synodalibus potius ad illas, quàm ad ius commune sit recurrendum; affirmatiuè respondet Gonzal. *ad regul. 8. Cancellariæ glos. 9. §. 1. num. 18.* Intellige de constitutionibus synodalibus, quæ contra ius commune non disponunt, quia tunc essent inualidæ, Rot. coram Gregor. XV. *decis. 339. num 6. & in Toletana constitutionum synodalium 9. Februarij 1624.* coram Reu. D. meo Coccino Rotæ Decano, vbi etiam fuit dictum dari appellationem à Concilio synodali ad effectum tantùm deuolutiuum, non verò suspensum, si constitutio synodalis sit iuridica & vniuersalis. Nota constitutionem synodalem ligare omnes existentes infra terminos diœcesis, Seraphin. *decis. 812. num. 2.* & ex temporis diuturnitate præsumitur à sede Apost. confirmata, idem Seraph. *decis. 507. n. 3.* Rot. *in Placentina decimarum de Truxillo 15. Nouemb. 1621.* coram bonæ mem. Burrato.

7 *Adiuuantur.*] Notatur ad hoc, quòd Leges, & Canones adiuuantur inter se, vt per Rebuff. *in tract. nominat quæst 5. num. 14.* Vnde differentias inter ius Canonicum, & ciuile non esse nouè introducendas, sed potius restringendas ad casus expressos, tenuit Surd. *decis. 136. num. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Ædificatum post denunciationem noui operis totum est demoliendum.*

2 *Opus ipsum quod demoliatur pati non debet index. quando ei euidenter constaret de iniustitia & malitia denunciationis.*

3 *Persona religiosa. & valde Catholica præsumitur quòd bono zelo litem mouerit.*

4 *Peremptæ reperiuntur illius iura tam actiua quàm passiua.*

5 *Ecclesia destructa auctoritate Superioris iam non comprehenditur sub nomine Ecclesiæ.*

CAP. Cùm ex iniuncto. II.

Innocent. III.

QVicquam fuerit ædificatum post denuntiationem noui operis, totum est demoliendum, etiamsi ædificatum fuit absente domino, & prætendat de iure sibi competere ædificare, quia ei denegatur actio. Item scandala fugienda sunt, omittendo illa, quæ sine peccato mort. fieri possunt, faciendo, quæ sine peccato mort. omitti possunt, & non alia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Vinian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 192. Alagona *in compendio iuris Canonici, pag.* 710. refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret lib. 5. sub tit. 15. c. vnic.*

Facias penitus demoliri.] Quando autem constaret euidenter iudici de iniustitia, & malitia nunciationis, non debet ipse pati, quod opus demoliatur, quamuis prohibitio præcesserit, arg. text. *in l. aquissimum 2. in princ. ff. de bonorum possess. secundum tab.* tenent Bonacos. *commun. crimin. part. 2. verbo nunciatio fol. 54 & verbo nouum fol. 55.* Greg. 80. *verbo fuere rebel. d. tit. 32. part.* Surd. *cons. 154. n. 20.* Steph. Gratian. *discept. forens. 84. 36. cum seq.*

Quod non fecissent, &c.] Notatur ad hoc, quòd persona religiosa, & valde Catholica etiamsi non litigandi causa appareat, præsumitur, quod bono zelo litem mouerit, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa 3. n. 109.*

In glos. *Non teneat principale.* ibi, *destructa etiam, destruuntur priuilegia.* Regulare est in iure, quod peremptæ re, pereunte illius iura tam actiua, quam passiua, latè Albert. Brun. *tract. de interitu, & peremptione concluſ. 5. per totam.* Ratio est, quia per huiusmodi destructionem fit mutatio status, & quædam veluti capitis diminutio. Petrus de Perus. *in tract. de mutatione statuum Ecclesiarum, & Ecclesiasticarum personarum*, præcipuè si destructio fiat auctoritate iuridica superioris, Brun. *d. concl. 5. n. 13.* Gail. *lib. 2. obseru. 61. num. 1. &* 6. Secus verò si violentia, aut propria priuati auctoritate, te *glos.* & Franch. *in cap. priuilegium. de regul. iuris in 6.* Gail. *d. obseru. 61. num. 6. &* 7. Sayr. *de censur. lib. 5 cap. 3. num. 16.* Hinc etiamsi Ecclesia destructa sit auctoritate Superioris, iam non comprehenditur nomine Ecclesiæ, ita vt gaudeat immunitate Ecclesiastica aut per expulam in ea habitum, aut sanguinis effusionem ibi sactam polluta censeatur, de quo vide Fatin. *in praxi criminin. p. 1. q. 28. n. 70.* Sanch. *de matrim lib 9. disp. 15. n. 7.* Curia Philippica *p. 3. §. 11. n. 1.* Camil. Borrel. *in summa omnium decisionum, tit. de iis, qui ad Ecclesias confugiunt. num. 39.*

SVMMARIVM.

1 *Nunciantis nouum opus in optione est vel intra tres menses de præiudicio suo ostendere interim cessanda ab opere. vel recepta cautione de opere demoliendo, fatum ædificari permitti.*

2 *Ædificatio inhibetur per nunciationem noui operis in vel iniuria facta.*

3 *Dictio, incontinenti. quam vim & effectum habeat remissiuè.*

4 Nec

4 *Nunciationis noui operis remedium duntaxat competit aduersus ædificationem futuram, non iam factam.*

Cap. Significantibus. III.

Honor. III.

1 NVncians nouum opus potest vel ostendere de suo præiudicio, v.g. probando plateam ad se pertinere, & interim cessetur ab opere, vel recepta cautione de demoliendo opere permittere statim ædificari. Item quicquid post appellationem teneatur est irritum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collectar. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Butr. Anch. Panormit. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontificij pag.* 192. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 711.

2 Probat text. quod per nunciationem noui operis iure vel iniuria factam inhibetur ædificatio, vt per Surd. *cons.* 121. *n.* 10. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 16. *n.* 2. vbi *n.* 5. *cum cod.* Surd. *cons.* 154. *sub n* 23 hoc declarat quando nuncians esset dominus, vel saltum possideret.

3 *Incontinenti.*] De vi, & effectibus huius dictionis vide Menoch. *de arbitr. casu* 9. *cum tribus seqq.* Cened. *sing.* 56 *num.* 7. & alios plures quos refero ego ipse *de dict. & claus. dict.* 133. aliàs *dict.* 155. secundùm Lugd. impress.

4 *Ædificium prohiberi*] Ratio est, quia noui operis nunciationis remedium duntaxat competit aduersùs ædificationem futuram, non iam factam, vt per Damhaud *in praxi ciuili cap.* 15. *vers. nouique ita operis nunciatio*, Marant. *cons.* 56. *numer.* 3. Caualcan. Fiuiz. *decis.* 23. *num.* 16. *part.* 2. Bernard. Græuæ. *d. conclus.* 16. *num.* 8.

Quicquid post appellationem huiusmodi, &c.] Ergo à sententia lata super demolitione ædificij constructi; atque confecti post noui operis nunciationem appellatio admittitur quoad vtrumque effectum suspensiuum & deuolutiuum, cuius contrarium resoluit Lancel. *de attent. part.* 3. *cap* 28. *num* 78. dicens quòd à sententia deuolutionis noui operis non appellatur, quia denegatur audientia per *l.* 1. § *si is ff. hoc tit.* Quare idem Lancel. *vbi sup. num.* 97. & 98. ac latè Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *part.* 2. *cap* 8. *ex num.* 45. varios intellectus ad hunc text. præstant, sed meliùs huic vltimo loco citato, ait textum non procedere, nec loqui in sententia reuocationis ædificij constructi post nunciationem noui operis, & sic in demolitione operis, quod ædificans prosequutus est attentans spreta, & contempta denunciatione, sed tantùm in casu illius veluti quando causa noui operis simpliciter tractabatur cessanticus fabris, & vacantibus à labore in ædificio postquam sibi denunciatum fuerat à Canonicis nihil aduersùs denunciationem conficientibus insuper, & vide eundem Salgad. *d. part.* 2. *cap.* 12. *ex num* 7.

5 In gloss. *Incontinenti.* ibi, *quia idem est, si vsque ad tres menses.* Vide quæ ego ipse adduco *d. tract. de dict. & claus. dict.* 133. *num.* 4. *cum seqq.* aliàs *dict.* 155. secundùm Lugd. impress.

3 *Minori datur restitutio in integrum aduersùs omissum trium mensium circunscripto tempore interponendam cautionem de in casu succumbentiæ demoliendo.*

4 *Cautione præstita de demoliendo suis sumptibus si transactis tribus mensibus causa non sit finita, poterit opus perfici.*

5 *Nunciatio noui operis non competit pro seruitutibus rusticis.*

6 *Ædificium suum vnicuique licitum est vsque ad cœlum extollere.*

7 *Ædificatio ad emulationem vicini licita non est.*

8 *Cautio admittenda non est, quando nuncians vult incontinenti probare.*

Cap Is, cui. IV. & fin.

Greg. IX.

SI is qui denunciat vult probare suum ius, is qui ædificat, etiamsi offerat cautionem de destruendo opere, tenetur expectare per tres menses, & interim cessare ab ædificio. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in rationali lib. 5. iuris Pontif. pag.* 192. Alagona *in compendio iuris Canonici pag.* 711. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. 1

Tenetur te per trium mensium spatium, &c.] Notatur ad hoc, quòd nunciatio noui operis non tollitur idonea cautione, si nuntiator se offerret intra trimestre tempus de suo iure velle probationes perficere, vt per Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 1. *concl.* 16. *numer.* 18. & citat Fachin. *controuers. iuris lib.* 8. *cap.* 48. *vers. postremo igitur.* Declaratur hæc principalis conclusio tunc demum procedere, quando nunciatum esset ab initio antequam ædificans expensas multas fecisset in cæmentis, & instrumentis ad ædificandum, & non esset ædificare volenti graue supersedere per tres menses, nuncianque allegaret se habere iura, quæ tamen allegationis tempore producere non posset, sed trium mensium tempus faciendæ probationi peteret. Quando verò è contra res non esset ædificandi integra, sed periculum in mora, & ex aspectu, aliàve ex causa iudex animaduerteret nunciationem esse calumniosam, cautio admittenda statim foret, non expectato trium mensium lapsu, ita Thesaur. *Pedem decis.* 204 *sub num* 4. Vincent. Carot. *decis. casu* 19. *n.* 23. quos refert, & sequitur Bernard. Græuæ. *d concl.* 16. *n.* 19.

Primò aduertendum duxi minori dari restitutionem in integrum aduersùs omissam iusto trium mensium circunscripto tempore interponendam cautionem de in casu succumbentiæ demoliendo, vt per Fachin. *d. lib.* 8. *cap.* 49. quem refert, & sequitur Bernard. Græuæ *d. conclus.* 16 *num.* 20. Minori tamen, qui denuntiationi non obtemperauit, restitutionis auxilium denegandum esse, ac proinde opus nouum factum post nunciationem demoliendum, resoluit Chald. Pereira *in l. si curatorem, verbo vel aduersarij dolo, num.* 67. vbi *num.* 69. tenet, quod poterit restitutionem petere aduersùs non peritam remissionem nunciationis, quam præstans cautionem possit euitare, quæ restitutio sibi erit vtilis, quia ædificium non demolietur, nisi cum aduersarius iustè se nunciasse monstrauerit. 3

Secundò aduertere oportet, quòd si transactis tribus mensibus causa non sit finita, poterit præstita, cautione de demoliendo, suis sumptibus opus perficere. Iaf. *in l. 1. ff. hoc tit.* Viuian. *tom.* 2. *comm. opin. lib.* 8. *tit.* 6. *n.* 6. *p.* 338. Bern. Græuæ. *d. concl.* 16. *n.* 16. *cum seq.* 4

R 4 Tetti

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Nunciatio noui operis non tollitur idonea cautione, si nunciator se offerret intra trimestre tempus de suo iure velle probationes perficere.*

5 Tertiò aduerte receptissimam in hac materia esse sententiam, quòd pro seruitutibus rusticis non competit nunciatio noui operis, vt per *l. qui viam ff. hoc tit.* notat Ias. *in l. 1. § fin. ad finem ff. eod.* Anton. Gomez *l. 36. Tauri. num. 24.* quod sine dubio procedit in seruitute discontinua, vt est seruitus aquæ ductus, & aliæ similes, prout benè aduertit Alciat. *in d. l. qui viam, n. 4. & lib. 3 pareg. c. 24.*

6 Quarto aduertere licitum vnicuique esse ædificium suum vsque ad cœlum extollere, nec ob id posse impediri noui operis nunciatione, vt probant tex. *in l. altius, C. de seruis, & aqua. Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 68. §. 24.* Menoch. *de arbitr. casu 156.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo ædificare.* Cardos. *in praxi iudicum, eod. verbo & verbo seruitus, n. 34.* Aldou. *consil. 10. num. 5 cum seq.* Molin. *de iustitia, tom. 3. tract. 2. disp. 709. à princip.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Camera Imper. lib. 2. concl. 69. n. 1.* Cabed. *Lusitan. decis. 152. n. 1. part. 1.* vbi *n. 2.* resoluit hoc non procedere quoties quis prope monasterium ædificat, quod sibi non prosit, Ecclesiæ verò, aut Monasterio noceat, de quo etiam Pradil. *in d. l. altius n. 19.* & Gail. *lib. 2. obseru. 69. num. 13.* immo quilibet vicinus potest impedire ne alius de nouo ædificet portas, vel fenestras, directas aduersus suas ianuas, vel fenestras, vt refert decisum Melch. Phœbos *Lusitan. decis. 73. num. 6.* Ad æmulationem namque vicini ædificatio permissa non est, vt per Menoch. *d. casu 156. num. 3. & de præsump. lib. 6. præsumpt 29 num 28.* Thes. *Pedemont. decis. 16. sub*
7 *num. 10.* Viuian. Neapol. *decis. 306 num. 6. & decis. 493.* Mascard. *de probat. concl. 610. n. 15.* Dicitur autem fieri ad æmulationem, quando ædificans nullam vtilitatem ex eo ædificio perciperet, ex Melch. Phœbos *d. decis. 73. num. 10.*

8 In gloss. *Non obstante.* ibi, *sed contrarium*, &c. Notatur ad hoc, quòd non est admittenda cautio, quando nuncians vult incontinenti probare, vt per Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 384. num. 4.* vbi ait prouisionem esse vtilem etiam illi, cui denunciatur, quasi postea probato præiudicio denunciantis perderet expensas factas in construendo, & faciendas in demoliendo.

De Priuilegiis, & excessibus priuilegiatorum.

TIT. XXXIII.

SVMMARIVM.

Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.
Priuilegiorum materiam qui tractent citantur.
Priuilegium diuersimodè accipitur.
2 *Priuilegia dicuntur quasi priuilegia.*
3 *Priuilegium definitur quod sit lex priuata, seu ius singulare contra ius commune indultum.*
6 *Priuilegia quomodo dicatur habere rationem legis, ostenditur.*
7 *Priuilegium diuiditur in diuinum, & humanum.*
8 *Priuilegia quædam sunt clausa in corpore iuris, quædam non ita.*
9 *Priuilegia, vel sunt realia, vel personalia.*
10 *Priuilegia personalia & realia in aliquibus conueniunt, in aliis differunt.*
11 *Priuilegia alia sunt affirmatiua, alia negatiua.*
12 *Priuilegium aliud bonum publicum respicit, aliud priuatum.*
13 *Priuilegia qua ratione in publica, & priuata diuidantur cum omnia priuatæ leges dicantur, ostenditur.*
14 *Priuilegium aliud est pro foro interno, qui Confessio dicitur, aliud pro externo.*
15 *Excessus frequentissimè usurpatur pro errato, seu culpa, aut delicto.*
16 *Excedo in omni rigore pro transgredi, & excessus pro transgressione reperitur.*
17 *Priuilegiatorum nomen an sit grammaticale.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarell. Ioan. Andr. Anch. Butr. Panormit. Marian. Socin. Henric. Boich, Ioan de Lodiis *in breuiario sanctorum* [Canonum *fol. 181, verso*, Petr. de Rauen. *in compendio iuris Canon.* Mart. Mesnart. *in epitom. Decret. fol. 193. verso.* Dan. Venator. *in analysi methodica pag 704.* Goffr. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Angel. Germon. *in paratit. ad quinque libros Decret.* Barth. Carthagena *in exposit. titul. iuris Canonici*, Zypæ, *in analytica postremi iuris ecclesiastici enarrat. pag 427.* Canis. *in summ. iuris Canon.* nouissime Ioan. Honor. *lib. 5. summ. in Decretal.* omnes *sub hoc tit.*

De materia priuilegiorum in communi tractarunt Rebuff. *in praxi tit. differentia inter priuilegium, & rescriptum*, Sebast. Medic. *tom. 1. de legibus & statutis, part. 1. quæst. 33. & de diffinit. quæst. 17.* Card. Tusch. *tom. 6. conclus. 727. cum seq.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 1.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 12.* Ioan. de Salas *in tract. disp. 7.* Soar. *eod tract. lib. 8.* Garc. Gironda *de priuilegiorum, & exemptionum explicatione*, Rendina *in praxi iuris recept. sent. tom. 1. tit. 92.* Hyet, Roder. *in compend. Reg. resol. 116.*

De

Priuilegiis adinstar, Horat. Mandos.
Priuilegiis confœderatorum, Petr. Rebuff.
Priuilegiis creditorum, Petr. Vanderanus *tom. 8. fol. 171. tractatuum Doctorum.* Amator. Rodericus.
Priuilegiis Doctorum, Petrus Genauderius.
Priuilegiis dotalibus, Baptista de S. Blasio *tom. 9. tractatuum Doctorum, fol. 430.*
Priuilegiis Ecclesiasticis pro defensione censuarum contra Venetos latarum, Ioan. Philippus Maynardus.
Priuilegiis Fisci, Franciscus Lucanus *tom. 12. tract. Doct. fol. 6.* Anton. Peregrinus *de iure, & priuilegio Fisci.*
Priuilegiis Iurisconsultorum, Iacobus Benius,
Priuilegiis Iuramenti, Antonius Corsetus *tom. 4. tractatuum Doctorum, fol. 359.* Seraphinus de Seraphinis.
Priuilegiis militaribus, Claudius Cottoæus *tom. 16. tract. Doctorum, fol. 428.* Marcus Mantua *tom. 16. fol. 457.*
Priuilegiis militum, & militiæ, Georgius Acencius, Petr. Rebuff.
Priuilegiis pacis, Anton. Corsetus *tom. 12. tract. Doctorum, fol. 224.*
Priuilegiis parentum, & liberorum Georgius Hencius.
Priuilegiis senectutis, Fabius Montelconis.
Priuilegiis paupertatis, Cornelius Beninc. *tom. 18. tract. Doctorum, fol. 242.*
Priuilegiis pestis, Hieronymus Preuidellus *tom. 13. tract. Doct. fol. 171.* Ioan. Franc. Ripa.
Priuilegiis Regni Franciæ, Ioan. Feraldus *tom. 16. fol. 174.*
Priuilegiis rusticorum, Rhenatus Chopin. *tom. 18. fol. 90.*

Priuilegiis

Priuil. giis scholarium, Horat. Lucius *tom. 17. fol. 67.* & Petr. Rebuff. *tom. 18. fol. 32.*

Priuilegiis Regularium ; Fr. Emmanuel Rodericus Consultatus noster.

Priuilegiatis, Felicianus Episcopus Scalensis.

3 *Priuilegium* tam apud vtriusque iuris, quam Latinæ linguæ Auctores, & in sacris litteris diuersimodè accipitur, sæpe enim pro prærogatiua ponitur, qua aliquis præ aliis potitur, seu pro iure prælationis quo alios antecedit, vt in illo Ruth. cap. 4. *Tu meo vtere priuilegio*, idest, cedo tibi ius propinquitatis quod mihi iuxta morem Israël, de quo *Deuter. cap.* 5. competebat ad ducendam vxorem propinqui sine prole demortui, vt *ibi* post sanctos Patres latè explicat Abulensis. Sic etiam *in tit ff de priuilegiis creditorum*, accipitur pro iure prælationis, quam vnus creditor habet respectu alterius, in hunc sensum priuilegium inter actiones poni personales, dicit Iureconsl. *in l. si sponsa 77. ff. de iure dotium* notat. Brisson. *de verborum iuris signif. verbo priuilegium quoque prælatio.* vbi *in verb. priuilegium*, etiam bene obseruat poni aliquando priuilegia pro ipsis creditoribus, quibus competunt vt *in l. si hominem. §. quoties, ff. depositi.* Accipitur etiam priuilegium pro charta, seu instrumento, in quo gratia, beneficium, seu indulgentia Principis continetur, vt *in cap. cùm dilecta, de confirm. vtili*, ibi, *priuilegia quasi iam nimia vetustate consumpta*, &c. Consonat *c. ex parte, cap. quia, infr. hoc tit.* Frequentius tamen, & magis propriè accipitur pro indulgentia ipsa, seu Principis concessione, & in hunc sensum dupliciter, vel latè, vel strictè priori modo omnem impottat concessionem, quæ fiat à Principe, vel alio superiore alicui specialiter concedente: posteriori autem modo, scilicet strictè pro ea qua aliquid contra ius commune indulgetur, post glos. *in rub. de rescript. in 6.* omnes *in hac rub.* vbi Rip *n. 21.* Bald. *in prælud. feudorum num. 18.* Sylvest. *verbo priuilegium q. 3.* Rebuff. *in praxi tit. differentiæ inter priuilegium & rescriptum n. 5.* Azor. *inst. moral. p. 1. lib 5. c. 22. q. 5.*

4 Priuilegia siue strictè, siue etiam latè accepta, dicuntur quasi priualegia, quia priuatæ sunt leges, quæ de singulis feruntur, ex Cuer. *de legibus lib. 3.* vbi agens de lege 52. duodecim tabularum, Priuilegia ne irroganto, ait, maiores nostri in priuatos homines leges ferre noluerunt, id est, non priuilegium; cum similibus, quæ adducit diligenter Nizol. & Gell *noctium Atticar. lib. 10. cap. 20.* vbi sic scribit. *Non sunt generalia iussa, neque de vniuersis ciuibus. sed de singulis concepta, quocirca priualegia potius vocari debent, quia veteres priua dixerunt, quæ nos singula dicimus*, hæc Gellius; vnde S. Isidor. *etymol. lib. 5. cap. 18.* relatus *in cap. priuilegia 3. dist.* sic ait. *Priuilegia sunt leges priuatorum quasi priuatæ leges, nam priuilegium inde dictum est, quòd in priuato feratur*, & ex B. Greg. & Hieronym. tradit Gratian. *in cap. vlt vers. neque 25. quæst. 1.* ibi, *quasi priuata legia.* &c.

5 Priuilegium igitur strictè, & in specie sumptum communiter definitur, quòd sit lex priuata, seu ius singulare contra ius commune indultum, ita Host. *in summ. huius tit. §. 1. glos. in rub. de reser. in 6.* vbi etiam sequuntur omnes Abb. *in c. olim. num 7. de verb. signif.* Petr. Gregor. *de iuris arte cap. 7. num 14.* Hentric. Canis. *in summ. iuris Canonici lib. 1. tit. 2. § duplex genus placitorum.* Reuald. *tom. 1. ad leges duodecim tabularum cap. 2.* Medic. *tom. 1. de legib. & statut. part. 4 quæst. 33. & de definit. quæst. 17.* Azor. *instit. moral part. 1. lib. 5. c 22. quæst. 1.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. quæst. 7. articul. 1.* Portel. *in dubiis. Regularib verbo priuilegium à num. 4.* Soar. *de legib. l. 8. cap. 1.* Hieronym. Roder. *in compend. quæst. Regul. resol. 116. num. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 35. ex num. 5.* plenè disputans an aliqua sit differentia inter priuilegia, & indultum. Ponitur, *lex priuata seu ius singulare*, loco generis tum quia vtrumque eandem habet significandi vim, tum quia legis priuatæ & iuris singularis appellatio latius patet quàm priuilegij; quamuis enim Doctores certent an ius singulare, de quo *in l ius singulare, ff. de legib.* idem sit ac priuilegium, affirmantibus pluribus ex *suprà* citatis, & negantibus aliis, qui docent ius singulare non esse indulgentiam illam, quæ contra ius commune conceditur, sed eam iuris partem, quam iuris prudentes auctoritate sua constituerunt, de qua *in §. responsa prudentum, Instit. de iure natur.* vt explicat Conan. *comment. iuris Ciuilis lib. 1. cap. 5. numero 15.* & partim consentit Cuiac. *lib. 15. obseruat. 8. & in l. si is qui pro emptore, in princ. ff. de vsucap.* Melius tamen sentit Alexand. Turamini *in l. 1. numer. 9. & 10. ff. de legib.* distinguitur priuilegium à iure singulari tanquam genus à specie; nam ius singulare ex vi nominis significat quicquid specialiter conceditur, ratione verò adiecti vel priuilegium erit in specie si contra ius commune concedatur, vt *in d. l. ius singulare*, ibi, *contra tenorem rationis*, id est contra ius commune, vel aliud iuxta qualitatem quæ fuerit adiecta: bene igitur loco generis ponuntur illæ particulæ, differentiæ verò loco adiicitur illa, *contra ius commune*, vt per eam à rescripto strictè sumpto, quod ad iuris communis obseruantiam emanat, & à beneficio, quod præter ius conceditur, distinguatur.

Non obstat contra supradictam definitionem quòd 6
multi absolutè negant priuilegia habere rationem legis vt ex D. Thom. tradit Sor. *de iustit. lib. 1. quæst. 1. art. 2. ad 2.* & sic loco illius particulæ *lex priuata*, de qua in definitione, ponunt aliqui placitum, alij indulgentiam, alij concessionem, ex eo quia de ratione legis est quod in commune feratur, non in singulos, *cap. erit autem lex 4. dist. l. 1.* ibi *commune præceptum li iura 8. ff. de legib.* Respondetur enim quòd licèt priuilegia certæ personæ concedantur, semper tamen in commune bonum ordinantur, & in eo habent fundamentum, nec etiam obstat quòd omnis lex præceptum continet, *d. l. 1.* cuius est proprium necessitatem imponere, *cap. vlt. vers. quod præcipitur 4. quæst. 1.* quod etiam non conuenit priuilegio, cui etiam partes libere possunt renuntiare. *l. pen. C. de pactis, cap. si terra, hoc tit.* quia respondetur hoc nihil concludere respectu priuilegiorum, quæ fauorem publicum concernunt, & quibus partes nequeunt renuntiare, iuxta *capit. si diligenti, de foro comp.* deinde etiam in aliis, quæ priuatum fauorem respiciunt, necessitatem importare aliquo modo, licèt enim priuatis, quibus conceduntur priuilegia, præceptum impositum non sit, vt illis necessariò vti debeant, respectu tamen aliorum siue iudicum, siue priuatorum necessitas imponitur, quia ea obseruare tenentur, & consequenter præceptum, & veram legis rationem obtinet, quemadmodum etiam videmus leges primitiuas delinquentibus, in quos feruntur, nullam exequendi necessitatem imponere, & tamen iura sunt leges, quia eas exequi, & secundùm eas iudicare obligantur iudices, vide Soar. *de legib. lib. 1. cap. 14. num 8. & lib 8. cap. 1. num. 3. &c. 23. à princ.* & omnino *à n. 7.* Nec denique obstat quod aliqui asserunt, scilicet ad perfectam priuilegij rationem non requiri quòd sit contra ius, sed sufficere quòd præter ius commune aliquid concedatur, vt tenet constanter Soar. *lib 8. de legib. c. 1. ex n. 7.* & post eum Salas *in simili tract. disp. 17 sect. 1.* loco particulæ, *contra ius commune*, de qua in definitione; reponentes eius loco particulam *specialiter*, quia latè respondent Doctores *proximè citatis locis*, vide apud eos:

Priuilegium

7 Priuilegium secundum varias considerationes solet, & potest diuidi, in primis enim ex parte causæ efficientis diuiditur in diuinum, & humanum. Priora sunt, quæ à Deo ipso conceduntur, de quibus agit, text. *in cap. gaudemus, vers. nec vlli, de diuort.* plura adducens exempla reuelationis diuinę factæ sanctis Patribus, de hac enim improprie intelligitur text. *in cap. licèt, post princ. de regularib.* ibi, *ex lege priuata, quæ publicæ legi præiudicat*; licet enim glos. *ibi* legem priuatam intelligat legem charitatis, magis propriè, & ad litteram intelligitur, secundùm Abb. *notab 5 de diuina reuelatione*, quæ à Deo priuatim homini facta eum liberat à lege communi, cętera distinguntur, vt explicat Vrban. Pont. *in cap. duæ sunt 19. quæst. 2.* Posteriora verò, humana scilicet, in ecclesiastica & ciuilia distinguntur, hæc sunt, quæ à seculari potestate, illa quæ ab ecclesiastica procedunt.

8 Deinde priuilegia quædam sunt clausa in corpore iuris, alia non ita: dicuntur clausa in corpore iuris ea quæ in volumine iuris Cæsarei continentur, vt colligitur ex 1. *in princ. C de rei vxor. act.* notat. Viuald. *in candèl. aureo part. 4. capit.* 10. Per contrarium non clausa in corpore iuris dicuntur quæ priuatis Principis rescriptis fiunt, vel aliàs extra iuris volumina vagantur; horum frequentissima sunt exempla, illorum verò in iure assidua fit mentio, *in tit. C. de priuil. dotis, C. de priuileg. fisci, per tot. ff. de militari testamen.* Inter vtraque est notabilis differentia, nam per clausulam derogatoriam, *non obstantibus priuilegiis in contrarium*, non censetur derogatum iis quæ in iuris corpore clausa sunt, non vero aliis, quæ in eo clausa reperiuntur, nisi additum sit, *etiam clausis*, &c. notauit. *gloss.* 1. per text. *ibi in l. 3. C. de silentiar. lib.* 12. & resoluunt Burg. de Pace *l. 3. Tauri num.* 137. & plenè relati per Cened. *ad sextum collect. 14. num.* 4. quibus addo D. Barbos. *in l. 1 part. 1. num. 9. & 12. ff. soluto matrim.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. glos. 36. ex num. 34.* Costa *de facti scientia, & ignorant. inspect. 5. à num. 5.* cuius differentiæ rationem eam esse asserit. Menoch. *lib. 6. præs. 40. num. 25.* quia priuilegia clausa in corpore iuris non sunt priuilegia, sed ius commune, & consequenter non verificantur in illis clausulæ derogatoriæ priuilegiorum.

9 Ex causa verò subiectiua, seu materiali remota longissimam diuisionem priuilegiorum in multiplicem speciem faciunt scribentes, vt per Hostiens. *in summ. hoc tit. §. 3.* Henriq. Boich. *in hac rub. n. 3* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 22. quæst. 2.* & post summistas Viuald. *d. part. 4 cap. 10. n. 9.* Sed adæquate omnia illa ad duo membra reducuntur, quòd scilicet vel sunt realia, vel personalia, vt deducitur ex text. *in l. priuilegia 157. ff. de regul. iuris* Hieron. Roder. *d. resol. 116. num. 2.* personalia vulgò dicuntur ea, quæ in personam, realia, quæ in rem diriguntur, ita colligunt omnes ex *d. l. priuilegia, & l. 1. §. personis, ff. de iure immun. l. 1. §. permittitur ff. de aqua quotid.* nostri *in reg. priuilegia lib. 6.* vbi latè dixi, & est recepta traditio ex relatis à Tiraq. *de iure primog. quæst. 59. num. 1.* D. barbos. *in l. quia tale n. 2. vers. sed distinctius, ff. soluto matrim.* plenè Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 103.* Soar. *de legib.*

10 *8 c. 3.* Priuilegia autem huiusmodi personalia, & realia in aliquibus conueniunt, & in aliis differunt: conueniunt, quia sicut priuilegium personale extincta persona extinguitur, ita etiam reale extinguitur extincta re, vt probat text. & notauit *gloss. vlt. in cap. Abbate de verbor. signif.* melior text. *in cap. 2. de noui oper. nunc.* glos. *verbo destructa.* per text. *ibi in cap. & hoc diximus 16. quæst. 7. & in reg. priuilegium lib. 6.* vbi deprauatè allegat text. *in l. si vsufructu, ff. quando dies legati cedat*, volens allegare *l. si vsusfructus 21. ff. quibus modis vsufruct. amit.* Differunt autem, quia realia licèt extinguatur persona, quæ ea acquisiuit, non extinguuntur, sed in hæredes transeunt, & in successores ad quos res peruenerit, personalia non ita, *d. l. priuilegia de reg. priuilegium*, cum similib.

Huic proxima est alia priuilegiorum diuisio, scilicet in perpetua, & temporalia, quam tradunt, in qua explicanda multum laborant Fr. Emman. *quæst. reg. tom. 1. quæst. 9. art. 4.* Soar. *de legib. 8. cap. 5.* Salas *disp. 17. sect. 2. ex num. 13.* qui benè resoluunt temporale esse priuilegium, quòd cum temporis certi præfinitione conceditur, veluti ad triennium, & similia. Perpetuum verò, quod adhæret rei de se perpetuæ vel sine aliqua temporis præfinitione conceditur; fatentur tamen dum docent temporale esse quando personæ conceditur, quia cùm personæ vita finitur, atque etiam illud, quod datur ad vitam concedentis, vel eius, cui conceditur, nam verius est perpetuum esse censendum priuilegium datum ad vitam concedentis, vel priuilegiati, vt probat text. *opt. in l. 1. ff. pro socio*, dum ait, *societas conueniri potest, vsque perpetuum, id est, dum viuunt*, &c. notat Brisson. *verbo perpetuum, ad fin.* & latè adducti à Tiraq. *de retract. lig. 1. glos. 6. num. 9.* ratio autem deducitur ex reg. *l. sufficiat ff. de condit. indeb.*

Ex causa materiali proxima illa notari potest diuisio priuilegiorum, quòd alia sunt affirmatiua, alia negatiua: hæc quando aliquid omittendum conceditur, seu ne fiat, quod quis facere iure communi retinetur; illa vt fiat quod iure communi vetitum est, hanc diuisionem ponit Salas *d. sect. 2. num. 19*, sed ad primam aut nullius, aut parui momenti esse bene aduertit Soar. *d. l. b 8. c. 6. n. 9.*

Ex causa verò finali receptissima est priuilegiorum diuisio: quod aliud priuilegium bonum publicum respiciat, aliud priuatum, iis possunt partes renunciare iuxta reg. *c. si de terra 6 inf hoc tit.* cũ similibus illis notis ita, *l ius publicum ff. de pactis l. 2. §* sed quia verenter. Card. Tusc. *in reiur, prop. cal. c. si diligenti de foro comp.* notant. Cor. *in c. quamuis pactum part. 2. §. 1. à num. 5. & 6.* Gutier. *de iuram. confirm. part. 1. c. 1. à num. 2. & c. 6. num. 50.* Alexand. Turam. *de legib. part. 2. c. 6. à num. 2.* D. Barbos. *in l. 1. part. 1. num. 63. ff. solut. matrim. & in l. alia. § aleganter, ex n. 14. ff. eod* Soar. *d. lib. 8. c. 6. à princ.* Quare autem, & qua ratione priuilegia in publica & priuata diuidantur, cùm omnia priuatæ leges dicantur, iuxta *d. cap. priuilegia*, & definitionem *supra* positam, potentis ab aliquibus in dubium reuocari; sed illud facile resoluitur sic distinguendo, vel enim priuilegium respicit vtilitatem alicuius communitatis, aut ordinis, quia scilicet in fauorem totius communitatis, aut totius ordinis concessum est, vt in priuilegio fori clericis concesso ne ad forum seculare trahantur, vt declarat Pont. *in d. cap. si diligenti*, inde meritò infertur singulos clericos tali priuilegio renuntiare non posse; & ratio est manifesta, quia licèt priuatim his ex singulorum pendeat voluntate, non ita illud, quod respicit totam communitatem, & quia quælibet priuatorum dispositio alteri tertio nocere non potest, *cap. cum contingat, in fine, de foro comp. c. quamuis pactum de pactis lib. 6.* cum similibus. Huc etiam pertinent exempla, quæ ponit iureconsl. *in l. 1. §. huius studij ff. de iust.* Aut priuilegium conceditur singularibus, & priuatis personis, & tunc subdistinguendum est, vel enim principaliter respicit earum fauorem, & secundariò bonum publicum, quatenus scilicet lex, vel Princeps tunc è disponendo res priuatorum intendit, etiam communem vtilitatem, quæ resultat ex eo, quòd ciuitas seu Regnum opibus abundet, & ciues habeat locupletes, & in hoc casu procedit reg. *quod ibi*, quæ pa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

se introducta sunt, (si aliud non impediat) quilibet renuntiare potest, nec attenditur vtilitas Reip. secundaria, & minus principalis, iuxta reg. *l.* 1. ibi, *prima enim ratio*, &c. *ff. de auctor. tutor.* & in simili de præiudicio tertij minus principali, notat *gloss. vlt. in d. cap. quamuis pactum*, recepta ex multis, de quibus Couar. *ibi part.* 3. §. 3. *numer.* 7. & optimis exemplis explicat Sanch. *in præcepta Decalogi tom.* 1. *c.* 9. *numer.* 31. & 39. Vel lex, aut priuilegium disponendo de priuatorum bonis non respicit principaliter eorum priuatum fauorem, sed publicam vtilitatem, quia non tam ciuium vtilitati consulit, quàm publico incommodo, vt contingit in iuramento calumniæ, iuxta *d.* §. *sed quia veremur*, & in aliis in quibus lex principaliter litibus, aut fraudibus obuiare intendit, iuxta reg. text. *in l. properandum. C. de iudic. cap. finem litibus de dolo, & contum. l.* 1. *ff. de vsucap.* atque ita hanc esse communem Doctorum sententiam post Abb. Felin. & alios *in d. c. si diligenti*; testatur D. Barbos. *d l.* 1. *p.* 1. *num.* 64. Card. Tusch. *tom.* 4. *lit. l. concl.* 511. *numer.* 28. Soar. *d. lib.* 8. *cap.* 6. *à princ.*

14 Sed alia vtilis, immo ad praxim necessaria est, alia priuilegiorum diuisio, quæ ad causam formalem potest reduci, quia ex mente concedentis verbis explicita deducitur, quod scilicet aliud sit pro foro interno, qui conscientiæ dicitur, aliud pro externo, qui contentiosus, seu forus fori solet nuncupari, meminit huius distinctionis *cap. vlt. ad fin.* ibi, *iure fori, non iure poli*, 17. *quæst.* 4. Vnde modum loquendi accepit *gloss.* 1. *in cap. qua in Ecclesiarum. de const.* sed hac de re late dixi *in tract. de locis communib.* argum. iuris, *verbo forus, loco, & ad rub. de foro compet.* ideo in præsenti super hoc immorandum non est.

15 *Excessibus.*] In iure nostro Pontificio, & apud vtriusque iuris Auctores nomen *excessus*, frequentissimè vurpatur pro errato, seu culpa, aut delicto, vt *in rub. de excessib. Prælat. & in cap. irrefragabili in princ. vers. excessus. de offic. Ordin. cap. cùm contingat, de foro cõpet. cap. cum speciali, §. porro de appellat.* Hanc tamen acceptionem barbaram esse scribit Epigrammaticè *verbo excessus*, quia nusquam apud bonos Auctores, & Iureconsultos reperitur, quod etsi fateremur, non ideo barbara vox censeri debet, quia ex vsu verborum elegantia est iudicanda: pleraque enim quæ apud antiquos in pretio fuerunt, vsu sunt obsolera, ideoque melius Horat. omnem vim & potestatem circa verba, eorúmque proprietatem vsui tribuit, dum ait.

—— sic volet vsus,
Quem penes arbitrium est, & ius, & forma loquendi.

consonat text. *in l. librorum, §. quod tamen, vers. nam & in vsu. ff. de legat* 3. *l. cùm de lanionis, §. asinam. vers. optimum. ff. de fundo instructo*, cum similibus, de quibus Euerard. *in topic. loco* 7. Mantu. *locor. lib.* 2. *c.* 3. multòque magis in eo, de quo agimus, proposito, quia constat hanc acceptionem, *excessus*, in ipsa nominis pro-
16 prietate habere fundamentum, nam vltra prædictas significationes, *exedo* in omni rigore pro transgredi, & excessus pro transgressione reperitur: vnde. *in l diligenter ff. mandati*, dicitur excessus mandati, sicut excessus modi *in l. ab exentione*, *C. quorum appellationes non recip.* Vnde nostri Pontifices eundum loquendi modum sunt mutuati *in cap. super quæstionum. in princ. de offic. deleg. & in cap. qui ad consultationem. de re iudic. & in cap. nouit de appellat. & in c. irrefragabili, in princ. de offic. ordin. & in c. cùm ad quorundam de excessib. Prælat.* & magis ad nostrum propositum ipse Tull. *paradox. vlt.* ait, *peccatum est excedere licitum*; si igitur cum adiecto proprie dicimus exeedere, vel excedere iustum, aut modum pro culpa, seu peccato; quare non licuit Pontificibus, aliísque Doctoribus eodem nomine pro eodem vti sine adiecto quæ sufficiant ad nostros Pontifices liberandos à barbaria, quam eis frequenter obiiciunt seueriores isti verborum trutinatores sonum verborum, non pondus sententiarum considerantes, quos pulchrè scribit Petr. Pech. *in præfat. ad tit. de regul. iuris in* 6. quod non ad hunc tit. attinet.; vel ipsos fateri oportet proprie excessus priuilegiatorum dici actus, quos priuilegiati exercent, excedendi metas, & fines priuilegiorum suorum, quæ est materia totius tituli, patet ex *c.* 3. *in princ.* ibi, *priuilegia excedentes, c. petitis* 20. ibi, *priuilegiorum suorum fines excesserit, & in c. porrò eod. tit. & in c. vt priuilegia, in princ. eod. tit.* sicut etiam *libro sexto, in c.* 1. *eod. tit.* ibi, *& ipsi eius limites non excedant.* Vnde fit consequens in omni dispositione in qua de excessibus fit mentio, si aliud ex materia subiecta, vel aliunde non constiterit; veluti si Ordinarius alicui committat vt subditorum excessus corrigat, venire omnia, & quæcunque delicta, sicut ex Bald. & Alexand. obseruat Tiber. Decian. *in tract. crim. lib.* 1. *c.* 10. *num.* 2.

Priuilegiatorum.] Barbaram esse hanc deriuatio- 17
nem, quia priuilegiarij dicuntur *in l. rescriptum ff. de pactis, & in l.* 3. *ff. quod cum eo*, ibi, *nisi quis priuilegiarius veniat, & in l. si ventri §. vlt. ff. de priuileg. credit.* scribit Spieg. *in lexic. iuris, verbo Priuilegiarius*, similia adducit Brisson. *de verborum signif. lib.* 14. *verbo priuilegium, ad fin.* Verùm non tam rigidè Grammaticorum deriuationibus est adhærendum; vt receptissimum loquendi vsum improbemus, tum ex dictis *suprà num. præcedenti*, tum quia deriuatio ipsa non ita à regulis latinitatis abhortet, vt barbara dici valeat, tum denique, quia in veteribus codicibus *in d. l.* 3. legitur nisi quis priuilegiatus veniat, licèt in nouioribus priuilegiariis sit emendatum, in quo amplius immorati nullam habet vtilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Episcopalis dignitas non debet tribui nisi locis insignibus, & populosis.*
2 *Episcopi non in villis, castellis, aut mancipiis, vel modicis ciuitatibus sunt præficiendi.*
3 *Ciuitas dici non potest ea, quæ proprium Episcopum non habet.*
4 *Episcopatus nouus quando erigitur villa, vel oppidum vbi erigendum est, prius ciuitatis honore decoratur.*
5 *Episcopis prima debetur sedes, & præcipua omnium rerum gerendarum auctoritas.*
6 *Episcopalis dignitas quomodo dicatur vilescere in pagis, & villis ostenditur.*

CAP. Episcopalia I. *Leo.*

EPiscopalis dignitas non debet concedi, vel reside- 1
re nisi in ciuitatibus numerosis, & insignibus ne vilescat numerositate sui. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Decian. Viuian. *in rationali lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 193. Alagona *in compend. iuris Canon. p.* 712. desumitur ex Leone Papa I. *ad Episcopos Asiæ epist.* 85. *c.* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 28. *cap.* 1.

Probat hic text. Episcopos non in villis, Castellis 2
aut mancipiis, vel modicis ciuitatibus esse præficiendos, sed solùm in maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus vt per Abb. *hic notab.* 2. Alciat. *in c.* 1. *num.* 1. *de off. ordinarij.* Verum ex verbis huius text. colligi,

colligi videtur ad substantiam, & esse ciuitatis non requiri quòd habeat Episcopum, nam dum de maioribus ciuitatibus loquitur, in modicis, seu paruis contrarium supponit, cui obiectioni occurrit Decian. dicens comparatiuum illud, *maioribus & frequentioribus*, quatenus ad Episcopos simplici gradui refertur pro positiuo accipi, idest, magis populis, & frequentibus ciuitatibus, vt in multis aliis iuris articulis reperiri obseruat *l. benignius*,
3 *ff. de legibus*. Receptum enim est ciuitatem dici non posse eam, quæ proprium Episcopum non habet, docente Bart. *in l. vlt. n. 3. vers. nam in vsu ff. de Collegiis illicitis, & in Extrau. qui sint rebelles, verbo Lombardiæ*, refert, & sequitur Rebuff. *in conc. tit. de collationib. §. volumus, verbo in ciuitatib.* & alij, quos refert. Cened. *ad Decret. collect. 101.*
4 *n 1*. Vnde quando nouus erigitur Episcopatus, villa vel oppidum, vbi erigendum est, priùs ciuitatis honore decoratur, vt optimè probat text. *in Extrau. saluator. vers. volentes. de præbendis inter communes*, & post Bart. notat. Petr. Greg. *rei beneficiariæ, c. 17. n. 2.*

5 *Cui debent excellentiora.*] Notatur ad hoc, quòd Episcopis prima debetur sedes & præcipua omnium rerum agendarum auctoritas, vt ait Concil. Trid. *sess. 25. de reform. c. 6. vers. Episcop. præterea*, Soroz. *de officio Vicarij in præfat. n. 9. cum seq.* Et Angelis præcedunt, quatenus Ecclesiam regere scientia diuinitus communicata datum est, vt per Thom. Boss. *de signis Ecclesiæ tom. 2. lib. 16. cap. 9.*

6 *Sui numerositate vilescat.*] Ad illum abusum tollendum corum, qui Episcopos diuites venerantur, & colunt, pauperes verò despiciunt, aiũt Doctores alludere Pontificem *in præsenti, & in c. Episcopi & c. præcipimus, 16. q. 1.* dum probant vilescere Episcopalem dignitatem in pagis, & villis, scilicet quoad popularem existimationem, non verò in rei veritate, & quoad doctos, apud quos Episcoporum dignitas eiusdem est meriti inter omnes Episcopos, quia nec diuitiarum potentia, nec pauperatis humilitate debent pluris, vel minus æstimari.

SVMMARIVM.

1 *Laicus Ecclesia malefactor per Ecclesiam puniri potest non obstante priuilegio fori.*
2 *Laicos violentiam, vel præiudicium rebus ecclesiast. inferentes coercere potest Ecclesia.*
3 *Sacrilegi qua pœna puniri debeant. ostenditur.*
4 *Ecclesia gladium habet spiritualem, quo viuificat, non materialem. quo mortificat.*
5 *Laicorum coercio res Ecclesiæ inuadentium quomodo & quando ad Ecclesiasticum, vel secularem pertineat, ostenditur. & n. 6 7. & 8.*
9 *Sacrilegium est crimen mixti fori.*
10 *Sacrilegio, eiusque speciebus qui D. D. agant ostenditur.*
11 *Sacrilegium committitur à laicis inuasoribus rerum mobilium, vel immobilium, quæ in dominio sunt Ecclesiæ.*
12 *Obijcitur contra tex.*
13 *Respondetur obiectionibus contra tex. oppositis.*
14 *Ecclesiasticus iudex an sit competens contra laicos, qui in negotijs cum Ecclesia gestis eius rebus quoquomodo præiudicant.*
15 *Ecclesiasticus iudex an cognoscere possit contra laicos rerum clericorum inuasores. ostenditur.*
16 *Lex Canonica & ciuilis potest altera alterius prohibitionem nouis pœnis coadiuuare.*

CAP. Sicut in iudiciis II.

Gregor.

ECclesia in iudiciis non vult turbare priuilegia laicorum, sed vult resistere laicis præiudicatibus Ecclesiæ, & dum tales laicos coercet, non agit contra legem, sed legi fert subsidium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Hostiens. Anch. Butr. Panorm. Mar. Socin. Dec. Viuian. *in rationali lib. iuris Pontif. p. 193.* Alagona *in compend. iuris Canon. p. 21.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* desumitur ex D. Greg. *in regist. ro. lib. 2. indict. 11. epist. 5. aliàs 6 44.* & refertur in Ant. Augustt. *collect. 3. Decret. lib 5. tit. 18 c. 2.*

Collige ex text. posse Ecclesiam laicos violentos vel etiam præiudicium rebus Ecclesiasticis inferentes coërcere, vt per Boss. *in praxi crimin. tit. de sacrileg. num. 7.* Fusc. *de visit. lib. 2. c. 21. num. 28.* Decian. *in prax. crimin. lib. 8 c. 36. à prine.* Bernard. & Salzed. *in prax. 87. aliàs 90. in nouiss impress.* Soar. de Paccio *in praxi tem. c. prælud. 2. n. 19.* Card. Tusc. *tom. 4. lit. I. concl. 446. n. 19. & concl. 446. n. 10.*

Verùm obstat, quia pœna ordinaria sacrilegij capitalis est, *l. sacrilegij ff. ad legem Iuliam pecul.* I aut facta *§. locus ff. de pœnis*, & ex lega duodecim tabularum sanctorum bonis Auctoribus apud omnes gentes receptum fuisse, vt sacrilegi capite plecterentur, vel vt ex saxo præcipitarẽtur, vel acerbissima culei pœna, quæ parricidis infligitur, & eam describit Imperator *in §. alia deinde, Inst. de pub. ind.* & in nostro proposito post Cœlium Rhodiginum *lectionum antiq lib. 12. c. 13.* probat Petr. Greg. *syntagmatis lib. 33. c. 15.* Dec. *in d. lib. 6. c. 23.* Solorz. *de parricid. 1. c. 8.* constat autem Ecclesiam pœne capitali nemine coercere, gladiũ enim habet spiritualem quo viuificat, non materialẽ, quo mortificat *c. inter hæc. 33. q. 2. c. in tiã sanguinis, ne clerici, vel monachi in c. Arch. de regul.* explicat Decian. *lib. 1. c. 20. à prine.* obstat etiam, quòd contra sacrilegos rerum Ecclesiasticarum inuasores laici sint mandatur coërcio secularibus magistratibus in *l. sit quis in hoc genus, 10 c. de Episc. & clerici*, vbi eorum excitans officium expresè videtur Imp. hoc Ecclesiasticis denegare, in illis verbis, ibi, *nec sinitur vt Episcopus iniuria propria vltionem deposcat, cui sanctitas ipsa concedi gloriam dereliquit.*

Propter quæ, & alia, difficultates contra text. excitatæ à Doctoribus diuersimodè soluuntur, impugnans enim Ioan. Andr. *in addit ad Specul. lib. 4. tit. de esse. Ordinarij in fine principij*, & Turrec. *in de prescriptum. in fine 17. quæst. 4.* & alij, quos refert Decian *d. c. 16. num. 4.* quorum sententiam receptam in praxi apud Neapolitanos, & Gallos testatur Clar. *in praxi §. fin. quæst. 37. num. 6.* contendentes coercionem laicorum, qui in Ecclesiæ inuadunt, atque hoc sacrilegij genus committunt, principaliter ad iudices seculares pertinere, & ab illis tantùm laicos esse puniendos; ad Ecclesiasticos verò non aliter, quàm in defectu iustitiæ secularium, argumento rationis, quam adducit text. *in cap. cùm sit generale, de iudiciis*, sed loquuntur aperte contra ipsius decisionem, dum decidit posse Rectores Ecclesiarum eligere Ecclesiasticum, vel secularem iudicem, quem maluerint: quòd verò expendunt de ratione illa ex defectu iustitiæ respondetur, quòd non requiritur necessariò & conditionaliter sed occasionaliter. Pontificè quia scilicet illa fuit causa sic statuendi, vt patet ibi, quia scilicet illa fuit causa sic statuendi, vt patet ibi, sæpè in iudicio sunt remissi, qua occasione seu motiuo deficiente, non deficit depositio generalis, argumento text. *in l. 1. vers. origo ff. de postulando*, & quæ notantur in *l. nam ad ea ff. de legib.*

Vnde etiam conuincitur secunda opinio eorum, qui dicunt iudicem secularem insimul cum Ecclesiastico

siastico debere hoc casu iudicare, vt voluit gloss. *verbo committunt, in l.* 1. *C. de crimine sacrilegij*, quam *ibi* sequitur Salic. argumento text. *in authent. de mandatis Principum*, §. *neque*, *vers. si verò canonicum*, *collat.* 3. apertè enim text. *in præsenti*, cum similibus tribuit soli Ecclesiastico coërcitionem laicorum nō in simul cum laico, neque obstat *d. vers. si verò canonicum*, omissa enim interpretatione gloss. *ibi*, intelligentis de crimine hæresis à laico commisso contra text. *in cap. vt inquisitionis, vers. prohibemus*, *de hæret. lib.* 6. faciliùs respondebis text. ibi, *canonicum*, non esse intelligendum de crimine Ecclesiastico, sed de præstatione annua religionis occasione facienda fisco, vt suadent sequentia verba, ibi, *indemnitatem procuret fiscalibus*, atque etiam nominis proprietas, secundùm quam Canon, & Canonicum frequentissimè ponitur pro annua præstatione, vt constat ex innumeris Imperatorum locis, quæ diligenter adducit Brisson. *de verborum iuris significatione*, *verbo canon*, sicut etiam nomen illud *Metropolitana* non refertur ad Episcopum, vel Archiepiscopum, sed ad Rectorem Prouinciæ, quæ ipsius caput est, vt multis etiam comprobat idem Brisson. *verbo metropolis*.

7 Ex eadem etiam ratione conuincitur tertius intellectus, quem affert Cardin. *in Clement.* 1. *verbo Ciuitas*, *n.* 5. *de pœnis*, distinguens inter qualitatem pœnarum, nam si agatur de pœna spirituali, ad Ecclesiam ait pertinere, iuxta *c. nulli* 12. *q.* 2. cum simil. si verò agatur de pœna temporali, vel satisfactione partis ad sæcularem, iuxta *d. l. si quis in hoc genus*, sed repugnat *d. c. cùm sit generale*, & liberam electionem tribuens Rectori Ecclesiæ læsæ, vt laicum conueniat coram quo iudice maluerit, Ecclesiastico, vel sæculari.

8 Tandem conuincitur aliorum resolutio, qui hoc sacrilegium ponunt inter crimina Ecclesiastica, quasi eius cognitio principaliter, & priuatiuè ad Ecclesiam pertineat, etiam contra laicos, quod voluit Bald. *in authen. clericus, n.* 7. *C. de Episcopis, & cler.* & alij, de quibus, Dec. *d. c.* 36. *n.* 3. atque etiam Nauar. *in c. nouit. notab.* 6. *n.* 4. *de iudic.*

9 Vera igitur resolutio est frequentissimo Doctoris calculo comprobata, sacrilegium mixti esse fori, itavt non minus, sed æquè principaliter de eo aduersùs laicum cognoscere possit Ecclesiasticus iudex, atque sæcularis, & inter eos locus sit præuentioni, iuxta *c. proposuisti, de foro comp.* & probat efficaciter text. *in d. cap. cum sit generale, & in c. felicis, vers. per hoc, de pœnis in* 6. & ex Abb. Gail. Aufrer. Mantua, atque aliis magis communem profitetur Decian. *d. c.* 33. *n.* 7. sequuntur Osasc. *decis.* 103. *n.* 7. Farin. *in praxi crim.* 8. *n.* 132. & *q.* 172. *n.* 16. Gutier. *practicarum l.* 3. *q.* 1. *n.* 13. D. Barbos. *in l. Titia, n.* 51. *ff. soluto Matrim.* Marta *de iurisdict. p.* 2. *c.* 11. & *in votis nouissimarum decis. voto* 235. *n.* 1. Curia Philipp. *p.* 3. §. 2. *n.* 7. Cardos. *in praxi iudicum*, *verbo sacrilegium, n.* 15. Bobadil. *in sua politic. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 238. Marian. Antonin. *var. resol. lib.* 3. *resol.* 38. *num.* 2. me citato *in hoc loco* Diana *resolut. moral. part.* 1. *tract.* 2. *resol.* 81.

10 De sacrilegio, & in quas species, & modos distinguatur, vide D. Thom. 2. 2. *q.* 99. *art.* 3. Nauar. *de restitut. monit.* 18. *n.* 1. Dec. *d. lib.* 3. *c.* 14. & 15. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 9. *c.* 27. *q.* 2. Iacob. de Graff. *in aureis, decis. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 48. Mastril. *Siciliæ decis.* 68. *n.* 3. Card. Tusch. *tom.* 7. *lit. S, concl.* 6. Lessi. *de instit. lib.* 2. *c.* 45. *de sacrilegio*, Suarez *de religione, tom.* 1. *tract. de sacrilegio, lib.* 3. *c.* 1. & 5.

11 *Violentos itaque laicos coërcere.*] Sacrilegium committitur à laicis inuasoribus rerum mobilium, vel immobilem, quæ in dominio sunt Ecclesiæ, ratione cuius Ecclesiasticus est competens iudex, non tamen excludendo sæcularem, cùm mixti fori sit crimen, vt citati Doctores resoluunt, nam crimen mixti fori ea esse constat, quæ cùm natura sua essent temporalia, lege aliqua vtrique foro cumulatiuè sunt reseruata, tale namque est huiusmodi sacrilegium, cum constet res, quæ solum sunt in dominio Ecclesiæ, natura sua temporales esse, & consequenter earum iniuriam, seu violationem, in qua consistit tota criminis deformitas, absque vlla spiritualium supernaturalium cognitione decidi potuisse; constat deindè legibus Canonicis vtrique foro cumulatiuè fuisse reseruatam talis criminis cognitionem, vt apertè probat text. *in d. c. cùm sit generale*, ibi, *in fauorem Ecclesiæ est introductum*, iuncto ibi, *sub quo maluerit iudice*, quæ verba apertè supponunt attenta natura sua, & semoto speciali Ecclesiarum fauore laicos de hoc crimine coram suo sæculari iudice conueniendos fuisse, iuxta quod formaliter decidit text. *in d. l. si quis in hoc genus*, fatemur enim secundùm iuris antiqui rigorem laicos rerum Ecclesiasticarum inuasores coram solo sæculari iudice conueniri potuisse, sed legibus Canonicis ob Ecclesiarum fauorem iustissima ratione fuisse constitutum; & confirmabis ex omnibus iuribus de hoc sacrilegio agentibus, quæ semper vtuntur verbis improprietatem & similitudinem denotantibus, sic dictum *cap. nulli*, & *cap. prædia* 12. *q.* 2. ibi, *vt sacrilegus iudicetur*, *d. cap. cùm sit generale*, ibi, *sacrilegi censendi*, *cap. conquestus, de foro compet.* ibi, *tanquam sacrilegi*, iunctis multis quæ de huiusmodi dictionibus notant Doctores communiter post gloss. *verbo tanquam*, *in cap. solitæ, de maioritate*, & plures de quibus Hippol. *sing.* 236.

Verùm contra supradictum discursum, quem nouè 12
ex Præceptorum lectionibus ad hunc text. prænotaui, obstat, si aduertas text. hunc esse Gregorij I. quem constat sexcentos ferè annos præcessisse Lucium III. auctorem dicti *cap. cùm sit generale*, ac proinde non posse procedere ex ratione, quòd sacrilegium fit mixti fori ob specialem fauorem legibus Canonicis institutum, cùm adhuc fauor ille Ecclesiarum vsu receptus non fuerit. Deinde ex integra Epistola D. Gregorij, ex qua desumptus fuit text. *in præsenti*, constat laicos violentiam intulisse non Ecclesiæ, vel eius rebus, sed cuidam viduæ, atque ita inter laicos de rebus profanis ratam fuisse quæstionem, neque enim in integra reperitur particula, *nobis*, quæ post verbum *præiudicantibus* est in vulgatis Decretalibus; facit etiam ratio, quod cum *d. c. cùm sit generale*, fauorem illum Ecclesiarum tunc demum considerat, quando in sæculari iudice datur defectus iustitiæ, quæ in hoc text. minimè proponitur.

Sed huiusmodi obiectiones facilem habent solu- 13
tionem; nam prima soluitur si aduertas, quòd non dicimus Lucium III. *in d. cap. cùm sit generale*, fuisse primum auctorem illius fauoris Ecclesiarum, quòd inuasores rerum suarum ab Ecclesiastico iudice valeant puniri, sed id referre velut antiquum, & iam antea introductum à Bonifacio, Pio, Anacleto, Vrbano, & pluribus aliis, qui ipsum Gregorium præcesserunt, atque etiam ab ipso Gregorio, vt singula singulis referendo constat ex *cap. nulli*, *cap. prædia*, *cap. quia abstulerit* 12. *quæst.* 2. *cap. attenden. cap. sacrilegium* 17. *q.* 4. & sonant verba dicti *cap. cùm sit generale*, ibi, *in fauorem Ecclesiæ est introductum*, quæ non præsentis, sed præteriti temporis constitutionem important, quasi Pontifex rem notam, & sæpiùs iam antea constitutam voluerit inculcare. Secunda obiectio fragilis est si aduertas in Decretalibus, quas Gregorius IX. in hoc volumine inseruit, licitum nobis non esse arguere ex parte concisa, seu resecata, sed solùm vim legis habere, vt talem allegari posse in his, quæ in hac compilatione reposuit, vt ipse expressè profitetur

in fine proœmij harum Decretalium, ibi: *Resecatis superfluis*, vbi dixi, cùm ergo Gregor. IX. plura in hac Decretali mutauerit, quæ sensum efficiunt longè diuersum ab eo, qui est in otiginali Gregor. I. hic enim inquit præsentium lattici præiudicium fuisse irrogatum, ille autem post particulam, præiudicantibus, reponit *nobis*, quæ etiam deest in antiqua collectione Anton. August. de qua *suprà* mentionem feci in principio textus *n.* 1. vt significarem iurisdictionem Ecclesiastico iudici tribuere contra laicos Ecclesiæ præiudicantes, non ita quando præiudicium mulieri vel laico infertur, sicque hæc decisio apud Gregor. IX. alia est, non illa Gregor. I. atque ideo non secundùm originale antiquatum, vel antiquam collectionem, sed secundùm nouam Gregor. IX. legi, & intelligi debet: & hinc colliges rationem, quare nec immeritò antiqui Decretales Codices hunc textum Gregor. IX. tribuunt. Quòd si adhuc quæras rationem, quare Gregor. I. laicos viduæ præiudicantes per Ecclesiasticos iudices esse coërcendos rescripserit contra regulam text. *in c. cùm ad rerum*, 96. *dist.* cum similibus, facilè respondebitur vltra casum illum, de quo *in cap. ex tenore, de foro compet.* vbi viduis conceditur, vt si iudex sæcularis in ministranda iustitia negligens fuerit, valeant laicum coram Ecclesiastico conuenire, illum etiam specialem expressum reperiri, vt possit viduæ spoliatores, seu inuasores violentos rerum suarum ad iudicium trahere Ecclesiasticum, vt videtur probare text. *in cap. ex part.* 15. *de foro compet. vers. ad hoc*, vbi notat Abb. *n.* 11. & alij communiter, teste D. Barbos. *in l.* 1. *p.* 1 *n.* 49. *ad fin. ff. sol. matrim.* & esse communi omnium consensu receptum, fatetur Couar. *pract. c.* 6. *n.* 1. *vers. imò*, licèt non satis iure probari contendat, & ad *cap. ex parte*, nitatur respondere dari ibi præsumptionem defectus iustitiæ. Quæ resolutio magis conuenit verbis Gregor. I. dum in fine ait *in integra*, dum illuc auxilium non inueniunt.

14 Ex dictis infertur efficacem videri auctoritatem huius textus ad confirmandam communem sententiam eorum qui docent esse mixti fori, & ad Ecclesiasticum iudicem trahi posse, non solùm inuasores rerum Ecclesiasticarum, quando per vim eas occupant, verum etiam omnes alios, qui in negotiis cum Ecclesia gestis eius rebus præiudicant quoquomodo, per fraudem scilicet, vel aliter contra iustitiam, quod satis deducitur ex text. *in præsenti*, ibi, *præiudicantibus nobis*, & ex generalitate text. *in d. cap. cum sit generale*, ibi, *malefactores*, quæ in quocumque præiudicio, seu damno rerum Ecclesiasticarum absque violentia propria, & secundùm omnem rigorem verificantur, vt est doctrina recepta, quam tenuit Innoc. & Abb. *n.* 6. Anch. *n.* 7. & 8. Card. *ibi*, & testatur receptum ab omnibus Barbat. *à n* 129. Felin. *in princ. ad gloss. verbo malefactores*, Marant. *de ordine iudiciorum, p.* 4. *distinct.* 11. *n.* 6. & post Lap. *alleg.* 59. Card. Tusch. *tom.* 4. *lit. I, concluf.* 447. *à n.* 13. & ante eos constanter Dec *hic à n.* 4. à nemine citatus, idem ex eisdem rationibus resoluens *à num.* 3. in vi turbatiua, vt latè comprobat Menoch. *remed.* 3. *retinendæ, n.* 361. *cum seqq.* & in facti contingentia se obtinuisse testatur Ioseph. Sesse *inhibitionum, c.* 9. §. 3. *n.* 33. Et confirmatur ex alia communi resolutione Doctorum per text. *ibi in c.* 1. & *in cap. constitutus, de restitut. in integr.* & *in c. ad nostram, de reb. Ecclesiæ non alien.* quibus probatur Ecclesiam læsam in contractu, de cuius nullitate, vel rescissione agitur per in integrum restitutionem, laicos coram Ecclesiastico iudice posse conuenire, quod ex Innoc. singulare dicit Roman. *sing.* 112. Marant. *vbi proximè, num.* 16. & esse communem multis adductis fatetur Couar. *lib.* 1. *variar. cap.* 4. *num.* 2. Gutier. *lib.* 1. *Canon. c.* 34. *num.* 10. Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo implorandum, n.* [illegible] me citato *in hoc loco*. Diana *d. resolut.* 81. generale, [illegible] magis vulgare adducentes Brocardicum & Innocen[illegible] quod quoties Ecclesia vtitur priuilegio aliquo, [illegible] iure speciali contra laicos coram Ecclesiastico iudi[illegible] agere potest.

Similiter ex dictis infertur, & ex verbis huius te[illegible] tus deducitur notabilis ampliatio ad eius principiu[illegible] conclusionem, vt procedat non solùm in rebus Eccle[illegible] siæ, sed etiam in rebus Clericorum, itaut laici eccl[illegible] inuasores coram Ecclesiastico iudice conueniri, & [illegible] eo valeant coërceri, vt concludit illa particula [illegible] quæ adiuncta verbo, *præiudicantibus*, apertè videtur denotare, agere Pontificem de præiudicio non Ec[illegible] clesiæ rebus, seu Clericorum, seu Episcoporum [illegible] & manifestiùs videtur probare text. *in cap. si Clericus laicum, de foro comp.* vbi Pontifex in hac materia [illegible] parat res Ecclesiarum, & Clericorum, ibi, *sint vel Ec[illegible] clesiæ* iuncto ibi, *res ipsas non Ecclesiæ esse, aut Clerici*, & consequenter sicut laicus conuentus super re, quam Ecclesiæ esse fatetur, coram Ecclesiastico conueniatur, ita etiam eo coram conueniendus videtur si eum Cle[illegible] rici esse fateatur. Vrget etiam pro hac parte text. *in cap. si quis de potentibus*, 24. *q.* 3. eiusque rei rationem reddit text. *in cap. similiter*, ibi, *quia res Episcoporum esse Ecclesiæ non dubitatur*, 16. *q.* 1. & deinde, qui [illegible] Ecclesiasticus iudex competens est in causa violentiæ [illegible] quæ mendicis, & aliis miserabilibus personis infer[illegible] tur, iuxta dictum *cap. ex parte, de foro comp.* quare [illegible] erit competens in violentia Clericorum, quibus [illegible] damentis ita tenuerunt Abb. *n.* 3. *in d. cap. si Clericus & in d. cap. cùm sit generale*, *n.* 4. & alij communiter, teste Soar. de Pace *in praxi, tom.* 1. *prat.* 2. *n.* 19. & [illegible] eum constanter Dec. *hic à n.* 9. & satis videtur expressè mere Ordin. Lusit. *lib.* 2. *tit.* 1. §. 5 *in princ.* Quod facile admittunt in rebus patrimonij, ad cuius titulum Clericus fuit ordinatus, vt post gloss. *vlt. in cap. Episcopus de præbend.* notant omnes communiter ibi, & alios quos refert Couar. *d. c.* 4. *n.* 4. Salzed. *ad Bernard. c.* [illegible] *n.* 14. Quicquid contrarium in rigore disputationis tenuerint alij maximæ auctoritatis Auctores, contendentes minimè res Clericorum potiri priuilegio rerum Ecclesiasticarum, neque propter violentiam in eis illatam posse laicos trahi ad Ecclesiasticum iudicium, ex quorum numero sunt Barbat. *in d. c. cùm sit generale*, *n.* 68. *in fine*, disputans *à n.* 62. Couar. *vbi proximè, n.* [illegible] Decian. *tract. crimin. lib.* 6. *c.* 30. *num.* 23. Cald. Pereira *[illegible] verbo implorandum, n.* 32. *in fine.*

Non contra legem est agere, &c.] His verbis confirmari videtur recepta Doctorum traditio asserentium, quòd licèt lex Canonica leges ciuiles iustam pœnam crimini infligentes, è conuerso lex ciuilis Canonicas, vel pœnas eis inflictas tollere non possit, potest tamen altera alterius prohibitionem nouis pœnis subiectis coadiuuare, & est celebris doctrina gloss. *[illegible] tolli, in Clem. ne Romani, de elect.* recepta ex multis, de quibus Couar. *de sponsal. p.* 2. *c.* 6. *in princ. num.* 18. Diana *reg.* 251. & alij, de quibus Ceuall. *commun. contra communes, q.* 11. *n.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi etiam exempti Ecclesias, & decimas non debent à laicis recipere sine consensu diœcesanorum.*

2 *Religionem plantare, seu approbare reseruatum Summo Pontifici.*

3 *Apostolica Sedes non potest errare in approbatione religionum.*

4 *Templarij quando inceperint, ostenditur.*
5 *Templariorum religio quando, & ob quæ extincta fuerit, ostenditur.*
6 *Ordo Christi in Portugallia quando inceperit, ostenditur.*
7 *Hospitalarij quando inceperint.*
8 *Templarij, & Hospitalarij verè sunt religiosi.*
9 *Scandali de materia plures DD. agentes referuntur.*
10 *Decimas de manu laici sine Episcopi consensu religiosæ personæ recipere non possunt.*
11 *Ecclesias de manibus laicorum sine consensu Episcopi non possunt religiosi accipere.*
12 *Ratio expenditur, quare in donatione Ecclesiæ quam laicus detinet, in locum religiosum Episcopi consensus necessarius sit, non ita requiratur in donatione iuris patronatus facta in locum religiosum.*
13 *Religiosi priuilegiati, & exempti tenentur vitare excommunicatos, & nominatim interdictos.*
14 *Declaratur text. in præsenti, &* in cap. nulli, de sententia excommunicationis.
15 *Excommunicatus, vel interdictus in vno Episcopatu in omnibus vitari debet.*
16 *Suspensus ab officio vbique & in aliis Episcopatibus suspensus censetur.*
17 *Sententia iudicis neque extra territorium, neque eos, qui subditi non sunt ligare potest.*
18 *Suspensus à beneficio in alio loco beneficium habere potest.*
19 *Bannitus excommunicato æquiparatur.*
20 *Legitimatio facta à principe aliquo non extenditur ad bona sita extra ipsius territorium.*
21 *Excommunicatus in vno Episcopatu, cur in altero extra territorium excommunicantis vitandus sit, rationes referuntur, quæ improbantur, & tandem* n. 22. *veræ referuntur.*
23 *Iudex Ecclesiasticus potest extra territorium suo subdito communionem prohibere.*
24 *Excommunicatus, vel interdictus nominatim dicitur, quando proprium nomen exprimitur, vel aliquo indubitabili signo demonstratur.*
25 *Declarantur verba text. ibi, nominatim interdictos.*
26 *Pleno iure quando dicantur Ecclesiæ ad aliquem pertinere remissiuè.*
27 *Vicarij instituendi ab Episcopo in parochialibus Ecclesiis, an debeant esse in sacerdotali Ordine constituti, ostenditur.*
28 *Prouisus de beneficio curato debet saltem esse prima Tonsura initiatus, & in ea ætate constitutus, vt intra annum ad Sacerdotium promoueri valeat.*
29 *Sacerdotalis Ordo quando tempore prouisionis requiratur, ostenditur.*
30 *Beneficij repræsentatio personaliter est Episcopo facienda.*
31 *Repræsentare dicitur, qui præbetur sensibus corporeis.*
32 *Præsentatio est exhibitio personæ per patronum Episcopo, vel alteri, ad quem institutio pertinet legitimè facta.*
33 *Declaratur text.* in cap. ea noscitur, de his, quæ fiunt à Prælatis.
34 *Præsentati à patronis debent se Episcopo personaliter repræsentare, & non tenetur eos per Procuratorem admittere.*
35 *Institutio in Ecclesiis, quæ ad religiosorum præsentationem spectant, fieri non potest nisi præcedente ipsorum præsentatione.*
36 *Patroni de temporalibus rationem exigere possunt à Presbyteris, qui ad eorum præsentationem fuerunt instituti, quod an verum sit, ostenditur,* n. 37.
38 *Doctores agentes de interdicto Ecclesiastico referuntur.*
39 *Diuinorum officiorum nomine quæ veniant, remissiuè.*
40 *Sepultura vsus Ecclesiastica prohibetur per omne interdictum siue locale, siue personale.*
41 *Confratres, qui in proprietatibus suis, & in sæculo remanent, nec oblati sunt religioni, aut conuersi Episcopis, & Ecclesiasticæ potestati sunt subiecti.*
42 *Confraternitates laicorum religionis causa institutæ pia, & religiosa loca sunt, & à sæculari potestate, & iurisdictione exempta.*
43 *Oblati, qui in totum se religioni non tradiderunt, Ecclesiasticæ personæ non sunt.*

Cap. Cùm & plantare. III.

Alex. III.

REligiosi etiam exempti non debent decimas accipere de manu laicorum sine consensu Episcopi, nec debent excedere priuilegia illis concessa agendo contra auctoritatem Episcopalem cum scandalo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Anch. Butr. Panorm. Marian. Socin. Decian. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 194. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 712. desumitur ex Concil. Lateran. sub Alex. III. *c.* 9. refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 26. c. 3.* 1

Plantare sacram religionem, &c.] Notatur ad hoc, quòd reseruatum est Summo Pontif. religionem plantare, seu approbare, vt per Dec. *in cap. Ecclesia S. Maria, à n.* 14. *alias à n.* 52. *sup. de const.* Card. Bellarm. *controu. tom. 1. de monachis lib. 2. c.* 4. Menoch. *de arbitr. casu* 421. *à n.* 18. Læli. Zech. *de repub. Eccles. tit. de relig. c. 1. n.* 8. Henriq. *in sum. lib. 12. c. 5. §. 4.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 11. c. 23. q. 5. cum seqq.* Ludou. Miranda *in manu. Prælat. tom. 1. q. 34. art. 6.* Fr. Emman. Valer. Reginald. & alios, quos refero *de officio, & potest. Episcopi p. 3. alleg.* 50. *n.* 40. Et in huiusmodi approbatione religionum Apostolica Sedes errare non potest. Bann. *in* 2. 2. *q. 1. art. 10. dub. 8. concl. 3.* Fr. Emman. *q. Regul. tom. 1. q. 1. art. 4. ad med.* 2

Fratres Templi & Hospitalis. Templarij post recuperatas à barbaris Hierosolymas suum habuerunt initium. Nouem enim Latini proceres promissa apud Patriarcham castitate & obedientia frequenti clientũ comitatu iussi sunt Christianis peregrè illuc venientibus iter tutum à latrociniis impiorum præstare, area eis attributa prope templum Domini ad ædes construendas, quò se reciperent, vbi arma caperent, & inde Templarij sunt dicti, primum toga candida sine Cruce circa annum Domini 1128. Pontifice Gelasio II. mox Cruce rubea super albam vestem donati sunt. Ita rem narrant Paul. Æmil. *de rebus gestis Francorum, lib. 5. sub Ludouico Crasso pag.* 105. Polydor. Virgil. *de inuentoribus rerum lib. 7. c. 5.* Petr. Mexia *in sua Sylua lib. 2. c. 4. cum seqq.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 9. consid. 5.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib. 15. c. 34. cum seqq.* & latè prosequuntur omnes Ecclesiasticæ historiæ auctores, Platina, Illescas *in vita Gelasij II.* & Clem. V. & post illos Fr. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana lib. 7. c. 4. & c. 7. cum seqq.* Bene Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 13. c. 5. q. 3. cum seqq.* Orozco *en el thesoro de la lengua Hespañola, lit. T. fol.* 41. Cardiol. *de la nobleza de Hespaña, c.* 34. *fol.* 87. Curita *en los annales de Aragon. p. 1. lib. 5. c.* 73. *& 99.* 3

Templariorum religio per ducentos deinde annos feliciter propagata non parua habuit incrementa, itavt facultates maximas, & oppida quam plurima vbique gentium possideret. Sed tandem circa annum Domini MCCCXI. in Concilio Viennensi à Clement. V. damnata est, & Templarij omnes deleti, eorumque bona partim Rhodiis Militibus, partim aliis familiis sunt assignata, vt sub Philippo pulchro, cuius temporibus hoc contigit, latè explicat Paul. Æmil. *lib. 8. fol. 176. verso.* Et illos illustrissimè damnatos, eorumque Ordinem deletum fuisse propter delictum sectæ, 4

quam profitebantur hæreseos, aliis criminibus cumulatæ, tenent Paul. Æmil. Volateran. Cassan Polyd. Virgil. Palatina, Illesc. & Hieronym. Roman. *citatis locis*, Petr Gregor. *d. lib. 15. cap. 33. n. 10.* Petr. Matthæ. *in fine constit. Clement. V.* vbi refert Aluar. Pelag. & alios, Card. Tusch *lit. T. concl. 25.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. quæst. 5. art. 1.* Galganet. *de iure publico, lib. 3. tit. 44.* & de Templariis præter *supr.* citatos multa scripserunt Miræ. *in origine equestri*, Menenius *in deliciis equestr. tit. de Templariis*, Arnold. *in ligno vitæ, lib. 1. cap. 96.* Sylvest. Marul. *in Oceano, lib. 3. pag. 205.* Naucler. *tom. 2. chronogr. gen. 37.* Sanson. *de origine Equitum, tit. de Templariis*, Morigia *lib. 4. c. 2.* Bernard. de Britto *in chronica Cisterciensi, lib. 2. c. 27.* Mariana *in historia Hispaniæ, lib. 15. cap. 10.*

6 Omnia verò priuilegia, quibus gaudebant huiusmodi Templarij, Christi Militibus Regni Portugalliæ sunt communicata ex auctoritate Apostolica, & potestate ab Eugenio IV. Ioanni Vicensi Episcopo concessa circa annum 1434. Qui Ordo Christi in nostra Lusitania sub Dionysio Rege à Ioanne XXII. approbatus est circa annum 1326. cuius caput esse noscitur nobilissimum illud cœnobium apud oppidum de Thomas, quò translatum est ex oppido de Castro Marin, vbi nascens prima nouit initia, eique bona omnia, quæ in hoc Regno habebant Templarij, sunt applicata, vt vicinorum Saracenorum incursionibus resisterent, de quo meminit Volater. *suprà citato loco*, Cassan. *d. p. 9. consid. 8.* & Hieronym. Roman. *lib. 7. c. 5. 12. & 13.* Petr. de Mariz. *variæ historiæ dialog. 3. fol. 90.* Eduard. Nunez Galuan. Pina, & alij nostri historiographi *in vita Regis Dionysij*, Orozco *en el thesoro de la lengua Hispanola, fol. 248.* Miræ. *de origine Relig. Cisterc. lib. 2. c. 30. & lib. 5. origin. Monast. c. 9.* Sylvest. Marul. *in Oceano, lib. 3. pag. 225.* Hieron. Roman. *de Republ. Christiana, lib. 7. c. 13.* Iacob Bosc. *in historia militum, tom. 2. lib. 1. anno 1316.* Arnold. *in ligno vitæ, lib. 1. c. 91.* Fr. Barnab. Montalu. *in chron. Cisterc. lib. 2. cap. 18.* Menenius *in delic. equestr. tit. Equitum Christi Ordo*, Llam. *in methodo, p. 3. c. 24.* Carol. Tapia *in auth. ingressi, verbo Monasteria, cap. 42. n. 13. & c. 49. n. 1.*

7 Hospitalariorum initium fuit antequam nostri terram Sanctam bello de barbaris reciperent, circa annum 1099. initio facto ab Italis mercatoribus, qui Hierosolymas petentes ab Imperatoribus, & Satrapis impiorum ius impetrarunt templi Beatæ Virgini ædificandi, vbi Sacra Latino ritu fierent, duo facta sunt templa, duoque cœnobia virorum, & mulierum, quo sanctius vterque sexus seperatim coleretur, aditumque Xenodochium, & valetudinem, ac ædicula D. Ioanni sacra, ibi commorabantur professi castitatem & obedientiam, qui reliquis soluti muneribus peregrinos, & ægros curarent; & quia præcipua eorum cura erat hospites recipere Latinos ad sepulchrum Domini venientes, & Hospitalarij sunt vocati, qui Cruce alba insigniebantur. Deinde Rhodum Insulam, siue, vt aliqui volunt, à Gothifredo Bullonio primo Hierosolymorum Rege dono datam, seu, vt aliis magis placet, à Barbaris, & aliis captam, quam fortiter vsque ad nostram ferè ætatem ab hostium incursionibus tutati sunt, indéque Rhodienses Milites sunt vocati. Sed postmodum anno 1523. à Turcis separati Insulæ Imperium amiserunt, ob eamque causam Insulam Melitam transmigrarunt, quam Caroli V. Imperatoris beneficio, ac munere acceptam obtinent vsque ad hodiernam diem, & inde Melitenses appellantur, de quibus latè Fr. Hieronym. Roman. *de Republ. Christiana, lib. 7. cap. 7.* Gardiol. *de la nobleza de España, cap. 34. fol. 88.* Iacob. Bossi. *in historia Molierst*, tribus tomis Italicè edita, Ioan. Anton. Viperan. *de bello Melitensi*, Cassan. *in catal. part. 9. consid. 4.* Aubert. Miræ. *de ord. equit. lib. 1.* Sylvest. Marul. *in Oceano lib. 3. p. 219.* Iacob. de Vitriaco *historia orient. cap. 64.* Santouin. *de origine equit. lib. 1. pag. 27.* Menen. *in deliciis equestrib. de Hierosolym. equit.* Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 13. cap. quæst. 2.*

Et alij Religiosi.] Ergo Templarij, & Hospitalarij verè sunt Religiosi, id enim concludit dictio, *alij*, quæ non refertur nisi ad similia, vt per citatos à me in *remission. de diction. & clausul. dict. 17. n. 1.* & ideo ex text. *in præsenti*, ita notarunt Dec. *hic n. 4.* & ante eum Pol. *glosſ. 1. in fine*, *in cap. duo sunt 12. quæst. 1.* & Calder. *consil. 7. vers. ad prædicta*, *de indic. alias consil. 121.* resoluunt Card. Tusch. *tom. 8. litera T, conclus. 26. Dom. reg. 100. ampl. 5.* Petr. Gregor. *d. lib. 15. c. 33. n. 8. & c. 39. num. 3.*

Quæ, & scandalum pariunt.] Materiæ scandali propria sedes est *in cap. qui scandalizauerit*, *infr. de regulis iuris hoc libro*, *& in cap. 2. de rescript. & in cap. 2. de noui operis nunt.* Latè Couar. *in reg. peccatum, part. 2. in princ. num. 4.* Gutier. *canon. lib. 1. cap. 38. a num. 20.* Iacob. de Graffiis *in aureis decision. part. 1. lib. 2. cap. 68.* D. Thom. 2. 2. *quæst. 43. artic. 7.* Azor. *instruct. moral. part. 2. lib. 12. cap. 16.* Sayr. *in claui Regia, lib. 7. cap. 6. à numer. 8.* Soar. *de legibus, lib. 2. cap. 9. in fine.*

Et decimas de manu laicorum, &c.] Ex his verbis colligitur non posse religiosas personas de manu laici sine Episcopi consensu decimas accipere, vt per Bart. *num. 5. & 24.* Anchar. *num. 2.* Zabarel. *in princip. in.* Rebuff. *de decimis, quæst. 10. num. 31.* Mench. *illustr. q. à num. 2.* Gutier. *pract. lib. 1. cap. 14. cum seq.* D. Bart. *in l. Titia, num. 45. ff. soluto matrim.* Fachin. *controu. lib. 7. cap. 72.* Azor *instit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 36. q.* latè Soar. *de relig. tom. 1. tractat. de decimis, lib. cap. 26. à num. 7.* vide latiùs ad *cap. prohibemus, supra de decimis.*

Ecclesias.] Notatur ad hoc, quòd non possunt religiosi de manibus laicorum Ecclesias recipere sine consensu Episcopi, consonat text. *in cap. decimas 16. q. 7. & in cap. quod autem, in fine, & in cap. illud, vers. tum quia, & in cap. nullus, de iurepatronatus*, notant Butr. Abb. & alij *in præsenti*, latè Bero. *in d. cap. illud à num. 6.* plenè Lamber. *de iurepatronatus, p. 2. lib. 1. q. 1. art. 9. &* 10. Quæ iura supracitata cum textu *in præsenti*, ex communi resolutione procedunt in Ecclesiis, quæ de facto iniustè, & indebitè à laicis in proprietatem detinentur, teste Lambertin. *d. art. 9. à num. 8.* aperta enim deducitur ex text. *in cap. cum Apostolica, de iis, quæ fiunt à Prælatis*, qui text. refert auctoritatem Concilij Lateran. de quo *in præsenti*, ne laici Ecclesias, & decimas transferant in Religiosos sine consensu Episcopi, per quod, inquit, indirectè datur intelligi hoc licitum esse de Episcopi consensu: in versiculis autem præcedentibus explicat, & decidit hoc de illis decimis, & Ecclesiis esse intelligendum, quæ à laicis erant malè detentæ, tum etiam ex auctoritate D. Hieronymi, quam refert in principio, ibi: *Aliquando fuerint à laicis malè detentæ*, & habetur *in cap. vlt. 16. quæst. 1.* iuncto *vers. auctoritates*, vbi explicat, & restrictionem reddit, quia dum malè detenta à laicis alteri Ecclesiæ, vel religioso loco donantur, vtilitati Ecclesiæ consulitur, eiusque conditio melior efficitur, tunc ad vsus Ecclesiasticos renocantur, iuncto *cap. 2. §. sanè, de decimis, lib. 6.* Quæ omnia cum sua portione applicanda sunt Ecclesiis, nam vel huiusmodi Ecclesiæ (sicut, & decimæ de quibus ibi) violenter sine aliquo titulo à laicis occupatæ sunt, & fateri oportet teneri eas dimittere, & restituere illi, ad quem de iure pertinent, neque aliam Ecclesiam, vel

vel religiosum locum ea recipere posse de manibus laicorum, etiam de Episcoporum consensu, quia Episcopi consensus nihil noui tribuit, sed ab alio, qui dare potest, datum confirmat, iuxta regulam text. *in cap. inter dilectos, de fide instrument. cum similibus.* Aut huiusmodi Ecclesiæ detinentur iniustè, sed tamen ex titulo aliquo, veluti habito ab inferioribus Prælatis, & per argumentum à contrario sensu, text. *in præsenti*, concludit eas posse religiosos accipere de manibus laicorum accedente Episcopi consensu, vt expressit *d.c.cum Apostolica.* Neque obstant fundamenta, quibus de hoc intellectu dubitauit sibi contrarius Abb. *in c.de Monachis, n.*11.*vers.primus, de prabendis*, benè enim satisfacit Lamber.*d.cap.*9.*n.*10. & ex dictis patet resolutio, nam ad illud, quòd transferre non possunt, quod non habent, nec iustè detinent, respondetur ab Ecclesia permissiuè concessum fuisse. Ad alind ex *d. cap.cum Apostolica*, *in fin.* dum titulum exigit feudi perpetui, respondetur non requirere titulum iustum, sed habitum de facto ab inferioribus Prælatis. Aut tandem detinentur à laico huiusmodi Ecclesiæ in proprietatem auctoritate Pontificis, qua temporales redditus in perpetuum sunt dismembrati, & laico applicati, & tunc nullum videtur inconueniens fateri, quòd sine Episcopi auctoritate transferri possunt in locum religiosum, quia per talem dismembrationem laicales efficiuntur. Quartum casum, quem ait non tangere Doctores ponit Lambertin. *d. art.* 9. *n.* 18. quando scilicet laicus est tantum patronus, & Ecclesiam in proprietatem, vel eius redditus temporales non detinet, & constat iuspatronatus, quod non habet, transferre nolle, sed Ecclesiam ipsam donat loco religioso, & tanquam certum resoluit in nihilo valere donationem etiam de Episcopi consensu, cùm donet, quod non habet, contra regulam text. *in cap. Daibertum* 1. *quæst.* 7. *& d. cap. quod autem*, & cessat ratio permissionis, quam *suprà* considerauimus.

12 Vnde iam colliges veram rationem, quare in donatione Ecclesiæ, quam laicus detinet, in locum religiosum Episcopi consensus necessarius sit, & absque eo non valeat, iuxta text. *in præsenti*, non ita tamen requiratur in donatione iurispatronatus facta loco religioso, iuxta text. *in c.*1. *in principio, de iurepatronatus, lib.*6. nam cùm iuspatronatus transferatur in patrono, qui verus est ipsius Dominus, illudque iustè possidet ex Ecclesiæ concessione, ratione fundationis, vel dotationis, iuxta text. *in cap.decernimus*, cum multis *ibid.* 16.*q.*7.*c.*3. *& per totum, de iurepatronatus*, Concil.Trid. *sess.*25.*de reformat. cap.*9. cum multis citatis per me *de officio, & potestate Episcopi, p.*2.*allegat.*70. meritò talis donatio facta à Domino, qui magis capax, & habilis est ad illud obtinendum, rata, & firma manere debet absque aliquo Episcopi consensu: at verò laicus detinens Ecclesiam iniustè donat id, quod suum non est, nec retinere potest, & ideò ius illud transferendi Ecclesiam minimè ad eum pertinet, sed ad Episcopum, iuxta generalem regulam text. *in c. omnes Basilicæ* 16. 9.7. meritóque Pontificiæ leges, quæ permiserunt Ecclesias, sic malè detentas in locum religiosum transferre, requirunt eiusdem Episcopi consensum, vt post Roch. multis explicat latè Lambert. *d.art.*9. *num.*36. *cum seqq.*

§. Excommunicatos.

Religiosi etiam exempti non debent admittere ad Diuina excommunicatos, & interdictos nominatim à quocumque. Colligunt Doctores *in princip.* text. citati.

Ab illis, &c.] Probat hic text. Religiosos priuilegiatos & exemptos teneri vitare excommunicatos, & nominatim interdictos, intelligendo verba, *ab illis*, id est, religiosis Templariis, & Hospitalariis, consonat text. *in cap.nulli, de sententia excommunic.* vbi latè dum generalem regulam constituit, quod nemini suffragari potest priuilegium Sedis Apost. quominus excommunicatos vitare debeat, iuncta integra, quam refert Ant. Aug. *in* 1.*collect.Decretal. sub illo tit.c.*10. vbi sic incipit: *Nulli autem Monachi Templarij*, &c. ex quibus post gloss. & Abb. *n.*1. *hic*, notant Couar. *in c.alma, p.*1. §.1.*n.*2. Vgol. *de censuris tabul.*2.*c.*23. *in principio, n.*2. *cum seqq.* Sayr. *eod.tract.lib.*2.*c.*11.*n.*32. 13

Verùm in reddenda ratione maxima inter eos concertatio est, alij enim inquiunt præceptum de euitandis excommunicatis iuris diuini esse, & consequenter non posse saltem in Diuinis relaxari ab ipso Pontifice: alij verò asserunt text. *in præsenti, & d.in cap.nulli*, non negare potestatem Summo Pontifici concedendi priuilegium aliquibus, ne teneantur vitare excommunicatos, sed solùm huiusmodi priuilegiis se tueri non posse priuilegiatos in genere ex defectu iustæ causæ, vt voluit Ioan. Andr. & alij communiter, teste Iacob. de Graff. *in aureis decisionib. p.*2.*lib.*4.*c.*12.*n.*11. Verùm reiectis his, & aliis vera ratio est, scilicet Templarios, de quibus *hic, & in d.c.nulli*, non habuisse priuilegium in specie, ne excommunicatos vitare teneretur, sed quia erant exempti à potestate Ordinariorum virtute huius priuilegij, & exemptionis generalis contendebant non teneri vitare excommunicatos, & interdictos ab ipsis Ordinariis, quod Pontifex meritò reprehendit, quia licèt priuilegium generale exemptionis prosit exemptis ne ab Ordinariis, à quorum iurisdictione exempti sunt, valeant excommunicari ex resolutis per Sayr. *d.lib.*1.*cap.*5.*n.*36. sicut etiam religiosis prodesse potest priuilegium, ne excommunicari valeant, iuxta text. *in c. ne aliqui, hoc tit. lib.*6. minimè tamen ex eo quòd exempti sunt, sequitur non debere vitare alios, qui ab Ordinariis ritè sunt excommunicati, vt benè ex communi notauit Vgolin. *tab.*1.*c.*13.§.8. quia obligatio eos vitandi non prouenit ex iurisdictione Ordinarij excommunicantis, à qua exempti sunt, sed ex legis dispositione à qua Religiosi non eximuntur, vt constat ex iis, quæ *infrà* dicentur. 14

Quam ab aliis omnibus, &c.] Ex his verbis colligunt Abb. *n.*1. Dec. *à n.*5. *&* 15. ac alij *in præsenti* communiter regulam, quòd excommunicatus, vel interdictus in vno Episcopatu in omnibus aliis, & ab omnibus non subditis excommunicantis, atque etiam ab exemptis vitari debet, notat gloss. *verbo subtrahuntur, in cap.pastoralis*, §. *verum*, *de appellat. cum similibus*, quam post Felin. Nauar. & alios adducit Couar. *in cap. alma, p.*1.§.3.*num.*2. Vgolin. *de censuris, tab.*1.*cap.*13. §.10. Sayr. *eodem tract.lib.*2.*cap.*11.*num.*25.*cum seqq.* Henriq. *in summ. lib.*13.*cap.*24.§.1.*& c.*26.§.3. Soar. *tom.*5.*disp.*18. *sect.*1.*à num.*4. Eandem conclusionem in suspenso ab officio, vt vbique & in aliis Episcopatibus suspensus censeatur, notat gloss. *d.verbo subtrahuntur*, gloss. similis *in cap. si quis Presbyter.*7.*q.*1. quas cum aliis communiter receptas testatur Vgolin. *tabul.*4. *de censur. cap.*6.§.2. Soar. *d. tom.*5.*disput.*27. *sect.*1. *à num.*9. Sayr. *de censur. lib.*4.*cap.*5.*num.*7.*cum seqq.* 15 16

In contrarium tamen facit, quia sententia iudicis neque extra territorium, neque eos, qui subditi non sunt, ligare potest, ex regul. *l. vlt. ff. de iurisdict. omnium iudicum, & cap.*2.*de constit. in* 6. text. optimus in eodem proposito *in cap.à nobis* 21. ibi: *Non nisi subditi obligantur, de sententia excommunicat.* sic per sententiam, quæ suspendit ab officio postulandi, prohibitus 17

18 tantùm censetur in Prouincia Præsidis iudicantis, *l. ex ea vers. in ea, ff. de postuland.* & inde suspensum à beneficio in alio loco beneficium habere posse notat gloss. *d. verbo, subtrahuntur.* Vgolin. *tab. c. 8. §. 5.* Soar. *d.*
19 *tom. 5. disp. 26. sect. 1. n. 29.* Et bannitum, qui excommunicato æquiparatur *in c. 1. in fine principij, hic finitur lex, in vsibus feudorum,* Gail. *de pace publica, lib. 2. c. 1. n. 26.* Card. Tusch. *tom. 1. lit. B, concl. 11.* licèt impunè possit occidi, non ita tamen extrà territorium iudicis bannitum habere effectum suum notauit Bald. *in l. 1. n. 6. C. de hæredibus instit.* & alij de quibus Card.
20 Tusch. *d. lit. B. concl. 16.* Et legitimationem factam à Principe aliquo non extendi ad bona sita extra ipsius territorium, notant Abb. Præpos. Dec. & alij communiter, quos refert, & sequitur Con. *de sponsal. p. 2. c. 8. §. 8. n. 14.* Gabr. *Lusit. decis. 69. n. 19. p. 2.* & magis communem multis adductis comprobat Fachin. *controuers. lib. 3. c. 58.*

21 Propter has difficultates variæ sunt in hoc articulo resolutiones, multi enim absolutè negant excommunicatum in vno Episcopatu, in altero extra territorium excommunicantis vitandum esse, ita Scot. *in 4. dist. 19. q. 1. art. 5.* sed apertè loquitur contra text. *in præsenti, & in cap. curæ 11. q. 3. cum similibus,* ideoque meritò ab omnibus *suprà* citatis reprehenditur. Alij autem eam afferunt rationem, quia obligatio vitandi excommunicatos est de iure diuino, quod obligat omnes vbique, absque territorij distinctione. Ita Ledesma *in 2. 4. q. 24. art. 1. ad finem,* sed conuincitur, cùm præceptum hoc de excommunicatis vitandis, purè humanum sit, licèt potestas excommunicandi, & ferendi censuras à iure Diuino procedat, vt colligitur ex resolutis per Henriq. *in summ. lib. 13. c. 2. §. 3. vers. modus.* Sayr. *lib. 1. de censur. c. 4. n. 8.* Auil. *eod. tract. p. 2. c. 6. disp. 7. dub. 1. concl. 3.* Soar. *tom. 5. disp. 2. sect. 1. num. 9.*

22 Vera igitur resolutio est stando in lege Diuina, & ex vi suæ iurisdictionis non potuisse Episcopos directè per excommunicationem ligare non subditos, sed Ecclesiam, Legésque Pontificias ex Apostolorum institutione hanc formam, & naturalem proprietatem excommunicationi tribuisse, vt excommunicatus communibus Ecclesiæ suffragiis priuetur, & ab vno Episcopo excommunicatus, ab omnibus aliis vbique vitari debeat in Diuinis, & humanis, adeò vt nec Episcopus ipse, qui excommunicationem protulit, cum eo communicare valeat, quod posset si hoc suæ iurisdictioni esset tribuendum, atque ita DD. colligunt hunc discursum *in cap. sicut Apostoli, cum seqq. 11. q. 3.* & post Sot. latè explicant Henriq. Sayr. & Soar. citati statim post verba text. quæ proximè adduxi, hinc respondentes ad generalem regulam *d. cap. à nobis,* cum similibus, quæ probant nullam inferioris iudicis sententiam extra territorium non subditos ligare, vt scilicet procedat directè, & ex vi suæ potestatis, limitari autem excommunicatione, quæ ex Ecclesiæ institutione hoc habet, vt vbique suos habeat effectus, & omnes fideles obliget excommunicatum vitare. Quæ solutio licèt excommunicationi conueniat, non tamen plenè tollit difficultates.

23 Quare in hoc articulo duo puncta inuoluuntur, quæ meliùs distinguit Soar. *d. disp. 18. sect. 1. n. 4.* quorum vnus est, an iudex Ecclesiasticus ex vi suæ iurisdictionis potuerit excommunicatum arcere à communione fidelium extra suum territorium, eidem prohibendo ne cum aliis fidelibus communicet. Aliud, an possit alienis subditis prohibere communionem cum suo subdito excommunicato. Circa primum, quòd possit extra territorium suo subdito communionem prohibere, non est dubium, & posse etiam tam ab officio, quàm à beneficiis extra territorium existentibus suspendere, si id intendat. Nec obstabit text. *in d. l. ex ea,* respondeti enim potest non negare Iurisconsultum quòd possit iudex per sententiam suam prohibere aliquem ab officio postulandi in omni loco, sed interpretari intentionem ipsius esse prohibere solùm intra suum territorium, vt in simili citata sententiam suspensionis à beneficiis, quod interpretanda sit de beneficiis existentibus in territorio iudicis sententiam proferentis, argumento text. *in cap. 5 compromissarius, vers. restringitur, de elect. lib. 6.* nota Abb. *in cap. postulastis, num. 11. de foro competenti,* Soar. *tom. 5. disput. 27. sect. 1. num. 11.* Vnde quæstionem potestatis in hoc proposito distinguere oportet à quæstione voluntatis, seu intentionis, potest enim, sed in dubio non intendit, nisi qualitas casus id postulauerit, vt sunt sententiæ, quæ efficiunt personam, vel eius statum minuunt, veluti quando infamiam irrogant, iuxta *d. l. ex ea, in principio,* & inferunt pœnæ, iuxta *l. 3. ff. de his, quæ pro non scriptis, & in l. qui vltimo, ff. de pœnis* iuncta *auth. sed hodie, C. de donationibus inter virum.* Huiusmodi sunt etiam excommunicatio, interdictum, suspensio ab officio, & reliqua, de quibus Doctores dicere solent, quod suam secum trahunt executionem, id est, quæ absque hominis ministerio suos operantur effectus, vt loquitur text. *d. cap. pastoralis, §. verum.* Circa secundum verò alienis subditis, quòd non posset Episcopus ex vi suæ iurisdictionis illis communionem cum suo excommunicato prohibere, ideóque recurrendum sit ad specialem Ecclesiæ institutionem, quæ præcipit, vt omnes fideles teneantur excommunicatum ab vno Episcopo vbique vitare, indeque sequitur non solùm alienis subditos, sed etiam exemptos teneri huiusmodi excommunicatos vitare, quia hoc præceptum non procedit à iurisdictione Ordinariorum, à qua exempti sunt, sed à iure communi Canonico, à cuius obseruantia eos non eximit tale exemptionis priuilegium, vt deducitur ex supradictis.

Nominatim.] Dicitur nominatim excommunicatus, vel interdictus, quando proprium nomen exprimitur, vel aliquo indubitabili signo demonstratur, vt per gloss. *hic verbo nominatim,* cui similis *verbo nominatim in cap. constitutionem, de sententia excommunicat.* quam cum aliis communiter receptas testantur Couar. *in cap. alma, p. 1. §. 2. n. 8.* Gutier. *Canonic. lib. 1. c. 1. n. 27.* Iacob. de Graff. *in aureis decisionibus, p. 1. lib. 4. c. 11. num. 6.* Sayr. *de censuris, lib. 2. c. 12. n. 17. & lib. 5. c. 4. num. 11.* Soar. *tom. 5. disp. 9. sect. 2. num. 10.* hinc meritò reprobantes doctrinam gloss. *in cap. à nobis, de sententia excommunicat.* dum tenet nominatim excommunicatos dici posse, qui committunt furtum, vel similem actum contra Canonem, vel generalem sententiam excommunicationem facienti talem actum imponentem, vt in forma illius text. quisquis furtum fecerit sit excommunicatus. Et confirmatur ex text. in *l. quoties, §. si quis nomen, ff. de hæredibus instituendis,* iuncto *§. nominatim, Instit. de exhæredatione liberorum,* cum similibus, quæ explicant Couar. *in cap. cum tibi, n. 5. de testam.* Anton. Gom. *tom. 1. variar. cap. 1. num. 6.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 19. n. 1. cum seqq.*

In præsenti dictio illa, *nominatim,* iungitur intentis, nec ad excommunicatos refertur, vt patet ex litteris ibi, *excommunicatos quoque, & nominatim intentos,* quasi velit excommunicatos indistinctè ab omnibus esse vitandos; interdictos autem tunc demum, quando nominatim interdicuntur. Ratio autem differentiæ est, quia secundùm iuris antiqui regulas quocunque modo ad fidelium notitiam deueneriit, vel per

famam,

famam, vel aliter, etiam occultè aliquem incidisse in excommunicationis sententiam etiam generalem ipsum vitare debuerunt, saltem occultè, iuxta text. *in cap. cùm non ab homine, de sentent. excomm. cap. illud, de Clerico excommunicato ministrante*, cum aliis, de quibus Couar. *d.* §. 2. *n.* 3. Vgolin. *tab.* 1. *c.* 13. §. 7. *num.* 9. *vers. ex iis*, Sayr. *d. lib.* 2. *c.* 12. *num.* 1. optimam afferentes rationem, quia excommunicatio suam secum trahit executionem, nec vt liget denuntiatione opus est, *d. cap. pastoralis*, §. *verum*; ac proinde semoto speciali fauore *Extrauag. Ad euitanda*, quicunque scierit alium esse excommunicatum, siue per generalem, siue specialem sententiam, eum vitare debuit. In interdicto autem diuersa consideratio occurrit secundùm varias illius distinctiones, & differentias, quarum illa ad nostrum propositum notabilis est, quòd interdictum personale, vel generale, vel speciale est, generale veluti quia interdicitur populus alicuius ciuitatis: speciale quando interdicuntur certæ tantùm personæ: inter vtrumque illa est differentia, quòd licèt quandiu singulares personæ sunt de illo populo, interdictæ censeantur etiam generali interdicto, nec ibi, nec alibi Diuinis interesse possint, ex ratione, quam reddit text. *in cap. si sententia, vers. cùm verò, de sentent. excomm. lib.* 6. si tamen singuli de populo illo esse desierint, veluti quia aliò domicilium mutarunt, si culpabiles non sint, desinunt esse interdicti, quia cùm non interdicantur vt singuli, sed tanquam pars illius populi, si de eo desinant, iam illos interdictum non confringit quod in eos, vt tales, ferebatur, vt ex Anchar. & aliis *in d. cap. si sententia*, notat Couar. *var. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 10. & aliis adductis Henriq. *in summ. lib.* 13. *c.* 42. §. 2. Vgolin. *tab.* 5. *de censuris, c.* 20. §. 4. Soar. *tom.* 5. *disp.* 32. *sect.* 2. *n.* 11. *iuncto num.* 18. Sayr. *de censur. lib.* 5. *c.* 4. *à princ.* Cùm ergo text. *in præsenti*, agat de excommunicatis, & interdictis vbique vitandis etiam extra territorium proferendis, & hæc regula absolutè vera sit in excommunicatis, & interdictis nominatim, & per contrarium deficiat in interdictis generaliter nomine populi, quia solùm vitandi sunt donec sunt de eodem populo, non immeritò in hoc text. in interdictis adiecta fuit dictio illa, *nominatim*.

§. In Ecclesiis.

Religiosi in Ecclesiis, quæ ad ipsos pleno iure non pertinent, cùm vacant non instituantur, sed instituendos Episcopo præsentent, & ei de cura spirituali respondeant, nec institutos inconsulto Episcopo amoueant, & Religiosis rationem reddant de temporalibus. Colligunt Doctores *in princ. text.*

26 *Pleno iure.*] Quando autem pleno iure dicantur Ecclesiæ ad aliquem pertinere, dicam commodiùs ad *cap. quoniam*, 21. *infrà hoc tit.*

27 *Presbytero.*] Cùm vulgare principium sit, quòd qualitas iuncta verbo significat iuxta terminos verbi, *l. in dilectis*, §. *si extraneus, ff. de noxalibus*, cum aliis de quibus Dec. & alij relati à Menoch. *remed.* 16. *recup. n.* 23. videtur ex verbo, *Presbyteros*, iuncto verbo, *instituendos*, probare text. *in præsenti*, necessarium esse quòd Vicarij instituendi ab Episcopo in Ecclesiis, quæ non pleno iure Monasteriis vniuntur, tempore institutionis sint in Sacerdotali Ordine constituti, vel si prædictum verbum adiungatur sequenti, *repræsentent*, quod tempore repræsentationis Sacramento illo sint insigniti, & confirmatur ex *cap. nemo*, 15. ibi, *ætate legitima*, & Sacerdotio, *de elect. lib.* 6. & ex generali regula, quòd qualitas requisita ad beneficij habilitatem requiritur tempore prouisionis, *cap. si eo tempore* 9. *de rescriptis, cap. cùm de benef. de præbendis, eodem lib.*

Verùm contrarium deprehenditur ex text. *in c.* 2. *de institut. lib.* 6. *& in cap. ei, cui* 20. *de præbend. eod. lib.* & ex communi DD. resolutione asserentium sufficere ad validitatem collationis cuiuscunque beneficij etiam curati, quòd prouisus sit prima tonsura initiatus, & ætatem habeat, vt intra annum ad Sacerdotium promoueatur, vt per Rebuff. *in praxi tit. requisita ad collationem, n.* 24. Roch. *de iurepatron. verbo honorificum, n.* 24. Gutier. *canon. lib.* 2. *c.* 15. *n.* 33. Petr. Greg. *in beneficiarie, c.* 25. *n.* 8. Nicol. Garc. *de benef. p.* 3. *c.* 4. *n.* 2. *cum seqq.* neque dici potest prædictam resolutionem procedere in principalibus Ecclesiarum Rectoribus, at vero in earum perpetuis Vicariis aliquid speciale reperiri, per text. *in præsenti*, iuxta ea quæ Doctores per text. *ibi in cap. vlt. de officio Vicarij, & in Clem.* 1. *eod. tit.* 28

Cuius veriori sententiæ non obstat verbum, *Presbyteros*, quo text. *in præsenti*, vtitur, quia non adiicitur hic tanquam præcisè necessarium tempore repræsentationis, vel institutionis contra iura prædicta, quæ expressè contrarium decidunt, sed gratia frequentioris vsus, iuxta *regul. l. nam ad ea, ff. de legib.* atque etiam quia conuenientiùs, & causatiuè necessarium ad euitandã scilicet Ordinarij coactionem, & pœnam priuationis, si intra terminum ab ipso latum, vel intra annum secundùm ius hodiernum non promoueantur, quod vt facilius percipiatur aduertere oportet celebrem esse Ioan. Andr. distinctionem *in d. cap. ei, cui*, quem *ibi* sequuntur Domin. *n.* 12. & Franch. *n.* 6. & alij communiter *ibi*, dum resoluunt tribus modis beneficium, seu præbendam sacerdotalem dici posse, vel quia ex institutione, priuilegio, aut consuetudine solis Sacerdotibus debet conferri, quo casu certum est tempore prouisionis Sacerdotij Ordinem esse necessarium, vt frequenter vidimus obseruari in institutionibus capellarum, & maioratuum, quibus adiicitur, vt vnus Sacerdos bonæ vitæ eligatur, prosequitur Hoied. *de incompatib. benefic. p.* 1. *c.* 24. *num.* 10. aut quia Ordo ille requiritur, quia si ad eum non promoueatur, beneficio ipso priuatur, iuxta terminos *cap. licet canon. de præbend. lib.* 6. aut tandem quia si non promouetur, priuatur fructibus, iuxta *d. cap. vlt. de officio Vicarij*. Quare his casibus vltimus tempore prouisionis Ordo Sacerdotalis necessarius non est, sed sufficit, quod deinde intra annum promoueantur, & consequenter iuxta hos terminos rectè procedit text. *in præsenti*, & verbum illud *Presbyteros*, licet enim ex illo conuincatur Vicarias perpetuas Parochialium sacerdotales esse, non tamen inde sequitur necessario Sacerdotij Ordinem necessarium esse tempore prouisionis. 29

Episcopis repræsentent.] Ergo repræsentatio beneficij personaliter est Episcopo facienda, itavt præsentatus eidem personaliter exhibeatur, neque sufficiet quod per literas, aut procuratores absens ipse Episcopo nominetur, quod in primis suadet proprietas verbi *repræsentent*, quod propriè significat præsentiam sui facere, *l. maritus*, 15. §. 1. *ff. ad leg. Iul. de adult.* melior text. *in l. consentaneum*, quomodo, & quando iudex, ibi, *vt præsentiam sui faceret*, iuncto ibi, *vt sese repræsentent*, cum multis aliis, quæ adducit Brisc. *de verborum iuris significatione, verbo repræsentare*, vnde rectè dicit, *gloss. verbo repræsentare, in Clem. dudum, de sepulturis*, quod repræsentare dicitur, qui præbetur sensibus corporis, ex *l.* 1. *in princ. ff. de verborum obligat.* & est recepta communiter ex multis, de quibus Tiraquel. *de iure mariti, gloss.* 6. *n.* 31. Selua *de benefic. p.* 3. *q.* 1. *n.* 7. Lambert. *de iurepatron. art.* 1. *q.* 11. *part.* 1. 30 31

32 *lib.2.num.12. cum seqq.* Indeque præsentatio nec solet à Doctoribus communiter definiri, quòd sit exhibitio personæ per patronum Episcopo, vel alteri, ad quem institutio pertinet, legitimè facta, ita Abb.*in cap. ea noscitur, de his quæ fiunt à Prælatis*, Roch. *de iurepatronatus in principio, q.3.* Rebuff. *in praxi, tit.de præsent.num.2.* Card. Tusch.*tom.6.lit.P, concl.*191. Nicol. Garc.*de benefic. p. 4. c. 1. num. 16.* quare non est necessarium in instrumento præsentationis exprimi quòd præsentatus est præsens, maximè si in dicto instrumento dicatur *N. præsentat N.* ita gloss. *verbo præsentari*, per text.*ibi in Clem. dudum, §. statuimus, de sepult.* Rot. *decis. 3. de iurepatron. in nou.* Paul. de Cittad.*de iurepatron. p.6.art.3.q.2 2.n.37. & 38.*& fuit resolutum *in Gerunden. beneficij 28. Ianuarij* 1600. coram Corduba. Vnde non valere præsentationem de absente factam, nec Ordinarium teneri admittere præsentatum, qui se personaliter non exhibet, notant omnes proximè citati, idem Abb. *cons.76. n.2. p.2.* Roch. *verbo honorificum, q.6. num.27.* Corras. *de sacerd. p. 4. c. 6. num.* 18. Lambertin. *de iurepatron. lib.2.p.1. quæst.1. art.1. quæst. 11. art.2.* Louet. *de re benefic. lib.2. q.6.ex num.35. vsque ad num.50.* Rot. *in Calaguritana beneficij de guarda 25. Maij* 1587. *& in Romana iurispatronatus 8. Iunij* 1598.coram Orano & *in Regien. Prioratus 26. Iunij* 1587.coram Card. Pamphilio sen.& *in Hipporegien. Plebaniæ 25. Iunij* 1610. coram Ortembergo, Greg. *decis.34. num..* & *ibi* Beltramin. *num.4.* refert Ferentil. *in annot. ad decis.* 481. *Buratti, lit. B n.12.* Non obstat *d.cap.ea noscitur*, ibi, *per se, aut per literas personas idoneas Episcopis Diœce-*
33 *sanis præsentent*, quia procedit quando patronus absens per literas facit præsentationem personæ, quæ cum eisdem Episcopo se personaliter repræsentet, & hoc licitum esse dubitari non potest, vt euincunt text.*in d.cap.ea noscitur, & in cap.vlt.de concessione præbend. & in Clem.1.vers.Præsentatus, de excessibus Prælatorum*, nam vt præsentatio de absente illi suffragetur, debet in termino iuris dato ad præsentandum se præsentare coram Ordinario habente instituere, Rot. *decis.4.de iurepatron.in nouis*, Lambertin. *de iurepatron. lib.2.p.1. q.4.art.16. sub n.2. vers. & prædicta.* Nicol. Garc.*d.c.1.n.25.* Beltramin.*ad decis.*34. Gregor. XV. *num.8.* Ferentil. *in annot.ad decis.* 481. *Buratti, n.20.* & procedit praxis receptissima secundùm quam nunquam, aut rarò patroni tempore præsentationis personaliter exhibent Episcopo præsentatos, sed præsentati cum instrumento repræsentationis se exhibent Ordinariis, qui illos admittunt, & instituunt, de qua meminerunt gloss. *in d. Clement.1.* Lambert. *d. art.1. num.5.* Nicol. Garc. *d. cap.1. num.19.* Card. Tusch.*d.*
34 *lit. P. concl.592. num.24.* At verò verissima, & receptissima est resolutio præsentatos personaliter debere se Episcopo repræsentare, Episcopúmque non teneri præsentatos per procuratorem admittere, tum ex dictis, tum ex multis rationibus, quas afferunt Doctores, quia scilicet cederet huiusmodi præsentatio in graue ipsius Ecclesiæ præiudicium ex dilatione, si præsentatus per literas differret aduentum suum; tum quia præsentari debent ab Ordinario examinari an sint idonei, tam in Parochialibus, & Curatis, quàm in simplicibus ex Concil. Trident. *sess. 7. de reformat. c.13.* quod examen cum personale sit, & per procuratorem fieri non possit, necessariò sequitur præsentatos teneri se Episcopis personaliter exhibere. Vtrùm autem absens præsentatus institui ab Episcopo possit, si ei notum sit esse idoneum notoriè, dixi *de offic. & potest. Episcop. p.2. alleg.72. num.118.* & ibi dictis addendum duxi præsentationem regulariter de absente fieri posse, quando ille ita notus est habenti instituere quòd nullo opus sit examine, Lambert. *d.lib.2. p.2.q.11.art.3.* Rot.*decis.185.in fine, p.2.diuers.* & in d. *Regien. Prioratus 26.Iunij*, & 14. *Decembr.*1587.coram Card. Pamphilio, & *in Amerina iurispatronatus 17. Nouembr.*1614.coram R. P. D.meo Pironano. Intellige tamen dummodo absens infra terminum datum ad præsentandum per se, vel procuratorem ad hoc specialiter constitutum præsentationem acceperit, Lambert.*d.art.3.n.2.* Rot.*in d.Regien. Prioratus* coram Card. Pamphilio, & *in Firmana beneficij 20. Iunij* 1597. coram Penia, *& in Aurien. Parochialis 11. Ianuarij* 1613. coram bon. mem. Vbaldo, Lotter. *de re benef.lib.3.q.6.n.38.* Præsumitur tamen quis notus Ordinario eo ipso quòd est illius diœcesanus, Burat.*decis. 22. n.30.* quam præsumptionem sufficere ad hunc effectum vt sustineatur præsentatio de absente, dixit eadem Rot.*in d.Amerina iurispatronatus* coram R.P.D. meo Pironano. Declara tamen procedere dummodo examen non sit necessarium omnino, vt in Parochialibus, tunc enim non sufficit quod præsentatus sit notus Ordinario, Lambertin. *art. 3. num. 5. & 9.* Rot. *in Papien. iurispatronatus 13. Ianuarij* 1594. coram Card. Millino.

Ex eisdem huius text. verbis, ibi, *Episcopis repræsentent*, iuncto ibi, *instituendos*, etiam deducitur, quòd institutio in Ecclesiis, quæ ad religiosorum præsentationem spectant, fieri non potest nisi præcedente ipsorum præsentatione, adeo vt institutio, seu prouisio aliter facta, spreto scilicet patrono, nullius momenti sit, vt notant DD. per text.ibi *in cap.decernimus, 16. q.7.& in cap.illud, de iurepatronatus*, Abb.*in cap.cum Bertoldus, num.13.* vbi Felin.*n.8.de re iudicata*, Roch. Lambert. Syluest. & alij, de quibus Garc.*d.benef. p.1. c.9. ex num.231.* Cabed. *de patron. Regia Corona, 1. num. 3. & 6.* qui omnes benè notant hanc nullitatem tunc demum locum habituram, si patronus intra quadrimestre, vel semestre ad præsentandum sibi à iure concessum reclamauerit, aliter enim sustineri, ac valere prouisionem Episcopi resolunt præcitati Doctores, & vltra illos Spin. *in speculo testam. gloss.4. princ. num.99.* Flamin.*de resignat. benef. lib.8.q.10. num.10.* Zerol. *in praxi Episcop. verbo ius publicum, n.8.* censuit Rot. *decis.77. num.4. p.1. diuers.* cuius resolutioni varias rationes afferunt scribentes, vt prosequitur Garc.*d. c.9. à num.233.* Sed facilis est illa, quam affert *num.237.* atque etiam Cabed.*d.c.1.n.7.* quia scilicet huiusmodi nullitas in fauorem patroni, qui Ecclesiam fundauit, vel dotauit, inducta est, & consequenter semper habet taciram conditionem, si ipse patronus declarauerit, vt in simili circa pœnam commissi ob non solutum canonem probat text.*in l.2.* ibi, *si dominus voluerit, C. de iure emphyt.* & *ibi* notauit gloss.*verbo volente*, recepta ex multis, de quibus Tiraq.*in l. si vnquam, verbo reuertatur, n.10.* Mench.*ofs. freq. c.34. n.5.* Corbul. *in tract. quibus modis emphyt. amittatur, tit. de causa priuationis ob non solutum canonem, n.9.* & in casu quotidiano de excommunicatione ob non solutam pensionem quod non incurratur nisi postquam pars declarauerit se ea vti velle, Calsad.*decis.2.*& *3.de locat.* Nauar.*in man.c.23. num.104.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 20. sect. 2. num. 10.* vbi de stylo attestatur, & post illum ac Mandos. Flamin. Tolet. & alios, Nicol. Garc. *de benefic. part. 1. cap.5. num. 581.*

Ipsis verò pro rebus temporalibus reddant rationem. Ergo patroni de temporalibus rationem exigere possunt à Presbyteris, qui ad eorum præsentationem in Ecclesiis, quæ suæ sunt ratione iurispatronatus, fuerunt instituti, atque ita post Innoc. notant Bert. *num. 14.* Abb.*num.3.* Henric. & alij communiter *ibi*

consonè

consonat text. vbi etiam notauit Abb. & alij communiter, *in cap. in Lateran. de præb. & in cap. ex literis in fine, de iurepatronatus*, vbi Bero. *n.* 17. eamque conclusionem procedere in Ecclesiis, quæ ratione solius iurispatronatus, seu præsentationis ad Religiosos pertinent resoluit Abb. *in cap. de Monachis, n.* 6. *de præb.* sequitur eandem Roch. *de iurepatron. verbo honorificum, n.* 100. & Lambert. *eod. tract. lib.* 3. *art.* 5. *q.* 2. & ante se ita omnes Doctores tenuisse scribit Rebuff. *de congrua portione, n.* 41. qui omnes explicant huiusmodi rationem reddendam esse non minuatim, de illo scilicet quod singulis diebus expenderint in panibus, carnibus, piscibus, & similibus.

37 Verùm, quicquid Doctores distinguant inter patronos laicos, & Ecclesiasticos, vera non est supradicta resolutio, nec in hoc text. & similibus probatur, siue enim Patronus Ecclesiasticus sit siue laicus, qua talis est, scilicet si non proponamus temporalia ad illum alia ratione pertinere, nunquam de illis poterit à Rectore, seu Vicario, quem præsentauit, exigere rationem, quia ratione iurispatronatus nihil aliud patronis etiam Ecclesiasticis noscitur esse concessum, quàm vt de rebus Ecclesiæ habeant sollicitudinem, vt denuntient Episcopo, vel iudici, quæ viderint corrigenda, minimè verò, vt in temporalium, quæ pro portione Vicarij vel fabrica relinquuntur, administrationi se intromittant, vt benè deducitur ex *cap. filiis, vel nepotibus* 16. *q.* 7. *& ex cap. præterea, de iurepatron.* & meliùs ex Concil. Trident. *sess.* 25. *de reform. c.* 9. vbi indistinctè interdicit omnibus patronis cuiuscunque Ordinis, etiamsi collegia, & communitates Clericorum, vel laicorum existant, ne in perceptione fructuum beneficij sui patronatus se ingerant, sed eos liberè Rectori distribuendos dimittant, & ante Concil. Trident. idem tenuit Dec. *hic n.* 4. & 20. & constanter Rebuff. *de congrua portione, n.* 42. *cum seqq.* Spin. *in speculo testam. gloss.* 4. *n.* 91. vbi respondent nostrum text. & *d. cap. in Lateran.* loqui de Ecclesiis, in quibus temporalia ad Religiosos pertinebant, quæ ex illa particula, *suis*, benè etiam aduertit Decian. *ibi n.* 21. sed manifestiùs probatur ex text. *in cap. sanè* 6. *q.* 2. ibi, *Abbati verò pro rebus temporalibus ad Monasterium pertinentibus debitam subiectionem exhibeant.*

§. Quòd si Templarij.

Templarij & Hospitalarij in Ecclesia interdicta solùm semel in anno admitti debent ad diuina Officia, nec tunc ibi sepelienda sunt corpora defunctorum. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

38 De interdicto Ecclesiastico, de quo hic agitur, vide Nauar. *in man. c.* 27. *n.* 164. *cum seqq.* Couar. *in cap. alma, p.* 2. §. 1. Henriq. *in summ. lib.* 13. *c.* 41. Vgolin. *de censur. tab.* 5. Sayr. *eod. tract. lib.* 5. Auil. *eodem tract. p.* 5. Soar. *eodem tract. disput.* 32. Bonac. *eodem tract. disp.* 5. Ludou. Miranda *in man. Prælat. tom.* 2. *q.* 37. Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 4. Coninck. *de Sacram. & censur. tom.* 2. *disp.* 17. *dub.* 1. & aliqua tractabimus *in collect. ad cap. alma mater, de sentent. excommun. lib.* 6.

39 *Ad Ecclesiasticum officium.*] Sub nomine Ecclesiasticorum, vel Diuinorum officiorum, quæ contineantur, inuenies ad *cap. non est vobis* 11. *n.* 5. *de sponsa.* & *ibi* citatis adde Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 32. *tract.* 4. *n.* 32. & Bonacin. *d. disp.* 5 *p.* 3.

40 *Nec tunc ibi sepeliantur corpora defunctorum.*] Notatur ad hoc, quòd per omne interdictum, siue locale, siue personale, vsus Ecclesiasticæ sepulturæ prohibetur, de quo vide Nauar. *d. c.* 27. *num.* 171. Couar. *d.* §. 1. *num.* 3. *vers. hoc autem.* Viuald. *in candelabro aureo, sub tit. de interdict.* §. 1. *n.* 39. Vgol. *d. tabul.* 5. *c.* 9. Fr Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 110. Soar. *d. tom.* 5. *disp.* 35. *sect.* 1. Auil. *d. p.* 5. *disp.* 3. *sect.* 3. Sayr. *d. lib.* 4. *c.* 7. Paul. Layman. *d. p.* 4. *c.* 2. *num.* 3. Valer. Reginald. *d. lib.* 32. *tract.* 3. *n.* 37. vbi aduertit hunc effectum priuationis sepulturæ habere locum non tantùm in adultis, sed etiam in infantibus baptizatis, itavt in loco interdicto iis perinde, ac illis sit deneganda Ecclesiastica sepultura, latè Bonac. *d. disp.* 5. *pract.* 4. *à principio*, vbi *n.* 9. agit de infantibus, vel amentibus, & *n.* 6. contra Vgolin. *d. tabul.* 5. *cap.* 9. §. 3. resoluit laicos habentes priuilegium assistendi Diuinis officiis posse sepeliri in loco sacro.

§. Confratribus.

Confratres Religiosorum, qui non omnino se eis dederunt, sed remanent in suis proprietatibus sunt, subditi Episcopo vt cæteri laici. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati.

Ab Episcoporum suorum, &c.] Notatur ad hoc, 41
quòd confratres, qui in proprietatibus suis, & in sæculo remanent, nec oblati sunt Religioni, aut conuersi, Episcopis, ac proinde Ecclesiasticæ potestati sunt subiecti, vt per Butr. *hic, n.* 11. Abb. *n.* 4. Anchar. 7. & Henric. *in cap. vt priuilegia, infr. hoc tit.* Vnde potest 42
adduci text. hic pro resolutione eorum, qui docent confraternitates laicorum religionis causa institutas pia esse, & religiosa loca, & ideò à sæculari potestate, & iurisdictione exempta, præcipuè si proprium habeant templum, vel in eis seruetur hospitalitas, aut Missæ dicantur, & alia pia opera exerceantur, de quo vide Couar. *in cap. officij, n.* 12. *de testam.* Paul. Fusch. *de visitat. lib.* 2. *c.* 14. *n.* 4. & 7. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo confraternitas*, §. 4. Renat. Chop *de sacra politia, lib.* 3. *c.* 6. *num.* 6. Azeued. *ad l.* 10. *num.* 26. & 29. & *l.* 3. *tit.* 14. *lib.* 8. *nouæ recop.* Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 35. *à num.* 9. Petr. Greg. *de Repub. lib.* 14. *c.* 2. *n.* 8. Menoch. *remed.* 13. *recuperandæ, num.* 34. *cum seqq.* Card. Tusch. *tom.* 3. *lit. E, concl.* 28. *n.* 4. & *tom.* 4. *lit. F, concl.* 435. Valasc. *consult.* 105. *à n.* 5. Perez de Lara *de capellaniis, lib.* 2. *c.* 1. *à n.* 5. Cabed. *de patron. Regiæ Coronæ, c.* 42. Marta *de iurisdict. p.* 4. *casu* 113. *num.* 7. *cum seqq.* Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *c.* 18. *num.* 228. Benedict. Ægid. *in repetit. l.* 1. *C. de Sacrosanct. Eccles. p.* 1. *in initio, n.* 54. Nicol. Garc. *de benefic. p.* 5. *c.* 1. *n.* 601. *cum seqq.* Vnde iuspatronatus confraternitatem laicorum auctoritate ordinarij erectarum, præsertim si habeant Ecclesiam, esse Ecclesiasticum, tenent Hieron. Paul. *in praxi Cancellariæ, in tit. declaratoria super proponente, seu vouente ingredi, col.* 39. *vers. in causa mea maioricen. fol. mihi* 441. Lambertin. *de iurepatron. lib.* 1. *p.* 1. *art.* 10. *n.* 4. vbi distinguit quòd si istæ confraternitates faciunt solum collegium, & non sunt affixæ alicui Ecclesiæ, iuspatronatus est laicale; si verò sunt alicui Ecclesiæ annexæ, iuspatronatus est Ecclesiasticum, Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 35. *n.* 30. Aldobrand. *consil.* 30. *n.* 5. *cum seqq. lib.* 1. Rot. *in Romana beneficiatus* 22. *Maij* 1623. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Decano, confirmata 24. *Ianuar.* 1624. *coram eod.*

Cæterùm iuspatronatus huiusmodi eo casu laicale erit quando confratres non induuntur, aut distinguuntur aliquo signo Religionis, & beneficium fuit à laico fundatum, ac de bonis profanis, secundùm Felin. *in tract. quando literæ Apostol. præiudicent patron. col.* 7. *circa med. limit.* 4. *vers. induxit etiam dictam decisionem*, Roch. *de iurepatron. verbo ius, num.* 18. *quæst.* 3. Couar. *practic. c.* 36. *num.* 8. Gambar. *de potest. legati in confer. num.* 414. Tusch. *de visitat. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 12. *ad fin.*

Zerol.

Zerol. *in praxi Episcop. p.1. verbo iuspatronatus*, §. 33. Azened. *l.1.n.6. tit.4.lib.1. nouæ recop.* Nicol.Garc.*de benef. p.5. c.1. n.604. circa fin.* Azor. *instit.moral.p.2. lib.5.c.28.col.2. verbo iuspatronatus est profanum*, Cened. *pract.& canon.quæst.lib.1.q.22.n.11.circa fin.vers. eam tamen*, Rota *in Romana beneficiatus S. Laurentij in Damaso 7. Februarij* 1628.coram R.P.D.Duran. Non obstat quòd confraternitas sit de foro Ecclesiastico, & quòd confratres debeant in eo conueniri, quia hoc non facit quòd iuspatronatus competens confratribus sit Ecclesiasticum, cum alioquin non esset dare in beneficiis Ecclesiasticis aliquod iuspatronatus laïcale, quia etiam quilibet patronus laicus coram iudice Ecclesiastico potest conueniri pro iurepatronatus laïcali.

43 *Si non se prædictis fratribus*, &c.] Notatur ad hoc, quòd oblati, qui in totum se religioni non tradiderunt, Ecclesiasticæ personæ non censentur, nec Ecclesiastici fori priuilegio gaudent, quemadmodum per contrarium gaudent illi, qui se, & sua in totum religioni tradiderunt, vt per Nauar. *conf.49. de regularib. in nouis*, Dec.*in tract. crimin.lib.4.c.9.n.28.* Azened.*ad l.1.n.8.tit.14.lib.6.nouæ recop.* Fr. Emman.*quæst. Regul. tom.3.q.21.* Card.Tusch.*tom.5.lit.O, concl.16.* Flores de Mena *var. lib.2.q.21. à n.194.* Modern. *de iurisd.p.4. casu 116.n.37.* Peregr.*var.lib.6.n.71.* Fr.Paulin.*in praxi crimin. regul.tit.1.c.3.n.3.* Verùm cùm in Sacra Congreg.Concilij iussu S.D.N.propositum esset infrascriptum dubium. An oblati alicuius Religionis iudicandi sint personæ Ecclesiasticæ, adeò vt fori priuilegio, & immunitate à vectigalibus gaudeant. Si Congregatio dubio semel atque iterum examinato censuit, oblatos priuilegio, & exemptione ita demum debere potiri si in forma iuris valida perpetuò, irrefragabiliter, & cum effectu se ipsos, & bona sua omnia, præsentia, & futura, nulla prorsus quamvis minima eorum portione neque in proprietatem, neque in vsumfructum sibi reseruata, Religioni obtulerint: quòd si omnia prædicta simul non concurrant, neque fori priuilegio, neque immunitate à sæcularibus exactionibus frui posse.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiis suis priuandus est qui alienis derogat.*
2 *Index, qui iustitiam facere negligit, & priuilegia Sedis Apostolicæ non seruat, suis priuilegiis est priuandus.*
3 *Index in administranda iustitia negligens, aut per dolum, vel imperitiam malè iudicans, quas pœnas ciuiles incurrat, ostenditur.*
4 *Index per dolum, aut imperitiam malè iudicans, qualiter criminaliter puniatur, ostenditur.*
5 *Index iniustitiam faciens non positiuè, sed omittendo, an easdem pœnas incurrat, ostenditur, & num. seqq.*

CAP. Dilecti. IV.

1 QVi non timet obuiare scriptis Romanæ Ecclesiæ, suis priuilegiis priuandus est. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.196.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.713.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Anton. Augnst. *collect. 2. Decretal. lib. 5. tit. 24. cap. 4.* & est post Concil. Lateran. *part. 44. cap. 6.*

Iustitiam facere non vultis, &c.] Probat hic text. indicem, qui iustitiam facere negligit, & priuilegia Sedis Apostolicæ non seruat, suis priuilegiis esse priuandum. Ratio decidendi illa est, vt scilicet qui alienis priuilegiis derogat, priuetur propriis, vt in eodem genere in quo deliquit, ipse puniatur, iuxta reg. text. *in cap. literas 13. de tempor. ordin. cum similibus*, non obstante id tamen text. hic excludit alias pœnas contra iudicem in administranda iustitia negligentes, vel per dolum, aut imperitiam malè iudicantes iure præscriptas, præcipuáque illa est vt litem faciant suam, *l. si filiusfam. 15. ff. de iudic.* vbi latè explicat D. Barbos. vt scilicet, vel in solidum damnum, vel dispendium litis parti, quam iniustè condemnat, resarcire teneatur, iuxta eundem *l. filiusfam. & l.2. C. de pœna iudicis, qui malè iudicauit*, vel quantum de ea re iudicantis Religioni, æquum videbitur, iuxta *l. vlt. ff. de variis, & extraord. cognit.* vnde sumptum est *princ. Inst. de obligat. quæ ex quasi delicto*, vbi recentiores omnes latè explicant, Peris de Put. *de syndicatu, verbo negligentia, & verbo Iudex malè iudicans*, & post Felin. Dec. & alios, Bern. & Salzed. *regul.373.* Garc. *reg. 301.* Card. Tusch. *tom.4. lit.I, concl.404. & concl.405.n.3.& concl.471.* expresse agens de casu huius text. de eo scilicet, qui iustitiam facere negligit, & quoad forum conscientiæ explicant Nau. *in man. c.25.n.12.* Molin. *de iustit. tom.1. tract.7. disp.710. à princ.* Quæ quidem resolutio, videlicet, quòd iudex malè iudicans damnum litis partiq. sarcire teneatur, procedit etiamsi pars ipsa à sententia non appellauerit, vel appellationem interpositam non prosequatur, vt notarunt Barth. *q.9. incipien. Iudex qui imperitiam, à n.15.* Auil. *ad c.1. Prætorum, verbo à partes, n.9.* Auend. *respect.11.n.2.* D. Barbos. *in d.l. 5 liusfam. à n.29.* latè Farin. *in praxi crimin. q.111. n.583. & n.523.*

Quinimo non solùm ciuiliter ad interesse partis, sed etiam criminaliter secundùm iudicis arbitrium puniri posse, argum. text. *in d.l. vlt.* notant vltra prætatos Menoch. *de arbitr. casu 339.* Valasc. *consult.46. d. finem*, Petr. Gregor. *Syntagm. lib.50.c.2.n.49.* Attento autem iure Canonico contra iudices Ecclesiasticos, qui contra conscientiam, & iustitiam in grauamen partis quicquam fecerint per gratiam, vel per sordes, vltra æstimationem litis parti faciendam, pœna suspensionis ab officio per annum imponitur, atque etiam irregularitatis, si suspensione durante Diuinis se ingesserint, vt decidit text. *in c.1. de re iudicata, lib.6.* & vltra Ordinarios *ibi*, explicant Nauar. *in man. c.27.n.157. vers. decima.* Henriq. *in summ. lib.13.c.19. §.4. iuncta lit. M*, Viuald *in candelabro, p.4.q.9.n.60.* Iacob. de Graff. *in decis. aureis, p.1.lib.3.c.6.n.15.* Sayr. *de censur. lib.4. c.13.n.3.* Farin. *in praxi crimin. q.111. n.171. cum seqq.* Quæ quidem, ac aliæ pœnæ cumulatiuè ponuntur, & vna cum alia, vel alias non confunditur, itavt in iudicis sit arbitrio, vel omnes, vel vnam, quam malnerit, imponere, provt ex doctrina Barth. *in l. sanctio legum, ff. de pœnis*, profequuntur Dec. *in tr. crimin. lib.8.c.39.n.18.* Menoch. *d. casu 342. à n.15.* plenè Farin. *d. q.111. à n.80.* benè etiam attendens *n.93.* pœnam suspensionis, de qua *in d. c.1.* non confundi cum aliis pœnis Canonicis, & ciuilibus, vt deducitur ex vltimis verbis illius text. iuncta glos. *vlt.* additque illius decisionem procedere tribus concurrentibus: primò quòd per sordes, vel gratiam secundò quòd contra iustitiam: tertiò quòd in grauamen partis index Ecclesiasticus iniustam proferat sententiam, notant Nauar. Sayr. & omnes alij post illum citati.

Verùm autem pœnæ suprædictæ in eo locum habeant, qui iniustitiã facit, non positiuè, sed omittendo, sic

seu per negligentiam, de quo propriè loquitur text. *in præsenti*, non leuiter Doctores controuertunt, in quo dubio, quoad pœnam Canonicam suspensionis dicendum videtur in eo locum non habere, vt per Anchar.*n.*3. Abb.*n.*2.*hic*, Nauar. Sayr. & reliqui omnes *citatis locis*, requirentes ad illam pœnam suspensionis incurrendam tria illa, quæ suprà diximus, quorum primum apertè deficit in eo qui stat in puris terminis negligentiæ, & nihil positiuè facit contra iustitiam. De pœna autem illius iudicis, qui malè iudicauit, vt litem suam faciat, negauit eam propter solam negligentiã incurri, Bart. *in d.l.vlt.vers.quaro, ff.de variis, & extraord.* Paris de Puteo *de syndicatu*, *verbo negligentia*, *n.*16. quos refert & sequitur Auil. *n.*28. D. Barbos. *à n.*64. *dictis locis*, etiam resoluentes, quòd licèt huiusmodi iudices negligentes facere iustitiam conueniri possint etiam à parte ad iustum interesse per actionem in factum, & aliàs legitimè competentes, non faciunt litem suam, vt eius dispendia præstent, nec pœna criminalis venit infligenda, de qua *in d.l.*2. cum similibus, quæ de malè iudicantibus solùm loquuntur, atque ita factum positiuum exigunt, vt comprobat idem Barbos. *n.*74. *vbi suprà*.

6 Contrariam tamen sententiam affirmatiuam, quòd iudex negligens facere iustitiam pœnam suspensionis Canonicam incurrat, tenuit Dec. *hîc n.*18. *cum seqq.* & est glos. notabilis *verbo neglexerit, in c.excommunicamus*, §.*moueantur*, *de hæreticis*, dum probat excommunicari iudicem, qui iustitiam partibus administrare negligit, recepta ex Clar. & aliis, de quibus Menoch. *d. casu* 341. *in principio*, & quòd iudex negligens facere iustitiam litem suam faciat tenuit gl. *vlt. in cap. hoc etiam*, 2.*q.*6. *glos.vlt.in c. Dominus* 23.*q.*2. quas communiter receptas testatur, & sequitur Menoch. *casu* 341. immo iudicem requisitum si negligat iustitiam facere durius puniri, quàm malè iudicantem, resoluit Alex *in l.*4. *ff.de damno infecto*, Auend. *respons.*11. *n.*7. & criminaliter etiam puniri iudicem, qui renuit audire partes, ex Bald. notat Valasc. *de consult.*26. *in fine*.

7 Quas quidem contrarias sententias sub distinctione esse componendas probabilius duxi, itavt prima negatiua procedat in pura omissione, posterior verò affirmatiua, quando omissio, seu negligentia habet factum admixtum, quod est casus huius text. nam si diligentiùs eius litera inspiciatur, in eo non solùm proponitur negligentia iudicis in omittendo, sed magis sonare videtur in eam, quæ factum habet admixtum, vt deducitur ex vltimis verbis huius text. ibi, *scriptis authenticis obuiare minimè timeatis*, quasi per hæc explicentur præcedentia, & iustitiam non facere, & priuilegia non respicere, vt antea dixerat, non fuerat solummodò negligendo, sed actum, & positiuè obuiando, seu resistendo, ne priuilegia seruentur. Vnde casus huius text. figurari potest in iudice, cui priuilegia Apostolica exhibentur, eaque contemnit, vel quia in totum ea legere, aut inspicere recusans, vel quia eorum formam, & tenorem non seruans priuilegiatis grauamen infert, eos cogendo secundùm iuris communis regulas id præstare, à quo Apostolicis priuilegiis erant exempti, quod quidem negligentiæ genus, quando non manet in puris terminis negligentiæ, sed in factum resoluitur, eique admixta est, puniri pœna æstimationis litis, atque aliis, de quibus *suprà* apud omnes compertum est.

8 Plures alias declarationes circa pœnas ciuiles, & criminales iudicis negligentis facere iustitiam prosequitur latè Farin. *d. q.*111. *à n.*396. vbi *à n.*435. multa prosequitur circa pœnas iudicis per imperitiam malè iudicantis, & ex *n.*71. circa pœnam Canonicam suspensionis, de qua *in d.c.*1. *de re iudicata lib.*6. quam obseruabis Episcopos, de quibus noster text. agit, non incurrere ex ratione text. *in c.quia periculosum*, *de sententia excommunic. lib.*5. vt post glos. *in eodem c.*1. & Nauar. *d. c.*27. *n.*157. obseruat Sayr. *de censuris lib.*4. *c.*13. *n.*3. *vers. primum est*.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Excommunicatorum corpora, si in Ecclesiis, aut cœmeteriis à priuilegiatis sepeliantur, exhumanda sunt, & extra eiicienda.*
3 *Excommunicatum sepeliens quare excommunicationem incurrat, ostenditur.*
4 *Prohibitio, & præceptum Ecclesiasticum non sepeliendi excommunicatum in loco sacro, quare introducta, ostenditur.*
5 *Mortui an possint excommunicari discutitur.*
6 *Cœmeterium vnde, & quibus modis dicatur, remissiuè.*
7 *Cœmeterij nomine, in quo excommunicatis denegatur sepultura, continetur quicunque locus sacer, etiam inter ipsam Ecclesiam.*
8 *Ratio eadem est, idémque ius de re aucta, & de principali, quod augetur.*
9 *Excommunicatus potest sepeliri in ea parte, quæ sine Episcopi auctoritate aucta fuit cœmeterio.*
10 *Communicans cum excommunicatis defunctis excommunicationem incurrit minorem, si scienter verò maiorem.*
11 *Excommunicatorum ossa in Ecclesia, vel loco sacro sepulta eiicienda sunt ab eo, si à non excommunicatis distingui possint, aliàs non.*
12 *Excommunicati, qui cum signis pœnitentiæ decesserint, & absolutionem dum viuerent, petierunt, sed morte præuenti absoluti non sunt, an Ecclesiastica sepultura priuandi sint, ostenditur.*
13 *Absolutio excommunicationis præstita in foro Conscientiæ non sufficit ad hoc, vt excommunicatus possit sepeliri in loco sacro.*

Cap. Adhæc. V.

PRiuilegiati non possunt sepelire excommunicatos 1
in cœmeteriis, sed si admittant, debent eos adiicere, & si nolunt facere, Episcopus exequatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Dec. Viu. *in ration. lib.*5. *iuris Pontif. pag.*196. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*713. remissiuè Ximen. *in concord. p.*2. refertur ab Anton. August. *collect.*1. *Decretal. lib.*5. *tit.*28. *cap.*6. *part.*31. *cap.*5.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Nauar. 2
*in manual. c.*27. *num.*23. *vers.*17. *& consil.*4. *num.*1. *de sepulturis*, Vgol. *de censur. tabul.*2. *c.*9. §.5. *&* 6. Tolet. *in instructorio Sacerdotum*, *lib.*1. *c.*13. *num.*10. Henr. *in summ. lib.*13. *cap.*11. §.3. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.*3. *quæst.*61. *art.*1. *vers.*6. Soar. *tom.*5. *disput.*11. *sect.*4. Sayr. *de censuris*, *lib.*2. *c.*4. *n.*10. *cum seqq.* Auil. *eodem tract. part.*2. *cap.*6. *disp.*4. *dub.*8. Bonacin. *eodem tract. disp.*2. *q.*2. *punct.*3. §.3. qui omnes huius prohibitionis rationem afferunt ex text. *in d. cap. sacris*, ibi, *quibus non communicamus viuis*, *non communicamus defunctis*, quam etiam expressérat Alex. III. in integra huius text. his verbis: *Quoniam graue sit eis in morte communicare, quos dum viuerent, Ecclesia à suo sinu pro suis excessibus segregauit*, & deducitur ex text. *in cap.*1. *cum seqq.* 24. *quæst.*2. & ex iure Ciuili comprobatur eleganti simili-

litudine ex *l.2.ff.de cadaueribus punitorum*, dum decidit cadauera eorum, qui in insulam deportabantur, vel relegabantur, non posse post mortem inde in ciuitatem transferri, sed post mortem manere pœnam, explicat post alios Couar. *lib.2.variar.c.1.n.11.* indéque notauit Bart. eum, cui in ciuitate morati interdicitur, post mortem ad sepulturam in ciuitatem reduci non posse, pluraque alia infert Dec. *hic n.*18. ergo cùm excommunicatis prohibitus sit ingressus Ecclesiæ, & quælibet communio cum fidelibus, meritò post mortem illis sepultura in Ecclesia denegatur.

3 Neque obstant rationes, quibus Host. *hic* contendebat nullam excommunicationem incurrere sepelientem excommunicatos maiori excommunicatione, vel aliter eis communicantes defunctis, eo quòd prohibitio excommunicationis solum vetat ne cum homine excommunicato communicemus, quæ subinde communicantem cum mortuo non comprehendit, quia mortuus homo non est homo, homo enim ex coniunctione animæ, & corporis subsistit, vt explicat Innocent. III. *in cap.in quadam, vers. sed aduersus, de celebratione Missarum*, iuncta *Clemen.1. §. porrò, de summa Trinitate*, ex Aristot. S. Augustin. & S. Thom. explicat Nauar. *in manuali prælud.1. n.11.* Anton. Gomez *tom.3. variarum cap.3.num.32.* nec etiam in mortuo considerari potest finis præcipuus excommunicationis, vt excommunicatus rubore suffusus resipiscat, iuxta *cap.pia, de sentent.excommunicat. lib.6.* Non, inquam, obstant huiusmodi rationes, quia respondetur non esse inconueniens, quòd propter culpam viuentis pœna maneat post mortem continuatiuè, ita vt si semel viuentem cœpit afficere, duret in cadauere, formaliter decidit text. *in d.l.2. ff. de cadaueribus punitorum*, & videmus in iis, qui pœna mortis puniuntur, & deinde in partes secantur, vel comburuntur, aut bestiis obiiciuntur, vt probat text. *in l.capitali, §. famosos, ff. de pœnis*, & prosequitur Tiraquel. *de pœnis temperandis cauſ. 49. n. 42.* quod multò magis conuenit priuationi sepulturæ, quæ corporum mortuorum propria est, ac subinde mirum videri non debet, si Ecclesia mortuos eius vsu priuet, nam viuentes ad talem sepulturam, dum in excommunicatione manent, ius non habuerunt; ergo nec post mortem illud habere dicendum est, vt benè considerat Soar. *d.sect.4.num.2. ad finem.*

4 Deinde quoad nostrum propositum meliùs respondetur prohibitionem hanc, & præceptum Ecclesiasticum non sepeliendi excommunicatum in loco sacro, non propriè dirigi in corpus ipsum, seu cadauer defuncti, sed in fideles viuentes, iuxta generale Apostolorum præceptum, quod non solùm in excommunicatos dirigitur, ne communicent cum fidelibus, sed etiam in ipsos fideles, ne communicent cum excommunicato, *cap.sicut Apostoli, cum seqq.11. quæst.3.* Nec de potestate est dubitandum iuxta plenissimam illam Christi Domini concessionem, *quodcumque ligaueris*, &c. Nec etiam de voluntate, quæ manifesta est ex illa ratione, quam Summi Pontifices exprimunt in integra huius text. *& in d. cap. sacris*, cui non communicamus viuo, nec communicemus defuncto. Nec huiusmodi responsionem in aliquo infringit text. *in cap. si quis Episcopus, de hæreticis, & cap.sanè 2.24.quæst.2.*

5 *cum similibus*, quibus probari videtur mortuos excommunicari posse, quia respondendum erit in illis iuribus excommunicationem propriè, & directè non proferri in mortuos, sed viuis Ecclesiam imperare, ne communicent cum illis, quos constat in excommunicatione decessisse, non faciendo pro eis suffragia, vel sepulturæ tradendo. Qua etiam ratione Ecclesia excommunicatos mortuos absoluit, iuxta text. *in cap. à nobis 28. verbo nec obstat*, *de sententia excommunicationis*, non quòd directè in eos exerceat iurisdictionem, quæ ad absoluendum necessaria est, iuxta regulam *cap. verbum, de pœnit. distinct.1.* quæ videtur deficere respectu mortuorum, iuxta rationem, de qua Pontifex in *eodem cap. à nobis*, quia Christus Dominus Ecclesiæ dedit potestatem super terram, iuxta prædictam auctoritatem, *quodcunque ligaueris super terram*, &c. Non autem in sepultos sub terra: sed quia per huiusmodi absolutionem vinis facultatem facit communicandi cum excommunicatis, qui in excommunicatione decesserunt, vt pro eis preces fundere, & suffragia facere possint, vel etiam sepulturæ mandare, vt bene explicant Castr. *de iusta hæreticorum punitione, lib.2. cap.27. ad finem.* Couar. *in cap. alma, p.1. §.11.num.8.* Nauar. *in manuali cap.27.num.171.* Soar. *disp.6. sect.1. num.3.* Sayr. *lib.1. cap.8. à num.8.* Ad illud autem, quòd in mortuis cessat ratio, & finis censuræ, siue excommunicationis, vt excommunicatus rubore suffusus resipiscat, bene respondet Vgol. *tab.2. de censuris, cap.23. §.12.num.2. vers. postremo*, non esse hanc solam rationem, & finem excommunicationis, sed etiam alios, illumque præcipuè, vt censura Ecclesiastica timeatur, vt expressit text. *in d.cap.pia, in principio*, quæ licet vna ex pluribus rationibus deficiat, non cessat dispositio, iuxta regulam text. *in §. affinitatis, Instit. de nuptiis*, respondetur etiam finem illum correctionis aliquo modo respectu mortui considerari posse, si enim intelligatur effectum excommunicationis etiam post mortem perdurare, faciliùs conuerteur viuens ad pœnitentiam.

Cœmeteriis.] Varias Etymologias huius nominis, & vtrùm cœmeterium dicendum sit, tradunt DD. post gloss. *eodem verbo in d. cap. sacris, de sepult.* Durand. *rationali diuinorum, lib.1. c.5.* Spin. *in speculo testamentorum gloss.2. princ. num.33.* latè Durant. *de ritibus Ecclesiæ, lib.1. c.23.* Quibus omissis dic cœmeterium dici locum mortuorum sepulturæ destinatum auctoritate Episcopi benedictum, iuxta formam text. *in cap. nona Ecclesiam, de consecr. distinct.1.* cum aliis, quæ ex Innoc. & Gregor. Turonen. explicat Durant. *d.cap.23. num.5.* indéque intelliges in hac materia nomine cœmeterij, in quo excommunicatis denegatur sepultura, contineri quemcunque locum sacrum, etiam intra ipsam Ecclesiam, vt benè notant Card. *in Clement. 1. n.10. de sepult.* vel locum, in quo Missæ dici consueuerunt, vt explicat Soar. *d.tom.5. disput.12. sect.4. n.6.* cœmeterij autem frequenter in iure nostro fit mentio quoad hunc effectum, quia olim regulariter intra Ecclesiam sepultura non concedebatur, nisi Episcopi, aut aliis personis insignibus, iuxta text. *in cap. milus 13.q.2.*

In illa autem quæstione, vtrùm si cœmeterium sit auctum sine Episcopi auctoritate in ea parte aucta possit excommunicatus sepeliri, Doctores non satis conueniunt. Pro parte negatiua facit vulgaris regula, quòd eadem est ratio, idemque ius de re aucta, & de principali, quod augetur, *l. etiam, ff. soluto matrim.* cum similibus, de quibus Albert. Brun. *in tract. de augmento, q.9.* Mantu. *lib.1. obsern.49.* & alij de quibus Alphan. *collect.448.* & post Tiraquell. & multos alios Garc. *reg.302.* quibus adde D. Barbos. *in rubric. ff. soluto Matrimon. part.3. num.66.* vnde ad nostrum propositum inferebat Guillelm. de Monte Laud. relatus a Card. *in d. Clem.1. num.11.* agens specificè de clamito, quod de nouo additum est clausiro religiosorum. Sed contrariam sententiam meliùs tenent alij, quos refert, & sequitur Card. *d.num.1.* & *ibi* Anchar. *num.4.* quos etiam sequutus est Vgol. *tab.2. de censuris, cap.9. §.5. vers. postremò*; & ratio est, quia argumentum illud de

de augmento, quod sequatur naturam principalis, quod auctum est, procedit quando in vtroque eadem est ratio, non ita si diuersa detur inter vtrumque, iuxta regulam *l. Papinianus exuli ff. de minoribus*, quæ in hoc proposito manifestissima apparet, nam vt cœmeterium sit, & sepultura Ecclesiastica dicatur, necessarium est, quòd locus auctoritate Episcopi destinatus sit ad mortuorum sepulturam, cum speciali benedictione, quam solemnitatem supponimus deficere in hac parte cœmeterij, quæ aucta est, & in simili de re aucta bonis maioratuum, si expressè habita non sit cum eadem qualitate maioratus, benè explicat Molin. *de primogen. lib. 1. c. 2. n. 3. & 4.*

10 In glos. *Sepelierint.* ibi, *communicando eis, qui morte inciderant in excommunicationem.* Notatur ad hoc, quòd communicans cum excommunicatis defunctis, excommunicationem incurrit, scilicet minorem, glossam sequuntur post Ioan. Andr. Abb. *n. 2.* & alij communiter, teste Dec. *hic à n. 18.* exemplum proponentes in vestiente, lauante, aut associante excommunicatum maiori excommunicatione defunctum, his enim modis verè ei communicare dicuntur, resoluunt hoc ipsum Card *d. Clem. 1. n. 19. de sepult.* testantur communem, & latè tuentur Vgol. *tab. 2. de censuris c. 23. §. 12. n. 2.* Soar. *d. tom. 5. disp. 12. sect. 4. n. 8.* & post Nauar. Auil. *d. p. 2. c. 6. disp. 4. dub. 8. conel. 2. & disp. 10. n. 3.* Sayr. *lib. 3. c. 13. n. 12.* Bonacin. *de censuris disp. 2. q. 2. punct. 3. §. 3. n. 8.* qui aduertunt iam nouiori iure *in d. Clem. 1.* hanc pœnam auctam, & minorem excommunicationem in maiorem esse commutatam contra eos, qui scienter excommunicatum vitandum in loco sacro sepelierint, quæ pœna *d. Clem.* vt locum habeat multa requiruntur, quæ commemorant *suprà* citati DD. Vtrùm autem sepeliens excommunicatum vitandum non solùm incurrat maiorem excommunicationem relatam *in d. Clem. 1.* verùm etiam minorem, quam communiter incurrunt participantes cum excommunicato vitando, in quo dubio pars negatiua verior est, quia minor excommunicatio iam videtur commutata in maiorem, & nulla necessitas cogit multiplicare censuras, ita Soar. *d. tom. 5. disp. 12. sect. 2. n. 15.* Bonac. *d. §. 3. n. 9.* quamvis incurrere etiam minorem excommunicationem asserant Nauar. *in manual. c. 27. n. 37.* Auil. *disp. 4. dub. 8.*

11 In glos. *eiiciant*, vlt. ibi, *si potuerint discerni ossa eorum ab ossibus aliorum, alias non.* Hinc nota conclusionem principalem huius text. procedere, quando ossa excommunicatorum à non excommunicatis distingui, aut discerni possunt, quod si ita fieri non potest, non debent exhumari, ne fortè contingat, vt cum excommunicatorum ossibus ossa fidelium extumulentur, vt expressit text. *in d. cap. sacris*, notant omnes *ibi*, Vgol. *d. c. 9. §. 1. vers. 5.* Soar. *disp. 12. sect. 4. n. 4.*

12 In ead. glos. ibi, *& nisi fortè tales fuerint*, &c. Notatur ad hoc, quòd excommunicati, qui cum signis pœnitentiæ decesserunt, & absolutionem, dum viuerent, petierunt, sed morte præuenti absoluti non sunt, Ecclesiastica sepultura priuandi non sunt, vt ex Innoc. & Marian. Socin. receptum comprobat Vgol. *dict. tab. 2. c. 9. §. 5. vers. 5.* Sayr. *de censuris lib. 2. c. 4. n. 13.* Contrarium tamen videbantur concludere generalia principia supraposita, quòd non communicamus mortuis, quibus viuentes communicare non possumus, sed per se manifestum est, & apud omnes vbique receptum viuentibus excommunicatis, quamvis ostendant signa pœnitentiæ, antequam absoluantur, communicandum non esse, vt satis deducitur ex *d. cap. à nobis 28. vers. nos igitur, de sententia excommunicat.* ergo etiam mortuis, qui ante absolutionem decesserunt, quamvis signa pœnitentiæ ostenderint, sepultura Ecclesiastica danda non est, nec quoad suffragia eis est communicandum, vt expressè probat text. *in d. cap. à nobis*, in principali decis. quæ habetur *in vers. vnde*, indeque ad sepulturam, in qua eadem est ratio, ex dictis refert Soar. *d. disp. 12. sect. 4. n. 3.* Quare aduerte in hoc art. de excommunicatis ante absolutionem cum signis pœnitentiæ decedentibus, de duobus posse dubitari. Primò an licitè possint sepeliri in Ecclesia, aut cœmeterio. Secundò an sepulti inde sint eiiciendi. Primo casu certum est, quòd licitè in loco cœmeteriato sepeliri non possint, vt euincit ratio facta contra doctrinam huius glos. in secundo verò casu resoluendum est cum glos. *in præsenti*, cui similis pœna *in d. cap. sacris*, quod sepulti non debent inde eiici, sed potiùs, & statim, & quamprimum potuerint, debent absolui, iuxta *d. cap. à nobis*, atque ita rectè stat quoad hunc effectum resolutio huius glos. ac per consequens limitatio ad text. *in præsenti*, quòd sepulti in cœmeterio inde non eiiciantur, non verò ad aliam regulam, quòd in cœmeterio non sepeliantur, vt benè distinguunt Soar. & Sayr. *dictis locis.*

Vtrùm autem in hoc proposito sufficiat absolutio excommunicationis præstita in foro Conscientiæ, quæstio est non leuis inter scribentes, in qua partem affirmatiuam arg. text. *in cap. vlt. de sepult.* tuetur Capell. Tholos. *decis. 368.* vbi sic obseruari vidisse testatur, sequitur Vgol. *d. c. 9. §. 5. vers. his igitur rationibus*, ratione confirmans, quia cessante causa cessat effectus, *cap. cum cessante, de appellation. cum similibus*; cùm ergo causa, propter quam excommunicatis denegatur Ecclesiastica sepultura, sit ipsa excommunicatio, & ea per absolutionem tollatur etiam in foro interiori præstitam, rectè sequitur sic absolutis sepulturam Ecclesiasticam denegandam non esse. Sed melius contrariam sententiam, cùm hic casus sua tempestate sæpè numero accidisset, se obseruari vidisse testatur, & sequitur Aufr. *ad Capel. vbi suprà*, eaque ratione factum putat, quia si contraria sententia Capel. obseruaretur, creditores difficilius debitum suum consequerentur, & Ecclesiastica censura minus timeretur, sed magis vrget, quia absolutio præstita in interiori foro pœnitentiæ quoad effectus exteriores nullum operatur effectum, sed proinde habetur quoad illos, ac si præstita non esset, ex resolutis per Nauar. *in manuali c. 27. n. 278. ad finem, & conf. 5. sub hoc tit. in antiquis, & conf. 4. à n. 8. sub tit. de iudiciis, in nouis*, Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. q. 61.* Soar. *de legibus lib. 8. c. 6. à n. 11.* & in spurio legitimato, seu dispensato pro foro Conscientiæ disputat Sanch. *de Matrimonio lib. 8. disp. 34. à n. 43. & 49.* cùm ergo vsus Ecclesiasticæ sepulturæ ad forum exteriorem pertineat, minimè quoad hunc effectum prodesse potest absolutio præstita in foro interiori pœnitentiæ, & vide, quæ pro eadem resolutione notabiliter tradit Nauar. *conf. 4. num. 1. sub tit. de sepult.* 13

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Ecclesia præscribitur spatio triginta annorum*

2 *Priuilegium, quòd Religiosi, seu Monasteria habent de decimis non soluendis, præscribitur tempore triginta annorum.*

3 *Declarantur, & conciliantur text. in præsenti*, & in cap. accedentibus 15. hoc tit. *& n. 4. 5. 6. & 7.*

8 *Priuilegia in eo valent, & tenent, in quo vsitata, & obseruata fuerint.*

9 *Iuri suo renuntiare vnicuique liberum est.*

Cap. Si de terra. VI.

1 CONtra priuilegium Ecclesiæ præscribitur spatio triginta annorum, quia videtur in tanto tempore renuntiare suo iuri. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Dec. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 96.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 713.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 28. c. 9.* & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p. 38. c. 4.*

2 *Per triginta annos decimas persoluistis.*] Probare videtur text. *in præsenti* tempus triginta annorum sufficere, vt præscribatur priuilegium, quod Religiosi, seu Monasteria habent de decimis non soluendis; sed obstat ex diametro text. *in cap. accedentibus, 15. hoc tit.* vbi in eadem specie, eisdémque terminis priuilegij de non soluendis decimis requirit text. tempus quadraginta annorum, & confirmatur ex generali regula text. *in cap. de quarta, & in cap. illud, & in cap. ad aures, & per totum, de præscript.* vbi in omnibus præscriptionibus contra quascunque Ecclesias, etiam inferiores sola quadragenaria admittitur, non verò minoris temporis præscriptio.

3 Quare communis distinguit inter antiquum ius, & nouum, itavt text. *in præsenti* procedat attento iure antiquo, quo præscriptio triginta annorum satis erat contra Ecclesias, & Monasteria iuxta text. *in c. 1. cum seqq. 16. q. 3.* at verò text. *in d. cap. accedentibus*, procedit secundùm ius nouum *in d. cap. de quarta, cum similibus*, in quibus abrogata præscriptione triginta annorum constitutum est vt solùm quadragenaria contra Ecclesias admittatur, vt habetur in summario huius text. notat Abb. *in d. cap. accedentib. n. 4. ad finem*, Felin. *in cap. cùm accessissent, n. 99. vers. & hinc est, de constit.* Conuincitur tamen huiusmodi intellectus, quia ante Alexand. III. huius text. auctorem abrogata illa tricennali præscriptione quadragenaria contra Ecclesias constituta est à Gregor. I. & aliis Pontificibus antiquis, vt Vrban. II. ex eodem B. Gregor. refert *in c. 1. cum seqq. 16. q. 4.* à Iustiniano enim Imp. iam antea huiusmodi præscriptio Ecclesiis erat concessa *in auth. hac constitutio innouat. & in cap. de Ecclesiast. titul. §. pro temporalibus*, explicat latè Couar. *in reg. possessor. p. 2. §. 2. à princip.*

4 Vnde *gloss. 1. ad medium, in d. c. accedentibus*, respondet *ibi* quadraginta annorum fieri mentionem; at verò in nostro text. solummodo triginta, quia in casu vtriusque decisionis ita accidit, quia scilicet hic vsus contrarius priuilegio per triginta annos allegabatur, illic verò per quadraginta, cum autem text. principaliter supponere voluerit per contrarium vsum priuilegium amitti, & quæstionem circa tempus non decidat principaliter, supponendi sunt termini habiles ex aliis principiis in materia præscriptionum, iuxta reg. text. *in l. qui testamento, ff. de testam. & in l. item veniunt, §. aptanda, ff. de petitione hared.* Sed huiusmodi intellectus minimè difficultatem resoluit, neque explicat an, & quando vnus actus sufficiat contrauentionis, vel vtrùm triginta, aut quadraginta anni sint necessarij, vt amittatur, seu præscribatur priuilegium, quod si dicamus ex principiis generalibus quadraginta annos requiri, iuxta *d. cap. de quarta*, cum similibus, non explicat quare triginta annorum tempus in hoc text. sufficiat.

Quibus, & aliis intellectibus omissis, sciendum est priuilegium dupliciter posse amitti, vel per modum, & viam præscriptionis, vel per viam tacitæ renuntiationis ex non vsu; de primo modo agit *d. cap. accedentibus*, id est, de vera, & propria præscriptione, ideóque, vt per eam Monasterium amittat suum priuilegium, quadraginta annos requirit, iuxta generalem regulam text. *in d. cap. de quarta*, cum similibus, de secundo verò modo agitur in hoc text. id est, de tacita amissione priuilegij per modum tacitæ renuntiationis, quæ deducitur ex non vsu, seu magis contrario vsu eiusdem priuilegiarij, & ideo meritò non exigit tempus præscriptionibus necessarium, vt dicit Pontifex significat, ibi: *Priuilegio tamen indulto tanto tempore vobis detrahere voluistis*, atque ita interpretatur Innocent. *in d. c. accedentibus, in secundo intellectu*, Goffred. & alij antiquiores, de quibus Ioan. Andr. & Innocent. *in præsenti*: potest autem pro vtriusque decisionis differentia considerari quòd in hoc text. Cistercienses per triginta annos contra formam sui priuilegij decimas persoluerunt Canonicis, ad quos de iure communi pertinebant, & ideò ex parte Canonicorum, vt sibi ius earum decimarum acquireret, nulla erat præscriptio necessaria, sed sufficiebat, quòd priuilegium cessaret per renuntiationem, vel amissionem, vel alium quemcunque modum, vt eo cessante secundùm ius commune decimæ remaneant penes Ecclesiam parochialem, iuxta regulam text. *in cap. vlt. de Parochiis*, cum similibus, de quibus Mant. *dialog. 3.* At verò *in d. c. accedentibus*, Templarij per quadraginta annos persoluerunt decimas contra suum priuilegium Monachis quibusdam, ad quos de iure communi non pertinebant, & ideò, vt eas Monachi acquirere, & exigere possent, non sufficiebat renuntiatio Templariorum, seu amissio ex parte ipsorum, sed necessaria fuit præscriptio legitima, & completa, ut quam contra ius commune eas acquirant; plane verò est compleram non esse præscriptionem contra Ecclesias minori spatio, quam quadraginta annorum, iuxta *d. cap. de quarta*, cum similibus. Verùm adhuc contra huiusmodi intellectum obstat ratio, quam reddit text. *in eod. cap. accedentibus*, ibi, *cùm enim tam tempore contra indulta priuilegia decimas soluerunt, vt renuntiasse tacite præsumuntur*, quæ verba apertè videntur significare decisionem Pontificis non fundari in præscriptione, seu possessione Monachorum, sed solùm in renuntiatione priuilegij resultante ex non vsu ipsorum Templariorum, quibus competebat; sed facilè dissoluitur si diligentiùs vtriusque text. verba videantur, in hoc enim solummodo Pontifex expedit non vsum, seu contrarium vsum priuilegiorum, patet ibi, *per triginta annos eis decimas persoluistis*, & deinde in ratione solùm expendit tacitam renuntiationem eorundem, ibi, *verbis detrahere voluistis*: at verò *in d. cap. accedentibus*, principaliter expendit vsum, & possessionem Monasterij contra priuilegiarios recipiendo ab eis decimas, patet in principio, ibi, *dum quietè possederunt*, & ibi, *per quadraginta annos & amplius pacificè possedissent*, & in decisione ibi, *decimas de terris prædictis per quadraginta annos continuè percepterint*, quæ omnia apertè significant respexisse Pontificem principaliter vsum, & possessionem Monachorum percipientium decimas à Templariis contra formam sui priuilegij, atque ita veram, & propriam præscriptionem ex parte Monasterij possidentis, quamvis etiam in ratione expendat tacitam renuntiationem priuilegiatorum, qui tanto tempore decimas pacificè persoluentes, priuilegio, quo ab illis soluendis exempti erant, videntur renuntiasse, in consequentiam scilicet possessionis pacificæ, & iuris per eam Monachis prescribentibus acquisiti, vt regulare est in quacumque præscriptione, iuxta regulam text. *in l. alienationis, ff. de verbor. signific.*

Ca

6 Cur autem text. *in præsenti, & in d. cap. accedentibus*, vltra vsum contrarium priuilegio requirat tempus triginta annorum, vel quadragenariam præscriptionem secundum intellectum suprapositum, cùm vnicus actus contrauentionis priuilegio contrarius factus à priuilegiariis scientibus sufficere videatur ad priuilegium amittendum, iuxta text. *in d. cap. accessissent?* vide *ibi* dicta per me *n.* 6. & modò adde expeditum non esse in iure, quodnam tempus sufficiat, aut necessarium sit vt priuilegiatus per non vsum, aut contrarium vsum priuilegio suo renuntiare videatur; licèt enim *suprà* resolutum sit ad præscriptionem contra formam priuilegij ex possessione, & vsu aduersarij insurgentem requiri, & necessarium esse tempus, quod in aliis præscriptionibus leges requirunt, atque ideò quadraginta annos contra Ecclesias, & secundùm verum intellectum huius text. Pontifex contentus sit spatio triginta annorum, vt priuilegiatus non vtens priuilegio, sed decimas soluens contra ipsius formam ei renuntiare videatur; adhuc tamen non constat, an huiusmodi tempus triginta annorum sufficiat, & necessariò requiratur, communis resoluit ad hunc effectum idem tempus requiri, quod in aliis præscriptionibus necessarium est secundùm qualitatem personarum, contra quas præscribit, atque ita decem annos inter priuatos præsentes, & viginti inter eosdem absentes, iuxta *l.* 1. *ff. de nundinis*, contra Ecclesias verò triginta annos esse necessarios iuxta *d. cap. accedentibus*, ita post Abb. & alios comprobant Gail. *lib.* 2. *obseru.* 60. *num.* 1. Balb. *de præscript.* 5. *part.* 5. *princ. q.* 4. Padil. *in l. falsò. n.* 3. *C. de diuersis rescriptis*, Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsump.* 41. *n.* 16. Mastril. *Siciliæ decis.* 96. *n.* 1. *p.* 1. Soar. *de legibus, lib.* 8. *c.* 34. *n.* 19. *& c.* 35. *n.* 19. *cum seqq.* Sed tota remanet difficultas circa literam huius text. in quo ad præsentem effectum dixi considerasse Pontificem tempus triginta annorum reiecta differentia inter ius Canonicum, & antiquum. Quare ea retenta resolutione occurrit Soar. *d. cap.* 35. *num.* 21. quòd licèt Alexand. III. in aliis præscriptionibus tempus quadraginta annorum contra Ecclesias necessarium esse voluerit, in hac tamen, quando agitur de amittendo priuilegio ex vi tacitæ renuntiationis ex tempore insurgentis minori tempore fuit contentus, quia eam non considerat, vt puram præscriptionem, sed vt coniunctam voluntariæ renuntiationi, per quam res deducitur ad ius commune, & ideò fauorabilis est. Addit deinde Innoc. III. *in d. cap. accedentibus*, regulam illam de tempore quadraginta annorum in præscriptionibus contra Ecclesias necessariò extendisse ad casum istum, quando agitur de priuilegio per non vsum, vel contrarium vsum amittendo.

7 Verùm huiusmodi resolutio Soar. salua tanti Præceptoris pace, minimè resoluit difficultatem, incidit enim in aliam, quam improbani, quòd scilicet huius text. decisio quoad tempus abrogata sit per *dict. cap. accedentibus*, quod non est Innoc. III. vt ipse inaduertenter ait, sed eiusdem Alex. III. huius text. auctoris. Quare adhærendo prædicto intellectui, quod text. *in præsenti*, agit de renuntiatione tacita collecta ex temporis diuturnitate, text. verò *in d. cap. accedentibus*, de vera præscriptione, respondendum existimo ad difficultatem in his terminis etiam contra Ecclesias triginta, vel quadraginta annos necessarios non esse, neque Pontificem illos requirere, vt necessarios, & sine quibus renuntiatio illa tacita non præsumeretur, sed solùm decidere, quòd si Canonici ad quorum Parochiam decimæ pertinebant, probauerint per triginta annos illos ab ipsis Religiosis recepisse, non prodest Religiosis priuilegium in contrarium, neque illo se possunt tueri, quia eidem videntur tacitè renuntiasse, neque inde efficax deduci potest argumentum, quòd si tempus decem, vel triginta annorum proponeretur, contrarium Pontifex responderet, imo ex solo priuilegij non vsu, vel contrario vsu per longum tempus eandem præsumptionem procedere tam in priuatis, quàm etiam in Ecclesiis deducitur ex communi sententia Doctorum, qua tradunt præsumptionem, quæ ex longi temporis decem annorum præstationibus deducitur, & alia secundùm quam ex eodem spatio omnia præsumuntur acta solemniter, iuxta reg. *l. cùm de in rem verso, in princip. ff. de vsuris, & in l. si filiusfamil. C. de petit. hæreditatis*, cum similibus, de quibus Gabr. *commun. tit. de præsumpt. concl.* 1. pariter procedere contra Ecclesias, vt communem comprobat multis adductis idem Gabr. *ibi n.* 3. & suadetur ex ratione, quam adducit idem Soar. *d. c.* 34. *n.* 18. *& n.* 24. quòd priuilegia hæc à principio conceduntur sub tacita conditione, vt per non vsum amittantur, quæ ratio pariter procedit in Ecclesiis. Vtrum autem in casibus, in quibus priuilegia per non vsum amittuntur, hoc procedat tantùm in foro exteriori, an etiam in interiori conscientiæ, quæstio est, quam à nemine tractatam se vidisse ait latè disputans Soar. *d. c.* 34. *n.* 25. in qua breuiter est resoluendum nullam habere dubitationem, quando amittuntur per viam præscriptionis, hæc enim sine dubio præscribentem tutum reddit in conscientia, ex iis, quæ plenè resoluunt Doctores *in rub. de præscript.* vbi autem amittuntur per modum tacitæ renuntiationis, etiam ex dictis sequitur licitè amitti in foro conscientiæ, dixi enim à principio concedi à Principe sub tacita conditione, vt non vtendo per longum tempus amittantur, quæ ratio etiam concludit respectu fori conscientiæ.

Notatur communiter hic text. ad hoc quòd priui- 8
legia in eo valent & tenent, in quo obseruata & vsitata fuerunt, vt per Molin. *de primogen. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 71. Bobadil. *in sua politica, lib.* 5. *c.* 10. *n.* 10. Garc. Girond. *de priuileg. explicat. n.* 165.

Cùm liberum sit vnicuique iuri suo renuntiare.] Con- 9
sonat text. *in l. si iudex* 42. *ff. de minorib. l. vlt. §. pen. ff. ad Velleian. l. si quis in conscribendo, C. de Episcopis & Clericis, l. penult. C. de pactis, cap. tuis, versic. nisi, de testibus*, multa ad hoc propositum cumulant Tiraq. *de iure primog. q.* 24. *à n.* 4. Socin. *reg.* 339. & alij de quibus Alphan. *collect.* 447. Card. Tusch. *tom.* 6. *lit. R, concl.* 170. *cum seqq.* D. Barbos. *in l. alia, §. eleganter, à n.* 12. *ff. solut. matrim.* Morla *in emporio iuris, p.* 1. *tit.* 10. *de locato. q.* 2. *n.* 12. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *cap.* 22. *q.* 10. & latè Soar. *de legib. lib.* 8. *c.* 33. Ego ipse *in tract. de Axiom. iuris vsufr. Axiom.* 135. *n.* 13. *&* 14.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia quantum valeant, & quomodo sint seruanda, cognoscetur ex tenore, vltra quem non est egrediendum.*

2 *Bona acquisita per priuilegiatos assumunt naturam priuilegiatorum.*

3 *Ius patronatus, quod à laico donatur Ecclesiæ, Ecclesiasticum censetur quoad omnes iuris effectus.*

4 *Bona, quæ antea laicorum erant, & ad Ecclesias peruenerunt, gaudent priuilegio exemptionis à tributis.*

5 *Priuilegium non præsumitur, sed ab eo, qui allegat probandum est.*

6 *Priuilegia, quæ in corpore iuris causa sunt, præsumuntur, & ideò ea priuilegiati ostendere non tenentur.*

7 *Priuilegij tenor attendendus est, nec de illo iudicandum, nisi ipsius tenore inspecto.*
8 *Investiturae tenor in feudis inspicitur.*
9 *Maioratus tenor diligenter inspiciendus, & seruandus.*
10 *Priuilegij tenor inspiciendus non solum quoad verba, sed etiam quoad mentem.*
11 *Priuilegium strictè est interpretandum, etiamsi concessum sit à Principe, qui legem condere posset.*
12 *Priuilegium non priuatis personis, sed tori Religioni concessum adhuc non est vt fauorabile interpretandum.*
13 *Priuilegia per quæ consuetudini, aut alteri priuilegio derogatur, fauorabilia sunt, & latissimam recipiunt interpretationem.*
14 *Declaratur text.* in cap. olim, de verb. significat.

Cap. Porrò. VII.

1 PRiuilegiorum tenor attendendus est, nec de illo iudicandum nisi ipsorum tenore inspecto, & secundùm continentiam eorum ab omnibus subditis suæ seruanda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Dec. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 196.* Aragona *in compend. iuris Canon. pag. 713.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Augustin. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 28. c. 10.*

2 *Non dubitamus*, &c.] Notatur ad hoc, quòd bona acquisita per priuilegiatos assumunt naturam priuilegiatorum, vt per Abb. & Dec. *notab. 2.* Socin. *n. 5. cum seqq.* & alios *hìc*, multisque rationibus, & similibus confirmantes, & in primis ex generali regul. quod ex mutatione personæ, & statu rei mutatur, vt pro regula tradit Iurisconsultus *in l. Paulus*, aliàs *procuratorem, ff. de acquirenda haredit.* ibi, *castrensia esse mutatione personæ desierunt*, cum similibus, quæ adducit Tiraq. *cessante causa. p. 1. n. 217.* & post Anchar. Card. Tusch.
3 *tom. 5. lit. M, concl. 436.* Vnde iuspatronatus, quod à laico donatur Ecclesiæ, Ecclesiasticum deinde censeri quoad omnes iuris effectus probat text. *in cap. vnic. §. 1. de iurepatron. lib. 6.* explicant Couar. *pract. c. 36. num. 5. vers. 2.* Cabed. *de patronatib. Regiæ Coronæ, cap. 3. num. 5.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 18. num. 5.* Nicol. Garc. *de benef. p. 1. c. 5. num. 559. cum seqq.* Quid autem de iurepatronatus Ecclesiastico in laicos titulo oneroso permutationis translato an censeatur Ecclesiasticum, vel potiùs laicale, dixi ad *cap. dilectus, num. vlt. de offic. legati.* Hinc etiam colligi potest quòd quamvis patronatibus Regiis non soleat Summus Pontifex derogare, hoc tamen non procedit in iis, quæ eiusdem Regis donatione ad Monasteria, vel Ecclesias deuenerunt, iam enim Ecclesiasticæ censentur, ac subinde illis applicati debet reg. text. *in cap. dilectus, de iurepatron.* & quæ de eius materia latè tradunt Felin. *in tract. quando literæ Apostolicæ*, & alij, de quibus Gonzal. *d. gloss. 18.*
4 *n. 2. cum seqq.* Nicol. Garc. *p. 5. c. 9. n. 208. cum seqq.* Hinc etiam bona, quæ antea laicorum erant, & ad Ecclesias peruenerunt, gaudere priuilegio exemptionis à tributis, & gabellis post Festaz. *d. collect.* ex *n. 437.* testatur Card. Tusch. *tom. 3. lit. E, concl. 13. à n. 41.* plenè Card. Alban. *in tract. de immunitate Ecclesiarum*, plenissimè Soar. *contra Anglicanæ sectæ errores, lib. 4. c. 20. n. 6. cum seqq.* quicquid distinguant, pluraque inuoluant Gutier. *pract. lib. 1. q. 2. num. 17.* & Cabed. *Lusit. decis. 64. p. 2.* ac Molin. *de Iustit. tract. 2. disp. 458. & disp. 662.*

5 *Quod totum ex inspectione priuilegiorum*, &c.] Ergo oportet ostendere, & inspicere priuilegium, nec alleganti creditur, ad quod quotidiè hunc text. allegari solitum ait Abb. *n. 2.* sequuntur Dec. & alij communiter *in præsenti*, & reliqui omnes, qui variis in locis scripserunt priuilegium non præsumi, sed ab eo, qui allegat probandum esse, vt prosequuntur Fulc. *de iurisdict. lib. 2. c. 18. à n. 3. & cap. 20. n. 6.* Card. Tusch. *tom. 6. lit. P, concl. 762.* Mascard. *de probat. concl. 1200. n. 37.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 14. n. 15.* optimè Cabed. *Lusit. decis. 93. n. 3. p. 2.* & ratione confirmatur, quia priuilegia facta sunt, nec præsumuntur, sed ab eo, qui allegat, debent probari, vt vulgo colligitur ex text. *in l. in bello, §. facta, ff. de captiuis*, qui tamen nihil probat, vt bene aduertit Alciat. *de præsumpt. p. 3. præs. 5. ad fin.* & fuerunt Mantic. *de coniect. vlt. vol. lib. 2. tit. 1. n. 4.* sed probatur *in l. quacumque, §. 1. ff. de publ. in rem actione, l. si emancipati, C. de collat.* cum aliis, quæ latè adducunt Menoch. & Mantic. *d. locis*, & alij relati ab Alph. *collect. 719.* quibus adde Garc. *reg. 384.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. I, concl. 10.*

Limitant autem DD. principalem nostri text. conclusionem non procedere in priuilegiis, quæ in corpore iuris clausa sunt, quia inquiunt esse notoria, & eorum scientiam præsumi, sicut ipsarum legum, iuxta *c. 1. de constit. in 6.* quare ea allegare priuilegiatos non teneri ex Felin. receptum testatur Mascard. *concl. 1179.* & in priuilegiis scholasticorum, de quibus *in authentica habita, C. ne filius pro patre*, Rebuff. *de priuileg. scholast. priuilegio 154. à n. 267.* Verùm aduerte, quòd licèt DD. rectè doceant huiusmodi priuilegiorum probationem necessariam non esse, falsò tamen scribunt eorum allegationem non requiri, nam contrarium eiusmodi receptissima doctrina, quod eorum, quæ notoria sunt, licèt probatio necessaria non sit, requiritur tamen allegatio, *l. si adulterium cum incestu, §. idem, ff. ad l. Iulian. de adulter. gloss. celebris, verb. causas in Clem. appellatum, de appellat.* quam latè explicat Felin. *in c. cum ordinem à n. 11. de rescriptis*, & est recepta ex multis, de quibus Marant. *de ordine iudiciorum, p. 6. c. de appellat. n. 11.* Menoch. *remed. 1. recuperanda, num. 165. & remed. 3. n. 264.* Bellon. *lib. 2. supput. c. 6.* Garc. *reg. 27.* Gutier. *de iuram. confirm. p. 1. c. 70. à n. 4.* & pro vera huius articuli resolutione consule D. Barbos. *in l. si quis ex aliena, n. 3. cum seqq. ff. de iudic.*

Priuilegiorum seruare tenorem.] Notatur ad hoc, quòd priuilegij tenor attendendus est, nec de illo iudicandum, nisi ipsius tenore inspecto, consonat text. *in cap. recepimus 8. & in cap. vlt. infra hoc tit.* notat Abb. Butr. Anchar. Dec. & Socin. *hìc*, & plures alij ex antiquioribus, quos refert Tiraq. *in l. si vnquam, verbo libertos, n. 3.* videndus *à n. 4.* Burg. de Pace *q. 2. n. 17.* Surd. *cons. 180. n. 31.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. compar. 19. num. 3.* Ego ipse *in tract. de Axiom. iuris vsufr. Axiom. 190. n. 7.* Sic in feudis tenor investituræ inspicitur, *c. 1. de diuis. fratr.* notant omnes præcitati, & ex aliis Pinel. *in l. 1. C. de bonis matern. p. 3. n. 84. in fine.* Menoch. *cons. 40. n. 3.* & tenor pacti *in l. sancimus, C. de fideiuss.* & *in l. ad probationem, C. d. probat.* cum aliis, de quibus Burg. *d. q. 2. n. 16.* Vnde maioratus tenorem diligenter inspiciendum, & seruandum, arg. text. *in l. cum ita, §. in fideicommissum, ff. de legat.* tenent Molin. *de primog. lib. 1. c. 2. n. 27.* & alij de quibus Burg. *d. q. 2. n. 12.* Castil. *verum quotid. lib. 2. c. 20. n. 4. cum seqq.* & deducitur ex generali reg. quòd cui verba non conueniunt, non conuenit dispositio, *l. 4. §. sciendum, ff. de damno infecto*, verba enim sunt signa mentis, & demonstrant voluntatem animi, *l. Labeo, §. idem Tubero, ff. de supellectili leg.* cum aliis citatis *in libello de principiis vtriusque iuris, tit. V, n. 2.*

Intellige tamen tenorem priuilegij inspiciendum non solùm quoad verba, sed etiam, multòque magis quoad mentem, vt si de illa appareat, à verbis recedamus, vt quod senserit concedens, potiùs sequamur, vt probat

probat text. opt. *in cap. quanto* 26. vbi gloss. *verbo sola, infrà hoc tit.* id ipsum probant Butr. & Socin. vterque *num. 2. in præsenti*, cum aliis multis, ex quibus ita huius text. regulam esse intelligendam aduertunt Henriq. *in summ. lib. 3. c. 30. in principio, iuncta lit. C.* Sanch. *de Matrim. tom. 3. lib. 8. disp. 1. num. 11.* & probat ex generali reg. text. *in cap. intelligentia, de verbor. significat.*

11 *Quod eorum metas transgredi*, &c.] Notatur ad hoc, quòd priuilegium strictè est interpretandum, etiamsi concessum sit à Principe, qui legem condere posset, vt per Felin. *in cap. postulasti, n. 9. de rescript.* Tap. *ad l. fin. ff. de constit. Princip. c. 6. in fine, n. 12.* Sanch. *de Matrim. lib. 8. disp. 1. n. 29.* Soar. *de legibus, lib. 8. c. 28. n. 5.* reprobantes Aretin. *in cap. at si Clerici, §. de adulteriis, n. 33. cum seqq. ff. de iudic.* resoluentem priuilegium à Principe, qui legem condere posset, concessum latè interpretandum, & extendendum esse, quia vim legis obtinet, ac subinde latam recipit interpretationem, loquentem contra expressam huius text. decisio-

12 nem, & *in c. 1. §. vlt. de filiis Presbyt. lib. 6.* Vnde ex clara huius text. decisione deprehendes quàm falsa sit illorum resolutio, qui asserunt priuilegium non priuatis personis, sed toti religioni concessum, vt fauorabile interpretandum, & latè esse extendendum, ex quorum numero sunt Oldrad. *cons. 300. n. 4. vers. considerandum*, Henriq. *in summ. lib. 7. c. 22. §. 3. iuncta lit. M, & c. 24. n. 4. iuncta lit. F*, Sanch. *d. disp. 1. n. 13.* Soar. *d. c. 27. n. 7.* nam text. *in præsenti*, de priuilegio agit Templariis, & Hospitalariis concesso, & sic vniuerso eorum Ordini, & tamen extendendum negat. Neque rationes, quas adducunt, aliquid concludunt, nam prima ex fauore Religionis, iuxta *l. sunt & personæ, ff. de religiosis & sumpt. fun.* solùm euincit huiusmodi fauorem iustam causam esse, vt rationabilia iudicentur quæcumque etiam amplissima priuilegia à Principe religioni concessa, non itaut priuata auctoritate liceat priuilegia extendere extra eorum metas contra huius text. regulam. Secunda verò, quòd lex censeatur in perpetuum duratura, retorquetur, quia etiam in legibus si exhorbitant à iure communi, extensio non admittitur, iuxta regulam *quæ à iure, de reg. iur. lib. 6.*

13 Limita tamen regulam huius text. non procedere in priuilegiis per quæ consuetudini aut alteri priuilegio derogatur, quia tunc per priuilegia ad ius commune reducimur, ac subinde fauorabilia sunt, & latissimam recipiunt interpretationem, ex reg. text. *in l. si vnus, in fine principij, ff. de pactis*, gloss. *verbo numerandum, in cap. statutum, de præbendis in 6.* cum aliis, quæ plenè adducunt Tiraq. *de iure primog. q. 24. à n. 5.* Couar. *lib. 2. var. c. 6. n. 4.* Gutier. *de iuram. confirm. p. 1. c. 29. n. 4. & c. 51. n. 8.* Sanch. *de Matrim. lib. 1. disp. 12. n. 2. vers. 2. quia, & d. lib. 8. disp. 1. n. 12.* Vnde Butr. *n. 6. in fine*, & Abb. *n. 5.* ac alij *in cap. olim, de verb. signif.* notabilem deducunt intellectum ad text. *ibi*, quatenus decidit latissimam faciendam esse interpretationem de priuilegio, quod alicui conceditur, vt distributiones quotidianas percipiat, nam vltra varios intellectus, qui forsan veriores sunt, de quibus *gloss. penult.* & alij *in cap. vnico, de Clericis non residentibus, lib. 6.* Rebuff. *de priuilegiis scholarium, priuil. 31. n. 6.* Horat. Lut. *eod. tract. priuil. 98. vers. 1.* interpretantur Butr. & Abb. agere text. de Ecclesia, in qua erat statutum, aut consuetudo, quod residentes non recipiant distributiones intra certum tempus, si enim priuilegium concedatur, vt aliqui, sicut vni ex residentibus prouideatur de fructibus beneficij latè sit interpretatio, etiam quoad distributiones quotidianas, quia fit redditus ad ius commune: sic etiam non inepte intelligitur text. *in cap. ex parte 27. de decimis*, quòd scilicet agat de decimis percipiendis à Parocho intra propriam Parochiam, quæ per consuetudinem, aut præscriptionem penes alios existebant, & ideò extenditur priuilegium ad noualia, quia fit regressus ad ius commune, secundum quod decimæ ad Parochianum pertinent in propria Parochia, iuxta *cap. vlt. de Parochiis.* Illa verò quæstio an priuilegium Principis strictè, vel large sit interpretandum, solet in præsenti à Doctoribus excitari, inter quos illa resolutio magis communiter tradi solet, quòd priuilegium latissimè debet interpretari, dum tangit iura concedentis, strictè verò quatenus concernit tertij præiudicium, ita Innoc. *in cap. cùm dilecti, de donat.* Host. Ioan. Andr. & Abb. *not. 3. in præsenti*, Bald. *cons. 456. lib. 3.* Hippol. *sing. 483.* Surd. *cons. 140. num. 73. & 74.* Farin. *cons. 45. n. 28. vol. 1.* Cancer. *lib. 3. var. c. 3. num. 165.* Morot. *cons. 20. n. 13.* Maluas. *cons. 18. n. 26.* à Ponte *cons. 2. n. 21.* Carol. Bardel. *cons. 137. n. 4. & cons. 182. n. 28. vol. 2.* Giurb. *decis. 23. n. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Exemptio à iurisdictione Episcoporum non probatur per solutionem census, quæ sit Romanæ Ecclesiæ.*
2 *Exemptio à potestate Ordinariorum non probatur ex hoc, quod aliqui specialiter iuris B. Petri existant, nisi concurrat solutio census.*
3 *Declaratur text.* in cap. si Papa, vers. si autem, hoc tit. lib. 6.
4 *Exemptio à potestate Ordinariorum non probatur ex solutione census facta Sedi Apostolicæ, nisi appareat quòd sit in signum subiectionis.*
5 *Census quibus modis dicatur, & quas habeat significationes, ostenditur.*
6 *Solutio census quando in signum subiectionis facta præsumatur, ostenditur.*
7 *Exemptio ab Ordinariorum potestate non probatur ex receptione sub protectione Sedis Apostolicæ.*
8 *Protegere, & protectores quid significent, ostenditur.*
9 *Priuilegij verba si exemptionem concludant iuri, & iurisdictioni Episcopi derogatur.*

CAP. Recepimus. VIII.

EXemptus quis non probatur à iurisdictione Epi- 1
scopi ex eo quòd soluit censum Ecclesiæ Romanæ, quia non omnes, qui annuum censum soluunt, sunt seruati iurisdictione Ecclesiæ Romanæ, sicut nec omnes, qui speciatim sunt sub iurisdictione Ecclesiæ Romanæ soluunt censum. Quare inspicienda sunt priuilegia, & eorum tenor diligenter considerandus an sint exempti, & vtrum ad indicium libertatis soluat censum, vel non, sed solum in signum perpetuæ protectionis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Decian. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 713.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 197.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 14. cap. 1.*

Qui specialiter B. Petri iuris existunt, &c.] Ex his 2
verbis, iuncto fine, benè colligitur ex eo quòd aliqui specialiter iuris Beati Petri existant, non probari exemptionem à potestate Ordinariorum, nisi concurrat solutio census in signum subiectionis facta, & quòd ita indistinctè in eo videatur probari benè notauit contra alios Dec. *hic, n. 11.* Verùm in con- 3
trarium

trarium adest expressa decisio text. *in cap. si Papa, vers. si autem, hoc tit. lib. 6.* dum decidit ex verbis priuilegij, in quibus continetur vt quis existat iuris B. Petri, vel specialiter pertineat ad Romanam Ecclesiam, aut similibus, plene probatam iudicari exemptionem, per quem ita resoluunt Abb. *n.* 2. Socin. *n.* 7. *& 32. hic*, Mascard. *de probat. concl.* 713. Card. Tusch. *tom.* 3. *lit. E. concluf.* 552. *n.* 11. Erasm. à Cockier. *d. p.* 1. *q.* 9. *n.* 1. Sed dic Pontificem ibi agere de verbis prolatis in priuilegio, vel sententia, in quibus de ipso exemptionis priuilegio principaliter agebatur, hic verò non ita, sed de censu quæstio erat, incidenter verò narratum est esse de iure B. Petri, in quo casu planum est per talia verba exemptionem, aut libertatem non probari, & constat ex generalibus principiis, quæ docent verba narratiua, quæ non proferuntur principaliter propter se, plenam probationem non efficere, vt probat text. vbi notant omnes, *in l. ex his verbis, C. de testam. militis*, cum similibus, de quibus Garc. *regul.* 165. *& regul.* 483. Mascard. *de probat. concl.* 622. Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 3. *tit.* 12. Card. Tusch. *tom.* 8. *lit. V. concl.* 81. Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 133. *à princip.*

4 *Non omnes censuales ab Episcoporum subiectione*, &c.] Notatur ad hoc, quòd ex solutione census facta Sedi Apostolicæ exemptio non probatur à potestate Ordinariorum, nisi appareat, quod sit in signum subiectionis, & perceptæ libertatis, consonat text. *in d. cap. si Papa, vers. & est idem*, iuncto vers. *si verò dicatur simpliciter*, vbi notauit Franc. & post Abb. *hic* Socin. *num.* 3. & Dec. *n.* 2. *cum seqq.* Valasc. *de iure emphyt. q.* 32. *n.* 6. & post eum Felician. *de censibus in proœmio*

5 *n.* 6. Erasm. à Cockier. *d. p.* 1. *q.* 10. *n.* 6. & ratione confirmatur, quia nomen census, æquiuocum est, varias habens significationes, aliquando enim bonorum, & personarum descriptionem significat *l.* 2. *§. post deinde, ff. de origine iuris*; aliquando tributum, *l.* 2. *C. sine censu*, aliquando facultates, seu redditus, vt *in l. vlt. §. sin autem, C. de iure deliberand. l. cum etiam* 7. ibi, *nihil in censu habent, C. qui bonis cedere possunt*, aliquando etiam significat emphyteusis pensionem, *cap. constitutus, de religiosis domibus*, vel locationes, *cap. vlt. ne Prælati vices suas*, aliquando contractum censualem, de quo *in Extrauag.* 1. *& 2. de emptione*, & Motu proprio Pij V. super forma creandi census: aliquando etiam annuam præstationem, vel in signum subiectionis, vel protectionis, iuxta text. *in præsenti*, cum similibus: & denique multa alia, quæ latè prosequuntur Brisson. *de verborum iuris signif. verbo census*, Roderic. *de annuis redditibus, lib.* 2. *q.* 22. *à num.* 66. Valasc. & Felician. *dictis locis.* Rectè igitur sequitur ex solutione census necessariò non probari specialem exemptionem ab Ordinariorum potestate, iuxta vulgarem regulam quod probatio debet concludere per necesse, non per potest esse, vt DD. colligunt ex *l. neque naturales, C. de probat. & ex cap. in præsentia, eod. tit.* cum similibus, de quibus Card. Tusch. *tom.* 6. *lit. P, concl.* 765.

6 Verùm quando cum solutione census aliæ concurrunt coniecturæ, deficere potest regula supradicta, succedit enim alia vulgaris, singula quæ non prosunt, multa collecta iuuant, de qua gloss. *verbo legitimis, in l.* 2. *ff. de excusat. tutorum*, recepta ex infinitis, quos late adducit Gabr. *commun. tit. de probat. concl.* 1. *à princ.* Exemplum ad nostrum propositum adducunt DD. veluti si Ecclesia soluens censum existat in diœcesi Episcopi, cui solvitur, nam cùm Episcopus in tota sua diœcesi habeat iure communi fundatam intentionem, *cap. cum Episcopus, de offic. Ordinarij, in* 6. meritò solutio census facta ab Ecclesia intra eandem diœcesim existente concludit, quòd sit in signum subiectionis, vt consuluit Federic. de Senis, quem referunt, & loquuntur Abb. per text. *ibi in c.* 1. *n.* 4. *de religiosis domibus*, & Dec. *hic, n.* 6. Nec obstat si replices ex decisione huius text. vbi cum solutione census concurrebat receptio sub protectione Papæ, vel etiam quod de iure B. Petri existebat, & tamen hæc duo vel tria simul iuncta non sufficere ad probandam exemptionem decidit Pontifex, & notant post Abb. *num.* 1. Socin. *n.* 8. *& 43.* Dec. *in princ.* & alij omnes *hic.* Respondetur enim dictum illud vulgare, *singula quæ non prosunt*, &c. procedere, quando singula genere sua perfecta sunt, non ita si vitiosa sint, & genere sua imperfecta, vt scripsit Bald. *in l.* 1. *n.* 2. *C. de legitimis hæredib.* commendat Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 29. *n.* 6. & faciunt multa, quæ copiosè adducit Gabr. *d. concl.* 1. *n.* 33. *cum seqq.* cùm ergo ex dictis constet censum esse quid æquiuocum, & inde subiectionem non inferri, & ex dicendis etiam appareat frustra lam, & debilem esse aliam coniecturam ex receptione sub protectione, atque aliam de iure B. Petri ex *supra* resolutis, meritò neque omnia simul iuncta concludunt.

Ad indicium perceptæ protectionis, &c.] Notatur ad hoc, quòd ex receptione, sub protectione Sedis Apost. exemptio ab Ordinariorum potestate non probatur, siue de Ecclesia sub tali protectione recepta agatur, vt *hic*, siue de persona singulari, vt *in cap. ex parte*, 18. *infr. eod.* notant Abb. *n.* 3. Zabar. *in prin.* Socin. *à n.* 7. Dec. *à n.* 1. *in præsenti*, Gail. *lib.* 2. *obser.* 54. *princ.* vbi *n.* 4. testatur esse communem omnium sententiam, Mascard. *de probat. concl.* 71. *num.* 2. Petr. Frider. *de proces. mandatis in Imper. Cam. extrahendis, lib.* 2. *c.* 14. Erasm. à Cockier. *d. p.* 1. 45. *num.* 3.

Ratio autem facilis est, nam protegere idem est ac defendere, vt notat gloss. *in l. desertorem, §. vlt. ff. de re milit.* ac subinde non importat superioritatem, imo in inferiore sicut & defensio verificatur, vt patet de militibus qui pro salute Regis, & patriæ ad illius stipendium custodiam, vt per gloss. *in rubr. C. de domesticis, & protectoribus, lib.* 12. vbi *in l.* 1. benè explicat Cujac. protectores dici eos, qui armatam militiam subeuntes non solùm defendendi corporis sui, verùm etiam protegendi lateris Principis sollicitudinem patiuntur. Non obstat text. *in cap. ad audientiam* 34. *de appellat.* quia non consistit in susceptione insurgente ex eo, quòd ille se posuerit sub protectione Sedis Apost. fed in vi, & virtute tacitæ appellationis, quæ illis verbis includitur, vt explicant eleganter Præpol. *vbi a n.* 3. *cum seqq.* & post eum Marant. *de ordin. iudic. p.* 6. *cap.* 4. *appellationibus, n.* 133. sicut in simili de arrepcione veneris ad Papam ex causa granaminis, probat text. *in cap. meminimus*, 9. *& in cap. dilecti*, 52. *de appellat.* ex quibus, & aliis prosequitur late Lancel. *de attentat. p.* 2. *c.* 12. *ampl.* 6. Vnde cauebis à Pr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 63. *art.* 3. *in fine*, dum inadvertenter fecerit per receptionem in sua protectione, quam acquirit Papa in priuilegiis religionibus concessis, facilem induci exemptionem à potestate Ordinariorum deceptus auctoritate prædictorum iurium, quæ effectum tribuunt prædictæ appellationi tacitè ex subiectione sub protectione Papæ, in qua euidens discriminis ratio cernitur ex dictis.

Non ex hoc iuri diœcesani, &c.] Ex his verbis colligitur à contrario sensu, quod si verba priuilegij exemptionem includunt, iuri, & iurisdictioni Episcopi derogatur, quia scilicet ab ea in totum eximuntur exempti, & solo Romano Pontif. immediatè manent subiecti, *cap. cum tempore, in fine, de arbitr.* Quæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

penult. de off. Ordinarij, cap. cùm Episcopus, eodem tit. in 6. notat gloss. *verbo sedis Apost. in cap. auctoritate, eodem tit. & lib.* pulchrior gloss. *verbo Acephalos, in cap. nulla 93. distinct.* cum multis similibus, quæ late explicant Socin. *hic n. 53. cum seqq.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 63. art. 9. & 11.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. E, concl. 294. & concl. 565.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ, gloss. 43. num. 190.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium vni concessum non potest ad alium extendi propter identitatem rationis, & n. 2.*
3 *Filij priuilegiis, quæ personaliter parentibus conceduntur, gaudere non possunt.*
4 *Priuilegium militare, & ministerij, seu Doctoratus filiis non prodest.*
5 *Nobilitas in filios derivatur.*
6 *Priuilegium personaliter marito concessum ad vxorem non extenditur.*
7 *Correlativorum regula non procedit in indulgentia facta à Principe vni ex correlativis.*
8 *Priuilegia, quæ alicui certæ personæ conceduntur per modum contractus, vel ob benemerita ad hæredes transeunt.*
9 *Beneficium restitutionis in integrum ad hæredes transit.*
10 *Priuilegium est lex priuata, seu ius singulare contra ius commune indultum.*

Cap. Sanè. IX.

1 PRiuilegia, quæ Papa alicui concedit, inspecta certa ratione alius non debet sibi præsumere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Anchar. Panorm. Decian. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 197.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 714.* temsiuè Ximen. *in concord. part. 1.*

2 Ratio huius decisionis ea est, quia in priuilegiis extensio non fit de persona ad personam, etiam, ex tacita, & verosimili mente disponentis. Cabed. *Lusit. decis. 140. num. 2. part. 1.* etiam vbi non versamur in materia pœnali, & correctoria, Ioseph. Sesse *Aragon. decis. 43. num. 54.* consonant inra omnia, quibus probatur priuilegia priuatas esse leges, quæ singulis, non omnibus fauent, neque communem legem faciunt, ideóque aliis exemplo esse non possunt, nisi his tantùm, quibus conceduntur, *cap hinc est, vers. quod priuilegium, 16. quæst. 1. cap. non exemplo 26. quæst. 2. cum similibus*, deinde confirmatur, quia priuilegia omnia essentialiter illud habent, vt aliquid contra ius commune constituant, ac subinde, quatenus à iure communi exorbitant, odiosa censentur, & necessariò restringenda, iuxta *reg. quæ à iure communi, & reg. odia lib. 6. cum similibus*, de quibus *ad cap. porrò infr. eodem*; vnde meritò generalis reg. recepta est, quòd priuilegium certæ personæ concessum, ipsam sequitur, & ad alias etiamsi ipsius hæredes sint, non extenditur, *l. in omnibus causis, 69. l. priuilegia, 155. ff. de regulis iuris, l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & æstiua, l. quia tale, ff. solut. Matrim. l. 3. ff. de censibus*, text. optimus *in l. sordidorum, C. de excusat. mun. lib. 10.* ex quibus desumpta est *reg. priuilegium, lib. 6.* vbi nostri omnes, cum multis aliis, quæ post antiquiores adducunt, & explicant D. Barbos. *in d. l. quia tale, per totam.* Menoch. *cons. 1007. à n. 95. vol. 11. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 103. num. 45.* Andr. Gail. *lib. 2. obseru. 144. n. 6. cum seqq.* Card. Tusch. *tom. 6. litera P. concl. 746.* Suar. *de legibus, lib. 8. cap. 10. & 11.* Salas *eodem tract. disp. 17. sect. 6. & 8.* Flores de Mena *var. lib. 2. q. 21. n. 203.*

Intellige supradictam conclusionem, & amplia 3 procedere etiam in filiis, vt scilicet priuilegiis, quæ parentibus personaliter conceduntur, gaudere, non possint, vt probatur ex variis iuris Ciuilis auctoritatibus vt *in l. in honoribus, §. vacationum, ff. de vacationibus, & excusat. munerum*, in hæc verba. Vacationum priuilegium non spectat ad liberos veteranorum, quum generaliter de omnibus priuilegiis veteranorum interpretatur. Cottor. *de iure milit. lib. 1. cap. 24. & in l. penult. §. si puellæ, ff. de ritu nuptiarum*, & de priui- 4 legio militari, & magisterij, seu Doctoratus, quod filiis non prosit, probatur *in l. priuilegio, in princ. & in l. in filiis, C. de decurionib. lib. 10.* notat gloss. *vltim. in l. ex pluribus ff. de administr. tutorum*, gloss. etiam *vlt. in cap. licet, de censib.* quas communiter receptas esse constat ex Bart. Alexand. & aliis, de quibus Tiraquel. *de iure primog. quæst. 59. num. 4.* D. Barbos. *in l. maritum, n. 80. ad finem*, Soar. *de legib. lib. 8. cap. 11. num. 4. cum seqq.* Ex quibus vera est huiusmodi resolutio, quòd priuilegium patri personaliter concessum, non est sine lege ad filios trahendum; illa verò iura, quæ pro contraria parte solent allegari, locum habent, & loquuntur, vbi priuilegium non simpliciter patri concedunt, sed sub ampliori forma, pro eo scilicet, & posteris, vel cum alio simili adiecto, quo aliquando filij, aliquando descendentes continentur; vel quando ex natura rei, & qualitate materiæ susceptæ filij participant priuilegium, id est, concessionem legis, vel Principis patri factam, vt contingit in nobilitate vel dignitate, quam naturalem DD. appellant, quæ scilicet competit ex origine, & Maiorum claritudine, hanc enim etiam à 5 patre in filios deriuari naturalis, & ciuilis ratio postulat, sicut in arboribus, qui viret in foliis, venit ex radicibus humor, vt ait Ouid. cum multis aliis, quæ adducunt Tiraquel. *de nobilit. cap. 15.* Cassan. *in catal. gloriæ mundi, p. 8. consider. 24.* Garc. *de nobilit. gloss. 7. n. 17. & gloss. 20. num. 11.* Azeued. *ad l. 1. n. 85. cum seqq. tit. 1. lib. 6. nouæ recop.*

Amplia etiam & intellige, principalem huius text. 6 conclusionem procedere in vxore, ad eam enim extendi non posse priuilegium personaliter marito concessum, tradit Ioan. Andr. per text. *ibi in cap. ne aliqui, hoc tit. lib. 6.* expendens de Regibus, & Reginis ibi fieri mentionem, quia aliàs priuilegio, quod simpliciter Regi conceditur, Regina non gaudet, prosequuntur D. Barbos. *in l. quia tale, à num. 22. vers. vltima ampliatio*, Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 47. n. 1. & 3.* Soar. *d. lib. 8. c. 11. n. 1.* Et illud, quòd maritus, & vxor, correlatiua sunt, *l. 1. ff. de ritu nuptiarum*, cum similibus, respon- 7 detur regulam correlatiuorum non procedere in indulgentia facta à Principe vni ex correlatiuis, vt resoluit Bapt. de S. Blasio *in tract. de correlatiuis, n. 57.* vnde de casu ad casum in correlatiuis non fieri extensionem communiter, & receptum comprobat ex Baldo, & aliis Card. Tusch. *tom. 2. litera C. concl. 1041. num. 25.* Ad alia verò iura, quæ in contrarium citari solent, similiter respondetur procedere, vel ex tenore ipsius priuilegij, quia de certis personis, & earum vxoribus expressam facit mentionem, vel ex vi aliorum iurium, quæ communicant mariti priuilegium eius vxori.

Limitatur tamen principalis huius text. conclusio, 8 vt non procedat in priuilegiis, quæ alicui certæ personæ conceduntur ob benemerita, vel egregia facta, sunt enim realia censenda huiusmodi priuilegia, & vti talia ad hæredes transeunt, iuxta regulam text. *in d. l. in omnibus causis*, cum similibus. Quorum præcipua ratio est quòd huiusmodi priuilegia ob benemerita in con-

tractum transire videntur, docente Bald. *in l. qui se patris, num. 14. C. vnde liberi,* & probatur ex regula text. *in l. si cùm mihi, 35. ff. de dolo,* ex quo *ibi,* notauit Bald. quòd quando priuilegium datur propter factum quod habet commensurationem cum priuilegio, in contractum transire dicitur, certum autem est, quòd omnes contractus ad hæredes transeunt, iuxta text. *in l. si pactum, ff. de probat.* cum similibus. Qua ratione, quòd priuilegium per modum contractus personaliter concessum ad hæredes transeat, tenent DD. communiter ex Iasone *in l. si sic à num. 12. ff. de verborum obligat.* & pluribus aliis quos refert D. Barbos. *in d.l. quia tale, num. 43. vers. 3. principaliter. ff. solut. Matrimonio,* sequitur Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 703. n. 2.* consequenter resoluens *à n. 11.* priuilegia ob benemerita ad hæredes transire, post Anch. Socin. Tiraquel. & alios, quos *ibi* refert. Verùm quamvis hæc limitatio ad nostrum text. probabilitate non careat, probabilius est in his terminis non limitari, sed magis ampliari, vt tenent multi, quos referunt, & sequuntur D. Barbos. *in l. quia tale, num. 6. cum seqq.* & Soar. *d. lib. 8. cap. 4. à principio,* & præcipuè *num. 8.* & vide apud eos.

9 Deinde limitatur eadem huius text. decisio vt non procedat in priuilegio, quod personæ conceditur, si causa proxima concedendi non sit ipsa persona, sed aliqua conditio, seu causa existens in persona, exemplum proponentes in beneficio restitutionis in integrum, quod licèt personale sit, eo quòd minorum personis conceditur personaliter, quia tamen principalis causa illud concedendi est læsio, iuxta text. *in l. non omnia, & in l. quod si minor, §. non semper. ff. de minoribus,* cum similibus, concludunt DD. ideò ad hæredes transire, iuxta text. *in l. non solùm, ff. de restitut. in integrum, & in l. minor, 19. §. vlt. ff. de minorib.* quas sic interpretantur Dyn. *in reg. priuilegium, num. 7. de reg. iuris, lib. 6.* & alij communiter secundùm Pech. *n. 10. in solut. secundæ difficultatis ibidem,* Dec. *in d.l. in omnibus causis, n. 4.* Gomez *variar. tom. 2. cap. 14. n. 6.* Menoch. *d. lib. 3. præsumpt. 103. à num. 16.* & alios relatos à D. Barbos. *in d.l. quia tale, n. 49.* & esse communem testatur Card. Pereira *in l. si curatorem, verbo minorib. num. 44.* quod etiam videtur voluisse Maurit. *de restitutione in integrum, c. 15.* & illum sequutus Mynsing. *lib. 4. obseru. 19.* & cæteri, qui dicunt huiusmodi beneficium restitutionis reale esse, & ideò ad hæredes transire, quia scilicet causæ datur, seu læsioni, vt explicat Soar. *d. lib. 8. c. 3. num. 6.*

10 In gloss. *Singularibus, ibi, id est, priuilegiis, qua singularia sunt, & priuata à lege communi.* Vnde benè definitur priuilegium quòd sit lex priuata, seu ius singulare contra ius commune indultum, ita Host. *in summa huius, tit. §. 1.* & gloss. *in rub. de rescript. lib. 6.* Henric. Canis. *in summa iuris Canon. lib. 1. tit. 2. §. duplex genus placitorum,* Petr. Greg. *de iuris arte, c. 7. n. 4.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 35. à n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Campanæ publicè teneri non possunt in oratoriis priuatis etiam per Religiosos.*
2 *Literæ clausæ in iudicio fidem non faciunt, sed patentes, quod intellige vt ibi.*
3 *Literas alicui iudici directas clausas qui recipit, non debet eas aperire, sed iudici aperiendas tradere, alias punitur.*
4 *Literas patentes recipiens, in illis contenta videtur approbare, non ita si clausas.*
5 *Declarantur, & conciliantur text. in præsenti,* & in cap. nimis, vers. nec sustinentis, de excessibus Prælatorum.
6 *Religiosi in priuatis Oratoriis publicè pulsare campanas non possunt.*
7 *Exempti si excedant metas priuilegiorum, suas publicè deliquerint, possunt ab Episcopo coerceri.*

CAP. Parentibus. X.

Cœlest. III.

CAmpanas in Oratoriis domi existentibus nullus etiam exemptus habere potest, & exempti coercendi sunt ab Episcopo censuris, vt ita sint suo iure contenti vt non impediant iustitiam aliorum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Anchar. Butr. Panorm. Dec. Matian. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5 iuris Pontif. pag. 197.* Alagona in *compend. iuris Canon. pag. 714.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 14. c. 2.*

Patentibus literis, &c.] Ex his verbis colligunt *hic:* Host. Zabar. Butr. *n. 7.* Anch. *n. 1.* literas clausas in iudicio fidem non facere, sed patentes, quod tamen restè intelligunt procedere, quando non sunt authenticæ, veluti quia fracto sigillo, aut remoto præsentantur, si enim sigillo integro, & debito modo iudici, ad quem diriguntur, fuerint præsentatæ, & in actis relatæ, eis sicut aliis actis iudicialibus, credendum est, imo clausas minus suspectas esse, quàm patentes, ratione probant, quia testamentum claudi solet, vt solemne, & non suspectum sit, *§. sed his, Instit. de testament. l. si vnus, C. eodem tit. & per totum ff. quemadmodum testamenta aperiantur,* & deducitur totus discursus *cap. cùm olim. 33.* vbi notant scribentes omnes, *de offic. delegati,* ibi, *nobis fideliter præsentasse, & in cap. inter dilectos 11. vers. præterea cum seqq. de excess. prælatorum,* ex quibus praxis inoleuit, quod is, qui literas aliqui iudici directas clausas recipit, non debet eas aperire, sed eidem iudici aperiendas tradere, alias punitur iuxta qualitatem facti, & probat text. *in d. cap. cùm olim, & d. §. præterea,* & quæ latè in proposito post Ordinarios, & alios recentiores tradunt Menoch. *de arbitr. centur. 6. casu 538.* Decian. *in tract. crimin. lib. 7. cap. 17. n. 46.* Farinac. *in praxi crimin. part. 2. de falsitate, q. 150. à num. 114.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. 33. art. 2.*

Alia etiam differentia inter literas, quas quis patentes recipit, aut clausas, notabilis est, nam is, qui eas apertas accipit, omnia in illis contenta videtur approbare, *l. si filiusfam. 2. ff. ad Maced. & Clem. 1. de procurator.* cum multis aliis, quæ latè prosequuntur Gabr. *tom. 1. commun. tit. de præsumpt. conclus. 2.* Mascard. *de probation. conclus. 480.* Card. Tusch. *tom. 1. litera I. concluf. 374.* non ita in clausis ostenditur, quia vt in patentibus, & apertis procedat conclusio illa, requirunt DD. communiter, quòd recipiens eas aperiat, & legat, atque ita scientiam habeat eorum, quæ in eis continentur, vt ex Mathes. *sing. 21.* explicat Gabriel. *d. conclus. 2. num. 11.* Card. Tusch. *d. conclus. 374. num. 5.*

Liceat eis campanas in eis ponere, &c.] Decisum huius text. quatenus negat posse Templarios, & alios Religiosos in Oratoriis suis habere, & publicè pulsare campanas, opponi solet text. *in cap. nimis, vers. nec sustinentes de excessib. Prælat.* dum inter alia grauamina, quæ Prælati inferebant Religiosis, illud commemorat, quòd illis prohibeant habere campanas in Ecclesiis, & Oratoriis suis, de vtrisque enim simul promiscuè fecit mentionem. Pro concordia DD. varios effectus

runt intellectus, nam Hostiens. quem sequitur Butr. interpretantur, quòd vnam campanam in Oratoriis habere licitum est, iuxta *d. cap. nimis*, quod in singulari de campana loquitur, non verò plures, iuxta text. *in præsenti*, qui loquitur in plurali: sed absurdus videtur intellectus, nam de campanis in plurali loquitur Pontifex distributiuè, referendo ad plures Religiosos, Templarios scilicet, & alios, de quibus dixerat, vt de simili eorundem priuilegio interpretatur Pontifex *in cap. vt priuilegia 24. ad finem infrà hoc tit.* quare Innocent. & post eum Zabarel. & Abb. *num. 5. vers. sed extra*, aiunt text. *in præsenti*, ius commune continere, at verò *d. cap. nimis*, procedere supposito speciali priui-
6 legio Religiosorum, de quibus *ibi*. Ego verò pro comperto habeo in priuatis Oratoriis licitum non esse etiam Religiosis, habere, publicéque pulsare campanas, in eis enim etiam priuatim non licet celebrare sine Episcopi auctoritate, vt benè notat Dec. *in præsenti à num. 12.* licèt Abb. *hic, & in cap. vlt. de censibus*, aliud docere videatur: Missæ tamen istæ publicè non fiunt ad populum, vt ipse *ibi*, aut clerus conueniat, sicut in Ecclesiis, imò in hoc Oratoria ab Ecclesiis distingui constat ex iis, quæ de eorum differentiis tradit Durant. *de ritib. Ecclesiæ, lib. 1. c. 1. à principio, & n. 13.* & consequenter huiusmodi priuatis Oratoriis non conuenit publicè pulsare campanas, vnde facilè intelligitur text. *in præsenti*, dum in his priuatis Oratoriis prohibet ponere, publicéque pulsare campanas, si aduertas quòd de his priuatis Oratoriis agit, & copulatiuè prohibet in eis campanas ponere, & publicè pulsare, sic significans priuatim pulsare prohibitum non esse, sed potiùs à contrario licitum esse, atque ibi campanulam habere, quæ priuatim pulsetur, vt notarunt Butr. *num. 3.* Abb. & Anchar. *n. 2.* Dec. *n. 8. & 23.* Roch. *de iurepatron. verbo construxit, n. 28.* Lambertin. *eodem tract. art. 11. quæst. princip. 1. p. lib. 2. n. 5.*

7 In gloss. *Potius*, ibi, *argument. quod si excedant metas priuilegiorum, siue publicè deliquerint, quod possint ab Episcopo coërceri.* Est contra text. *in c. 1. vers. nunquid*, ibi, *dummodo sit in loco exempto, hoc tit. lib. 6.* notat Abb. *hic n. 4. vers. in gloss.* Quare meliùs ipse Abb. ea ratione, inquit procedere text. quia licèt in loco exempto delinquere incipiat, effectus tamen, & complementum porrigitur extra locum exemptum, quia scilicet sonus campanarum indebitus lædit, & turbat audientes extra ipsum locum, quod pluribus similibus *ibi* exornant, sed latiùs Dec. *à n. 15.* Socin. *à n. 6.* & alij. Verùm si verum fateri licet, meliùs aduertunt Host. & Butr. *n. 11.* text. non probare huiusmodi conclusionem quia specialiter procedit in priuilegiatis excedentibus metas suorum priuilegiorum, quia ea ob id merentur amittere, vt probatur *in cap. seq. ad finem.*

SVMMARIVM.

1 *Hospitalarij, qui mittunt pro eleemosynis cruce falsò signatos, in tota prouincia exhortatio is officio priuantur, & si missi sunt laici, excommunicantur, si sunt clerici, ab officio & beneficio suspenduntur.*
2 *Ecclesia polluitur, seu violatur per sanguinis effusionem.*
3 *Sanguinis effusio, propter quam violatur Ecclesia, debet secum trahere abundantiam, itavt non sufficiant paucæ guttæ.*
4 *Ecclesia non indiget reconciliatione, si quis in ea percutiatur, vel alia iniuria afficiatur citra sanguinis effusionem, quod intellige vt ibi.*
5 *Sanguinis effusio per quam polluitur Ecclesia, debet esse iniuriosa.*
6 *Sanguinis effusio, propter quam pollnitur Ecclesia, debet esse publica.*
7 *Ecclesia polluitur si sanguis hominis viuentis, non autem cadaueris effundatur.*
8 *Ecclesia censetur violata si quis suæ mentis compes ex ira, vel desperatione se ipsum occidat, vel iniuriosè percutiat.*
9 *Sanguinis, aut seminis effusio, vt per eam Ecclesia violetur debet fieri intra eandem Ecclesiam, non supra tectum vel infra Ecclesiam.*
10 *Ecclesiæ nomine in materia pollutionis intelligitur ea, quæ consecrata est, vel specialiter benedicta.*
11 *Suspensus Presbyter ab officio ab aliis etiam exemptis ad diuina officia restitui, seu absolui non potest.*
12 *Absoluere nemo potest à suspensione, & aliis Ecclesiasticis censuris ab homine latis, nisi is, qui eas tulit.*
13 *Laici non possunt presbyteros suspendere ab officio, nec etiam eosdem ad Diuina restituere, nisi eis à sola Papa hæc potestas demandata fuerit.*
14 *Absoluendi à censuris potestas etiam in mortis articulo laicis non conceditur.*
15 *Quæstores sacræ pecuniæ qualiter olim permitterentur, ostenditur*, & n. 16.
17 *Quæstorum vsus qualiter attento Concil. Trident. prohibitus, ostenditur.*
18 *Lusitani ad obseruantiam Concil. Trident. non admittunt quæstores eleemosynarum, nisi literas Regias ostendant.*
19 *Castellani, & Galli idem ferè obseruant.*
20 *Ecclesiasticus iudex potest punire seculares quæstores falsas eleemosynas petentes.*
21 *Archiepiscopus potest interdicere prædicationem in tota prouincia.*
22 *Habitum religionis, aut Crucem falsò portantes puniendi sunt.*
23 *Insignibus alienis vtentes in crimen falsi incidunt.*
24 *Iudex Ecclesiasticus potest punire laicos falsò portantes religionis habitum.*
25 *Priuilegium meretur amittere, qui illo abutitur.*
26 *Priuilegia quando dicantur amitti per vsum, vel contrarium vsum, vel etiam per abusum, & in quibus differant, ostenditur.*
27 *Exempti si delinquant extra locum exemptum ab Ordinariis puniri possunt, non obstante exemptionis priuilegio.*
28 *Declaratur text.* in cap. 1. §. in eos, de priuileg. lib. 6.
29 *Suspensus ab officio non est suspensus à beneficio, nisi id declaretur.*
30 *Habitum religionis falsò, seu fictè portans religiosus non fit.*

CAP. Tuarum. XI.

Innoc. III.

FRatres Hierosolymitani S. Ioannis si ad colligen- 1
das eleemosynas mittant non Religiosos, sed alios falsò Cruce signatos, sunt priuandi officio prædicationis, & missi, si sunt laici, excommunicandi, si clerici, suspendendi ab officio & beneficio, non obstante priuilegio, vel appellatione. Item qui celebrat in Ecclesia interdicta, est suspendendus. Item suspensus ab Ordinario si celebrat, suspenditur. Deindè priuilegiati non possunt alios priuilegiare, vel facere exempros, vt v. g. non respondendi in iudicio. Item qui abutitur permissa sibi potestate, meretur amittere priuilegium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect.

Collect. Zabar. Ioan. Andr. Butr. Anch. Marian. Socin. Dec. Panorm. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 198. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 714. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. & Casal. *in annot.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 16. cap.* 1.

2 *Ecclesiam sanguinis effusione,* &c.] Notatur ad hoc, quòd per sanguinis effusionem Ecclesia polluitur, seu violatur, vt per Nauar. *in man. c.* 27. *à n.* 256. Iacob. de Graffiis *in aureis decision. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 48. *n.* 22. Henriq. *in summ. lib.* 9. *c.* 27. Card. Tolet. *in summ. lib.* 5. *cap.* 8. *à n.* 12. Sayr. *de censur. lib.* 5. *c.* 16. *à princip.* Auil. *eod. tract. p.* 5. *disp.* 7. Soar. *tom.* 3. *disp.* 81 *sect.* 4. plures alios Doctores ex antiquioribus refert Cened. *p.* 3. *collect.* 11. *à princip.*

3 Multa requiruntur, vt supradicta Doctorum resolutio procedat. Primò ergo requiritur quòd huiusmodi effusio sanguinis abundantiam secum trahat, itavt non sufficiant paucæ guttæ, vt per Nauar. *d. num.* 256. *vers. Dixi effunditur,* Stephan. Costa *in cap. is, qui* 18. *num.* 2 *de sentent. excommun. lib.* 5. Fr. Ludou. *in instructorio Conscientiæ, part.* 1. *cap.* 33. *vers. sed circa secundum,* Graffiis *n.* 25. Soar. *vers. secundò,* Sayr. *num.* 5.

4 *dictis locis.* Vnde Ecclesia non indiget reconciliatione si quis in ea percutiatur, vel alia iniuria afficiatur citra sanguinis effusionem, etiamsi carnes conterantur, & ossa confringantur, nisi fortè tumorem causauerit, aut liuorem ex verberibus, & opus sit vt tumor, seu liuor ferro aperiatur, dicetur tunc Ecclesia polluta, quia percussio iniuriosa fuit, & efficax causa effusionis sanguinis, quæ deinde sequuta est, vt per Sayr. *d. cap.* 16. *num.* 8. Zerol. *in praxi Episcop. part.* 1. *verbo pollutio Ecclesiæ.* Vel nisi citra sanguinis effusionem homicidium sequatur, quod fit per suffocationem in ipsa Ecclesia, vel suspendium, vt per Nauar. Fr. Ludou. Henriq. Soar. Auil. Sayr. *à num.* 14. Graffiis *num.* 21. *dictis locis,* Decian. *crimin. lib.* 6. *cap.* 24. *à num.* 36.

5 Secundò requiritur, quòd effusio sanguinis iniuriosa sit, nam si homicidium, aut vulnus casu contingat, aut in necessariam defensionem, aut quia sanguis naturaliter soluitur, nulla iniuria infertur loco sacro, & consequenter pollutus censeri non debet, vt per Nauar. & Fr. Ludou. *dictis locis,* & Sayr. *d. cap.* 16. *num.* 14. *&* 15. Farin. *in praxi crimin. quæst.* 125. *num.* 22.

6 Tertiò requiritur, quòd effusio sanguinis publica sit, nam si occulta fuerit, reconciliatione non indiget Ecclesia, vt per gloss. *verbo pollui, in cap.* 1. *de immunit. Eccles. lib.* 6. recepta per Stephan. Costa *in d. cap. is, qui, num.* 4. Sylvest. Nau. Sot. Henriq. Graff. Tolet. & alios, quos refert, & sequitur Sayr. *d. c.* 16. *n.* 10. Soar. *d. sect.* 4. *vers. secundò dubitari solet,* Sanch. *de Matrim. lib.* 9. *disp.* 15. *n.* 10.

7 Quartò requiritur, quòd sanguis hominis viuentis effundatur, itavt non sufficiat, quòd sanguis è cadauere fluat, vt contingere potest in anatomia, vel quòd sanguis sit brutorum animalium, vt post Nauar. Ledesm. & Vinald. notat Sayr. *d. cap.* 16. *num.* 6. Cened. *d.*

8 *collect.* 11. *in princ.* Neque refert an alienus, vel proprius effundatur sanguis, si enim quis suæ mentis compos ex ira, vel desperatione se ipsum occidat, vel iniuriosè percutiat, censebitur Ecclesia violata, & reconciliatione indigebit, vt per gloss. *verbo sanguinis, in d. cap.* 1. Soar. Auil. & Sayr. *num.* 4. *in fine, dictis locis.*

9 Quintò requiritur, quòd hæc iniuriosa, & publica humani sanguinis, aut seminis effusio fiat intra eandem Ecclesiam; nam si extra contingat, nulla fit iniuria ipsi loco sacro, & consequenter violatus censeri non debet, vnde Ecclesia non polluitur si occidatur existens supra tectum, vel infra Ecclesiam in aliqua cauerna, aut spelunca, vel in aliqua camera, aut sella, vel in Choro, Sacristia, Turri cymbalorum, aut Cœmiterio, aut in Ecclesia per Fossores, vel Fossionariis extra Ecclesiæ corpus, quia illis omnibus, & similibus casibus dicitur extra Ecclesiam contigisse, vt per gloss. *verbo sanguinis, in d. c.* 1. quam sequuntur Nauar. & alij omnes, vt per Graffiis *à num.* 23. Sot. *col.* 2. *vers. quod autem sanguis,* Tolet. Sà, & alij, quos refert, & sequitur Sayr. *num.* 8. Auil. *dub.* 1. *dictis locis* & plenè congesti à Sanch. *d. disp.* 15. *num.* 21. *cum seq.* Ecclesiæ autem nomine in hoc proposito intelligenda eam, quæ consecrata est, vel specialiter benedicta, & deputata, vt ibi Diuina fiant officia, nec requiritur ad hoc, vt polluta maneat, quod sit consecrata, sicut per contrarium si saltem benedicta non sit, non polluitur, neque reconciliatione indiget, quamvis ibi Diuina officia fuerint celebrata, veluti in primario oratoriis, atque ita deducitur ex text. *in cap. vlt. sup. de consecrat. Eccles.* vbi notauit gloss. *verbo non consecrata,* & post Nauar. & alios Henriq. §. 5. & post Graffiis, Fr. Emman. & alios Sanch. *num.* 24. Sayr. *num.* 9. *dictis locis,* Auila *disput.* 7. *dub.* 2. *conclus.* 11. Decian. *d. lib.* 6. *cap.* 24. *num.* 24. Quorum Sanch. & Auila tenent quoad immunitatem Ecclesiarum laicorem esse faciendam loci sacri interpretationem, per text. *in cap. pen. supra de immunit. Eccles.* dum probat sufficere, vt Ecclesia gaudeat immunitate quòd Diuina celebrata sint, licèt consecrata, aut benedicta non sit. At verò quoad violationem, de qua agimus, incurrendam, accipitur locus sacer strictius pro eo solummodo, qui vel consecratus, vel benedictus est.

Alios verò Presbyteros, &c.] Notatur ad hoc, quòd Presbyteri ab officio per Episcopum suum suspensi ab aliis etiam exemptis ad Diuina officia restituti, seu absolui non possunt, vt per Butr. *hic num.* 8. Abb. *à n.* 4. Dec. *à n.* 12. Socin *n.* 2. & 14. Ex ea ratione, quia a suspensione, & aliis Ecclesiasticis censuris ab homine latis nemo absoluere potest, nisi is qui eas tulit, vel legitimus eius superior, vt argum. text. *in cap. cum ab Ecclesiarum, & in cap. pastorali, §. præterea, supra de officio Ordin.* notant Doctores communiter ibi, tertio Felin. *n.* 9. *vers. ampliat regulam,* Nauar. *in man. cap.* 27. *n.* 162. Vgol. *de censur. tab.* 1. *c.* 4. *à princip. & tab.* 2. *c.* 1. *per totum,* & post alios, & Henriq. Sayr. *eodem tract. lib.* 4. *cap.* 17. *à n.* 24. Auila *p.* 3. *disp.* 6. *dub.* 1. *conclus.* 5. Soar. *tom.* 5. *disp.... sect.* 2. *à n.* 2. *& disp.* 29. *sect.* 1. *num.* 15. Tolet. *in summ. lib.* 1. *cap.* 46. *à num.* 2. Sed melior est litera huius text. deducitur ratio, ibi, *cùm sint laici,* generaliter enim, & indistinctè verum est laicos neque suspendere posse Presbyteros ab officio, neque etiam eosdem ad Diuina restimere, cùm vtrumque sit actus Ecclesiasticæ iurisdictionis, cuius potestatis laici omnino sunt incapaces, iuxta reg. text. *in cap. bene quidem, 96. dist. & in cap. Ecclesia, de consecrat.* comprobat latè Vgolin. *d. tab.* 1. *cap.* 2. §. 1. *à num.* 2. adeò vt à solo Papa laicis hanc potestatem posse demandari doceat gloss. *verbo laico, & verbo præter Romanum, in d. cap. bene quidem,* melior gloss. de suspensione agens *in c. præter, verbo ducibus, 22. dist.* quam recepta communiter multis adductis comprobat Graff. *in decis. aureis, lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 1. Sayr. *de censur. lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 15. *& lib.* 2. *c.* 21. *n.* 2. Soar. *eodem tract. tom.* 5. *disp.* 2. *sect.* 3. *n.* 12. Vnde potestatem absoluendi à censuris etiam in mortis articulo laicis non concedo, quia censuris eriam in mortis articulo laicis non concedo, quia censurius sustinent post gloss. *verbo præterquam in mortis articulo, in d. §. præterea,* Conar *in cap. alma, p.* 1. *§.* 11. *num.* 9. Vgolin. *tab.* 1. *cap.* 4. §. 5. *à n.* 7. Sayr. *lib.* 3. *cap.* 21. *à num.* 3.

Pro

15 *Pro colligendis eleemosynis*, &c.] De quæstoribus sacræ pecuniæ per diuersa tempora diuersum ius statutum est. Nam à principio eorum vsus frequens erat, & liberè permissus, atque etiam prædicandi officium, iuxta text. *in præsenti, & in cap. cum ex eo, infr. de pœnit. & remiss.* vbi Summus Pontifex describens qualitates quas hi habere debent, dicit, quòd sint modesti, discreti, nec in tabernis, aut aliis locis incongruis hospitentur, nec inutiles faciant, aut sumptuosas expensas, notant *hîc*, Dec. *à n.* 3. Socin. *n.* 6. & prosequitur latè Paul. Fusch *de visit. lib.* 1. *c.* 30. *n.* 36. Petr. Bollo *in œconom. canonica classi* 3. *c.* 2. §. 4. Nauar. *de indulg. not.* 31. *à n.* 46. Hentiq. *in summ. lib.* 7. *c.* 29. *in princ.* bene Iul. Lauor. *de indulg. p.* 2. *c.* 12. *à princ.* Vnde admittendos non esse huiusmodi quæstores sine Episcoporum, vel Apostolicis veris literis, ex quibus constet de eorum moribus, & petitorij causa, seu necessitate, sanctissimè in generali Concil. relato *in d. cap. cum ex eo*, prouisum fuit.

16 Deinde hoc idem strictiùs in Viennensi Concil. fuit prouisum, & statutum *in Clem.* 2. *de Pœnit.* Cernens enim Concil. abusus huiusmodi quæstorum excrescere in maximum totius Christiani Orbis scandalum, dum in prædicationibus multa confingebant mendacia de reliquiis, & indulgentiis, quas infinitas propè falsò prædicabant ad aurum extorquendum, eis omnino interdicit prædicandi officium relicta solùm facultate dicendi, quod in literis Apostol. aut Episcoporum continebatur, quod Decretum ab impiorum calumniis rectè tuetur Card. Bellarm. *in controu. Cathol. tom.* 2. *de indulg. lib.* 2. *c.* 20. *vers. igitur.*

17 Postmodum cùm quæstorum malitia magis, ac magis excresceret, atque etiam fidelium scandalum, indèque è peruersis eorum factis ansa hæreticis data est in vsu indulgentiarum debacchandi, sanctissimè Concil. Trident. *sess.* 5. *de reformat. c.* 2. *ad finem*, *vers. quæstores verò*, indulgentias per se vel per alios prædicare prohibuit, & *sess.* 21. *de reformat. c.* 9. statuit, vt quæstuariorum nomen atque vsus penitus aboleatur, neque ad hoc officium exercendum nullatenus admittantur, non obstantibus priuilegiis Ecclesiasticis, Monasteriis, aut hospitalibus concessis, de cuius decreti praxi plures refert Doctores Cened. *ad Sextum collect.* 9. quibus adde Quarant. *in summa Bullarij verbo Archiepiscopi auctoritas, vers.* 26. *in fine*, Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo quæstores*, *pag.* 302. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 57. *art.* 7. *& q.* 98. *art.* 1. Card. Tusch. *tom.* 6. *verbo quæstores*, *concl.* 46. Et sub illius Concilij Decreto non comprehendi Mendicantes religiosos pro suorum Conuentuum sustentatione eleemosynas quæstuantes, tenent Nauar. *lib.* 3. *consil. sub tit. de Regularib. consil.* 79. *num.* 3. Fr. Emman. *part.* 7.

18 Vnde etiam apud Lusitanos prudenter constitutum est in Ordin. Regia *lib.* 5. *tit.* 103. ne petitoria cuiusvis Sancti nomine permittantur à Magistratibus Regiis, nisi Regiæ literæ ostendantur, quibus expressè nominetur persona, quæ eleemosynas quæsitura est, & ne per se, vel per alios prædicare faciant, vel indulgentias publicare, quemadmodum *in d. Clem.* 2. & dictis Trid. decretis constitutum est, quod si aliter factum sit, omnes pecunias ab illis quæsitas quæstori redemptionis captiuorum statim tradendas præcipit, quod in facti contingentia tempore Illustr. Card. Alberti obseruatum fuisse refert Cabed. *p.* 1. *Lusit. decis.* 193. & resoluit Cardos. *in praxi iudicum, & aduocat. verbo eleemosyna*, *num.* 2. Et nouissimè anno Domini 1610. die verò 9. Iulij Regium editum fuit diploma, vbi constitutum est quòd exactores maximi à Rege pro colligendis eleemosynis ad redimendos captiuos constituti, vt possint concedere licentias ad annum tantùm duraturas fratriis pro certo pretio, in quo conuenerint, vt extra Ecclesias possint petere, cuius compositiones immunes reddit fratrias Sanctissimæ Eucharistiæ, & sodalium Misericordiæ.

Similem legem habent Castellani, vt constat ex 19
l. 1. *&* 2. *tit.* 8. *lib.* 1. *Ordin.* vbi Perez, & habetur *l.* 1. *tit.* 9. *lib.* 1. *nouæ recop.* vbi latè Azened. *& l.* 37. *tit.* 6. *lib.* 3. *eiusdem recop.* Auil. *ad cap.* 51. *Prætorum*, & Auend. *de exequendis mand. lib.* 2. *c.* 30. Et apud Gallos decretis Regij Senatus similiter prouisum esse explicat Renat. Chopin. *de sacra politica, lib.* 3. *tit.* 5. *à num.* 23.

Si laici fuerint excommunicationis, &c.] Notatur ad 20
hoc, quòd Ecclesiasticus iudex potest punire sæculares quæstores falsas eleemosynas petentes, vt per Auil. *ad c.* 51. *Prætorum, gloss. ni consentir, n.* 1. Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *c.* 17. *n.* 43.

Per totam, &c.] Notatur hic text. etiam ad hoc, 21
quòd Archiepiscopus potest interdicere prædicationem in tota prouincia, vt per Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiep. Neapol. c.* 70. *n.* 16.

Cruce falso signatos inueneris, &c.] Notatur ad hoc, 22
quòd puniendi sunt falsò portantes Crucem, aut religionis habitum, vt per Abb. Dec. & Socin. *hîc*, Plac. *in epitome delictorum, c.* 5. *à n.* 3. Farin. *in praxi crimin. p.* 6. *de falsitate*, *& simul. q.* 150. *à n.* 80. iunctis multis latè resolutis per Menoch. *de arbitr. casu* 320. *à n.* 12. Fr. Emman. *quæst Regul. tom.* 2. *q.* 76. *art.* 7. & apud Lusitanos *in Ordin. Regia, lib.* 5. *tit.* 93. strictè prohibetur ne quis in ludis vel extra eos vtatur habitu trium Ordinum Christi, Diui Iacobi, & de Auis sub pœnis specialiter *ibi* expressis.

Vnde etiam simili modo in crimen falsi incidunt, 23
& pœna falsi puniendi sunt, qui illicitis id est, alienis, quæ ad ipsos non pertinent, vtuntur insignibus, prout colligunt ex text. *in l. eos*, §. *qui se pro milite*, *ff. ad legem Cornel. de falsis*, Dec. *hîc à n.* 41. Menoch. & Farin. *dictis locis*, Cott. *de iure militum*, *lib.* 3. *c.* 10. Petr. Gregor. *syntagm. iuris*, *lib.* 36. *c.* 4. *num.* 6. Et apud Lusitanos in Ordin. Regia *lib.* 5. *tit.* 92. pœna præscribitur amissionis omnium bonorum, & honoris, & priuilegiorum nobilitatis contra eos, qui vtuntur nomine & insignibus alicuius familiæ, quæ ad ipsos non pertinent, quia maximè interest ne nomina, & insignia eorum qui ob egregiè facta sibi, posterisque suis ea acquisierunt, confundantur, & ab illis vsurpentur, qui tali non gaudent nobilitate, & æqualibus non iuuantur meritis, quam rationem sumpsisse videtur Lusitanus Legislator à Iureconsl. *in l.* 1. §. *quamvis, vers. publicè, ff. de ventr. inspic.* dum ait publicè interesse, vt Ordinum dignitas, familiarúmque salua sit, exornant Guillelm. Bened. *in cap. Raynutius, verbo Raynutius de Clera*, *à n.* 57. Cassan. *in catalogo gloriæ mundi*, *p.* 2. *consid.* 21. *cum seqq.* Molin. *de primog. lib.* 1. *c.* 18. *à n.* 1. *& lib.* 2. *c.* 14. *num.* 17. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 14. *num.* 8. *cum seqq.*

Notatur etiam ad hoc, quòd laici falsò portantes 24
religionis habitum per iudices Ecclesiasticos puniri possunt, quod ea generali regula confirmatur, quia laici falsò portantes huiusmodi habitum abutuntur insignibus religionis, & religioni iniuriam inferunt, consequenter de foro Ecclesiæ efficiuntur iuxta notata *in cap. cùm sit generale*, *de foro competenti*, & post Oldrad. *cons.* 86. notauit Dec. *num.* 2. Socin. *num.* 5. *hîc* & comprobatur *in nostro text.* ibi, *missos esse constiterit*, &c. obseruando differentiam inter laicos, quos excommunicationis pœna, & Clericos, quos pœna suspensionis coërcendos constituit, quia in laicos non cadit suspensio, cum incapaces sint alicuius officij

suspen-

suspensionis spiritualis, ad quod hunc text. commendat, & ex aliis latè comprobat Sayr. *de censur. lib. 4. c. 1. n. 16.*

25 *Priuilegium meretur amittere,* &c.] Consonant text. *in cap. vbi 74. distinct. & in cap. priuilegium 11. q. 3. & in cap. vt priuilegia, in princ. infr. hoc tit. & in cap. contigerit, 2. de sent. excomm. & in l. quis sine 40.* ibi, *videntur abuti,* iuncta glos. *ff. de negotiis gestis,* cum multis aliis, de quibus post glos. eisdem locis, Damas. *in tract. de brocard. memb. 3. n. 28.* Aufrer. *in Clem. 1. n. 12. de offic. Ordin.* Nep. de Monte Alban. *de except. art. 2. num. 13.* Card. Tusch. *tom. 6. lit. P, concl. 754.* latè Soar. *de legib. lib. 8. c. 36.* Ego ipse *in tract. de Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 199. n. 8.* eandem conclusionem ad varios casus adducentes in primis, quòd scholastici otiosi, qui non studeant, & scholas non frequentant, non gaudent priuilegiis scholasticorum, & præcipuè, vt absentes causa studij fructus percipiant suorum beneficiorum, iuxta *cap. licet de præbend.*

26 Licèt autem multi ex nostris Doctoribus, atque etiam Sylues. *verbo priuilegium, q. 10.* passim confundant hos terminos quòd priuilegium amittatur per non vsum, vel per contrarium vsum, vel etiam per abusum, longè tamen differunt, de prioribus, scilicet non vsu, vel contrario vsu, dixi *ad cap. si de terra, supra hoc tit.* Per abusum autem proprie amitti dicitur priuilegium, quando priuilegiatus metas priuilegij sui excedit, vt *in d. cap. vt priuilegia,* quia scilicet Religiosi, de quibus *ibi*, confratres tempore interdicti tradebant Ecclesiasticæ sepulturæ praua interpretatione priuilegiorum, quæ minimè competebant eo casu, neque confratres comprehendebant, atque etiam ex text. *in præsenti*, vbi laici missi ab iisdem Religiosis pro eleemosynis colligendis Presbyteros ab Episcopis suspensos absoluebant, & falsò cruce signati prædicationis officium exercebant contra priuilegiorum formam, & prohibitionem iuris communis, vt per se patet.

27 *Nullo prorsus priuilegij beneficio,* &c.] Ex his verbis colligit glos. *hic verbo priuilegij,* generalem conclusionem, quod exempti si delinquant extra locum exemptum ab Ordinariis puniri possunt, non obstante exemptionis priuilegio, consonat text. *in auth. qua in prouincia,* ibi, *omni priuilegio cessante, C. vbi de criminibus agi oporteat*, text. difficilis *in c. 1. in princ. hoc tit. lib. 6.* dum generaliter decidit exemptos ratione delicti, coram Ordinariis conueniri posse, non obstante libertatis, seu exemptionis priuilegio, & in fine eiusdem principij concludit idem esse dicendum de illis, quibus concessum est priuilegium, vt non nisi coram certo iudice valeant conueniri, quæ Decretalis innouata, & ampliata est, per Concil. Trid *sess. 7. de reform. c. 14.* ex quibus, atque aliis, quæ latissimè adducunt, hanc esse communem DD. sententiam colliges ex Abb. *in cap. vlt. n. 11. & ibi* Felin. *n. 5. de foro competenti*, vbi eam latè tuentur, atque etiam Dec. *hic à n. 49.* Nauar. *de regular. comment. 2. n. 60.* Paul. Fusch. *de visit. lib. 2. c. 13. à princ. & c. 20. à n. 7.* Card. Tusch. *tom. 3. lit. E, concl. 244. & concl. 565.* Azeued. *l. 1. n. 118. cum seqq. tit. 16. lib. 8. nouæ recop.* Dec. *in tract. crimin. lib. 4. c. 17.*

28 *n. 13. cum seqq.* Verùm vrget in contrarium text. *in eod. c. 1. §. in eos,* pro cuius intellectu varias adducunt concordias glos. *in d. verbo priuilegij*, *hic* Butr. *n. 17.* & Abb. *n. 8.* etiam in præsenti, Socin. *in cap. recipimus à n. 87. & 70. sup. hoc tit.* & tandem concludunt esse distinguendum inter priuilegium exemptionis, quod simpliciter datur personis, quod resoluunt prodesse etiam quoad delicta, quæ postea perpetrarunt, iuxta *d. §. in eos,* & text. *in cap. cum capella, sup. hoc tit.* & inter illud, quod datur ratione loci, itavt certo loco priuilegium ipsum sit circunscriptum, quo casu inquiunt procedere text. *in d. c. 1. in princ.* in eum sensum, vt si priuilegiatus extra locum illum delinquat, priuilegio iuuari non possit, eandemque resolutionem sequitur latè comprobans Conar. *pract. c. 11. n. 1.* Hæc tamen distinctio manifestè offendit, & violenter restringit literam text. *in d. c. 1.* & ideo plures casus distinguere necessarium duxi, quos *ibi* poteris videre.

Ab officio, beneficioque suspendas.] Ergo suspensus ab officio non est suspensus à beneficio, nisi id declaretur, vt per Perez *l. 1. vers. in oppositum, pag. 31. tit. lib. 5. Ordinam.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 31. n. 12.*

In glos. *Signatos.* Communiter recepta est hæc glos. dum resoluit falsò, seu fictè portantes habitum religionis, Religiosos non fieri, iuxta illud vulgare, habitus non facit Monachum, sed professio, de qua *in cap. porrectum, de regular.* cum similibus, sequitur Butr. *n. 17.* Abb. *n. 6.* Dec. *à n. 33. hic*, dicit notabiliter Palat. *in alleg. hæresis ad finem,* iunctis iis, quæ de promissione sine animo se obligandi religioni post Nau. *comment. 4. de regul. n. 75.* Henriq. *lib. 11. c. 11. §. 2. n. 5. ne,* & post Sot. Arag. Fr. Emman. & alios explicat Sanchez *de Matrim. lib. 1. disp. 11. num. 2. & lib. 4. disp. 15. n. 5. vers. 4. probatur, & in præcepta Decalogi, lib. 2. c. 1. a n. 22.* Gutier. *canon. lib. 2. c. 22. n. 24. cum seqq. Kuar. instit. moral. p. 1. lib. 11. c. 4. q. 2. & c. 13. q. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Instrumenti deperditi tenor, & contenta in eo probari possunt per testes, qui illud perlegerunt, deponunt à tenore, & quod erat sine vitio.*

2 *Innouationem priuilegij, vel instrumenti potest quis aduersa impedire.*

3 *Citatio, seu præsentia partis requiritur in extractione instrumenti à notis notarij demortui.*

4 *Priuilegia, seu instrumenta deperdita, & ea, quæ in illis continebantur, probari possunt per testes deponentes de amissione, & illius tenore.*

5 *Innouatio, quando est facienda de priuilegio, seu instrumento amisso, tria necessario per testes probanda sunt, actus scilicet gestus, amissio instrumentum, & ipsius tenor.*

6 *Testes in amissione priuilegij deponentes debent deponere etiam instrumentum omni vitio carusse, & de perfecta literarum notitia, de die, & consule.*

7 *Instrumentum, seu priuilegium si reformetur cum omnibus requisitis, habet eosdem effectus, quos haberet illud prius, quod amissum est.*

8 *Cardinalium dicta propter excellentiam sine iuramento faciunt præsumptionem.*

9 *Cardinali testificanti sine iuramento non creditur in præiudicium tertij.*

10 *Cardinales vocantur fratres à Summis Pont.*

11 *Excommunicatio major priuat omni externa communione tam in oratione, quam cibo, potu, gestu, & cæteris similibus actibus.*

12 *Papa communicans cum excommunicato, ac peccare ostenditur.*

13 *Papa in eadem causa potest esse iudex & testis.*

14 *Testis non iuratus si sit alias probus, & honestus, facit præsumptionem.*

15 *Cardinali asserenti aliquid sibi commissum plena fides adhibetur, licèt non ostendat literas sibi datas.*

16 *Cardinalis Legatus de Latere plenam probationem facit, dummodo ipse asserat se legatum.*

17 *Exempti sunt, qui arripiuntur à iurisdictione Ordinarij.*

Cap.

Cap. Cùm olim. XII.

1 PRiuilegiatus quando instrumentum perdidit; potest probare suum priuilegium per testes, qui deponant de tenore instrumenti, & quod non erat falsificatum, præsertim in Bulla, charta, & litera, & ad seruandam' æqualitatem pars aduersa potest producere suos testes. Item quando Papa scienter, & re cognita admittit ad osculum aliquem qui putatur excommunicatus, præsumitur iam non esse excommunicatus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 198. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 714. remissiuè Casald. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Augustt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 5. *tit.* 16. *c.* 2.

2 *Propter contradictionem*, &c.] Notatur ad hoc, quòd si aliquis petat priuilegia, vel instrumenta innouari, potest pars aduersa se opponere, & docens de iure suo innouationem impedire, vt per Abb. *n.* 3. Socin. *n.* 2. & alij communiter *hic*, consonat text. *in cap. cum dilecta, in principio, de confirmatione vtili*, vbi etiam notanit Abb. & post eum Dec. *à n.* 34. Bero. *à n.* 9. Alex. de Neuo *num.* 7. eius conclusionis afferentes rationem, quia innouatio priuilegij in partis aduersæ præiudicium poterit redundare, vel quia priuilegia per longissimi, aut immemorialis temporis præscriptionem sunt reuocata, vel alia legitima exceptione sublata, ac subinde renouario huiusmodi materiam posset litigandi in futurum generare, vt in eodem *cap. cum dilecta*. Canonici allegabant contra Abbatissam, quæ petebat innouationem, vel quia si agatur de probando tenore priuilegij amissi, vt *in* 2. *part. huius text.* possunt afferri testes suspecti, vel alias minus idonei, & consequenter non nisi citatis, & auditis partibus innouatio est facienda, iuxta eundem text. & generalem regulam *c.* 2. *de testibus, & l. de vnoquoque* 46. *ff. de re iudicata*, cum vulgaribus, de quibus Mascard. *de probationib. con-*
3 *clus.* 683. *à princip.* Et confirmatur ex communi sententia, quæ in exemplari instrumenti, seu extrahendo à notis Notarij demortui requirit partis citationem, seu præsentiam, vt per scribentes omnes *in cap. vlt. de fide instrumentorum, & in auth. si quis in aliquo, C. de edendo*, vbi Bart. & alij omnes, Couar. *practicarum c.* 21. *n.* 4. *ad finem*, Octauian. Vestr. *de stylo Curiæ lib.* 6. *c.* 1. *n.* 15. Padil. *in l.* 3. *num.* 6. *de diuersis rescriptis*, Azib. *in praxi, t.* 7. *c.* 5. *limit.* 95. Mascard. *concl.* 928. & 1394. Intellige specialem requiri citationem, quando certa est persona, cuius damnum, seu interesse vertitur ex innouatione, quòd si certa non sit, vel de loco, vbi citari possit, non constet, sufficit, & requiritur citatio per edictum, seu proclama generale, vt scilicet compareat, qui sua putauerat interesse, iuxta reg. text. *in l.* 1. *§. denuntiari, ff. de ventre inspiciendo*, & quæ notat Bartol. per text. *ibi in l. si eo tempore, C. de remissione pignoris*, notant Abb. *num.* 3. & Socin. *num.* 2. *hic*, Dec. *in d. authent. si quis in aliquo, n.* 10. & ex aliis explicat Mascard. *concl.* 928. *n.* 23. *cum seqq.* & latiùs *d. concl.* 1394. *à n.* 24.

4 *Super amissione, ac tenore*, &c. [Notabilis est hic text. & passim à DD. commendatur, dum iudicem instruit, & formam præscribit in priuilegiorum innouatione obseruanda, decidens veritatem priuilegij, seu instrumenti, quod perditum est, & eorum, quæ in eo continebantur, probari per testes deponentes de amissione, & illius tenore, & ex illorum dictis posse ad partis petitionem innouari, consonat text. *in l. testium, in fine, C. de testib. & in l. emancip. C. de fide instrument.*

l. 10. vbi Gregor. *tit.* 14. *p.* 3. & latè multa in hoc proposito, vtiliter, & magistraliter Abb. *n.* 4. & 8. Socin. *à n.* 21. *hic*, Dec Bero, & Alex. de Næuo *in d. cap. cum dilecta*, latè Hippol. *in rubr. de probationibus, n.* 39. & 333. *cum seqq.* refert plures hunc text. commendans Tiraq. *de retract. conuent.* §. 1. *gloss.* 7. *à n.* 55. & melius quàm omnes explicauit Valasc. *de iure emphyt. q.* 7. *à n.* 58. & post eum Surd. *cons.* 144 Mascard. *de probat concl.* 909. Azeued. *l.* 1. *à num.* 7. *tit.* 7. *lib.* 5. *nouæ recopil.* Thom. Valasc. *allegat. iuris, tom.* 1. *alleg.* 22. *cum seqq.* Garc. Girond. *in tract. de priuil. seu exemptionum explicatione, num.* 78.

Illud maximè aduertendum est ad priuilegij amissi, 5
seu instrumenti innouationem faciendam tria necessariò per testes probanda esse, actum scilicet gestum, amissum instrumentum, & ipsius tenorem, vt per Ordin. Reg. Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 60. Hippol. *d. num.* 39. & 340. Gomez *l.* 41. *Tauri, num.* 3. Viuian. *tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 9. *num.* 75. *vers. declaratur etiam, pag.* 486. *in fine*, vbi Bonacos. *tit.* 11. *num.* 206. *pag.* 580. Auend. *ad l.* 41. *Taur, gloss.* 4. Gregor. *d.* 10. *verbo que es perdida, tit.* 19. *partit.* 3. Mascard. *concl.* 908. *num.* 15. & *concluf.* 245. *num.* 2. & *concluf.* 1075. *num.* 3. & *concluf.* 990. & *concluf.* 1018. *n.* 15. Menoch. *de præsumpt. lib.* 1. *præsumpt.* 66. Surd. *cons.* 109. *à n.* 12. & *cons.* 144. *à principio*, Flamin. *de resignat. lib.* 11. *quæst.* 14. *n.* 44. *cum seqq.* Stephan. Grat. *discept. forens. c.* 168. *num* 14. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *concl.* 37. *num.* 7.

Amplia oportere, quòd testes deponant non solùm 6
vidisse instrumentum, sed etiam omni vitio caruisse, ex iis quæ notantur *in l. vlt. C. de edicto D. Adriani*, text. opt. *in præsenti, ad finem*, ibi, *sine reprehensione bullæ, chartæ, vel literæ apparebat*, vbi notauit gloss. & reliqui omnes post eam, & vltra adductos in principio Burg. de Pace *q.* 5. *ciuili*, & deinde quòd habebat instrumentum omnia ad ipsius substantiam, seu validitatem necessaria: deinde debent deponere de plena, & perfecta literarum notitia, de die, & consule, quo scriptum fuit instrumentum, vt per Hippolyt. *d. num.* 340. *cum seqq.* Couar. *pract. c.* 11. *à n.* 3. Mascard. *concl.* 711. Valasc. *d. quæst.* 7. *num.* 38. *vers. cognita*, & vltra amissionis probationem, de qua latè Valasc. *vbi suprà, vers. sed si non requiritur*, Mascard. *concluf.* 910. Garc. *reg.* 31. oportet probare scripturæ tenorem, quam particulam bene explicant Abb. Socin. Hippol. Valasc. *à num.* 10. & reliqui omnes *suprà* adducti, inde speciatim notantes, quòd si testes solum amissum esse instrumentum deponant, non verò de eo, quod continebat, nihil est actum, neque testes concludenter probant, vt scriptura possit, aut debeat innouari, ita Bart. *in l. sicut à num.* 1. *C. de fide instrumentorum*, Lanfr. Dec. & plures alij, quos referunt Mascard. *d. concluf.* 909. *à num.*... P. Auendan. *d. gloss.* 4. *à num.* 17. Debent igitur ijdem testes deponentes de amissione, vel alij, deponere etiam de eo, quod in instrumento deperdito continebatur, neque enim oportet, quòd ijdem, qui de amissione deponunt, deponant insimul de tenore, sed sufficit, quòd ex pluribus testibus alij de vna deponant qualitate, alij de altera, itavt ex omnium dictis simul iunctis perficiatur probatio, vt ex Bart. pluribusque aliis comprobat Molin. *de primog. lib.* 2. *c.* 6. *à num.* 34. & post eum Azeued. *d. l.* 1. *num.* 12. Vnde iam intelligi potest text. *in præsenti*, dum meminit de decem testibus, de amissione, & tenore deponentibus, quòd non simul omnes de vtroque deponebant, sed alij de amissione, alij de tenore. Tandem obseruabis, quòd licèt de omnibus substantialibus instrumenti oporteat testes deponere, non tamen omnia, & singula eius verba formaliter referre oportet, sed

quòd in effectum, & finem eius, quod priuilegium concedebat, conueniant, & concordent, iuxta reg. *l. qui sententiam, C. de pœnis*, & varia exempla, quæ adducit Farin. *in praxi crimin. p. 2. q. 64. num. 146. cum seqq.*

7 Instrumentum, seu priuilegium si reformetur, seu innouetur solemniter cum omnibus supradictis qualitatibus, vocatis his quorum interest, eosdem habet effectus, quos haberet illud prius, quod amissum est, vt per Xuar. *in l. post rem iudicatam, in declarat. legum Regni limit. 3.* Perez *l. 4. vers. otras qualesquier, tit. 8. lib. 3. Ordin.* Stephan. Gratian. *d.c. 168. n. 17.* Quamvis contrarium teneant multi, quos tueri latè contendit Felin. *in cap. sicut, n. 4. de re iudic.* Hippol. *in d. rubr. n. 338.* quos etiam sequutus est Mascard. *d. concl. 909. num. 5.*

8 *Tam per depositiones testium*, &c.] Ex his verbis colligitur differentia inter depositiones testium, & dicta Cardinalium in eo consistere, quia testibus cum iuramento deponentibus plena adhibetur fides, his verò non ita, etiamsi Cardinales sint Romanæ Ecclesiæ, quia deponebant sine iuramento iuxta generalem regulam text. *in l. iurisiurandi, C. de testibus, & cap. tuis, 5. sup. eod tit.* ex quibus ita notauit glos. *hic*, quam communiter receptam testantur Azor. *in praxi Florentina, §. 7. c. 5. limit. 14. n. 5.* Mascard. *de probat. lib. 1. q. 5. n. 78. & concl. 270. n. 4.* Farin. *in praxi crimin. p. 2. de testibus, q. 64. n. 78.* qui omnes fatentur cum glos. *in præsenti*, quòd propter excellentiam, & dignitatem personæ aliquam faciunt præsumptionem istorum dicta, etiam sine iuramento, & vltra præcitatos comprobat Card. Tusch. *tom. 8. lit. T, concl. 166. n. 25. & 36.* Farin. *d. p. 2. q. 63. n. 73.* Et ratio glossæ ea est, quia licèt Episcopi, Cardinales, & alij in sacris constituti reuelentur à iurando tactis Euangeliis, & sufficiat illis propositis, aut super pectore iurare, iuxta text. *in cap. vlt. supra, de iuram. calumn. & in l. sed iudex, C. de Episcop. & cleric.* nunquam tamen à regula illa generali quòd sine iuramento admittantur, reperiuntur excepti, vt bene vltra prædictos prosequitur Octau. Vest. *de stylo Curiæ, lib. 6. c. 2. num. 6.*

9 & 7. & ideo Cardinali testificanti sine iuramento non creditur in præiudicium tertij, vt per Rebuff. *in tract. de reprobat. testium, n. 297.* Cott. *in memorab. verbo testis, vers. & ideo dicebat, pag. 870.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 13. art. 8.* Tiraq. *de pœnis temper. causa 51. n. 136.*

10 *Quorundam Fratrum nostrorum.*] De Cardinalibus Romanæ Ecclesiæ sunt intelligenda huiusmodi verba per ea, quæ notant Doctores per text. *ibi in cap. per venerabilem, §. sicut autem, qui filij sint legit. & in cap. fundamenta, §. decet, de electione, lib. 6.* & explicat Card. Paleoth. *de consult. sacri Palatij, p. 1. q. 3. à princ.*

11 *Admisit ad osculum.*] Notatur ad hoc, quòd excommunicatio maior priuat omni externa communione, tam in oratione, quàm cibo, potu, osculo, & cæteris similibus actibus, quorum meminit text. *in cap. sicut Apostoli, & in cap. excommunicatos, cum seqq. 11. q. 3.*

12 Deinde Summum Pontificem licet excommunicando cum excommunicato sine causa nullam contrahat pœnam iuris humani, à culpa tamen non excusari, docuit glos. insignis *verbo expectare, in cap. si inimicus 93. dist.* & scribentes communiter, per text. *ibi in cap. cum desideres, de sent. excomm.* in quibus omnibus non immoror, quia suis locis opportunius dicam, Deo dante, interim vide Couar. *in cap. alma, p. 1. §. 1. n. 2. & §. 2. n. 2.* Vgol. *de censur. tab. 1. c. 2. §. 2. à n. 2. & tab. 2. c. 23. §. 12. n. 3.* Soar. *eod. tract. tom. 5 disp. 7. sect. 5. à n. 12.* Sayr. *eod. tract. lib. 2. c. 15. n. 1. & 13.* Auil. *p. 2. c. 6. disp. 9. dub. 1. concl. 3. cum seqq.*

Quando fuit nobis ostensum, &c.] Ex his verbis colligit Socin. *hic, n. 9.* posse Papam in eadem causa esse iudicem & testem, & attestari de eo, quod in eadem causa vidit, contra generalem regulam & receptissimam traditionem, quòd nemo in eadem causa possit esse iudex, & testis, siue coram eo pendeat, siue iam finita sit, siue in eadem, siue in alia instantia, vel in appellationis, vt per text. *in cap. statuendum, 3. n. 6.* tat glos. *verbo magistratus, in l. ob carmen, ff. de testibus.* recepta ex infinitis, quos refert Mascard. *de probat. concl. 124. concl. 952. à n. 8.* & plures Farin. *d. p. 2. q. à n. 89. 92. & 94.* Verùm minimè in hoc text. probatur hæc Socin. limitatio, nam Summus Pontifex hic, non deposuit testimonium vt testis, sed ex his, quæ extrajudicialiter vidit, firmauit animi sui motum ad contrahendam & coadiuuandam probationem, quæ ex aliorum testimoniis, & Cardinalium dictis apud iudices delegatos legitimè facta fuerat. Hoc autem etiam in aliis inferioribus regulariter licitum esse ad meliorem causæ instructionem comprobat ex aliis Mascard. *d. concl. 124. n. 18. cum seqq.* & post Farin. *d. q. 60. n. 127. & 140.*

In glos. *Fratrum.* Notatur ad hoc, quòd si testis non iuratus, sit aliàs probus & honestus, facit præsumptionem, aliorúmque testium fidem corroborat, vt per Tiraq. *de pœnis temper. casu 51. n. 137.*

In glos. *Sine.* Notatur ad hoc, quòd Cardinali absenti aliquid sibi commissum plena fides adhibenda licèt non ostendat literas sui mandati, vt per Mascard. *concl. 140.*

Notatur etiam ad hoc, quòd Cardinalis legatus Latere attestatio plenam probationem facit, dummodo ipse asserat se legatum, vt per Mascard. *concl. à num. 1.*

In glos. *Diœcesani.* Notatur ad hoc, quòd exempti sunt, qui eripiuntur de iurisdictione Ordinarij, vt per Flamin. *de resignat. lib. 3. q. 11. num. 3.* Gutt. *cons. 5. num. 13.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiorum innouatio nouum ius non tribuit, sed antiquum conseruat*, & n. 2.
3 *Innouatio, seu confirmatio alia dicitur ex certa scientia, alia in forma communi.*
4 *Confirmatio ex certa scientia confirmat actum nullum, eique nouum robur tribuit.*
5 *Innouatio, seu confirmatio in forma communi non reddit actum validum, sed illum confirmat prout antea erat.*

CAP. Ex parte. j. XIII.

PRiuilegium quando innouatur, non conceditur nouum ius, sed solum ius antiquum conseruatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Colleg. Zabarell. Ioan. Andr. Hostien. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Decian. Vinian. *in ration. lib. 1. cons. Pontif. pag. 199.* Alagona *in compend. iuris Can. pag. 715.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. cap. 3.*

Non plus iuris accrescat, &c.] Notatur ad hoc, quòd innouatio priuilegiorum nouum ius non tribuit, sed solum antiquum conseruat, est text. similis *in cap. quia intentionis, 29. hoc tit. & in cap. cum dilecta, vers. ad hæc de confirmat. vtili*, vt per Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 8. art. 2.* latè Soar. *de legibus, lib. 8. c. 20. per totum.*

Innocen

3 Innouatio, seu confirmatio alia dicitur *ex certa scientia*, alia in forma communi, quæ fit ex certa scientia confirmat actum nullum, eique nouum robur tribuit,
4 & validitatem, iuxta text. *in c. 1. de transact. in fine*, quod in hac confirmatione procedere notauit gloss. *in cap. quia intentionis, 79. hoc tit.* & sequuntur *ibi* omnes, & latè Dec. *in d. c. 2. à n. 46.* & post Tusch. & alios Soar.
5 *d. c. 18. à n. 12.* Quæ autem fit in forma communi, non reddit actum validum, sed illum confirmat, provt antea erat, & in eodem robore & statu illum relinquit, iuxta *cap. quia diuersitatem, de conces. præbend.* cum similibus, quæ adducit Molin. *de primog. lib. 2. c. 7. n. 9.* Soar. *d. c. 18. n. 8.* Fr. Emman. *d. q. 8. art. 3.* Marques. *de commiss. p. 6. c. 21. §. 2. n. 6. pag. 233.*

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia, quæ se defendit duobus priuilegiis, v. g. Episcopi, & Papæ, si succumbat in vno, potest defendi cum altero.*
2 *Colimbria ciuitas Portugalliæ vnde, & qualiter ita dicatur, ostenditur.*
3 *Monasterium S. Crucis Conimbricensis laudatur.*
4 *Canonicorum Regularium nomen, & institutio, quæ fuerit, remissiuè.*
5 *Monacho simplici potest causa à Sede Apostolica committi, seu delegari.*
6 *Monachus in Vicarium ab Episcopo potest eligi.*
7 *Instantia secundum ius Ciuile in causa ciuili per triennium expirat.*
8 *Exemptio non valet collata Monasterio ab Episcopo sine consensu Capituli, secus eo intercueniente.*
9 *Portarius Regis dicitur nuntius, aut cursor, quasi portator literarum.*
10 *Regularis Episcopus factus est dominij incapax, & quicquid acquirit, Episcopatui acquirit.*
11 *Prælati sæculares de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis donare possunt etiam immodicè, & in profanos vsus.*
12 *Morabatini aurei fuerunt in Portugallia temporibus Alphonsi Henrici, & Sancij filij.*
13 *Morabatinorum, & Marauedinorum differentia, & æstimatio, quæ fuerit, remissiuè.*
14 *Ecclesia sine Episcopi consensu ædificari non potest.*
15 *Religiosi Monasterium fundare non possunt sine licentia Papæ.*
16 *Restitutio aduersus sententiam, quomodo alternatiuè peti possit, ostenditur.*
17 *Instrumentum rasuras habens in loco suspecto non probat.*
18 *Monasterium an præscribere possit libertatem, & exemptionem à iurisdictione Episcopi ostenditur, & de intellectu* cap. cum non liceat de præscriptione.
19 *Originale huius text. diminutum, & vitiosum proponitur ab Antonio Augustino.*
20 *Declaratur text. in præsenti.*

CAP. Cùm olim. *ij.* XIV.

1 ECclesia, quæ se defendit duobus priuilegiis, v. g. Episcopi, & Papæ, si succumbit in vno, v. g. Episcopi, potest defendi cum altero; sic sententia lata à delegatis potest in parte infirmari, & in parte confirmari. Exemptus non tenetur promittere obedientiam diœcesano, vigore tamen exemptionis non potest sine licentia diœcesani Ecclesiam construere in loco non exempto, & si de facto in eo construit Ecclesiam, cedit iuri Episcopi. Colligunt ex Ordin. Abb.

antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 199.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 715.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* & 2. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 16. c. 4.*

In superscript. text. ibi, *Colubrienſi Episcopo.* Colu- 2
brienſem Episcopum, & Colubrienſem Ecclesiam vocant Greg. IX. *in cap. vlt. de excess. prælat.* & Innoc. III. *in cap. cùm in partibus 17. de verbor. signif.* Colimbriam etiam appellat Innoc. VI *in cap. grandi, in fine, de supplenda neglig. prælat.* sic eam appellat D. Isidor. vt refert Ioannes Vasæus *de Hispaniæ antiq. c. 20.* & Raph. Volater. *in Geographia, lib. 2. in Hispania, fol. 5.* & sic dicitur à collibus, quibus vndique coronatur, vt ex Ioanne de Barros tetigit Mariz. *in dialogis variæ historiæ Regum Portugalliæ dialogo 1. c. 1.* Alij verò Conimbricam frequentissimè nominant, vt ex Plinio *lib. 4. c. 21.* legit Resendius *lib. 1. antiq. fol. 71.* Plura de Conimbrica ciuitate, & Academia, vide apud Vasæum *d. c. 20.* Amat. Arraëz *dialog. 3. c. 8.* Fr. Hieron. Roman. *de republ. Christiana, p. 1. lib. 5. c. 20.* & aliqua dixi *de offic. & potest. Episcop. p. 3. alleg. 77. à n. 19.*

Priorem, & Canonicos Monasterij S. Crucis.] Mona- 3
sterium Sanctæ Crucis situm est in ciuitate Conimbricensi, diuersam ab illius territorio sedem & iurisdictionem habens, extructum fuit ab Alphonso Henrico primo Portugalliæ Rege, & ab Emmanuële restauratum, ac perfectissima Religione, in qua hodie floret, cura & opera Ioannis III. reformatum, vbique gentium celebratissimum ob perpetuam clausuram, quam Monachi seruant, item etiam ob Sancti Theotonij, ac beatorum quinque Marrochiensium Martyrum sanctas reliquias, ac ob corpora illa primorum Portugalliæ Regum Alphonsi, & Sancij filij, de cuius Monasterij laudibus videbis plura apud Mariz. *fol. 46.* & Eduardum Nonium Leonem *in vita Alphonsi I. fol. 55. verso*, Fr. Ludou. de Angelis *de vita Beati Augustini, lib. 4. c. 21. pag. 112.* Fr. Emman. Roder. *quæst. Regul. tom. 1. q. 3. art. 1.* Pennot. *de generali totius sacri Ordinis clericorum Canonicorum historia, lib. 1. c. 72.* & de institutione huius Ordinis dixi ad *rubr. de statu Monach. n. 29.*

De nomine, institutione, ac regula Canonicorum 4
Regularium, quam profitentur huiusmodi Monachi, fusè scribunt Nau. *comm. 2. de regular. à princ.* Zecch. *de republ. Eccles. tit. 24. de Canon. n. 2.* Fr. Emman. *q. Regul. tom. 1. q. 1. art. 3. & q. 3. art. 1.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 22.* plures per Cened. *ad Decret. collect. 165.* Fr. Ludon. ab Angelis *d. tract. lib. 6. c. 9.* Penot. *d. tract.*

Abbatibus, & F. Monacho.] Notatur ad hoc, quòd 5
non solùm Abbatibus, sed etiam simplici Monacho potest causa à Sede Apostolica committi, seu delegari, vt per gloss. *hic verbo Monacho*, & per text. *in c. conquestus*, in superscriptione, *de foro comp.* sequitur Abb. *n. 13.* Socin. *n. 7. & 28. hic*, commendat text. nostrum Vant. *de nullit. tit. ex defectu iurisd. delegatæ, n. 79.* imo ab 6
Episcopo Vicarios, aut delegatos posse constitui Monachos auctoritate gloss. *in cap. si quis*, ibi, item quod vicedominus Episcopi, 58. *dist.* & post Abb. *in cap. causam, quæ, n. 9. de iudic.* & Rebuff. *in praxi tit. de Vicariis Episcoporum, n. 30.* Iacob. Sbroz. *de Vicariis Episc. lib. 1. q. 38. à n. 4.* & ita tenere omnes *in cap. statutum, de offic. deleg.* volens allegare *de rescript. in 6.* asserit Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 124. art. 1.* Et procedit, quia Summus Pontifex ex certa scientia Monacho Alcobatiæ, & *in d. cap. conquestus*, Canonico S. Trinitatis causam commisit, expresso scilicet nomine monachatus, quæ commissio valet cùm Pontifex sit supra humanum ius, & potest committere causas etiam Ecclesiasticas cuicunque laico, iuxta resolutionem gloss. *verbo laico*,

& verbo Romanum, in cap. bene quidem, 96. dist. atque ita in hoc casu sine controuersia procedit text. *in præsenti*, & receptum constat ex Calder. Abb. Felin. & aliis post gloss. *hic*, & bene comprobat Gom. *in cap. statutum, de rescript. in 6. n. 51.* & per nostrum text. post Innoc. Vant. *de nullitatib. tit. ex defectu iurisdict. deleg. num. 79.*

7 *Per quadriennium.*] Per text. *in præsenti, & in cap. penult. de iudic. & in cap. tum ex literis, in princ. de restit. in integr.* communiter recepta est à scribentibus differentia inter ius Canonicum, & Ciuile, quòd secundùm ius Ciuile instantia in causa ciuili per triennium expirat, iuxta *l. properandum, in princ. C. de iudiciis*, non ita tamen attento iure Canonico per text. *in præsenti*, cum similibus, notat *gloss. 1. in cap. vlt. de dolo, & contum.* Abb. *hic, n. 3.* Socin. *n. 10.* asserens ad hoc esse expressum text. nostrum, & meliùs conclusionem prædictam in eo probari, quàm *in d. cap. pen.* vbi etiam notauit Abb. *n. 5.* Bero. *n. 15.* testatur communem omnium Canonistarum & Legistarum, atque etiam Marant. *de ordin. iudic. p. 5. n. 5. & 14.* Vant. *de nullit. tit. ex defectu iurisdictionis Ordin. num. 126.* Gutier. *de iuramen. confirmat. p. 5. c. 5. à num. 3.* Azin. *in praxi Florentina in princ. cap. 3. num. 22. cum seqq.* Garc. Falcon. *reg. 242.* Soar. de Pace *in pract. in initio annot. 2. num. 11.* Card. Tusch. *tom. 4. lit. I, conclus. 202. cum seq.* Sigism. Scacc. *de appellat. q. 15. num. 265.*

8 *Infirmantes sua sententia libertatem*, &c.] Notatur ad hoc, quòd non valet exemptio collata Monasterio ab Episcopo sine consensu Capituli, & à contrario valere potest, si huiusmodi consensus legitimè interuenisset, notant *hic*, Butr. *n. 11.* Card. 1. Abb. 4. Soc. 11. Ioan Raudens. *in tract. de dispensat. Episcoporum casu 9.* quod etiam Doctores notare solent ex text. *in cap. sicut venire, de excess. prælat.* ibi, *Episcopi est Ecclesiarum vnio, & subiectio*, quem sic intelligunt Doctores communiter, interueniente scilicet Capituli consensu, iuxta text. *in cap. pastoralis, in fine, de donat. & in Clem. de rebus Ecclesiæ*, vt resoluunt Petr. de Perus. *in tract. de vnionib. c. 4. à n. 21. & c. 5 à n. 15. in fine*, & reliqui recentiores, vt prosequuntur Paul. Fusch. *de visit. lib. 2. c. 8. n. 7. & in c. 20. n. 5.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo Episcopus*, §. 18. Card. Tusch. *tom. 7. litera P, concl. 276.*

9 *Per portarium Regis extorto.*] In integra Antonij Augustini, & sententia originali, quæ recondita hodie existit in prædicto Monasterio Sanctæ Crucis, legitur per præconem Episcopi, & portarium Regis. Innoc. autem Host. Zabar. Anchar. *n. 15.* Butr. 30. Socin. 39. interpretantur portarium Regis dici nuntium, aut cursorem, quasi portatorem literarum, quibus Rex Canonicis imperabat, vt exemptionem prædictam approbarent, contradictoribus grauissimas inferens minas, ac iustum metum, quo subinde consensus extortus dicitur in textu.

10 *Præterea quia eidem M*, &c.] Pontifex in his verbis, & sequentibus delegatorum sententiam confirmans decidit non valuisse donationem pecuniæ, quam Michaël factus Episcopus Monasterio dedit, & Monasterium ad restitutionem condemnat, ex eo quia Regulares quamvis in Episcopos promoueantur, verè manent religiosi, & dominij incapaces, & sicut ante Episcopatum quicquid acquirebant, Monasterio acquirebatur, ita promoti in Episcopos quicquid acquirunt, Episcopatui acquirunt, iuxta text. *in cap. statutum 18. q. 1.* sic text. hunc interpretantur Zabar. *opposit. 9.* Butr. *n. 55. hic*; & confirmabis ex his, quæ bene
11 resoluit Molin. *de primog. lib. 2. c. 10. n. 28.* Prælati tamen sæculares possunt de huiusmodi bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis donare etiam non modicè, & in prophanos vsus, ex gloss. *verbo reseruari, in cap. vlt. de offic. Ordin. in 6.* quam Doctores communiter sequuntur teste Cou. *in c. 2. n. 1. de testam.* Molin. *d. c. 10. n. 33.* P. Molin. *de iustit. disp. 138. concl. 4.* Fachin. *controu. iuris, lib. 5. c. 89. à princ.* indèque asserentes text. *in cap. ad hæc, de testam.* procedere in donatione, quæ fit Prælato in ægritudine constituto, ex qua decessit, nec enim præsumitur causa mortis facere in fraudem legis, quæ de illis bonis testari prohibet, iuxta text. *in filia meæ, ff. solut. matrim.* cum aliis, quæ adducit Molin. *d. c. 10. n. 38. & seq.* & esse communem intellectum testatur Cou. *in cap. cum in officiis, n. 5. de testam.* Quamvis Abb. *hic, n. 15.* & P. Molin. *d. concl. 4.* & plerique ex præcitatis existiment Prælatos, tam sæculares, quàm Religiosos posse facere modicam, non vero magnam donationem, auctoritate text. *in cap. cæterum, de donat.* non aduertentes text. illum non agere de bonis quæsitis à Prælatis Regularibus ex fructibus Episcopatus, sed de donatione bonorum Ecclesiæ, & ut donationem licitam censeat attendi præcipit Ecclesiæ consuetudinem, & cætera de quibus text. agit.

Duo millia Marabatinorum.] Marabatini, de quibus in nostro text. aurei fuerunt temporibus illis Alphonsi Henrici, & filij Sancij, quibus hæc donatio facta, & lis agitata fuit, constat eos habuisse valorem, quem hodie habent aurei, Lusitanè, *cruzados*, & Italicè *Scudi*, vel circiter, vt testantur Mariz. *in dialogis vnicis historiæ Regum Portugalliæ dialogo 2. c. 9. ad finem*, de testamento eiusdem Sancij agens, Eduardus Nunez *in chronica Regum Portugalliæ in vita Regis Dionysij fol. 134.* De multiplici Marabatinorum, & Maravedinorum differentia, & eorum varia secundùm tempora varietatem æstimatione tradunt multa Montan. *l. 1. gloss. cien maravidis, tit. 5 lib. 2. fori & l. 9. gloss. 1. tit. 4. p. 5.* Couar. *numismat. c. 5. per totum, & lib. 1. var. c. 11. n. 4. vers. tertiò*, Gom. *in reg. de valore, q. 9. versus, fol. 464.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 2. n. 20.* Don. Christoph. de Pace *in scholiis ad leges fori l. 114.* & videtur à Mauris hoc nomen habuisse initium per ea, quæ Lud. Marmor. *in 1. part. Africæ, lib. 2. c. 30. fol. 149.*

Præter Episcopi Colubrien. &c.] Notatur ad hoc, quòd Ecclesia sine Episcopi consensu ædificari non potest, consonant text. *in cap. nemo, & in cap. planè ad consecrat. dist. 1. & in cap. adhuc, de Religios. domibus*, cum similibus, de quibus Roch. *de iurepatr. verbo construxi, n. 8.* Lambertin. *eod. tract. art. 3. 2. quæst. inuit. principalis 1. partis, lib. 2. n. 3. cum seqq.* Selua *de benef. 2. part. q. 6. à n. 9.* Paul. Fusch *de visit. lib. 2. c. 10. n. 2.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo Ecclesia, in princ.* Petr. Gregor. *syntagm. iuris, lib. 2. c. 1. à n. 10.* Durant. *de ritib. Ecclesiæ, lib. 1. c. 2. n. 7. & c. 25. & 24. n. 5.*

Amplia, quòd si Religiosi Monasterium fundare voluerint, hic consensus Episcopi non sufficit, sed requiritur auctoritas Romani Pontificis est necessaria, non solùm auctoritas Romani Pontificis est necessaria, non solùm in tribus priuilegiis quibuscunque religionum, si de his iusmodi prohibitione non fecerint specialem mentionem, vt decidit text. *in c. 1. de excess. prælat. lib. 5.* quamvis Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 49. art. 2. n. seqq.* voluerit attento Concil. Trid. *sess. 25. de regular. c. 3. in fine*, posse Religiosos virtute suorum privilegiorum absque hac Sedis Apostolicæ auctoritate Monasteria ædificare, quia Concilium solum Episcopum exigit consensum, contrarium tamen videntur tolerare disse Illustr. Card. in vltima declaratione super Decreto, his verbis: *Monachi ædificare non possunt Monasteria in Parochia, in qua ea non habent sua ne, & licentia Papæ*, vide quæ dixi ad *d. cap. ad hæc de off. & potest. Episc. p. 2. alleg. 26.*

Tandem

16 *Tandem procurator Monasterij*, &c. Notabilis est text. iste dum tradit formam petendi restitutionem aduersùs sententiam alternativè, quòd scilicet, vel sententiam nullam fuisse declaretur, vel contra eam, si valida fuit, restitutio concedatur, consonat text. *in cap. constitutus, de restit. in integrum*, ibi, *nuntiari nullam, vel cum adhuc existat*, &c. vbi omnes, & Abb. *hic n.* 10. Socin. *n.* 20. & ad hanc conclusionem singularem dicit hunc text. Cassan. *in consuet. Burgundiæ, rub.* 9. §. 21. *gloss. vlt. n.* 7. & pluribus similibus confirmat Vant. *de nullitatib. tit. quot, & quibus modis nullitas, à n.* 5. *&* 8.

17 *Aliquas habuisse rasuras.*] Sensus Pontificis *in præsenti*, ille est, quod scilicet instrumentum concessionis factum ab Episcopo suspectum erat, nec ei fides hàbebatur, quia rasuras habebat in loco suspecto, vt explicat gloss. *verbo rasuras, hic*, & probatur ex text. *in cap. ex literis, de fide instrument. & in cap. inter dilectos*, iuncta gloss. *verbo lituræ, eod. tit.* text. iuncta gloss. *vlt. in cap. cum venerabilis, de relig. domibus, & in c. licet, vers. quinta. de crimine falsi*, cum aliis, quæ laudissimè explicat post alios Menoch. *remed.* 4. *adipisc. à num.* 699. *& de arbitr. casu* 18. *à n.* 40. *& de præsumpt. lib.* 1. *quæst. præs.* 99. *à num.* 3. plene Mascard. *de probat. concl.* 1260. plenissimè Farin. *in praxi crimin. p.* 6. *de falsitate, q.* 151. *à n.* 40. *à n.* 60. *& 65.*

18 *Aliis cessantibus præscripsisse*, &c.] Difficilis est text. hic dum probat præscribere potuisse Monasterium libertatem, & exemptionem à iurisdictione Episcopi, contra reg. text. *in cap. cùm non liceat, supr. de præscript.* Sed dicendum est text. *in præsenti*, procedere in præscriptione per quam de Ordinario in Sedem Apostolicam transfertur, vt patet ex vers. *Nos igitur*, ibi, *ius nostrum, & Ecclesiæ Romanæ iustitiam*, in quibus terminis non tam agunt subditi de præscribenda exemptione, quàm superior de acquirenda iurisdictione. At verò *in d. cap. cùm non liceat*, procedit in præscriptione per quam extinguitur obedientia Prælatis debita, quem quidem intellectum sentit gloss. *hic, verbo præscripsisset*, sequuntur alij communiter, teste Bald. *de præscript. 1. p. 5. quæst. 12. à princip.* & vide quæ in hac materia de priuilegio quæsito per præscriptionem latè scribit Soar. *de legibus, lib. 8. c. 7.*

19 Difficilis pariter est text. iste, & vix intelligi potest, qua ratione iudices delegati ad definitiuam sententiam procedere potuerunt pendente appellatione ad Summum Pontificem interposita, contra reg. text. *in l. 1. & per totum, ff. nihil nouari appell. pend. & cap. non solum, de appellat. in 6.* cum similibus, qui probant per appellationem suspendi iurisdictionem inferiorum iudicum à quibus, & ad superiores in totum deuolui. Sed Doctores nostri in hac difficultate resoluenda nihil certum tradere, aut affirmare potuerunt, cùm decisio concisa referatur, & originale diminutum, & vitiosum proponatur ab Anton. Augustino *collect. 3. Decretal. c. 4. sub hoc tit.* Quare recurrendum est ad integram Innocent. III. sententiam seruatam in archiuio publico prædicti Monasterij S. Crucis, quam ego vidi, ex qua apertissimè constat iudices, qui hanc sententiam protulerunt, non fuisse Abbates de Alcobatia & Seica, quibus Pontifex causam commisit sub ea forma, vt liceret coram eis proponere, & probare, quæ partes proponenda viderint aut probanda, sed alios diuersos, Episcopum scilicet Zamorensem, & Aurien sem Decanos, quibus ex conuentione Episcopi, & Capituli Conimbricensis cum Monasterio Pontifex causam commisit principalem cum incidentibus, iam instructam ex probationibus factis coram Abbatibus Alcobatiæ & Seicæ. Ex integra enim originali apparet ante hunc vers. *Iudices autem*, sub illo *infrà* immediatè proximo, multa contineri, quæ Gregor. I X. resecauit, & præcipua omnia, quæ pertinebant ad hanc secundam commissionem: *Nos ergo dictis Episcopis & Decanis dedimus in mandatis, vt si pars sanctæ Crucis ratum vellet habere, quod à dictis Canonicis erat actum, receptis testibus & instrumentis ipsius super capitulis supradictis, si tamen infra quadraginta dies post susceptionem literarum nostrarum eis essent exhibita, & attestationibus suis publicatis secundùm formam iuris in prædicta causa procederent, & eam appellatione postposita sine debito terminarent. Quod si forsitan ratum nollent habere, quòd à prædictis Canonicis erat actum, cum eorum contumacia non intelligatur purgata, sed acta, in eos tanquam contumaces procederent, & receptis attestationibus diligenter inspectis causam ipsam appellatione remota deciderent, & sententiam diffinitiuam executioni mandarent.* Et licèt super iurisdictione horum iudicum diu fuerit decertatum occasione compromissi facti inter Decanum Colubrien sem, & Procuratores Monasterij in Regem ipsum, & Priores de Costa, & Vimarien sem. Idem tamen Pontifex Innocent. III. pronuntiauit illud impedimento non esse, quominus delegati prædicti Zamorenses virtute suæ commissionis in causa possent procedere, vt de facto & cum effectu processerunt definitiuam proferentes, quæ in hoc text. *in vers. Iudices autem*, continetur. Atque ita manifestissimum fit iudices, de quibus *in d. vers. iudices autem*, non esse illos Alcobatiæ, de quibus agitur *in vers. Interim*, præcedenti, sed alios diuersos, scilicet Zamorenses, quibus Pontifex causam instructam de nouo commisit, postquam Priores Alcobatiæ & Seicæ attestationes receperunt, & ad Sedem Apostolicam remiserunt, iuxta formam suæ commissionis, atque iam hinc facilè resoluuntur difficultates, quas Doctores mouent in hoc proposito, putantes text. agere de eisdem iudicibus, à quibus fuerat appellatum. Vnde colliges quàm vitiosè legatur huius text. integra ab Antonio Augustino, & vbi dicit Castro *Lateranensi*, legendum est *Leirinensi*, aut *Leurien si*.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia Ecclesiæ minori spatio quadraginta annorum non præscribuntur.*
2 *Præscriptio currere non potest, si non datur continua & pacifica possessio.*
3 *Præscriptio interrumpitur, si naturaliter interrumpatur possessio, vel ciuiliter per citationem.*
4 *Probatio solutionum trium annorum præteritorum sufficit ad hoc, vt præsumatur annis retrò lapsis solutum fuisse.*
5 *Verbum*, continuatè, *& continuè, nullam recipit interpellationem.*
6 *Priuilegium continuè, & absque lite non seruatum per triginta, vel quadraginta annos per desuetudinem, & vsum contrarium perditur.*
7 *Priuilegij immunitas perditur, si immunitatem habens passus est se describi in libros soluentium.*
8 *Priuilegium quando acquiritur per contractum, aut pecuniam non amittitur per non vsum.*
9 *Priuilegium quoto temporis spatio per non vsum amittitur, remissiuè.*

CAP. Accedentibus. XV.

SI aliquis locus Ecclesiasticus spatio quadraginta annorum soluit specificè decimas alteri loco Ecclesiastico, intelligitur præscriptum contra ipsius priuile-

priuilegium, si illud habebat non soluendi decimas. Item si vna pars probat, altera cogitur soluere, si non probat, altera liberatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Dec. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 200. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 715. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. refertur ab Ant. Augustin. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 12. *cap.* 5.

2 De materia huius text. & concordia cum *cap. si de terra, supra hoc tit.* plenè *ibidem* dixi.

3 *Continuè perceperunt sine lite.*] Notatur ad hoc quòd præscriptio currere non potest si non datur continua, & pacifica possessio sine lite, consonat text. *in cap. sanctorum*, ibi, *quietè*, *cap. illud*, ibi, *inconcussè*, *de præscript.* & deducitur ex definitione vsucapionis, seu præscriptionis, de qua *in l. 3. ff. de vsucap.* ibi, *per continuationem possessionis*, cum aliis, quæ latè explicat Mench. *illustrium*, *cap.* 58. *à princip.* vnde præscriptionem interrumpi, si naturaliter interrumpatur possessio, vel ciuiliter per citationem, aut litis contestationem, latè explicant Couar. *in reg. possessor*, *part.* 2. §. 1. Mascard. *de probat. conclus.* 1201. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 64.

4 Notatur etiam ad hoc quòd in solutione cuiuspiam rei annuæ non est satis probare solutionem primi, & postremi anni, ac nec simul alicuius medij, vt præsumeretur solutio integri temporis, veluti decem annorum, sed necesse est, quod probetur solutio facta quolibet anno, vt per Tiraq. *in tract. de præscript. verbo continuetur*, *gloss.* 5. *verf. illud autem*, *pag. mihi* 115. Mascard. *de probat. concl.* 1195. *num.* 9. Probatio verò solutionum trium annorum præteritorum sufficit ad hoc, vt præsumatur annis retro lapsis solutum fuisse, ex *l. quicunque*, *C. de apochis publicis*, *lib.* 10. Bellacomb. *tom.* 1. *communium opinionum*, *lib.* 4. *tit.* 44. *num.* 11. *pag.* 682. vbi Soar. *num.* 226. *& seq.* Vincent. de Franch. *decis.* 137. Guilelm. *in c. Raynutius*, *verbo si absque liberis*, *n.* 187. Anton. Gabr. *de præsumpt. concl.* 11. *num.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 1321. *n.* 2. Corbul. *de iure emphyt. causa* 15. *ob non solutionem Canonis*, *quæst.* 4. *num.* 2. Felician. *de censibus*, *tom.* 2. *lib.* 3. *cap. vlt. num.* 5. *verf. sed an probatis*, Cenzi. *eod. tract. part.* 2. *c.* 2. *quæst.* 4. *art.* 6. *à num.* 26. vbi *num.* 27. cum Menoch. Corbul. Cassan. & aliis hoc intelligit, dummodo sint tres solutiones distinctæ, & separatæ, & de illis appareant tres apochæ, & dummodo dictæ tres solutiones sint pro tribus annis proximè præteritis, & immediatè præcedentibus, secus si respiciant tres annos iam retro effluxos, & interpellatè decursos. Intellige etiam dummodo contineant solutiones pro tribus annis, nec sufficeret, quòd continerent solutiones pro tribus semestribus, Alex. *cons.* 105. *num.* 3. *lib.* 3. quem sequuntur Foler. *in sua pract. censuali*, *in verbo quæ quidem*, *num.* 73. *ad finem*, Cenzi. *d. art.* 6. *num.* 30. *cum seqq.* contra Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 139. *n.* 13. cuius tamen Menoch. opinionem in practica sequi posse censeo, vbi locationes de semestri in semestrem fieri solent. Intellige etiam nisi creditor recipiens tres vltimas solutiones protestaretur expressè se illas recipere absque præiudicio præteritorum terminorum, & quòd vult sibi esse saluum ius quoad præteritum, Mascard. *concl.* 1321. *n.* 13. Menoch. *d. præs.* 139. *n.* 30. Cenzi. *d. art.* 6. *num.* 40. vbi *num.* 41. quod creditor recipiens simpliciter tres vltimas solutiones censetur renuntiasse præterito credito, & *num.* 42. quòd probatio resultans ex apochis nocet solùm ei, qui apochas fecit, & non aliis. Intellige dummodo soluta data non sit ab exactoribus tributorum censuum Canonum, & similium, qui consueuissent mutari, vt, in terminis resoluunt Cott. *in memorab. verbo solutio*, *pag.* 767. Menoch. *lib.* 3. *de præsumpt. q.* 139. *in fine*, Cornazan. *decis.* 96. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 1. *collect.* 25. optimè Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 152.

Continuè.] Verbum hoc, *continuè*, *& continuatè* nullam recipit interpolationem, vt per hunc text. resolvit Gonzal. *ad regul.* 8. *cancellariæ*, *gloss.* 18. *n.* 74.

Eis renuntiasse tacitè præsumitur.] Notatur ad hoc, quòd si priuilegium per triginta, vel quadraginta annos continuè pacificè, & absque lite aliqua seruatum non fit, & sic decimæ post impetrationem huius priuilegij solutæ sint in dicto tempore, & spatio, tunc per desuetudinem, & vsum contrarium perditur, & omnino extinguitur dictum priuilegium concessum, vt per Viuian. *tom.* 1. *commun. opinionum*, *lib.* 1. *tit.* 10. *num.* 14. *verf. sed si priuilegium*, *pag.* 186. Priuilegij immunitas perditur si immunitatem habens passus est se describi in libro soluentium, & non sufficit allegare priuilegium, sed debet appellare si describatur intra tempus datum ad appellandum, vt per Azeued. *l.* 2. *num.* 34. *cum seqq. tit.* 1. *lib.* 6. *nouæ recopil. & num.* 47. resoluit, quòd si quis malè vtatur priuilegio, perdit illud, nisi ignoranter, vel inuitè, aut per vim faciat, & *num.* 49. tenet quòd vbi ex priuilegio relulat beneficium Principis, vt quia conceditur cum hoc, quòd sustineat equum pro Principis seruitio, non solum non potest per non vsum tolli, verùm neque per expressam renuntiationem, sicut etiam non amitti priuilegium, quando acquiritur per contractum, aut pecuniam, resoluit Melch. Phœbos *Lusit. decis.* 33. *num.* 3. *cum seqq.* Ad illud verò quòd priuilegium immunitatis perditur per actum in contrarium, vide Gozadin. *cons.* 23. *num.* 7. Ozasc. *decis.* 91. *n.* 5. Bart. *in l.* 1. *C. de his, qui sponte munera subeunt*, *lib.* 10. vbi voluit quòd immunis semel sponte soluens perdit immunitatem, quia sibi parat præiudicium, Alex. *cons.* 136. *col.* 4. *vol.* 2. *cons.* 109. *circa fin. vol.* 3. Festas. *d. collect. in* 5. *part. tit. num.* 32. Crot. *cons.* 64. *num.* 20. *cum seqq.* Surd. *cons.* 262. *num.* 17. *& cons.* 419. *num.* 7. Carol. Bardel. *cons.* 21. *num.* 13. quorum aliqui pro maiori parte referunt doctrinam Angeli *in l.* 1. §. *si quis tutor*, *num.* 2. *ff. quando appell. sit*, qui ait per illum textum quòd si immunis patiatur se in extimo describi, nisi appellet, sibi præiudicat, neque prodest allegare priuilegium, quia amisisse dicitur, subdens quod *ibi* est text. peregrinus, & communiter ignoratus, cuius doctrinam sequuntur citati à Festas. *d. cap.* 1. *num.* 3 *vl.* Balb. *de præscript. in* 4. *part. quæst.* 30. *num.* 7. Menoch. *cons.* 702. *num.* 9. Sanct. *consil.* 262. *num.* 16. *cons.* 419. Intellige quoad solos tantùm, quæ repeti non possunt, secus verò quoad futuras solutiones pro quibus cogi non potest, nisi per tempus legitimum fuerit præscriptum, quia priuilegium immunitatis non continet actum momentaneum, nec consummatur per vnicum actum, sed habet causam successiuam, *l.* 2. *in princip. & ibi* gloss. & Bart. *ff. de priuileg. veter.* Guid. Papæ *decis.* 387. Anton. Gabr. *de iure immun. concl.* 1. *num.* 10. Syluan. *cons.* 66. *num.* 27. Natt. *cons.* 446. *n.* 16. *vol.* 2. Burlat. *cons.* 16. *n.* 82. *vol.* 1. Ozasc. *decis.* 91. *num.* 22. Festas. *d. cap.* 1. *num.* 22. *& seqq. & n.* 38. Surd. *cons.* 262. *n.* 78. *& 79. & cons.* 419. *n.* 33. vbi hoc declarat, & est communis, & indubitata doctrina ex Zaz. *cons.* 16. *n.* 9. *& 10. vol.* 1. relatus à Burlat. *vbi supr.* Quinimo vbi solutiones sunt reiteratæ, & per tantum tempus, quod sufficit ad præscriptionem, derogant priuilegio quoad illum casum, & actum in quo sunt factæ solutiones, non quoad alios casus, & ideo habens immunitatem ab oneribus si aliqua indebit, quoad ea, non quoad cætera sibi præiudicat, Felin. *in cap. cum accessisset*, *num.* 29. vbi etiam Dec. *col. pen. de constit.* Pute. *decis.* 188. *num.* 3. *vol.* 2. Tabia *ad l. fin. ff. de constit.*

constit. Princip. p. 2. c. 2. n. 16. Festas. *d. c. 1. n. 34.* Anton. Gabr. *commun. tit. de iure immun. concl. 1. n. 9.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præs. 41. n. 6.* quia non præsumitur, quòd quis velit suo renuntiare priuilegio, Dec. *cons.* 308. *n.* 8. Tap. *d. c. 2. n. 24.* Car. Bard. *cons. 22. n. 46.*

9 Vtrùm, & quoto temporis spatio priuilegium per non vsum amittatur, vide Menoch. *vsufreq. c. 2. n. 5. cum seqq.* Sebast. Nau. *ad l. prætor, 13. n. 6. & 7. ff. de vacat. muner.* Molin. *de primog. lib. 2. c. 7. ad finem*, Cald. Pereira *de extinctione emphyt. c. 15. n. 8.* Villalob. *tom. 2. commun. opin. lib. 7. tit. 5. num. 25. pag. 237.* Azened *l. 1. n. 40. tit. 1 lib. 6 nouæ recop.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. c. 4. q. 8. & c. 22. q. 8.* Cabed. *p. 1. decis. 17. n. 3. & p. 2. decis. 93. n. 11.* & quæ latè diximus *ad cap. cum accessisset, supra de constit.* Illud tamen aduertendum duxi, priuilegio non vtentem, quia occasio non se obtulit, illud non amittere, vt tenent Valasc. *de iure emphyt. q. 37. num. 8.* Valdes. ad Soar. *in proœm. fori litera F, in fine pag. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Exemptus ratione certæ rei, vel loci non censetur exemptus respectu alterius rei vel loci.*
2 *Priuilegia, eiúsque Dux qualis, remissiuè.*
3 *Priuilegia Capellanorum aliquorum Principum, qui à iurisdictione suorum Prælatorum erant exempti, an derogentur per Concil. Trident. ostenditur.*
4 *Exemptio, quando non est respectu certi indicis, sed simplex, & absoluta respectu omnium, tunc taliter exemptus ratione delicti ab Ordinariis locorum, in quibus committitur, puniri non potest.*

CAP. Cùm Capella. XVI.

1 EXemptus quando aliquis est respectu vnius loci, v. g. Capellæ Regiæ, non intelligitur exemptus respectu alterius, v. g. Parochiæ, quam ab Ordinario habet, & sic si delinquit in isto secundo loco potest puniri ab Ordinario, quia in hoc non est priuilegiatus, & sic potest excommunicari, suspendi, &c. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 200.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 716.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decret lib. 5. tit. 16. c. 6.*

2 *Ducis Burgundiæ.*] De Burgundia, eiúsque Duce, vide Cassan. *in consuet. Burgundiæ, verbo Duc, & verbo Borgoñe*, Burg. de Pace *in proœm. legum Tauri, n. 140. cum seqq.*

3 *Quod nullus Archiepiscopus,* &c.] Per hunc text. refert Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 64. art. 4.* olim aliqua rescripta, & indulta fuisse obtenta à Sede Apost. quibus Capellani aliquorum Principum à iurisdictione suorum Prælatorum erant exempti, & *ibi* refert hoc, & alia similia priuilegia per Concil. Trid. *sess. 24. de reform. c. 11.* esse sublata, quia priuilegia, & exemptiones, quæ variis titulis, plerisque conceduntur perturbationem in Episcoporum iurisdictionem excitant, & exemptis occasionem laxioris vitæ præbere dignoscuntur, idem etiam tenet *q. 108. art. 2.* Item Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verbo exemptio, vers. 2.* asserit Concil. Trid. *d. c. 11.* non derogari priuilegiis Capellanorum Regiorum. De exemptione à Summis Pontif. concessa Capellanis Regiæ Capellæ Vlysiponen. vide Cabed. *in patronatib. Regiæ Coronæ, c. 43.* vbi refert Bullam Leonis X. sub dat. 26. Iulij 1515. qua indultum est vt Capella Regia, & Capellani subduntur iurisdictioni solius maioris Capellani, & Legati Apost. similium Bullarum eiusdem Leon. X. Clem. VII. Iul. III. Pij IV. mentionem facit Vincent. Turturet. *de Capellis, & Capellanis Regum, in fine operis.* Idem Pontifex Leo X. petente Carolo V. Capellam Neapolitanam, & eiusdem Capellanos aduersùs iurisdictionem ordinariam muninit simili diplomate die 2. Nouembris anno 1519. subiecitque maiori Capellano præter alias facultates, quas eidem concessit. In eodem fit mentio aliorum priuilegiorum, quæ eisdem concessêre Sixtus IV. Innoc. VIII. Alex. VI. Iulius II. Idem priuilegium exemptionis ab ordinaria iurisdictione Capellæ, & Capellanis Regis Catholici inhærendo suorum Prædecessorum concessionibus, indulsit Paulus V. in sua constit. incip. *Piis Catholicorum Regum votis*, sub die 17. Februarij 1614. Capellam etiam & Capellanos Regum Gallorum exemit etiam à potestate ordinaria Episcopi Parisiensis, & Archiepiscopi Senonensis Ioan. XXII. anno 1317. Vnde Aulæ Regum Christianissimorum Sacerdotes, necnon Regij Consiliarij, amanuenses, & familiares eorundem Regum, qui in Aulicis officiis, & comitatu versantur, Abbatem sanctæ Genouefæ agnoscunt suarum litium iudicem, & disceptatorem Renat. Choppin. *lib. 2. de sacra politia, tit. 5. n. 5.* Non enim per hunc text. improbatur ea consuetudo, seu priuilegium, quæ Capellas, & Capellanos Regum alij subiicit, quàm Episcopo Principi diœceseos, in quo sensu Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. c. 11.* addit album calculum, vt benè notat Turturet. *d. tract. c. 4. n. 41.* Nam quamvis text. *in præsenti*, à nonnullis ideò restringatur vt velint eo tantummodo muniri locum, non personas, vt notarunt *in præsenti*, Abb. Panorm. *n. 2.* & Ioan. Andr. *n. 5.* hoc est eximi ab iurisdictione Antistitis diœcesani Capellanos Regios, qua in parte ministerio Capellæ operam dederint, in eo deliquerint, vt intelligit Couar. *pract. c. 11. n. 5.* Tamen Capellani Regis Hispani dum aulæ ministerio addicuntur, Sacris obeundis, & consueta stipendia emerent, non tam innituntur communi indulto huius text. sed multis priuilegiis, & præcipuè illius Pauli V. cuius *suprà* meminimus, quibus suffulti subtrahuntur ab iurisdictione diœcesana, & non modò in iis, quæ pertinent ad ipsum Capellæ ministerium, verùm etiam in quacúque disceptatione agnoscunt litium disceptatorem, & criminum cognitorem Summum Aulæ Sacellanum & iuridicum, cui ipse vices suas delegauerit, præter Sedis Apost. Legatos. Pontifices Romani hac eadem prærogatiua exornarunt alios aliorum Regum Capellas, & Capellanos, & præcipuè Lusitanorum, Gallorum, & Neapolitanorum.

In quantum exempti sunt, &c.] Notatur ad hoc, quòd 4 quando exemptio non est respectu certi iudicis, vel eorum, quæ ad proprij Ordinarij iurisdictionem pertinebant, sed est simplex, & absoluta respectu omnium & quorumcunque iudicum, tunc taliter exemptus ratione delicti ab Ordinariis locorum, in quibus committitur, puniri non potest, in quibus terminis benè intelliguntur text. *in præsenti, & in c. 1. §. in eos, de priuilegiis, lib. 6.* per ea quæ Abb. *in cap. vlt. n. 11. & ibi* Felin. *de foro competenti*, Azened. *l. 3. à n. 118. tit. 16. lib. 8. nouæ recop.* Cou. *pract. c. 11. n. 5. vers. posset, & vers. idcirco.*

SVMMARIVM.

1 *Exemptæ non censentur per exemptionem concessam Monasterio Capella illi subiectæ.*

2 *Gladius bis acutus in Apocalypsi quomodo intelligatur, ostenditur.*
3 *Argumentum ab absurdo in omnibus dispositionibus vitandum.*
4 *Absurdi ratio in quo consistat in hoc text. ostenditur.*
5 *Abbates tenentur etiam exempti venire ad synodum, si habeant territorium proprium, & populum.*
6 *Capellæ Monasterio subiectæ non censentur exemptæ per exemptionem datam Monasterio.*
7 *Connexa in priuilegiis, & exorbitantibus non veniunt.*

Cap. Ex ore. XVII.

1 EXemptio quando conceditur capiti, v. g. Monasterio, non intelliguntur exempta membra, vt sunt Capellæ; & sic Abbas ratione membrorum non exemptorum debet subesse Episcopo, exhibendo illi reuerentiam, & veniendo ad synodum Episcopi. Item ex eo quòd aliquis Abbas locum habet in synodo Episcopi, intelligitur teneri ad illam accedere, & ipsius statuta seruare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 200.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 716.* remissinè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. Augustin. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 16. c. 7.*

2 *Procedit gladius bis acutus.*] Habetur proœmium huius text. vsque ad vers. *cùm igitur, in Apocal. c. 1. & c. 19.* vbi licet communiter sacri interpretes intelligant gladium esse bis acutum verbum Dei, quod per Prophetas, Apostolos, & Prædicatores suos Deus loquitur, & alij ipsum diuinum Verbum, vt erudi è prosequitur vtrunque latè explicans Collusit. noster Blas. Alnares Viegas *in Apocalypsim, c. 1. comment. 2. sect. 14.* Alij tamen rectè intelligunt per gladium ancipitem, id est, ex vtraque parte acutum, diuinum iudicium, iuxta illud Deuter. *c. 32. Si acuero vt fulgur gladium meum, & accipiet iudicium manus mea*, de quo etiam intelligit Genebrad. illud *Psalmi 149. Gladij ancipites in manibus eorum*, sicut & apud Iurisconsultos gladium seueritatis, & animaduersionis iudicij esse supplicium, constat ex *l. imperium, ff. de iurisd. omnium iudic.* Bis autem, seu ex vtraque parte acutus dicitur diuinus gladius, eo quòd corpus, & animam punire simul potest, vel quod & supplicio præsentis pœnæ, & futuræ metu puniat, vt pulchrè in hieroglyphicis scribit Pierius *lib. 42. de gladio Iustitiæ, in §. Iustitia*; vel duplex gladij acies duplicem ostendit iudicij partem, ad dexteram scilicet, & sinistram, in bonos, & malos, quia vtrisque secundum merita retribuit, his pœnas, illis præmia, & quia extremum illud iudicium, tam bonis, quàm malis erit formidabile, vt vtrique videantur strictam gladij aciem perhorrescere, provt ex Ruperto explicat Viegas *d. comment. 2 sect. 15.* Cùm ergo Romanus, Summúsque Pontifex ipsius Christi vices gerat in terris, ex eius quoque ore rectissimam debere exire sententiam secundùm iustitiam æquo libramine, vt vnicuique quod suum est reddatur, ex auctoritate Apoc. deducit Innoc. III. Summ. Pontif. *in præsenti.*

3 *Quoniam absonum esset*, &c.] Nota optimum, & vulgare argumentum ab absurdo, quod in omnibus dispositionibus esse vitandum, probat text. *in l. nam absurdum, ff. de bonis libertorum, & in l. si ita 39. in fine, ff. de operis libertorum*, cum aliis de quibus Enerard. *in top legal. loco 8.* Mant. *obseru. 45.* Peregr. *de fideicom. art. 11. n. 45.* Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 7. à principio, & de tacit. & ambig. comment. lib. 4. tit. 13. per totum.* In quo autem consistat ratio absurdi in proposito huius text. explicat bene Socin. *hic, n. 6.* non enim patitur recta ratio, vt in Synodo prouinciali Abbas post Episcopum supra alios Episcopos resideret, quòd si dicas contingere potuisse, quod Vigorien. Episcopus inter Episcopos vltimum haberet locum, & consequenter nullum esse absurdum, quòd virtute priuilegij post vltimum Episcopum primus sederet Abbas Euasen. Cœnobij, respondebis vel constisse Pontifici Vigorien. Episcopum non habuisse vltimum locum in Synodo, vel non oportere restringere priuilegium, & decisione text. ad terminos, in quibus constaret Vigorien. Episcopum vltimum habuisse locum. An verò semoto priuilegio, de quo in text. Abbates præcedere debeant Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, latè disputant post Abb. & Felin. *in cap. postoralis, n. 9. de officio delegati*, Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 4. consid. 32.* Boër. *de auctoritate magni consilij, n. 67. vers. deinde Abbates, cum seqq.* idem Boër. seu magis Mondag. *in tract. de ordin. gradium, n. 20. cum seqq.*

Quare tenetur ad Synodum, &c.] Probat hic text. Abbates teneri ad Synodum Episcoporum venire, vt per Steph. Quarant. *in summa Bullarij, verbo Concilium prouinc. vers. 3. quæro ad hoc autem*, quòd etiam exempti teneantur venire ad synodum Episcopi esse singularem text. *in præsenti*, asserit Henriq. *in tract. de Synod. p. 2. n. 4.* vbi testatur hanc esse communem DD. sententiam, & ostendit contra Abb. antiq. intelligi non posse de synodo, in qua publicanda sunt statuta prouincialia, cũ text. apertè loquatur de statutis ipsius Episcopi, vt patet ibi, *ad Synodum Episcopalem accedere, & per hoc ipsius statuta recipere*; quòd autem loquatur de Abbatibus exemptis apertè deducitur ex vers. *nosigitur.* Intellige de Abbatibus habentibus populum, & territorium proprium, & iurisdictionem Episcopalem exercentes intra ambitum ipsius prouinciæ, hi enim vocari debent ad Concil. Prouinciale, quemadmodum vocantur Episcopi Comprouinciales, & possunt dici suffraganei, habentque vocem decisiuam, vt docet Prosper de Augustino in addit. ad Quarant. *loco proximè citato.*

In membris autem, &c.] His verbis probatur conclusio, quæ habetur in summario, quod per exemptionem datam Monasterio non censentur exemptæ Capellæ eidem Monasterio subiectæ, notat glos. *verbo non probantur*, Abb. *n. 4.* Socin. *n. 11.* & alij communiter *hic*, Fusch. *de visit. lib. 2. c. 16. n. 2. cum seqq.* Vnde consequenter in huiusmodi Capellis retinere Episcopus omnia iura Episcopalia enarrata *in cap. conquerente, de offic. Ordin.* bene probat text. *ibid.* vbi notauit Abb. *notabili 2.* & prosequitur Fusch. *d. c. 16. n. 15. cum seqq.* Neque obstat argumentum, quòd de connexis idem est iudicium, *cap. translato, de constitut.* cum similibus, quia non procedit in priuilegiis, & exorbitantibus, quando connexa non veniunt per consequentiam necessariam. Intellige supradictam conclusionem in Capellis, quæ quoad temporalia, aut intra Episcopalia Monasterio subiiciuntur, iuxta *c. 1. de Capellanis Monach.* non ita in aliis, quæ pleno iure ad illud spectant, iuxta *cap. quoniam 21. hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Receptus sub protectione Papæ per hoc non censetur exemptus*, & n. 2.
3 *Papa recipiens aliquos in filios, non censetur eos eximere.*

Cap.

Cap. Ex parte. ij. XVIII.

EXempti ab Episcopo non intelliguntur qui recipiuntur sub protectione Papæ cum rebus suis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Host. Anchar. Butr. Panorm. Dec. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 201. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 716. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. Augustin. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 16. c. 8.*

2 Probat hic text. receptum sub protectione Papæ, non ideò censeri exemptum, vt per Erasmum à Cockier *de iurisdict. Ordinarij in exemptos p. 1. q. 9. n. 3.* aduertens non idcircò superuacaneam esse protectionem, si quidem in hoc proficit, vt præstò magis adsit si iniustè fortè grauamen inferatur, & quod facilius priuilegio donetur, & citat glos. *verbo protectionis, in cap. recipimus, sub hoc tit.* & Abb. *n. 5.* Dec. *cons. 152.* Anton. de Pratis *de iurisdict. Episcopi, c. 2. n. 2.* Vtrùm

3 autem si Pontifex recipiat aliquos in filios, videatur eos exemisse? quæstio est non contemnenda, in qua videtur dicendum, non ideò videri exemisse, ex illa enim generali ratione quòd Romana Ecclesia omnium aliarum sit mater, & magistra, sequitur omnes Ecclesias eidem esse subiectas, & ex eo, quòd Papa omnium fidelium sit pater, omnes eiusdem dicuntur filij, *cap. quam graui*, ibi, *Reges, Principes, vel alios cuiuscunque ordinis filios in nostris literis appellarunt, de crimine falsi*, notat glos. *verbo filiis in proœmio Sexti*, & rationem bene explicat Marches. *de commiss. p. 1. c. 13. n. 61.* Vnde & filij denominatio non exemptionem, sed magis honoris titulum, & speciale amoris pignus denotat, iuxta ea, quæ de etymologia ipsius nominis, *filius*, tradunt scribentes omnes. Neque obstat ius harum exemptionum regulari adinstar emancipationum, manumissionum, & huiusmodi iurium, idque præsertim ex Rebuff. *resp. 142.* & sicut dominus seruum eximit à seruitute nominando filium, *l. vnica*, §. *similique modo*, *C. de Latina libertate tollenda*, ita quoque Pontifex, quia respondetur nullam *hic* militare rationis identitatem, quippè quòd dominus sibi soli præindicat, Pontifex verò ordinariæ iurisdictioni, quæ est fauorabilis, *cap. peruenit, 11. q. 1. cap. cum personæ, cap. ne aliqui, hoc tit. lib. 6.* & ita expressus est text. glos. & DD. *in cap. si Papa*, §. *non sic filios, eodem tit. & lib.*

Collige ex text. quòd quando aliquis ex priuilegio Pontificali recommendatur protectioni alicuius, non censetur in protectorem transire simul iurisdictionem, sed defensionem nudam ab oppressionibus, nec à iurisdictione suorum iudicum intelliguntur eximi, vt per Ioan. Petr. Ferrar. *in pract. tit. de forma opposit. contra instrumenta*, §. *aliis rationibus, & causis*, *n.* 5. Salgado *de protect. Regia tom. 1. part. 1. c. 1. prælud. 5. n.* 207. vbi *n.* 210. post Menoch. *de arbitr. casu* 338. *num.* 7. Hieron. Gabr. *cons.* 195. *ex num.* 1. Marc. Anton. *var. resol. lib. 1. resol. 6. n. 6.* subdit quòd cùm Principes Christiani sint ipso iure protectores Ecclesiæ, *Clemen. 1.* §. *ergo*, *de iureiur.*, si illis specialiter protectio alicuius Ecclesiæ, vel hospitalis sit concessa à summo Pont. non ex hoc acquiritur iurisdictio, aut illa tollitur superiori Ordinario.

SVMMARIVM.

1 *Religiosi, quibus à Papa concessum est, vt Ecclesias eis subiectas possint in proprios vsus conuertere, non auctoritate propria, sed à diœcesano loci possessionem illarum Ecclesiarum recipere debent, nisi in priuilegio aliud exprimatur.*

2 *Vnio facta de Ecclesia alteri Ecclesiæ, vel Monasterio effectum habitura non est, nisi post mortem rectoris illius, & ideo non requiritur eius consensus.*

3 *Declaratur text.* in c. 1. §. quia verò, de rebus Ecclesiæ non alienandis, lib. 6.

4 *Monasterium, cui à Papa conceditur, vt fructus suæ Ecclesiæ possit in proprios vsus conuertere, non potest vacante Ecclesia possessionem auctoritate propria capere, & fructus percipere absque auctoritate Episcopi diœcesani.*

5 *Declaratur principalis text. conclusio.*

6 *Beneficiarius, qui titulum habet canonicum, an possit licitè capere propria auctoritate beneficij possessionem, si à nemine occupata sit, ostenditur.*

7 *Episcopi sui nomine quis intelligitur in hoc text. remissiuè.*

Cap. Pastoralis. XIX.

PAPa quando concedit Religiosis priuilegium conuertendi in proprios vsus Ecclesias sibi subiectas, non possunt propria auctoritate accipere possessionem illarū, sed Episcopus debet eos introducere, quia à Papa non derogatur iuri Episcopatus quoad tale priuilegium, nisi aliud in eo explicetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 210. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 716. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 16. c. 9.* 1

Decedentibus personis earum, &c.] Notabis ad hoc, quòd licèt Ecclesiæ viuente rectore absque eius consensu possint ab Episcopo (Capitulo consentiente) alteri Ecclesiæ, Monasterio, vel Religioso loco vniri, seu in proprietatem concedi, iuxta text. *in Clem. 2. de rebus Ecclesiæ non alienan.* hæc tamen vnio, seu concessio effectum habitura non est, nisi post mortem ipsius Rectoris, & ideò meritò eius consensus ad vnionem faciendam necessarius non est, vt probat text. *in cap. consultationibus, de donation.* Concil. Trid. *sess. 21. de reform. c. 5.* & ita in hunc sensum sunt accipienda prædicta huius text. verba, quòd scilicet vnio facta viuente rectore etiam à Romano Pontifice non habet effectum viuente eodem rectore, quia facta censetur absque ipsius præiudicio, notant Abb. & Soc. *hic*, vterque *n. 2.* & latè explicat Petrus de Perusio *in tract. de vnionib. c. 5. cum seqq.* Fusc. *de visit. lib. 2. cap. 26. n. 11.* Rebuff. *in praxi tit. de vnionib. glos. 11. n. 8. & tit. de reprobata impetratione beneficij viuentis, n. 58.* Hoied. *de incompat. benef. p. 2. c. 3. n. 9. vers. non tamen est necessarius consensus rectoris*, Nicol. Garc. *de benef. p. 12. cap. 2. n. 214. cum seqq.* 2

Non obstat text. *in cap. 1. vers. quia verò, de rebus Ecclesiæ non alienan. lib. 6.* quatenus probat in dismembratione consensum rectoris necessarium esse, quia respondetur diuersam esse rationem quoad propositum in dismembratione partis fructuum, vel in vnione totali, & concessione Ecclesiæ in proprietatem, nam, vt benè sentit glos. *verbo defensor*, & explicant Card. *num. 6. vers. 7.* Imol. *num. 13.* Bonif. *à num. 26. & 21. ibidem*, quando vnio fit in totum, diuinus cultus præcipuè intenditur, & pauperum sustentatio, *cap. ex parte, de constitut. cap. exposuisti, de præben.* nullúmque fit præiudicium præsenti, aut futuro rectori; non præsenti, quia vnio post eius mortem effectum habitura est ex dictis; non futuro, quia nullus futurus est 3

distinctus

distinctus ab Ecclesia, cui sit vnio, sed potiùs augentur fructus eius, qui vtriusque futurus est rector, ac subinde, quemadmodum rectore viuente dismembratio fructuum sine eius consensu fieri non poterat, ita beneficio vacante necessarius est defensor, qui ipsius vtilitatem tueatur. Non obstat etiamsi replices rectori viuenti fieri præiudicium, quatenus per vnionem impeditur beneficium suum renuntiare, sicut antea poterat, nam respondetur præiudicium hoc valde remotum esse, & secundarium, ac subinde non esse attendendum, iuxta *reg. l.1.ff.de auctoritate tutorum*, & doctrinam *gloss.vlt. in cap. quamvis pactum, de pactis in 6.* receptam per Couar.*ibi p.3.§.3.n.7.* & multos, de quibus Tiraq.*in tract.res inter alios acta, à n.5.* & patet, quia titulus beneficij quoad accipientem est perpetuus,*cap.Sanctorum,in principio 7.dist.* neque renuntiari potest sine legitimi superioris auctoritate, *cap. admonet, de renuntiat.* & per consequens est, ius hoc, seu facultatem renuntiandi cum veniat remotè, & præter naturam ipsius beneficij, & ex auctoritate superioris pendeat, attendi non oportere.

4 *Inconsulto Episcopo.*] Probat hic text.Monasterium, cui à Papa conceditur, vt fructus suæ Ecclesiæ possit in proprios vsus conuertere, non posse vacante Ecclesia possessionem auctoritate propria capere, & fructus percipere absque auctoritate Episcopi diœcesani, notant Abb.*n.5.*Socin.*n.8.cum seqq.* & alij communiter *hic*, Petrus de Perusio *in tract.de vnionibus,c.2.n.5.* Rebuff. *in praxi, de vnionibus, gloss.11.n.17.* & facit, quia similiter prouisus de beneficio quoad titulum, eius possessionem capere,& fructus percipere non potest auctoritate propria,sed necessarium est, quòd immittatur in possessionem legitimi superioris auctoritate, iuxta text.*in cap. ad hæc, vers.in quadam, de offic. Archid.* notant DD.per text.*ibi,in c.ex frequentibus,de instit.* Rebuff.*in praxi tit.de immissione in possessionem, n.3.* Menoch.*rem.ed.9.recup.n.277. cum seqq.* & alij de quibus communem testatur Couar. *lib.3.var.c.16.n.7.* Petrus Gregor.*rei beneficiariæ,c.40.n.13.*& 15.Flamin. *de resign benef.lib.8.c.9. à n.55.* & latiùs *lib.10. q.6. à n.27.*Vnde passim conceditur à Summo Pontif.Breue, quod executoriale dicitur,pro executoribus, qui prouisum mittant in possessionem beneficij, de quo multa post Gonzal.& alios Nicol.Garc.*de benefic.p.6.c.3.à principio*,plenè Flores de Mena *var.q.4.*March.*de commis.p.1. c.13. à principio.* Confirmatur denique supradicta huius text.conclusio ex vulgari reg. *Non est singulis permittendum, quod per magistratus fieri licet.ff.de reg.iuris,* & ex text.celebri in hac materia *in l.si ex stipulatione,5.ff.de acquir. possess.* dum generaliter probat habentem verum titulum, veluti emptionis, vel donationis, non posse auctoritate propria sine antiqui domini voluntate possessionem capere, quod si capiat prædonem esse, notat Bartol.Iason.Alexand. & omnes communiter *ibi*, Pinel. *in l.1.C.de bonis maternis,p.2. n.61. cum seqq.*

5 Intellige principalem huius text. decisionem illo casu procedere, quando scilicet Papa alicui concedit, vt fructus alicuius Ecclesiæ in suos vsus possit cõuertere, nam licèt Ecclesia vacet, apprehendi non potest possessio auctoritate propria, sed Episcopi auctoritas necessaria est ex ratione, quam reddit text.*in præsenti*, quia rescripto suo nunquam Summus Pontifex iuri Ordinariorum præiudicium irrogare intendit, iuxta generalem reg.text.*in l.2.§.si quis a Principe,ff.ne quid in loco publico*, cum similibus, & ad nostrum propositum est text.singularis *in c.super eo 15.de offic.delegati*, dum eadem vtitur ratione, quod non intendit Pontifex Episcopo, aut Archidiacono præiudicium inferre rescripto suo, & ideo si causam super iure præsentandi alicui deleganerit sub ea forma,vt si constituerit præsentationem ad alternatam partem pertinere, ordinet Ecclesiam de persona idonea, non potest delegatus inconsulto Episcopo, aut Archidiacono instituere, vel immittere in possessionem præsentatum à patrono, inde que colligit Abb. executorem datum pro executione mandati de prouidendo non posse conferre beneficium in præiudicium Ordinariorum,ad quos pertinet collatio,sequuntur alij communiter teste Selua.*de benef.p.1. q.18.n.1.* Flamin. *de resign.lib.7.q.12.n.5.* facit denique ratio,quam ex Ioan.Andr. *hic* adducit Petr.de Perusio *d.c.2. n.6.* quòd scilicet gratia,seu concessio Pontificis poterit esse subreptitia in damnum Ecclesiæ, & finidem hospitalitatis, & detrimentum Religionis, vt considerat text. *in c.1. in princip. ne Sede vacante*: ac subinde postulat ratio boni publici, vt antequam executioni mandetur, Episcopo exhibeatur, & ab eo, eiusve officialibus vtrùm executionem mereatur, decernatur,an verò potiùs supersedere oporteat,iuxta ea, quæ notant DD.per text.*ibi,in c.si quando,de rescript. & in cap.cùm teneamur,de præbendis*, & Couar. *practic. c.35.n.6.* Hojed. *de incompat.benef. part.1.c.1.num.5.* & planè relati per Cened.*ad Decretal.collect 3.* Vtrum autem beneficiarius, qui titulum habet canonicum, possit licitè auctoritate propria apprehendere beneficij possessionem,si à nemine sit occupata? dubium est non contemnendum, in quo affirmatiuam partem communiter receptam testatur Couar.*d. lib.3. variarum,c.16.n.6.& 8.in princ.*& post Seluam idem tenent Flamin.*d.lib.10.q.7.n.30.vers.in contrarium*, & dicebore veram esse fatetur. Petr. Gregor.*d. num.15.* alij verò meliùs resoluunt, quòd licitum non sit habet verum titulum si simpliciter est institutus, possessionem vacantem propria auctoritate capere,vt resolunt Dynus,Anch. Archid.& Cosm. quos refert idem Couar.*d. c.16. num.17.* quorum sententiam post longam disputationem iustiorem esse concludit *ibi*, *n.8. nos. quod si*, sequitur Menoch. *remed.6. adipiscendæ, n.24.* communem testatur Flamin. *d.q.6. n.17.* idque etiam apertè docuit Rebuff.*d.tit.de immissione in possessionem, num.2.*

Quis autem Episcopi sui nomine intelligatur in hoc text.post antiquiores latè disputat Socin.*hic n.8.* & latiùs Tiraq.multos referens *de retract, tit.1.§.56. glos.3.n.22.cum seq.*

SVMMARIVM.

1 *Interdictum si non seruant ij propter quorum delictum fuit positum,alij nihilominus seruare tenentur, secus si illi non seruant in quorum fauorem latum fuit.*

2 *Interdictum generale locale, quod dicatur, ostenditur.*

3 *Interdictum vnius Parochiæ ciuitatis,in qua plures sunt, an particulare dicatur remissiue.*

4 *Interdictum, quando non seruatur ab eo, cuius causa latum est, alij ex Papæ licentia seruare non tenentur.*

CAP. Petisti. XX.

SI ij propter quorum delictum positum fuit interdictum, illud non seruant, alij debent illud seruare. Si verò ij in quorum fauorem fuit positum, non seruant interdictum, nec alij tenentur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr.Hostiens.Butr. Anchar. Panorm. Marian.Socin. Viuian.

Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 201. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 717. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 4. *Decret. lib.* 5. *tit.* 12. *c.* 3.

2 *Ciuitas vestra generali*, &c.] Ergo interdictum generale locale dicitur cùm interdicitur ciuitas, sicut etiam dicitur illud, quòd sub nomine collectiuo vniuersitatis plurium locorum profertur, itavt plura loca sub se contineant, quæ scilicet ibi sunt, vel esse possunt, & in hoc distinguitur à speciali, seu particulari, qui est quando aliquis particularis locus, veluti Ecclesia S. Petri, interdicitur, vel si plures Ecclesiæ particulares ciuitatis non nomine collectiuo interdicantur, benè explicat Nauar. *in man. c.* 27. *n.* 166. Vgol. *de censuris, tab.* 5. *c.* 6. *in principio*, Auila *eod. tract. p.* 5. *disp.* 1. *dub.* 1. *concl.* 2. Couar. *in cap. alma mater, p.* 2. §. 1. *num.* 9. Tolet. *in summ. lib.* 1. *c.* 51. *n.* 5. Soar. *tom.* 5. *disp.* 32. *sect.* 2.

3 *n.* 4. Vtrùm autem interdictum vnius Parochiæ ciuitatis, in qua plures sunt, particulare sit, vide Nauar. *d. cap.* 72. *n.* 168. Henriq. *in summ. lib.* 13. *c.* 51. §. 3. Sayr. *de censuris, lib.* 5. *c.* 2. *n.* 9. Soar. *d. sect.* 2. *à n.* 5.

4 *De nostra licentia celebretis.*] Ergo quando interdictum non seruatur ab eo, cuius causa latum est, alij ex Papæ licentia seruare non tenentur, de quo tamen vide Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitentialis, lib.* 32. *tract.* 3. *n.* 69. *in fine*, vbi etiam resoluit, quòd si plures sint quorum causa interdictum fuerit promulgatum, ad talem executionem requiritur, vt maior pars illorum violet interdictum habendo animum in tali violatione perseuerandi, provt coniici potuerit ex ipsorum actibus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium concessum Monasterio vt eius Monachi excommunicari non possint, intelligitur de Monachis existentibus in Monasterio, vel in Ecclesiis sibi vtroque iure subiectis.*

2 *Ecclesiæ dicuntur ad aliquem pertinere vtroque, seu pleno iure, quando in spiritualibus, & temporalibus eidem subiectæ sunt, quod intellige vt ibi.*

3 *Exemptio vtroque, seu pleno iure à potestate Episcoporum, an Religiosis concedi possit ab Episcopis, & Prælatis inferioribus ostenditur.*

4 *Ecclesia per præscriptionem potest vtroque iure à potestate Episcopi eximi, & ad religiosos transferri.*

5 *Declaratur text.* in cap. cùm non liceat, de præscript.

CAP. Quoniam. XXI.

1 PRiuilegium quando conceditur Monasterio & Ecclesiis illi subiectis vtroque iure, vt eorum Monachi non possint excommunicari, intelligitur de Monachis manentibus, & destinatis in his locis tantùm. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 202. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 717. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. August. *collect.* 4. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 12. *c.* 4.

2 *Vtroque iure.*] Id est, pleno iure, in spiritualibus scilicet, & temporalibus, vt notauit gloss. *hic, & in c. cùm & plantare*, §. *in Ecclesiis, verbo pleno iure, supra hoc tit.* quas *ibi* sequuntur Butr. *n.* 26. Zabar. *n.* 1. Dec. *n.* 12. & 16. Rebuf. *in concordatis, tit. forma mandati, verbo plenum*, Marta *de clausulis, clausul.* 85. *n.* 6. Card. Tusch. *tom.* 6. *lit. P, concl.* 364. *n.* 3. Erasm. à Cockier *de iurisdict. Ordin. in exemptos, p.* 1. *q.* 9. *n.* 6. Sayr. *de censuris, lib.* 1. *c.* 6. *n.* 12. resoluentes Ecclesias dici ad aliquem pertinere vtroque, seu pleno iure quando in spiritualibus, & temporalibus eidem subiecta est quoad temporalia, sed quoad spiritualia ab Ordinariorum iurisdictione, & potestate exempta non est, imo institutio, & destitutio ad Episcopum pertinet, vt notant gloss. *verbo ipsis, in c.* 1. *de Capellis Monachor. lib.* 6. quam constantissimè sequuntur, & passim commendant omnes proximè citati, & satis deducitur ex text. *in præsenti*, Sed pleniùs distinguendo materiam resoluit Abb. *in d.* §. *in Ecclesiis, n.* 6. quem sequuntur alij communiter, vt refert, & explicat Dec. *à n.* 20. *ibid.* quatuor casus distinguens. Primum, vbi Religiosi habent tantùm iuspatronatus in huiusmodi Ecclesiis, propter quod solam habent facultatem præsentandi idoneos Presbyteros ab Episcopo instituendos. Secundo, quando solum habent redditus temporales, & tunc eos tantùm in proprios vsus percipere possunt. Tertium, quando habent solam collationem, & tunc præter illam, nihil aliud in huiusmodi Ecclesiis prætendere possunt. Quartum, quando Ecclesias habent pleno iure, vtrumque ius tam conferendi, quàm redditus temporales percipiendi, pertinet ad eosdem, atque ita post Abb. resoluunt omnes *in d.* §. *in Ecclesiis, & in c.* 1. *de Capellis Monachor. lib.* 6. subdistinguentes in hoc vltimo casu, quòd vel Religiosis pleno iure Ecclesia subiecta est atque etiam populus, vel sola Ecclesia, & non populus; in primo subdistinctionis membro fatentur, & collationem, & institutionem, quam vocant authorizabilem, (per quam scilicet traditur animarum cura, iuxta doctrinam gloss. *in cap. auctoritate, de instit.* quam *ibi* sequuntur omnes communiter) ad ipsos Religiosos pertinere, non ita in secundo membro, quando sola Ecclesia eis subiecta est, & non populus; quamvis enim fateantur collationem ad ipsos pertinere, negant tamen ad illos spectare traditionem curæ populi, in quem supponimus nullam habere potestatem, sed soli Episcopo esse subiectum. Quæ distinctio licèt in omnibus aliis rectè procedat, in hoc tamen vltimo de institutione auctorizabili nullo firmo subsistit fundamento, per ea, quæ dixi *de offic. & potest. Episcop. p.* 3. *allegat.* 72. *n.* 185.

Illud omittendum non est, quòd licèt Domin. *in d.* 3 *c.* 1. *n.* 5. *vers. & procedunt prædicta*, atque etiam Feder. de Senis *cons.* 247. & alij, quos refert Dec. *cons.* 152. *num.* 1. voluerint prædictam exemptionem vtroque, seu pleno iure Ecclesiarum à potestate Episcoporum concedi non posse Religiosis ab Episcopis & Prælatis inferioribus, sed solùm à Romano Pontifice, quia inquiunt non posse Episcopos totam suam iurisdictionem in aliquam Ecclesiam, & visitationem, & reliqua pastoralia iura à se abdicare, ex ratione text. *in cap. cùm non liceat, à principio, de præscriptionibus*, iuncta decis. text. *in cap. cùm venerabilis, de censibus.* Contrariam tamen sententiam expresè tenet gloss. *in summa* 25. *quæst.* 2. & latè tuetur Calder. *cons.* 5. *de rebus Ecclesiæ*, sequitur Dec. *d. cons.* 152. *num.* 3. *vers. non obstant ergo, & in d.* §. *in Ecclesiis, num.* 23. *cum seqq.* cum quo pugnantes sententias ad concordiam sic reduco, vt prior negatiua procedat in Episcopo huiusmodi exemptionem sine Capitulo concedente, & sine iusta causa, posterior verò affirmatiua his interuenientibus, iuxta reg. text. *in cap. si exceptione* 12. *quæst.* 2. & *in cap. nulli*, & per totum *de rebus Ecclesiæ non alienandis*, & quæ latè vltra ordinarios *ibi*, explicant Rebuff. *in compendio alienationum, num.* 9. & 11. *cum seqq.* Couar.

lib. 2.

lib.2.var.c.17.à princip. Molin.*de iustitia, tract.2.disp.* 465.*& n.*468.& magis in terminis argumento text.*in cap.pastoralis,de donat.* post Abb.notat Rebuff.*in tract. de congrua portione,n.*38. Roch. *de iurepatron.verbo pro eo,quòd de diœcesani,n.*20. Lambert.*eod.tract.art.*8 *prima quæst. principalis p.*2. *lib.*11.*n.*32. Per præscriptionem potest etiam Ecclesia vtroque iure à potestate eximi Episcopi,& ad Religiosos transferri,vt probant text. *in cap.cum olim, vers.quia, & in cap.auditis,* cum multis aliis,*de præscript. & in cap. cùm personæ, vers.si autem,hoc tit.lib.*6.quibus locis ita obseruant DD.communiter,& latè Balb.*de præscript. p.*1.*quintæ principalis q.*11.*à n.*3. Neque obstat text. *in d. cap.cùm non liceat, de præscript.* omissis enim aliorum intellectibus, de quibus Paris.*ibi,n.*42.facilè respondetur text.illum solùm negare præscriptionem, per quam omnino extinguitur obedientia Episcopo à subditis debita, non autem eam, per quam talis obedientia aliis acquiritur, hanc enim expresè admittit text. *in d. cap. cùm olim,* cum similibus,de quibus Bald.*vbi suprà q.*12.& in visitationis præscriptione probat text.*in cap.cùm ex præscript.*& vltra Balb.*q.*16. notat Bernard.Diaz *reg.*604. *limit.*3. Card.Tusch. *tom.*4.*lit.L, concl.*241. *& lit.O, concl.*5. Minus obstat text. *in d.cap cùm venerabilis.de censibus,* non enim potestatis quæstio *ibi* erat, sed voluntatis, de quibus scilicet iuribus Episcopus fecit remissionem, & ideò in summario habetur,quòd remittens seruitia non intelligitur procurationem ratione visitationis remisisse, & vltra ordinarios *ibi,* notat Felin.*in d.cap.cùm ex officij,n.*18. *vers. & nota.*

4 *mæ quæst. principalis p.*2. *lib.*11.*n.*32.

5

SVMMARIVM.

1 *Episcopus remittens alicui Ecclesia decimas Episcopales indefinitè, remisisse videtur non solùm præteritas, sed etiam futuras.*

2 *Quarta Episcopalis soluitur Episcopo ex omnibus decimis pertinentibus ad Ecclesias inferiores ad onera Episcopatus sustinenda.*

3 *Episcopus remittere potest decimas, maximè suæ mensæ debitas ex iusta causa.*

4 *Infinita dispositio æquipollet vniuersali.*

5 *Episcopus priuilegio suo simpliciter, & indefinitè decimas Episcopales remittens, non solùm præsentes, sed etiam præteritas, & futuras remittere censetur.*

6 *Augmentum, quod postea rei legatæ accessit, venit in legatis simpliciter factis.*

7 *Verba quando generaliter, vel indefinitè proferuntur ab eo, qui antiqua excipere potuit, & non excepit, omnia venire intelliguntur.*

8 *Indefinita, aut generalis depositio posita simpliciter sine pronomine,* meum, *quando futura comprehendat, ostenditur.*

9 *Referuntur intellectus huius text.* & n.10.

11 *Remissio decimarum facta à Romano Pontifice, vt priuilegium in toto rigore accipi debet, strictamque recipit interpretationem, ac per consequens præsentes tantùm decimas, non futuras comprehendit.*

12 *Declaratur text.* in Clement. vlt. de rescriptis.

13 *Declaratur text.* in cap.ex parte, de decimis.

14 *Priuilegium de decimis non soluendis de noualibus mentionem faciens, ad noualium decimas trahi non potest, quæ ab aliis erant possessa tempore priuilegij concessi.*

15 *Priuilegium de non soluendis decimis noualium extendi non potest ad decimas noualium,quæ tempore impetrationis iam erant proscissa.*

16 *Princeps si concedat alicui domino, vel magnati dignitatem officiorum alicuius ciuitatis, an talis concessio intelligatur de illis officiis, quæ post concessionem per Principem, creata sunt, ostenditur,* & n.17.

18 *Vna, eademque res non debet diuerso iure censeri.*

19 *Verba in dubio an semper videantur relata ad tempus præsens, ostenditur.*

Cap. Quia circa. XXII.

EPiscopus quando remittit decimas indefinitè alicui Ecclesiæ, intelligitur non solùm de præsentibus, quæ habet,sed de habendis, quia beneficia sunt plenissimè interpretanda, præsertim si Episcopus potuit excipere contra tale priuilegium,& nihil excepit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Vitalin. *relation. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 202. Alagona *in compend. iuris Canon pag.*717. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord.p.*1.& 2. refertur ab Anton. August. *collect.*1. *Decret. lib.*5.*tit.*12.*c.*2.

Super Episcopalibus decimis.] Id est, quarta, quæ ad onera Episcopatus sustinenda Episcopo soluitur ex omnibus decimis pertinentibus ad Ecclesias inferiores, iuxta text. *in cap.vobis, & in cap. concessa* 12.*q.*1. de qua fit mentio *in cap. de quarta, de præscription. & in cap.conquerente,de offic. Ordinary,* cum multis aliis Rebuff.*de decimis,q.*11.*n.*7. Conar. *in cap.offic.ex.n.*18. *testamentis,* latè Soar.*de Religione, tom.*1. *tract.de decimis, l.*1. *c.*28. *n.*9. *cum seqq.* & in hac quarta de iure communi Episcopus fundatus est, vt per Monet.*in decimis, c.*8.*q.*2.*n.*14.

Facta extitit secundum Canonicas,&c.] Ergò Episcopus remittere potest decimas, maximè suæ mensæ debitas, ex iusta causa, vt resoluit Monet. *de decimis,q. n.*44. Verùm obstare videtur, quia *in hoc text.*non est missio, sed priuilegium à solo Episcopo emanauit iuxta verba,de quibus in principio, ibi, *priuilegium Prædecessoris tui,* non potest enim Episcopus alicui concedere immunitatem à solutione decimarum per viam priuilegij,vt voluit Rebuf.*d.tract.de decimis,q.*1.*n.*28. *&* 32. tum quia sunt à Papa assignatæ singulis Ecclesiis,*c.*1.*&* 13.*q.*1. tum quia in Concil.Cabilonens.statutum fuit, ne Ecclesiæ antiquitus constitutæ decimis priuarentur,*c.Ecclesia* 17.*q.*1. tum denique,quia Episcopus decimarum,& aliarum rerum Ecclesiasticarum administrator est,& non dominus, & ideò donare non potest,*c.*2.*de donation.* iuncta reg.*l.filiusfam.ff.eodem tit.* & quæ explicat Rebuff. *in compendio alienationum,à n.*61. remittere verò speciem donationis continet, vt per text. *in l. si mulier, ff. de conditione causa data,* ex multis,quos refert,& cõprobat Dnen.*reg.*22.*ampliat.*1. Sed huic difficultati respondent DD.omnes post glos. *hic,* quòd intelligatur text.*in præsenti,* quando in remissione decimarum facta ab Episcopo interuenit Capituli auctoritas, & iusta causa, necessitatis scilicet, & euidentis vtilitatis,ita Zabar.*hic in fine,* Butr.*n.*1.*&* 5. Abb.Socin.*n.*2.& alij quos refert, & sequitur Prætil. *in l.præses,n.*18. *iuncto n.*21.*C.de transactionib.*Rebuf. *in d.compendio alienationum, à n.*66.latè Monet.*d.tract. de decimis,c.*5.*q.*7.*num.*131.*cum seqq.*& ideo D.Barbos. *in priuatis scholiis ad l.*1. *ff. de legatis* 1. *& in l. donatio,* 8.*quod in anno, num.*16 *ff. soluto matrim. ex dictis* verbis huius text. ibi, *secundum Canonicas sanctiones,* dedncit remissionem decimarum, de qua *hic,* Ecclesiæ grauosam non fuisse, si enim talis esset,secundùm Canonicas sanctiones facta censeri non posset,iuxta text. & quæ *ibi* notantur *in cap.*1. *de consuet.* Quemadmodum enim licet alienatio rei Ecclesiæ absolutè confirmata

derata grauosa censeatur Ecclesiæ, & ideo non valeat consuetudo, quæ etiam admisit sine solemnitatibus à iure requisitis *cap. causam quæ, de re iudic.* non tamen ita grauosa censetur solemnitatibus interuenientibus, sed potiùs licita, ex *c. 1. de his, quæ fiunt à Prælatis*, eodem modo licèt grauosa censeri possit Ecclesiæ remissio decimarum absolutè considerata, non ita tamen positis dictis solemnitatibus; sed non obstat text. *in cap. veniens, de transact.* quia agit de transactione facta à Sacerdote sine Episcopi auctoritate, atque ita sine debitis solemnitatibus, iuxta *c. 2. & cap. de cætero, eodem tit.* Nec etiam obstat quòd remissio decimarum *in hoc text.* facta esse videatur per modum priuilegij, quia respondetur vt *infrà*.

4 *Indefinitè decimas*, &c.] Ex his verbis iuncto fine colligit glos. *hic*, vulgarem illam regulam quòd indefinita dispositio æquipollet vniuersali, *l. si seruitus, ff. de seruit. vrban. l. si pluribus* 45. *ff. de legatis* 2. cum similibus, & in dispositione legis post glos. *verbo aliorum, in cap. vt circa, de elect. lib. 6.* ex quibus annotare frequentissimè scribentes ex multis, quos refert, comprobat latè explicans Conar. *lib. 1. var. c. 13. n. 6.* Card. Mantic. *de coniect. vlt. volunt. lib. 7. tit. 6. n. 1. & 10.* & in dispositione tam legis, quàm hominis si detur in vtraque eadem ratio, Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 21. num. 5. & præs. 62. n. 7.* Mascard. *de probat. conclus. 1181. n. 38. cum seqq.* plenè Card. Tusch. *tom. 4. lit. I. concl. 86. cum seqq.*

5 *Illius temporis, sed futuri.* Notabilis est text. iste, vt ait Abb. *in summario*, dum probat, quòd si Episcopus priuilegio suo simpliciter, & indefinitè decimas Episcopales remittat, non solùm præsentes, & præteritas, sed etiam futuras remittere censetur, ita etiam Butr. & Henric. à principio, & omnino *à n. 5.* Anchar. *n. 3.* Socin. *n. 1.* & omnes alij *hic*, prosequitur ex professo plenissimè Albert. Brun. *in tract. de augmento concl. 9. & concl. 16.* & alij relati à Pinel. *in rub. C. de rescind. vend. p. 2. c. 3. n. 24.* Duen. *reg. 73.* Valasc. *consult. 58. num. 10.* Card. Tusch. *tom. 1. lit. B. concl. 49. num. 9. tom. 2. lit. D, concl. 491. & lit. E, concl. 560. & tom. 6. lit. P. concl. 735. à num. 23.* Vinian. *tom. 1. communium opinionum, lib. 1. tit. 17. num. 256. vers. necnon, pag.* 240. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 2. collect. 365. in princ.* Cabed. *p. 2. decis. 85. à princ.* consonantque in eandem conclusionem text. *in cap. ad audientiam*, 12. *& in cap. ex p. 17. de decim.* Vnde per hunc text. tenet Bart. *in l. damni, §. si quis ædes*, & *ibidem.* Imol. *ff. de damno infecto*, quòd priuilegium exemptionis super decimis, vel collectis non soluendis porrigitur ad prædia quæsita post concessionem immunitatis, sequuntur Alex. *cons. 178. num. 15. vol. 2.* Natt. *cons. 66. num. 13. & cons. 160. num. 23. & cons. 328. num. 4.* Patis. *consil. 98. num. 7. & 10. vol. 1.* Bursat. *cons. 16. num. 77. vol. 1.* Festas. *de collectis, p. 4. q. 21. num. 62.* Bertaz. *in consil. ciuili 27. num. 30.* Menoch. *cons. 106. num. 269.* Surd. *cons. 262. num. 5.* Ozasc. *decis. 136. num. 1.* Anna. Fili. *sing. 698. & cons. 61. num. 15. vol. 1.* Rimin. iun. *cons. 223. num. 28. vol. 2.* Tap. *in l. fin. ff. de constit. Princip. p. 1. c. 4. num. 6.* Camil. Borrel. *de præstantia*
6 *Regis Catholici, c. 33. num. 22.* & quod in legatis simpliciter factis receptum est venire augmentum, quod postea rei legatæ accessit, siue cum pronomine, *meum*, siue simpliciter fiant, vt probat text. elegans *in l. cùm fundus* 10. *ff. de legat. 2.* quem latè explicat Cou. *pract. c. 2. num. 2. cum seqq.* sic etiam in hypotheca rerum ad me pertinentium facta simpliciter, quòd veniant tam præsentes, quàm postea acquisitæ, probat text. *in l. vlt. C. quæ res pignori*, cum aliis, quæ post Neguz. *de pign. p. 2. membr. 2. à princ.* adducit Duen.

reg. 76. Confirmatur deinde conclusio ex alia ratione, 7
quam text. *in præsenti*, sensit in his verbis *cùm nihil excæperit cùm potuerit excæpisse*, quibus probat, quod quando verba generaliter, vel indefinitè proferuntur ab eo, qui aliquid excipere potuit, & non excepit, omnia venire intelliguntur quæ venire possunt, & continentur in lata verborum significatione, quod etiam insinuat text. *in d. cap. ad audientiam*, & adducitur ex *reg. text. in l. veteribus*, 40. *ff. de pactis*, secundùm quam, quoties verba ambigua sunt in quibuscunque conuentionibus, semper contra proferentem fit interpretatio, exornant multi, de quibus Alph. *collect.* 148. Cùm ergo Episcopus decimas Episcopales simpliciter remittens potuisset decidere terminum aliquem per quem simplex concessio ad præsentes decimas, aut præteritas, si id voluisset, restringeretur, veluti dicendo quas nunc Monachi possident, non immeritò decidit Pontifex, quod cùm nullas exceperit, omnes concessisse videtur.

Intellige, quando dispositio indefinita, aut gene- 8
ralis posita est simpliciter sine pronomine, *meum*, vel adiectione præteriti, aut præsentis temporis, tunc enim futura comprehendit etiam in legatis vel aliis, in quibus de dominij agitur translatione, atque ita text. *in præsenti*, ex eadem ratione procedere, & contrarium esse dicendum, si in concessione, seu remissione adiiceretur pronomen, *meum*, *suum*, aut similia; deducitur ex resolutis per Abb. *in cap. cum Capella, n. 5. hoc tit.* ex quo communiter receptum dicit, & sequitur Fortun. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 115. cum seqq. ff. de liberis, & posthumis.* Et confirmatur sequenti syllogismo. Verba generalia, aut indefinita, si materia subiecta non repugnat ex se, & ex sermonis proprietate, sunt apta non solum præsentia, sed etiam futura comprehendere, at in remissione decimarum simpliciter sine pronomine, *meum*, *suum*, vel alia demonstratione, quæ præsens tempus ostendat, si fiat debitis interuenientibus solemnitatibus, non repugnat materia subiecta ex Ecclesiæ, aut successoris præiudicio, iuxta suprallicta; ergo rectè text. decidit futuras decimas comprehendere, qui quidem intellectus benè conuenit cum communi, ille enim primo loco totum ponit in vi, & proprietate sermonis, communis autem considerat Ecclesiæ præiudicium, vt ostendat materiam subiectam non repugnare.

Ex quibus colligitur iam non esse necessarium re- 9
currere ad alios intellectus, quos ad hunc text. excogitarunt DD. Henric. enim, *hic, n. 3.* ait propterea in remissione indefinita Decimarum contineri futuras, quia importat titulum vniuersalem, qui æquè comprehendit præsentes, ac futuras decimas, per text. *in l. grege* 21. *ff. de leg. 1. & in l. grege 6. ff. de leg. 2.* cum similibus. Neque discrepat alius intellectus Butr. *n. 7.* dum ait ius hoc ex remissione decimarum competens monasterio, indiuiduum esse, tam respectu præsentium, quàm futurarum, & proinde omnes comprehendere, iuxta *reg. l. si communem, ff. quemadmodum seruitutes amittantur*, quibus fauet ratio huius text. quòd vna, eadémque res non debet diuerso iure censeri iuxta *cap. cum in tua, de decimis*, explicat enim Butr. quòd sicut ius, quod habebat Episcopus exigendi decimas, erat vnum integrale, habens se æqualiter ad præsentes, & futuras, ita etiam remissio æqualiter habet se ad omnes, & per eam, quoad omnes ius illud sublatũ est. Sed solido non nituntur fundamento, nam decimarum nomẽ collectiuum non est, vt grex, hæreditas, peculium, & similia, itavt oratio per illud concepta vniuersalis dici debeat, neque hoc ius, quod Episcopus habet recipiendi decimas, vel Monasteriũ non soluendi, ita indiuiduum est, & inseparabile respectu

nouarum decimarum, vt necessariò, qui illas percipit, vel non soluit, & has percipere, vel non soluere necessariò debet, imo contrarium, & iure, & vsu compertum est, quod ius percipiendi decimas antiquas, vel non soluendi, separatum sit à nouis decimis, & qui illas percipit, has non percipiat, *cap. dudum 31. infra hoc tit. cap. tua 25. §. vlt. de decimis*, & explicat totam difficultatem longo discursu Gilchen. *de præscript. p. 1. c. 6. num. 189. cum seqq.* quare neque ratio tituli vniuersalis, neque alia de iure indiuiduo difficultatem tollit: sed ad prædictam rationem est recurrendum, quòd verba hæc indifinita simpliciter, id est, sine temporis, aut pronominis adiectione, ex se apta sunt, vt comprehendant omnes decimas præsentes, & futuras. Ratio deinde æqualis est, tam ad has, quàm ad illas, neque aliqua differentiæ ratio assignari potest, quare præsentes remiserit Episcopus, non verò futuras, non etiam versatur ibi alicuius tertij præiudicium, ergo his omnibus concurrentibus rectè decidit Pontifex omnes comprehendi, & venire futuras in hac definita remissione.

10 Non obstat, quòd text. *in præsenti*, agere videtur de remissione decimarum per modum priuilegij, vt patet ibi, *priuilegium prædecessoris tui*, ac per consequens strictissimè debeat interpretati, *cap. porrò, cap. sanè, hoc tit.* quia respondetur huiusmodi remissionem decimarum ab Episcopo, de quo *hic*, per modum priuilegij factam non fuisse, licèt enim in principio thematis, & facti narratione de priuilegio mentio fiat, accipiendo scilicet priuilegium in laca illa significatione pro quacunque superioris concessione, in decisione tamen apertè Pontifex ostendit remissionem hanc habere naturam beneficij, quod latissimam recipit interpretationem, & sic de beneficio esse intelligendum hunc text. post Panorm. & D. Barbos. *in d. §. quod in anno, n. 16. & 17.* communem comprobat Perez de Lara *de anniuersariis, & Capell. c. 16. n. 16.* & ante eum Couar. *var. lib. 1. c. 13. in fine*, multos referens, & benè aduertens non sufficere hanc rationem, nisi addatur alia, quam sequimur ex proprietate, & rigore verborum, quæ etiam futura comprehendunt, & materia subiecta, quæ non repugnat. Adde insuper priuilegium propriè esse, quando aliquid conceditur contra ius commune, vt ex ipsius priuilegij definitione deprehenditur, de qua glos. communiter recepta *in rub. de rescript. lib. 6.* vnde cùm text. *in præsenti*, agat de remissione decimarum facta secundùm Canonicas sanctiones, non ad priuilegij, sed ad beneficij naturam dicendum est; cùm ergo priuilegium non sit, fauorem Monasterij concernit, ac subinde beneficium est iuxta generalem beneficij descriptionem, de qua *in c. 1. vers. in primis, in quibus causis feudum amittatur*, nec quando fit à Prælato debitis solemnitatibus, diuersa censeri debet, quoad hunc effectum ab illa, quæ fit à domino rei suæ.

11 Quamvis text. *in præsenti*, ex proximis rationibus rectè defendatur quando remissio decimarum Episcopalium fit ab Episcopo, non ita tamen, sed contrarium est resoluendum, si remissio fiat à Romano Pontifice, tunc enim neque beneficium dici potest, sed potius priuilegium in toto rigore debet censeri, neque plenam, sed strictam recipit interpretationem, & consequenter præsentes tantùm decimas, non futuras comprehendit, quo casu procedit text. *in cap. tua 25. §. vlt. de decimis, & in c. 2. in princ. & in §. 1. eodem tit. lib. 6.* atque ita hanc differentiam inter concessionem factam ab Episcopo secundùm Canonicas sanctiones & Priuilegium Romani Pont. sentiunt glos. & reliqui omnes qui illam sequuntur, dum totam rationem huius text. ponunt in eo, quòd hæc remissio, seu concessio solius concedentis præiudicium continebat, & expressè Rebuff. *de decimis, q. 14. n. 32.* Brun. *d. quæst. vers. prædicta*, Gutier. *canon. lib. 2. c. 21. n. 123.* quàm omnes D. Barbos. *d. §. quod in anno, n. 18.* Vide infertur solutio ad obiectionem deductam ex *Clement. vlt. de rescript.* dum decidit rescriptum de beneficio vacaturo non extendi ad beneficium creatum post datam rescripti, interpretatur enim Card. ibi ex eo procedere, quia odiosa erat huiusmodi gratia à Romano Pontifice concessa in præiudicium Ordinariorum, ac subinde diuersa ab illa, de qua in hoc text. neque solum concedentis præiudicium continet. Sic etiam in priuilegiis propriè sumptis, quæ scilicet contra ius commune à Romano Pontifice concedantur, procedit text. *in Clem. 1. in fine, de censibus*, vbi omnes notant, & Padil. *in l. non modus, n. 5. de seruitutibus.* Neque hic obstabit text. *in cap. ex parte 27. de decimis*, dum probat eum, cui priuilegio Summi Pontif. concessum est, vt decimas percipiat, noualium decimas percipere posse ex ea ratione, quia cui conceditur, quod est maius, conceditur etiam, quod est minus: nam ad illum text. varij assignari solent intellectus, quos prosequitur Rebuff. *à n. 6.* Couar. & Gutier. *dictis locis*, Sont. *de religione tom. 1. tract. de decimis, lib. 1. c. 23. à n. 4.* Card. Tusch. *tom. 6. lit. P, concl. 752.* Carol. de Tapia *add. ff. de constit. Princip. p. 2. c. 9. ex n. 91.* Greg. Acc. *de priuileg. lib. 2. c. 9. n. 27. cum multis seqq.* latissimè recitato *in hoc loco.* Castill. *tom. 7. de terciis, c. 36. n. 5. cum seqq.* inter quos ille iam receptus est à recentioribus, quòd procedat ex mente concedentis, quia scilicet verius est non agi *ibi* de priuilegio percipiendi decimas in aliena Parochia, hoc enim restringendum esse libenter fatentur, idque colligunt ex verbis text. in *Parochiarum tuarum, &c.*

Amplia adeò huiusmodi priuilegium de decimis non soluendis concessum à Romano Pontif. obiicitur esse, & restringendum, vt etiamsi expressè de noualibus mentionem faciat, ad noualium decimas trahi non possit, quæ ab aliis erant possessæ tempore priuilegij concessi, vt decidit text. *in cap. dudum, 31. infra hoc tit.* cuius decisionem vltra Abb. & ordinarios ibi, commendant, & exornant, Rebuff. *d. q. 14. n. 33.* Couar. *d. c. 17. n. 14.* Gutier. *d. c. 21. n. 126. cum seqq.* imo notabilior est decisio text. *in d. c. 2. §. 1. de decimis, lib. 6.* dum specialiter, & nono iure contra verborum proprietatem restringit priuilegium de decimis noualium percipiendis, pro ea portione, pro qua veteres percipiebat, vt si impetretur ab illis qui totaliter veteres percipiebant, vt extendi non possit vltra medietatem noualium, commendant specialem casum continere aduertentes Abb. & alij, de quibus Rebuff. *d. q. 14. n. 34.* Gutier. *d. c. 21. n. 25. ad finem*, Soar. *d. c. 23. n. 5.* Ampliatur etiam prædicta resolutio, quòd priuilegium de non soluendis decimis noualium extendi non possit ad decimas noualium, quæ tempore impetrationis iam erant prosciissa, quia à tempore prosciissionis statim efficax ius cœpit competere iis, quibus idem ius alioquin competebat, cui subinde Pontif. præiudicare non intendisse dicendum videtur, vt ex Abb. receptam sententiam profitentur Cou. *d. c. 17. n. 14.* & Gutier. *d. c. 21. n. 127.* Monet. *de decimis, quæst. num. 69.*

Ex quibus omnibus inferri potest resolutio ad illam quæst. controuersam, vtrùm scilicet si Summus Pontif. alicui Principi concedat collationem beneficij alicui cuius ciuitatis, vel Princeps alicui Domino, vel Magnati datam officiorum illius, talis concessio intelligatur de his beneficiis, & officiis quæ post concessionem per Summum Pontif. vel Principem creata fuerint, & ex dictis, quoad officia per Principē de nouo creata, pari

pars affirmatiua amplectenda est; diximus enim concessionem, seu dispositionem simpliciter factam sine adiectione temporis præsentis, aut pronominis, *meum*, futura comprehendere, sed quæstionem concessionis officiorum in eisdem terminis proponimus, ergo futura quoque officia comprehendi dicendum est: facit decisio huius text. quatenus habet remissionem decimarum simpliciter factam futuras comprehendere, atque etiam rationes, quibus Pontifex confirmat, quòd beneficia Principis, quando ipsius solius concedentis præiudicium continent, latissimam recipiunt interpretationem, & consequenter futura, comprehendunt: planum autem est huiusmodi concessionem officiorum, vel aliorum iurisdictionalium solius Principis præiudicium continere, quia ad ipsum solum eorum donatio seu data pertinet, vt notant Innocent. & reliqui omnes *in cap. cùm P, de fide instrumentorum*, & plures de quibus Couar. *pract. c. 19. ad finem*, Auend. *de exequendis mandatis Principum, c. 10. in princip.* & sæpè repetit Cabed. *p. 2. decis. 14. & decis. 53.* faciunt, quæ resolunt relati per Valasc. *de iure emphyt. q. 8. n. 22.* Meritò igitur huiusmodi officiorum concessionem comprehendere futura tenent post alios D. Barb. latè disputans *in d. §. quod in anno, n. 17.* & quoad officia, & beneficia Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. q. 20. art. 8.* & confirmatur ex resolutione eorum, qui docent, quòd si à Principe concedatur iurisdictio alicuius castri, & deinde numerus incolarum, aut ipsum castrum augeatur, etiam ad augmentum iurisdictio extenditur, vt ex Angelo resolnit Brun. *de augmento. concl. 9. in princip.* & ex Bald. Guido Pap. *decis. 265. & decis. 489. n. 21* & ex Alex. pluribúsque aliis Card. Tusch. *tom. 6. litera P, concl. 835. à n. 3.* & plenius Couar. *pract. c. 2. n. 1. ad finem, & n. 8.*

17 Quamvis contrariam sententiam, quòd in hac officiorum concessione veniant solùm officia creata tempore concessionis, teneat Afflict. *lib. 3. constitutionum, rubr. 4. n. 10.* quem refert, & sequitur Cabed. *p. 2. decis. 22. n. 3. & 5.* Neque obstat *Clem. vlt. de rescript.* vbi gratia ad beneficium vacaturum non extenditur ad creatum post ipsam gratiam, quia procedit in gratia Romani Pontif. in præiudicio Ordinariorum, hic verò de solo agitur præiudicio Principis concedentis; deinde vt aduertit D. Barbos. gratia erat ibi particularis, hic verò est concessio generalis.

18 *Vna, eadémque substantia*, &c.] Notatur ad hoc, quòd vna, eadémque res non debet diuerso iure censeri, vt per Tiraq. *de retract. lig. §. 1. glos. 18. n. 21.* Gonzal. *reg. 8. Cancellariæ glos. 43. n. 160.* & alios per me citatos *in tract. de Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 135. n. 7.*

19 In glos. *Sed futuri.* Notatur ad hoc, quòd licèt verba in dubio videantur relata ad tempus præsens, per *l. si ita. ff. de auro, & argento legato*, tamen id non procedit in concessionibus respicientibus solum præiudicium concedentis, nam tunc quasi beneficium latè accipietur, atque ita etiam futura in illis venient, vt per Cou. *practic. c. 2. n. 1. ad finem*, Fr. Emman. *d. art.* Valasc. *cons. 58. n. 10.* D. Barbos. *d. §. quod in annot. n. 16.*

20 Notatur etiam ad hoc, quòd non est locus fictioni, cùm tractatur de præiudicio alterius, vt per Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. glos. 10. num. 71. & tit. 2. §. 2. glos. vnic. num. vlt.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia tria Patriarchalium Sedium referuntur.*
2 *Doctores citantur, qui de Patriarchis tractant.*
3 *Romana Ecclesia omnium aliarum, omniumque fidelium mater est, & magistra.*
4 *Constantinopolitani Patriarchatus originem qui referant, citantur.*
5 *Alexandrini Patriarchatus dignitas, & origo ostenditur.*
6 *Antiocheni Patriarchatus dignitas, & quando inceperit, discutitur.*
7 *Catholici nominis excellentia quanta sit, remissiuè.*
8 *Hierosolymitani Patriarchatus origo, & dignitas ostenditur.*
9 *Patriarchæ, & alij Prælati immediatè subiecti Papæ tenentur ei præstare obedientiam, & iuramentum.*
10 *Patriarchæ pallium à Romano Pontifice tantum accipiunt.*
11 *Pallium vniuersaliter solùm à Romano Pontif. datur.*
12 *Archiepiscopi an à quatuor Patriarchis pallium accipere possint, ostenditur.*
13 *Archiepiscopi in tota sua prouincia possunt ante se Crucem elatam deferre, etiam in locis exemptis.*
14 *Patriarchæ vbique ante se Crucem deferre possunt.*
15 *Patriarchalis Crux qualis debeat esse, ostenditur.*
16 *Patriarchæ in Vrbe Romana, vel vbi Romanus Pontifex fuerit, Crucem præferre non possunt.*
17 *Curia Romana, vel Principis ibi est vbi Papa, vel Princeps existit.*
18 *Patriarchæ Crucem præferre non potest, vbi Legatus Papæ præsens esset.*
19 *Insignibus Apost. dignitatis vti non potest, nisi Legatus de Latere.*
20 *Appellari potest ad Patriarchas in omnibus causis suarum prouinciarum.*
21 *Appellatio gradatim, non verò omisso medio est interponenda.*
22 *Appellari an possit ad Patriarchas omisso medio, ostenditur*, & n. 23.
24 *Imperator non admittit appellationes ad se interpositas omisso medio.*
25 *Papa appellationes ad se interpositas omisso medio solet admittere*, & n. 26.
27 *Princeps an possit subditos sine culpa iure suo priuare, remissiuè.*
28 *Priuilegium alicui concessum, an Princeps sine causa reuocare possit, ostenditur.*

CAP. Antiqua. XXIII.

POst Ecclesiam Romanam, quæ est mater, magistra, & Princeps omnium, primum locum habet Constantinopolitana, secundum Alexandrina, tertium Antiochena, quartum Hierosolymitana, quarum Patriarchæ à Romano Pont. recipiunt pallium, id est, insigne plenitudinis pastoralis, cui iurant fidelitatem, & obedientiam. Deinde ipsi possunt dare pallium suis suffraganeis, recipientes pro se canonicam professionem, & pro Papa promissionem obedientiæ. Item vbique deferri faciunt Crucem ante se, præterquam in vrbe Romana, vel vbi est Papa, vel eius Legatus vtens insigniis dignitatis. Item in omnibus prouinciis ipsis subiectis potest appellari ad ipsos, salua appellatione quæ fit ad Papam, cui ab omnibus humiliter deferendum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 203.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 717.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. &* 2. desumitur ex Concil. Lateran. sub Innoc. III. *c. 5.* refertur ab Ant. August. *collect. 4. Decret. lib. 5. tit. 12. c. 6.* 1

Textus *in præsenti* est valde notabilis, & frequentissima nostrorum, ac Theologorum allegatione celebris, 2

dum & Patriarchatum Sedium ponit priuilegia, & præcedentia vnius ad alteram, atque etiam conclusionem illam repetit à Summis Pontificibus & generalibus Conciliis sæpiùs inculcatam, quod Romana Ecclesia omnium aliarum, omniumque fidelium mater est, & magistra, atque adeò super omnes primatum tenet, consonat in his omnibus text. *in cap. renouantes 22. distinct.* De Patriarchis vltra Ordinarios *hic*, & *ibi* Iacobat. *de Conciliis lib. 1. art. 12. §. secundò est videndum*, Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, part. 4. consider. 9.* Couar. *lib. 4. variar. c. 14. n. 13.* Paul. Fusc. *de visit. lib. 1. c. 2. n. 9. cum seqq.* Petr. Gregor. *rei beneficiariæ, cap. 10. num. 4. & syntagm. lib. 15. cap. 2.* Læl. Zech. *de republ. Ecclesiast. tit. de statu Reuerendiss. Patriarch.* Matth. Vgon. *in tract. de præstantia Patriarchali*, plures de quibus Cened. *ad Decretum collect. 58.* quibus adde Dionys. Paul. *in speciali tract. de vera quatuor Patriarchalium sedium erectione, ac earum propriè inter se æqualitate*, Flamin. *de resignat. lib. 2. q. 1. num. 8. cum seqq.* Ioan. Gatc *de nobilit. gloss. 48. §. 3. n. 1. cum seqq.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancellariæ, gloss. 41. n. 11. cum seqq.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 2. c. 35. & 36.* Marta *de iurisdict. p. 1. c. 16. n. 4. cum seqq.* quos latè refero ego ipse *de offic. & potest. Episcop. p. 1. sub tit. 3. de vera Patriarchalium sedium erectione.*

3 *Super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum.*] De Ecclesia Romana, quòd omnium aliarum, omniumque fidelium mater sit, & magistra, atque super omnes primatum obtinet, dixi *d. tit. 3. de vera Patriarchalium sedium erectione, c. 2. n. 14. & supra ad c. 1. de summa Trinit. n. 6.*

4 *Constantinopolitana primum.*] De Patriarchatu Constantinopolitano latè egi ego ipse *d. tit. 3. cap. 3.* & *ibi* citatis adde Dionys. Paul. *d. tract. de vera quatuor Patriarchalium sedium erectione, c. 10.* nouissimè Illustriss. D. meum Roderic. à Cunha *in tract. de Primatu Ecclesiæ Bracharen.*

5 *Alexandrina secundum.*] De Patriarchatu Alexandrino multa adduxi ego ipse *d. tit. 3. cap. 4.* & Dionys. Paul. *d. tract. cap. 3.* vbi *num. 8.* asserit huiusmodi Alexandrinæ Ciuitatis nobilitatem, & amplitudinem insignem, causam, & rationem fuisse, vt ibidem sedes principalis poneretur, sicut & eadem consideratio causa fuit, vt Alexandrina, licèt posterior instituta, Antiochenæ præferretur, eo quòd præfectura Alexandrina, Augustalis dicta, iuxta *rub. C. de off. Præfecti Augustalis*, ab Augusto eo nomine insignita magnificentissimèque præ cæteris ab eodem nobilitata longè præstabat Syriæ præfecturæ, vbi expressè obseruauit Card. Baron. *annal. Eccles. tom. 1. sub anno Christi 19. in vers. qualis esset.*

6 *Antiochena tertium.*] De Patriarchatu Antiocheno, dixi *d. tit. 3. cap. 5.* & latè Dionys. Paul. *d. tract. cap. 7.* vbi *num. 7.* refert Antiochenam Ecclesiam germanam Romanæ meruisse appellari ab Innoc. I. *in epistola 14. ad Bonifac. Presbyterum*, vt habetur *in tom. 1. Conciliorum, pag. 781.* ex quo vtriusque Cathedræ officium Ecclesiasticum ordinatum fuit, vt in breuiario Romano patet, & in ea celebris antiphonarum vsus cœpit, vt ex Tripartita historia referunt VValfridus *de exordiis, & incrementis rerum Ecclesiasticarum, c. 25. vers. dicendum*, Amalarius Fortunatus *de Ecclesiast. off. lib. 4. cap. 7. vers. vt Tripartita*, & Rodulphus Riuo *de canon. obseruantia, cap. 12.* & hinc forsan illius Ecclesiæ Antistes dicebatur Sacrosanctæ Antiochenæ Ecclesiæ Catholicus, de quo meminit Petrus Gregor.
7 *syntagmat. lib. 15. cap. 7. num. 5.* de cuius nominis Catholici origine, & excellentia multa adducunt Stephan. Durant. *de ritibus Ecclesiæ, lib. 2. c. 33. n. 12.* & ex Panciano, & aliis eleganter Valdes. *de dignitate Regum, Regnorumque Hispaniæ, c. 13. n. 27. & 28.* ad uertens *n. 30.* ex Guillelm. Tyrio *lib. 14 belli sacri c. 12.* & aliis, ideo Patriarcham Alexandrinum se appellari Catholicum vt vniuersalem Patriarcham, quia duodecim, aut tredecim Archiepiscopos, & ingentem numerum Episcoporum sub ditione spirituali gubernabat. De cognomine Catholici ab Ecclesia concesso Hispaniarum Regi, ac de eius excellentia, & antiquitate latè Valdes. *d. c. 13.*

Hierosolymitana quartum.] De Patriarchatu Hierosolymitano egi *d. tit. 3. c. 6.* & adde Dionys. Paul. *d. tract. c. 9.* vbi *n. 15.* aduertit, quòd crescente in Hierosolymitanam Ecclesiam Christi fidelium deuotione fabricata fuit, vt Vigilij Papæ, & Imperatoris Iustiniani tempore de Antiocheno Patriarchatu, itémque de Alexandrino tantum faerit Hierosolymitanæ Ecclesiæ concessum, atque largitum, totque eidem decreti, atque assignati suffraganei Antistites, vt verum Patriarchalis sedis titulum, honorem, ac potestatem consequi mereretur, obseruauit Card. Baronius *tom. 9. annalium Ecclesiæ anno Christi 553.* Vigilij Papæ *anno 14.* & Iustiniani Imperator. *anno 27. in pag. 441. in vers. acta illa.* Cuius notabilia, & aurea verba habentur in hunc modum: Tempore prædicti Principis, Iustiniani videlicet, congregata est Synodus generalis apud Constantinopolim tempore D. Vigilij Papæ, Eutychij Constantinopolitani, Apollinaris Alexandrini, Pauli Domini Antiocheni, & Eustochij Hierosolymitani Patriarcharum super tribus Capitulis, & in qua Synodo post alias populo Dei necessarias institutiones, quas pro tempore promulgandas decreuerat sanctorum Patrum, qui ad eam conuenerant, auctoritas, prædictam Deo amabilem Hierosolymitanam honorare Ecclesiam, & eius Episcopo loum inter Patriarchas dare, communi fauxit voluntate, uerentiam exhibens sanctæ Resurrectioni, & quoniam prædicta Dei cultrix Ciuitas, quasi in finu Alexandrini, & Antiocheni Patriarcharum erat, nec haberet, vnde illi Vrbi ordinaret suffraganeos, nisi vtrique Patriarchæ aliud detraheret, visum est expedire ab vtroque aliquid detrahere, vt eidem iuxta formam aliorum Patriarcharum ordinaret subiectos, subtraxerunt ergo Antiocheno Cæsariensem, & Scythopolitanum Metropolitanos: Alexandrino verò Rubensem, & Berythensem, item Metropolitanos, & quoniam iterum eundem Patrrarcham oportebat habere præter supradictos Metropolitanos, familiares suffraganeos, quos Græci syncellos vocant: subtraxerunt prædictis Metropolitanis quoldam Episcopos, & quoldam de nouo erexerunt vsque ad viginti quinque. Hæc Card. Baron. addens eadem reperisse scripta in Bibliotheca Vaticana in Codice notissimo, cui est titulus, *Liber censuum.*

Præstito sibi fidelitatis, &c.] Ex his verbis colligunt scribentes post glos. *hic, verbo, obedientiam*, Bonac. n. 9. Zabarel. *n. 5.* & Abb. *n. 6. vers. in glos.* quòd Patriarchæ, & alij Prælati immediatè subiecti Papæ, ei tenentur præstare obedientiæ iuramentum, iuxta formam text. *in cap. Ego N. de iureiurando*, sicut Episcopus suo Archiepiscopo, & Archiepiscopus suo Patriarchæ, atque etiam Sedi Apostolicæ promittere obedientiam, consonat text. *in cap. dilecti, de maiorit. & obedien.* notat glos. *verbo Sacramento, in cap. vt super, de rebus Eccles. non alienan.* explicat Redoan. *in tract. illius tit. 9. de alienat. non obstante iuramento, à n. 1.* Martin. Vrsus *d. cap. Ego N. à princip.* & alij relati à Cened. *ad Decret. collect. 108. n. 1.* aduertentes, quòd licèt text. *in præfato cap.* de sola obedientia faciat mentionem, consuetudine tamen recipit, vt non aliter promittatur, quàm præstito iuramento.

10 *A Romano Pontifice receperint pallium*, &c.] Ergo Patriarchæ solummodo pallium à Romano Pontifice recipiunt, vt habetur *in præsenti, & per totam dist.* 100. item & Archiepiscopi, nisi ex antiqua consuetudine, vel speciali Pontificio beneficio alicui Episcopo specialiter concedatur, vt *in cap. cum in iuuentute, de præsumpt.* explicant Host. *in Summ. sub tit. de auctoritate, & vsu pallij, n.* 3. Durand. *in rationali diuinorum, lib.* 3. *c.* 17. Conrad. Brun. *de ceremon. lib.* 3. *c.* 4. *ad finem*, Ruzæ. *de præeminentia Archiepiscopalis dignit. priuil.* 21. & Steph. Durand. *de ritibus Ecclesiæ, lib.* 2. *c.* 9. *num.* 41. *cum seqq.*

11 Guid. Pancirol. *variarum lectionum, lib.* 1. *c.* 20. Datur que à solo Romano Pontifice vniuersaliter, iuxta text. *in c. misi, de auctoritate, & vsu pallij*, quia datur in signum plenitudinis potestatis, iuxta text. *in præsenti, & in cap. ad honorem, illo tit.* quæ potestatis plenitudo ab alio dari non potest, nisi ab Apostolica Sede, eiusque Præside Romano Pontifice Petri successore, à quo tanquam à capite in alios Prælatos tanquam membra omnis profluit Ecclesiastica iurisdictio, *cap. in nouo* 21. *distinct.*

12 *Et ipsi suis suffraganeis pallium largiantur.*] Ex his verbis colligitur à quatuor Patriarchis Archiepiscopos pallium accipere posse, in quo videtur obstare text. *in cap. significasti* 4. *ad finem, de elect.* vbi habent, quòd pallium à B. Petri corpore tantùm suscipitur, quia scilicet à solo Romano Pontifice est accipiendum, vt post Host. notant Abb. *ibi n.* 9. Lælius Zech. *de repub. Ecclesiast. tit. de statu Illustriss. Patriarcharum, n.* 5. *vers. traditur*, & ex Innoc. Petr. Alphons. de Vasconcel. *in harmonia rubricarum, sub tit. de auctoritate, & vsu pallij, n.* 7. sed Host. *d. loco, n.* 4. & alij, de quibus Henriq. *in Summ. lib.* 10. *c.* 31. *in princip.* respondent Patriarchas pallium Archiepiscopis suis suffraganeis largiri posse, ex auctoritate ab ipso Romano Pontifice concessa, ac subinde dici non posse, quod ab alio accipiunt, quam à Romano Pontifice, & ab ipsius B. Petri corpore, iuxta reg. *qui per alium facit, de reg. iuris, lib.* 6.

13 *Dominicæ verò Crucis*, &c.] Hoc est secundum Patriarchalis dignitatis priuilegium, nam licèt omnibus Archiepiscopis concedatur, vt in tota sua prouincia possint ante se deferre Crucem etiam in locis exemptis intra prouinciam, vigore constitutionis editæ in Concilio generali Viennen. *in Clement. Archiepiscopo, hoc tit. de priuilegiis*, & latè explicant Ruzæ. *de prærogatiuis Archiepiscopalis dignitatis, priuileg.* 2. Læl. Zech. *d. tit. de statu Illustriss. Patriarcharum, n.* 6. Steph. Quaranta *in Summa Bullarij, verbo Archiepisc. auctoritas* 28. *auctoritate*, extra prouinciam tamen Crucem

14 deferre non possunt, nisi illi, quibus speciali Sedis Apost. priuilegio fuerit concessum, vt probat text. *in c. 1. vt lite pendente*, vbi notant omnes, & proximè citati. Patriarchis tamen iure communi priuilegium hoc conceditur *in præsenti*, vt vbique Crucem deferre possint, notant Butr. & Abb. *hic in princip.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.* 1. *considerat.* 38. *concl.* 4. Petr. Gregor. *Syntagmatum iuris, lib.* 15. *c.* 9. *n.* 6. Læl. Zech. *loco proximè citato, n.* 2. *ad fin.* Henriq. *d. lib.* 10. *c.* 19. §. 3. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellariæ gloss.* 41. *n.* 45. Guido Pancirol. *d. lib.* 1. *c.* 20. §. *habent & aliud*, Ioan. Narbona *de appellatione à Vicario ad Episcopum, p.* 2. *fund.* 1. *n.* 12. vbi *n.* 13.

15 aduertit Patriarcharum Crucem, quam præseferunt ligno transuersario gemino constare, cuius lignum superiùs transuersum breuius est, inferiùs longius; in quo distinguuntur à cæteris Episcopis, & Archiepiscopis, quibus nisi vnius duntaxat transuersi ligni Crucem intra suam prouinciam præseferre non permittitur, vt obseruarunt Iacob. Cujac. in Paralipomenon. *ad tit. de foro competenti, in cap. sanè* 3. *in fine*, Iust. Lips. *in notis ad suos de Cruce libros*, Iacobus Gretserus *de ortu sanctæ Crucis* 3. *part. in descriptione Crucis Vuerdeanæ, versic. verum cum circa.*

Nisi in Vrbe Romana, &c.] Notat, & commendat, 16 licèt in praxi contrarium malè seruari aliquando ex Host. referat Rusæ. *d. priuil.* 21. *vers.* 3. *intellige*; rationem verò colliges cum Ant. August. *in notis ad hunc text. post collectiones ex l.* 1. *& l. vlt. ff. de officio Proconsulis*, quas explicat Ant. Faber *in rationalibus Pandectarum ad illum tit.* & Brisson. *antiquitatum lib.* 3. *c.* 14. Indèque colliges malè sensisse Pancirol. *d. cap.* 20. § *habeant*, Patriarchas solùm intra prouincias sui Patriarchatus posse deferre Crucem, nam ex limitatione, quam text. *in præsenti*, facit in proximè adductis verbis, regulam firmat in contrarium quòd omnia alia loca, in quibus Romanus Pontifex præsens non reperitur, iuxta reg. text. *in l. nam quod liquidè*, §. *vlt. ff. de penu legata.*

Vel vbicunque Summus Pontifex fuerit.] Notatur hic 17 text. pro doctrina eorum, qui docent Curiam Romanam, seu Papæ, vel Principis ibi esse, vbi Papa, vel Princeps existit, vt docet gloss. *verbo Romana, in Extranag. execrabilis, de præbend. Ioann. XXII.* Innoc. Abb. & alij communiter *in cap. Ego N. de iureiurando*, commendat Roman. *singul.* 145. & post Tiraq. & alios, Couar. *practic. cap.* 4. *n.* 10. Gonzal. *ad regul.* 8. *Cancel. gloss.* 13. §. 1. *à n.* 2. Nicol. Garc. *de benef. p.* 5. *c.* 1. *n.* 287. *cum seqq.*

Aut eius legatus. Notatur ad hoc, quòd Patriarcha 18 Crucem præseferre non potest, vbi Legatus Papæ præsens esset, vt per Quarant. *d. verbo Archiepiscopi auctoritas, vers.* 28. *auctoritas est, in fine*, vbi aduertit idem esse quando præsens esset Cardinalis non Legatus, vel Nuntius cum facultate. Legati de Latere vt in cæremoniali Episcoporum *c.* 3.

Vtens insignibus Apostolicæ dignitatis.] Quæ esse pan- 19 nos purpureos, equum album phaleratum, simul atque fræno, & calcaribus deauratis, eisque vti non posse Legatum nisi de Latere, post Host. notant Butr. *n.* 10. Zabar. *num.* 6. Abb. *n.* 4. & alij omnes *in præsenti*, Petr. Gambar. *lib.* 2. *de potestate Legati, lib.* 2. *cap.* 1. *de variis Ordinariorum nominibus, n.* 21. Ioan. Narbon. *d. tract. de appellat. à Vicario ad Episcopum, p.* 2. *fundamento* 1. *n.* 23. Læl. Zech. *de republ. Ecclesiast. tit. de statu Illustriss. Legati, n.* 4. *vers. vlterius*, & post Martinum Laur. Pancir. *variar. lib.* 1. *c.* 19. vbi etiam de insignis ipsius Papæ multa tradit.

In omnibus autem prouinciis, &c.] Tertium, & nota- 20 bile Patriarcharum priuilegium *hic* ponit Pontifex, vt scilicet ad illos in omnibus causis suarum prouinciarum possit prouocari. Ratio autem formalis huius priuilegij in eo consistit, quia secundùm ordinarias regulas appellatio gradatim, non verò omisso medio est interponenda, *l. Imperatores* 21. *in princip. ff. de appell.* & vltra ordinarios *ibi*, resoluunt Socin. *regul.* 39. Maraut. *de ordine iudiciorum, p.* 6. *c. de appellat. à n.* 468. & 21 alij de quibus Alphan. *collect.* 892. quibus adde Garc. *regul.* 32. & Sigismund. Scac. *de appellat. q.* 7. *à princip.* ita scilicet vt inter Ecclesiasticos iudices ab Archidiaconis, & aliis inferioribus Prælatis ad Episcopum & ab Episcopo ad Archiepiscopum, & sic ab inferiori ad superiorem immediatum iudicem interponatur appellatio, *cap. dilecti* 66. *de appellat. cap. Romana, eod. tit. in* 6. prosequuntur Rusæ. *de prærogatiuis Archiepiscopalis dignitatis priuileg.* 6. plenè Scac. *quæst.* 8. *à num.* 32. Patriarchis tamen ipso iure communi singu- 22 laris hæc prærogatiua indulgetur, vt ad illos omisso medio in omnibus suarum prouinciarum causis licita sit appellatio, atque ita text. *in præsenti*, esse intelli

intelligendum, quia aliàs nullum concederet priuilegium Patriarchis contra principium huius text. ibi, *renouantes priuilegia*, & hanc esse communem sententiam computatis auctoribus post Innocent. & Host. concludit Abb. *hic num.7.& 8.* sequuntur Petr.Greg. *syntagm.iuris lib.15.cap.9.num.6.* Alberic. *in dictionario, verbo Patriarcha, vers. Patriarchæ, & Primates*, Lancel.Conrad. *in templo omnium iudicum, lib.2.cap.3.n.9.* Gamb. *d. tract. de potestate Legati, lib.2.cap.1.de variis Ordin.nomin. num.25. & lib.6. quæst.22.num.106.* Marant. *d.cap.de appellat.n.371.* Læl. Zech. *d.tit. de statu Illustrissimorum Patriarcharum, n.4. ad finem*, Dionys. Paul. *de vera quatuor Patriarchalium sedium erectione, c.17.n.27.* Ioan. Narbon. *d.p.2.fund.1.n.26.* Scac. *d.q.7. num.104.*

23 Quamvis contrarium tenuerit Butr. *n.11. hic*, & immeritò communem dicat Zabarel. *n.3. vers. nota quoad quatuor*, & alij, quos sequitur Henriq. *d. lib.10.c.29. §.3.* id colligentes ex glos. *vltim. in præsenti.* Pro quibus non facit fundamentum desumptum, ex hoc text. ibi, *saluis*, &c. quatenus hoc, vt appelletur omisso medio, concedit soli Romano Pontifici, vt *ibi* dicetur; nam text. non loquitur taxatiuè, neque impedit quod etiam quatuor Patriarchis specialiter concedatur iuxta considerationem Abb. de qua *suprà*, quia si gradatim ad Patriarchas esset appellandum in proninciis sibi subiectis, nihil illis specialiter concederet text. contra mentem Pontificis in prædictis verbis Patriarchalium Sedium priuilegia renouantes. Potest tamen istorum resolutio defendi in Primatibus, qui minus propriè Patriarchæ appellantur, in illis enim libenter admitto veram esse, & communem Butr. sententiam, at verò Panorm. quæ proculdubio verior, & receptior est, procedere in quatuor Patriarchis, ee quibus *in hoc text.* & ita licèt dubitans distinguit Scacc. *d.q.8. versiculo declara secundò, & n.99. vers. quod si vltimus, in fine.*

24 *Saluis appellationibus ad Sedem Apostolicam*, &c.] Hic colligit *gloss. vlt.* quòd licèt Romanus Imperator, qui aliàs mundi dominus dicitur *in l. deprecatio, ff. ad legem Rhodiam*, non admittat appellationes ad se interpositas omisso medio, iuxta *d.l. Imperatores, ff. de appell.* contrarium tamen obseruat Romanus Pontifex, omisso enim medio ad se interpositas appellationes solet admittere, vt etiam probare videtur text. *in cap. ad Romanam 2.q.6.* notat gloss. per text. *ibi in cap. si duobus 7.*

25 *de appellat.* quas receptas communiter esse constat ex Marant. *d.cap.7. de appellationibus, n.369.* Redoan. *de simonia, p.1.cap.16.num.14.* Anton. Seap. *in tract. iuris non script. cap.41.num.2.* Lancell. *de attentatis, p.2.c.12. ampl.21.num.3.* & plures alij, quos refert, & sequitur Scacc. *d. tract. de appellat, quæst.7. num.46. cum seqq.* Card. Tusch. *litera A, concl.352.n.51.* Ioan. Narb. *d. tract. de appellat. à Vicario ad Episcopum, part.2.fund.1. num.25.*

26 Quamvis contra hanc receptam traditionem tenuerit Speculat. *titul. de appellat. §. nunc tractemus, in princip. lib.2.* laudans, & benedicens Imperatori, quòd in præiudicium inferiorum Ordinariorum, & in damnum, & laborem inæstimabilem litigantium ad se appellare omisso medio non permittat, quem liberius, seu magis audacius, quàm oportebat, sequebantur Practica Ferrarien. Castald. & alij quos refert Scacc. *loco proximè citato*, eorum fundamentis plenè satisfaciens: sed pluribus rationibus cohonestatur hæc praxis, & iuris Pontificij Constitutio, quia non solùm vt maiorem Curiam habeat Papa, vt dicere videtur Bart. *in l.1.§. si quis in appellatione, ff. de appellation.* sed vt subditi ad Sedem Apostolicam appellantes releuentur sumptibus, & laboribus, quibus Ecclesia maximè obuiare intendit, iuxta text. *in cap.1. in princip. de appellat. in 6* litibus scilicet, & difficultatibus quæ passim oriri solent cum disputatur quis sit iudex mediatus, vel proximus. Ad illud autem, quod dicit Abb. *hic n.8.* quod melius fortè esset pronisum si Pontifex non permitteret ad se appellare omisso medio, sicut Imperator, quem sequuntur reliqui omnes, de quibus Rosæ. *dict. priuilegio 6. in princip.* respondet decendùm eundem stylum Romanæ Curiæ solere Pontificem, si pars petat appellata, causam remittere ad suum iudicem, nisi intelligat iustam subesse causam, ob quam in Curia debeat eam retinere, iuxta doctrinam Archidiac. & aliorum quos citat Rebuff. *tom.3. ad leg. Galliæ tit. de appellat. art.2. gloss. vnica à n.9.* refert multos Scac. *d.q.7.n.83.* & sic cessat omnino præiudicium Ordinariorum, & damnum partium litigantium, quod Speculat. & alij, qui eum sequuntur, considerare & attendere voluerunt.

In gloss. *Alexandrina*, ibi, *& sic priuata fuit sua fa.* Huic nostræ gloss. dum causas prosequitur, ob quas potest Princeps subditos sine culpa iure suo priuare, alia est gloss. similis *in cap. reseruantes 12 distinct.* quam commendant multi relati à Cened. *ad Decretales collect. 58.n.2.* quibus adde Bobadil. *in sua politica, lib.2. c.16.num.162.* Azor. *institut. moral. part.1. lib.5. cap.25.* Guido Pancirola *variar. lib.1.c.23.* Moder. *de iurisdict. part.4. centuria 2. casu 195. num.17.* Sanch. *de Matrim. lib.2. disp.16. num.3.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib.2. concl.56.* Castil. *quotidianarum quæst. lib.2.c.28. & lib.3.c.6. n.8.* & plures alios per me relatos *in remissionibus de dict. & clausulis*, clausula vi. *num.12.* Adde supradictis *in hoc text.* probari conclusionem magis ad materiam tituli spectantem, vbi licet, quòd Princeps, qui priuilegium concessit subditis, illud ex iusta causa potest reuocare, quæ autem sint *in hoc text.* vt primus locus antea competens Archiepiscopatus Ecclesiæ ad Constantinopolitanam transferatur, dixi *de offic. & potestate Episcopi, p.1. tit.3.c.2.n.* Imo sine causa saltem cogente, & necessitatem inducente id posse Principem, ex gloss. *in reg. dicat, de regulis iuris, lib.6.* resoluunt DD. quos plenè refert, & sequitur Gabr. *communium, lib.3. tit. de iure quæsito, concl.7.* & latiùs Soar. *de legib. lib.8. cap.37. à principio* & omninò *n.4 & 10.* benè distinguentes triplicem priuilegij formam: primam, quando priuilegium datur per modum contractus, quod resolvit secundùm communem absque iusta causa reuocari non posse ab ipso concedente, vt latè prosequuntur Gabr. *d. tit. de iure quæsito, concl.7.* Pinel. *in rubrica de rescindenda venditi. p.1.c.2.col. penult. & vlt.* Valasc. *consult.172.n.5. & consult.120.n.9.* Gabed. *Lusitania, decis.20. & decis.71.* & *princip. p.2.* Camil. Borrel. *de præstantia Regis Catholici, c.53.à n.6.* Ludou. Rodulph. *in tract. de supremo, seu absoluta Principis potestate, c.6.n.170.* secundam, quando priuilegium consistit in absoluta domini translatione, quod idem Soar. fatetur etiam reuocari non posse absque iusta causa: tertiam, quando consistit in mera facultate, vel licentia operandi aliquid præter ius commune, in quo concludit procedere prædictam communem doctrinam, quòd etiam sine causa à concedente potest renocari, cum eo prosequere, elegantèr enim, ac satis omnia ad istum articulum spectantia resoluit.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium Religiosis concessum vt possint sepelire confratres suos tempore interdicti, intelligitur de illis confratribus, qui licet maneant in seculo obtulerunt se tamen Ordini mutare habitum secularem,*

vel de illis, qui bona sua eis dederunt, vsufructu retento.

2 *Sepeliendus vnusquisque de iure est in Parochiali Ecclesiæ, vel potius in ea in qua maiores sui sepeliri consueuerunt.*

3 *Declaratur text. in præsenti.*

4 *Persona deputata alicui Ecclesiæ quando censeatur Ecclesiastica, ostenditur.*

5 *Pluralitas aliquando resoluitur in singularitates.*

6 *Oblati dicuntur qui non tantùm bona propria, sed se ipsos dant Monasterio.*

7 *Priuilegium merè voluntarium tempore non perditur.*

8 *Actus meræ facultatis nunquam præscribuntur.*

Cap. Vt priuilegia. XXIV.

1 PRiuilegium concessum Religiosis vt possint sepelire suos confratres tempore interdicti, intelligitur de his, qui licèt maneant in sæculo, tamen obtulerunt se Religioni mutato habitu, vel de illis, qui omnia bona sua dederunt Religioni irreuocabiliter, reseruato sibi vsufructu, & non de aliis. Item priuilegium concessum Regularibus, vt si perueniant ad locum interdictum, aperiantur eis Ecclesiæ, & celebrentur illic Diuina officia exclusis excommunicatis, intelligitur de vna Ecclesia sola aperienda in vna ciuitate, & semel in anno, si secus fiat, puniatur, & qui abutitur potestate sibi concessa meretur perdere priuilegium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Hostiens. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 204. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 717. remissiuè Ximen. *in concord. part.* 1. est in Concilio generali Lateranens. sub Innocent. III. *cap.* 57. & refertur ab Ant. August. *collect. 4. Decret. lib. 5. tit. 12. cap.* 7.

2 *Sepulturæ Ecclesiastica non negetur.*] Intellige quando huiusmodi priuilegiati decedentes nullam eligunt sepulturam, tunc enim vigore priuilegij sepeliri possunt in Ecclesiis, ad quas de iure pertinent, licèt sint interdictæ, in parochialibus scilicet, vel potiùs in iis, quibus Maiores sui sepeliri consueuerunt, iuxta reg. text. *in c. 1. in princip. de sepul. & in c. 3. eodem tit. lib. 6*, & quæ latè prosequuntur Spin. *in speculat. testamentorum, gloss. 2. princ. à princip.* & omnino *n.* 38. Gutier. *de iuramento confirmat. part. 2. c. 4. à princip.* Ioan. Garc. *de expensis, cap.* 8. *num.* 4. Card. Tusch. *tom.* 7. *litera S, concl.* 194.

3 *Vel aliorum non interdictas Ecclesias.*] Intellige, ne aduersetur vers. præcedenti in proximè relatis verbis, quando priuilegiati elegerunt sepulturam in loco non interdicto, quia tunc debent sepeliri, non verò in Ecclesia interdicta, licèt ad eam de iure pertineret, & ratio sumitur ex regula prædictorum iurium, quibus conceditur vnicuique, vt relicta antiqua Maiorum sepultura, vel etiam parochiali, possit aliam eligere, *d. c. 1. & d. c.* 3. adeò, vt etiamsi demissa antiqua in loco minus Religioso in alia eligatur, nequaquam debeat ea electio impugnari, *c. 2. §. vlt. eodem tit. de sepult. lib. 6.* quare multo minus debuit impugnari voluntas priuilegiati, qui cùm in loco interdicto pòsset eligere sepulturam in non interdicto propter Diuina officia, quæ *ibi* sine aliquo iuris impedimento celebrantur, eam elegit, atque ita post Abb. & Sylvest. hunc esse verum intellectum huius text. asserit Couar. *in cap. alma mater, p. 2. §. 2. n. 7. in fine.*

4 *Qui vel adhuc manentes in seculo*, &c.] Notatur ad hoc, quòd persona deputata, & donata perpetuò alicui Ecclesiæ siue sæculari, siue regulari, saltem si defert habitum aliqua ex parte Religiosum, licèt non emittat tria substantialia vota, censetur Ecclesiastica persona, & gaudet priuilegio Ecclesiastico Canonis, & fori, vt per Nauar. *in tract. de redditibus Ecclesiasticis monitu* 55. *n.* 44. Couar. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 2. *n.* 8. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 123. *art.* 1. *in fine.*

5 *Quia licèt pluraliter dictum sit*, &c.] Notatur ad hoc, quòd pluralitas resoluitur in singularitates, vt per Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellariæ gloss.* 21. *n.* 2. Metipsum *de appellat. verbor. signific. appell.* 169. *n.* 1. & 3.

6 In gloss. *Pro duobus.* Notatur ad hoc, quòd oblati dicuntur, qui non tantùm bona propria, sed se ipsos dant Monasterio, vt per Fr. Emman. *d. q.* 123. *art.* 1. *in princ.*

7 In gloss. *Semel in anno*, ibi, *sed si per centum annos*, &c.] Notatur ad hoc, quòd priuilegium merè voluntarium, per quod scilicet aliquid faciendum ponitur in libera voluntate priuilegiati (quod contingere potest, quando in priuilegio exprimitur, vt eo vtatur priuilegiarius si voluerit) tempore non perditur, sequuntur Butr. & alij hìc, illam peregrinam, auream, & valde notabilem dicit Balb. *de præscript. p.* 4. 5. *princip. q.* 4. *n.* 4. & alij, quos refert, communem testatur Padil. *in l. falso, n. 9. C. de diuersis rescriptis*, Gail. *lib. 2. obseru. 60. n. 9.* Soar. *de legib. lib. 8. c. 34. n* 28. Mench. *vsufreq. c. 2. n.* 11. Molin. *de primog. lib. 2. c.* 7. *ad fin.* Tiber. Decian. *resp. 43. num. 34. vol. 3.* optimè Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 49. art. 8.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. concl. 60. consid. 3. lib. 2.* Et confirmatur ex generali regula, quæ docet actus meræ facultatis nunquam præscribi, vt per text. *in l. 2 ff. de via publica*, & multis aliis comprobat Gabr. *commun. lib. 5. tit. de præscript. concl. 10.* Menoch. *de arbitr. casu 74. à n. 7.* Card. Tusch. *lit. P, concl. 537.* Ioan. Cephal. *cons. 176. n. 46. cum seqq. lib. 2.* VVesemb. *cons. 67. & cons. 2. n. 49.* Hippol. Rimin. *consil. 589. ex num. 14. lib. 5.* Brun *consil. 12. n. 21 & 22.* Honded. *consil. 82. ex n. 7. lib. 1.* Sixtin. *de Regalib. lib. 2. c. 3. ex n. 55.* Ant. Thesaur. *decis. Pedem. 61. ex n. 3.* Seraphin. *decis. 716. n. 10. & 11.* Cenal. *commun. contra communes, q. 501. ex n. 16. cum seqq.* D. Barbos. *in l. cum notissimi, C. de præscript. 30. ex n. 77.* latè me citato *in hoc loco*, Castil. *tom. 7. de tertiis, c. 32. à princip.* ad plura similia rectè inferentes.

8 

9 Sed in contrarium meliùs arguit Abb. *hìc num.* 4. seqnitur Dec. *in cap. cùm accessisset, de constit. num. 17. vers. 3. prædicta*, aliàs *n. 36. cum seq. ex l. 1. ff. de nundinis*, vbi etiam priuilegium faciendi nundinas erat in potestate priuilegiati, & tamen decem annis amittitur, nec aliquid facit, quod in voluntatem expressam conferatur, siquidem solùm exprimit, quod à iure inerat, iuxta *reg. l. 3. ff. de legatis* 1. cum similibus, de quibus Duen. *reg.* 285. & relati ab Alphano *collect.* 33. & confirmatur, quia omnia priuilegia constituuntur in voluntate priuilegiati, quia nemo cogitur vti priuilegio suo, iuxta text. *in cap si de terra, suprà hoc tit.* Argumentum verò ex *d. l.* 2. parum vrget, si aduertas text. illum procedere in iis, quæ sunt publicæ facultatis, nos verò loquimur in facultate priuata, explicat Couar. *lib. 1. variar. cap. 9. n. 2.* alij verò aliter, atque aliter intelligunt, & limitant, vt per Corras. *lib. 6. miscellan. c.* 25. Ferret. *in l. 3. à n. 100. ff. de vsucap.* Gabr. Menoch. Card. Tusch. *locis proximè citatis*, & tandem, quia huiusmodi reg. si vera est, procedit tantùm in præscriptione vera, quæ ex parte præscribentis requirit possessionem, quæ non datur in iis, quæ facultatis sunt, nisi à tempore prohibitionis, non autem potest applicari nostris terminis, in quibus non de præscriptione huiusmodi, sed de tacita renuntiatione agitur, ad quam factum, vel possessio aduersarij minimè

requiritur. Ex quibus hæc resolutio contra communem satis probabilis est, & ita in rigore disputationis facilè defendi potest, sed pro concordia vide distinctionem Ioan. Andr. quam refert, & explicat Abb. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti generalis tempore Episcopi non prohibiti, qui non fuerunt culpabiliter interdicti clam celebrare possunt.*
2 *Priuilegium certis Religiosis concessum, vt tempore interdicti possint Diuina officia celebrare, extenditur ad Episcopos.*
3 *Priuilegium*, ad instar, *quod dicatur, ostenditur.*
4 *Priuilegium* ad instar alterius *concessum, aut alteri communicetur, si prius illud augeatur, minuatur, vel reuocetur, ostenditur.*
5 *Doctores referuntur agentes de priuilegiis aliquibus religionibus concessis, vt pro suis festiuitatibus, vel etiam professione Nouitij facienda publicè interdicti tempore celebrare possint.*
6 *Priuilegia concessa aliquibus, vt tempore interdicti diuinis interesse possint, illis tantùm prosunt, qui interdicto causam non dederunt.*
7 *Interdicti tempore priuilegium habentes interessendi diuinis, an teneantur audire Missam sub peccato mortali in diebus festiuis, ostenditur.*

CAP. Quod nonnullis. XXV.

1 EPiscopis etiam conceditur sicut concessum est Regularibus, vt tempore interdicti possint diuina celebrare ianuis clausis, suppressa voce, non pulsatis campanis, exclusis excommunicatis, & interdictis, dummodo non dederint causam interdicto, nec quicquam doli, vel fraudis congesserint, & nisi hoc ipsum fuerit eis interdictum, & quandoque id est, non semper celebrent ne oriatur scandalum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Anchar. Butr. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 205. Alagena *in compend. iuris Canon. pag.* 718. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. est in Concilio generali Lateranen. sub Innoc. III. *cap.* 58. & refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decret. lib.* 5. *tit.* 12. *c.* 3.

2 *Ad Episcopos excedentes.*] Notatur ad hoc, quòd priuilegium certis Religiosis concessum, vt tempore interdicti possint diuina Officia celebrare, extenditur ad Episcopos, vt post Sylvest. Couar. & Henriq. atque alios resoluit Sayr. *de censuris, lib.* 5. *c.* 5. *n.* 16. vbi etiam asserit non procedere in Ecclesia specialiter interdicta. Circa extensionem priuilegiorum de vna persona ad alias ab ipsa lege factam, generalis est regula constituenda, quòd extensio huiusmodi facta censetur iuxta modum, & cum omnibus qualitatibus, quæ inerant in primo, seu principali priuilegio, ad quod refertur, vt planè deducitur ex reg. text. *in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati, & in l. nihil, in fine, ff. de coniungendis emancipatis cum liberis eius*, cum aliis, ex quibus eandem generalem regulam colligunt Card. Tusch. *tom.* 3. *lit. E, conclus.* 660. & in materia priuilegiorum idem Tusch. *tom.* 6. *lit. P, concl.* 763. *à n.* 2. Soar. *de legib. lib.* 8. *c.* 16. *à n.* 2. Mastril. *Siciliæ decis.* 156. *n.* 20. *cum seqq.* hinc
3 notantes in ea forma priuilegij, quod dicitur, *ad instar*, idem dicendum esse, quando scilicet alicui datur ad instar, vel similitudinem alterius, quod alteri datum erat, vel æquiualenter per particulam, *sicut illi*, per hanc enim relationem omnia, quæ in priori dispositione continebantur, censentur repetita, iuxta reg. *l. asse toto, ff. de hæred. institut.* cum similibus, de quibus Peregr. *de fideicommiss. art.* 16. *à n.* 2. & adducti ab Alphan. *collect.* 803. & in ipsa conceptione verborum priuilegij ad instar, vel ad similitudinem probat text. optimus in *l. omnia, ad finem, C. de Episcop. & Cler. & in l. ad similitudinem, C. de aduoc. diuer. iudiciorum*, & de altera forma, sicut illi, text. notabilis *in c.* 2. *hoc tit. lib.* 6. ex quibus, atque aliis comprobant post Oldrad. *cons.* 200. Card. Tusch. *d. concl.* 763. & post Mandos. *de priuil. ad instar, q.* 4. Soar. *d. c.* 15. *n.* 2.

Vtrùm autem, quando priuilegium conceditur ad instar alterius, vel vni concessum alteri communicatur, si prius illud augeatur, minuatur, vel reuocetur auctum etiam, diminutum, vel reuocatum conferri debeat in persona illius, cui communicatur? quam eidem quæst. post Abb. & alios disputat Mandos. *d. trat. q.* 6. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *q.* 55. *art.* 19. Azened. *cons.* 36. *per totum*, Soar. *d. c.* 15. *a n.* 5. Et quorum mente resolue distinguendo, vel enim communicatio fit non per se, & principaliter, sed quasi dependenter ab eo, cui concessum fuit primò, & principaliter, vt contingit in extensione priuilegiorum ad similares Religionum, Episcoporum, & similium in quibus planum est, quod non possunt vti priuilegio nisi iuxta modum, secundùm quem eo vtitur ipse principalis, ex generali reg. *cap. translato, de constit.* cum similibus, & ideo aucto, diminuto, vel reuocato priuilegio principali, sequitur necessario augeri, diminui & reuocari priuilegium in persona eorum, quibus communicatum est: aut priuilegium communicatum non sic dependenter, sed directè per se, & æqualiter, itavt persona, cui communicatur, eo vti possit eodem modo, quo prior poterat, vel ipse posset si primo, & per se ei fuisset concessum, quæ forma frequentissima est communicationis priuilegiorum inter Religiosos vnius scilicet ad alteram, vt latè prosequitur Fr. Emman. *d. quæst.* 55. *à princip.* & in his terminis regula constituenda est negatiua, quòd aucto, vel diminuto, aut reuocato priuilegio principali, non augetur, nec minuitur, nec reuocatur in persona eorum, quibus communicatur: supponimus enim vtrumque priuilegium stare per se, vt re ipsa distinctum solumque opponi particulam ad instar, vel relationem ad aliud, ad terminandam significationem verborum; cognita autem hac significatione, & modo, & qualitate priuilegij sic concessi, nulla remanet dependentia vnius ab altero, & consequenter cessat reg. *accessorium, de reg. iuris, lib.* 6. & locum habet reg. *l. 2. pinianus exuli, ff. de minoribus*, & ita procedit, quod ait Fr. Emman. *d. art.* 19. quòd in communicatione priuilegiorum Religionum non communicatur non vsus, quia licèt Religio, cui primò concessa fuit, illo non vtatur, & propter non vsum ea amittat, aliter tamen vti poterit alia Religio, cui independenter communicata sunt. Procedit autem hæc reg. nisi contrarium ex forma communicationis colligatur, quia scilicet facta est per modum causæ fiendæ, id est cum futurum, vt loquitur Azened. *d. cons.* 36. *n.* 4. qualiter licet verba referuntur ad modum, secundùm quem prima Religio in futurum vtetur priuilegio, veluti quia conceditur sub illa forma, Concedo Sociis Ordinis Mendicantium, & iuxta tempus futurum, ad quod refertur, debet intelligi, iuxta reg. text. *in l. iu delictis, §. si extraneus, ff. de noxalib. act.*

Vt cum commune terræ interdictum, &c.] De priuilegiis aliquibus Religionibus concessis, vt pro suis festiuitati

stiuitatibus, vel etiam professione nouitij facienda publicè interdicti tempore celebrare possint, vel cum moderamine, *cap. alma mater*, §. *adiicimus*, *de sent. excomm. lib. 6.* plene Collect. *priuilegiorum singulorum ordinum, verbo interdictum*, Nauar. *in man. c. 27. n. 179. cum seqq.* & alij, de quibus Henriq. *in summ. lib. 13. c. 44. §. 6. & c. 48. §. 3.* latè Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 112.* & alij, de quibus Sayr. *de censur. lib. 5. c. 13. à n. 21.*

6 *Verùm hoc illis concedimus*, &c.] Notatur ad hoc, quòd priuilegia concessa aliquibus, vt tempore interdicti Diuinis interesse possint, illis tantùm prosunt qui interdicto causam non dederunt, seu alias in eo culpabiles non sunt, de priuilegiis iuris loquitur text. *in præsenti*, & notauit Abb. *notab. 2.* de priuilegiis hominis probat text. *in cap. licet, vers. huiusmodi, hoc tit. lib. 6.* & in vtrisque est receptissima omnium scribentium traditio, vt constat ex Nauar. *d. c. 27. n. 180.* Henriq. *d. lib. 13. c. 48. §. 5. lit. A*, Tolet. *lib. 1. c. 53. n. 2. vers. nota*, 2. Sayr *de censur. lib. 5. c. 5. n. 29. & 31.* Ratio verò huius resolutionis ea est, quia illi, propter quos interdictum personale, etiam generale, vel etiam locale, profertur, aut qui ei causam dederunt, vel alias culpabiles existunt, personaliter interdicti censentur, vt arg. text. *in cap. si sententia. vers. cæterùm, de sententia excommunicationis, in 6.* notant DD. communiter ex Nauar. & aliis, quos adducit Sayr. *d. lib. 5. cap. 4. num. 10. vers. secundò*, satis autem constat concessionem etiam iure communi factam aliquibus personis, vt tempore interdicti possint celebrare, vel interesse Diuinis, personaliter interdictis non prodesse, vt in terminis *d. 8. adiicimus*, post Cou. & alios explicat Soar. *tom. 5. de censur. disp. 34. sect. 3. num. 2.*

7 Quæstio est ad præsens institutum non contemnenda, vtrùm personæ illæ, quibus à iure, vel ab homine conceditur, vt tempore interdicti possint interesse Diuinis, teneantur audire Missam sub peccato mortali in diebus festiuis, & de præcepto? in quo dubio verior est sententia affirmatiua, & ex eo probatur, quia cùm Diuinis licitè interesse possint, ac subinde cesset impedimentum, à quo præcepto deobligabantur, fit locus generali præcepto iuris, de quo *in cap. Missas, de consecr. dist. 1.* cum similibus, quæ explicat Soar. *tom. 1. de religione. tract. de diebus festis. lib. 2. c. 15.* & in terminis, de quibus agimus, expressè resoluit Nauar. *in man. c. 21. num. 3. in fine*, & post Sot. Medin. & alios, sequuntur Henriq. *lib. 7. c. 13. §. 3. iuncta lit. I, & lib. 13. c. 48. §. 5. iuncta lit. B*, Nugn. *in 3. part. q. 83. art. 6. prope finem, vers. respondetur tamen.* Bonacin. *de censur. disput. 5. punct. 3. num. 19.* vbi *num. 20.* resoluit à fortiori Clericos, & Religiosos teneri Missam audire diebus festis tempore interdicti localis generalis, & de habentibus Bullam Cruciatæ Fr. Emman. *in eius explicatione*, §. 3. *num. 6.* & Sebast. Acosta *ad eandem, q. 28. per totam*, confirmantes, quia nemo dubitat detentum in carceribus si habeat facultatem à iudice exeundi mortaliter peccare, si non audiat Sacrum, ergo similiter illi, quibus facultas interessendi Diuinis tempore interdicti conceditur, mortaliter peccabunt si Missam non audiant: neque probabile aliquod fundamentum addunt Victoria, Cano, Marius, & alij Salmanticenses, quos supradicti referunt, & constanter sequitur Auila *de censuris, p. 5. disput. 4. sect. 2. dub. 6.* contendentes nullam culpam committere habentes priuilegium interessendi Diuinis tempore interdicti si Sacrum omittant diebus festis, quorum fundamentum est, quod nemo cogitur vti priuilegio sibi concesso, *l. penult. C. de pactis, cap. si de terra, supra hoc tit.* cum similibus: nam facile respondetur hanc obligationem non prouenire ex priuilegio, sed ex illo remoueri impedimentum, quo excusabantur, eóque remoto succedere obligationem legis præceptum huiusmodi imponentis omnibus non impeditis; & confirmatur, quia vt fatetur Auila, & reliqui omnes vtriusque opinionis Auctores, tenentur Clerici tempore interdicti audire Missam, quia secundùm ius commune non sunt prohibiti, sed potiùs seruata moderatione, *cap. alma, de sententia excomm. lib. 6.* illis conceditur celebrare, atque aliorum Diuinorum vsus; ex qua ratione necessario etiam concedere debuerunt hoc idem in reliquis omnibus priuilegiatis, quia supposito priuilegio prohibiti non sunt interesse Diuinis.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegia non sunt violanda etiam indirectè.*
2 *Cluniacen. Ordinis origo, remissiuè.*
3 *Censuræ latæ contra formam, vel in fraudem priuilegiorum in exemptos, & priuilegiatos ipso iure nulla sunt.*
4 *Priuilegij tenor & verba sunt attendenda, & ab eis non est recedendum.*

CAP. Quanto amplius. XXVI.

Honor. III.

PRiuilegia alicuius, v. g. Religionis, non sunt violanda etiam indirectè, vt si ex priuilegio Religionis non sunt excommunicandi, nec debent excommunicari illi, qui cum ipsis tractant, vt qui molunt in molendinis, qui coquunt in furnis eorum, vel in aliis communicant vendendo, emendo, &c. quia sic licèt videantur seruari verba priuilegij, tamen non seruantur, & Religiosi sunt veluti excommunicati, cùm non possint cum aliis communicare. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 205.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 718.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* 1

Cluniacen.] De Ordine Cluniacen. & eius origine, & antiquitate vide Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p. 4. consid. 31.* aliàs 55. S. Antonin. *p. 2. tit. 15. c. 13. §. 2.* Vincent. *in speculo histor. lib. 25.* Sylueſt. Marul. *in Oceano, lib. 1.* Hieron. Roman. *de Republ. Christiana, lib. 6. c. 9.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 4.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. c. 21. q. 2.* Fr. Ludouic. Miranda *in man. Prælat. tom. 1. q. 4. art. 2.* Soar. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. c. 3. n. 1.* & aliqua dixi *ad rubr. de statu Monach. num. 3.* 2

In fraudem priuilegiorum, &c.] Notatur ad hoc, quòd censuræ latæ contra formam, vel in fraudem priuilegiorum in exemptos, & priuilegiatos ne ab Ordinariis excommunicari possint, ipso iure nullæ sunt, ita gloss. *verbo ad cautelam, in cap. præsenti, de sent. excomm. lib. 6.* cum similibus, de quibus Nauar. *in man. c. 27. n. 4.* & post illum Vgolin. Henriq. atque alios, Sayr. *de censur. lib. 1. c. 16. n. 17.* rectè explicans hanc doctrinam procedere, quamvis iudex excommunicationem, vel interdictum proferens ignoret priuilegium, ex ratione, quam in iisdem terminis reddat text. *in c. 1. §. ex parte, de conces. prabend. lib. 6.* quia scilicet etiam ignorans priuatur vsu suæ iurisdictionis, ac subinde succedit vulgaris doctrina quod censuræ latæ à iudice non suo omnino inualidæ sunt. 3

In

4 In gloss. *Sola.* Notatur ad hoc, quòd à verbis, & tenore priuilegij non est recedendum, nisi aliud de concedentis mente constet, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo libertis, n. 55. & 56.* Henriq. *in summ. lib. 7. c. 30. §. 1.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 46. art. 11.* Sanch. *de Matrim. lib. 8. disp. 1. n. 11.*

SVMMARIVM.

1 *Incedentes vt laici sine tonsura & habitu, & in maleficiis deprehensi se pro Clericis non defendunt.*
2 *Clericus sine habitu, & tonsura in crimine deprehensus à iudice seculari an puniri possit, ostenditur, & num. seqq.*
3 *Monitio trina requiritur vt Clericus non deferens habitum, nec tonsuram, priuetur priuilegio Clericali.*
4 *Declaratur text. in præsenti, & n. 5. & 6.*

CAP. Exparte. *iij.* XXVII.

1 INcedentes sine tonsura, & habitu, & in foro factis, hoc est, in maleficiis deprehendi, si habebantur omnino tanquam laici, licèt post delictum reassumant habitum, & tonsuram, tamen non gaudent priuilegio, & sine pœna excommunicationis à iudice laico puniri possunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 205.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 719.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.*

2 Notabilis est, & difficilis text. hic, dum probat, quòd si Clericus sine habitu, & tonsura in crimine deprehendatur, à iudice seculari puniri potest, etiamsi postea habitum, & tonsuram reassumat, notat Abb. & Butr. *hic*, & alij, de quibus Couar. *pract. c. 32. n. 1.* & in Clerico coniugato probat conclusionem text. *in cap. vnic. de Clericis coning. lib. 6.* Guid. Pap. & plures alij, quos refert, & explicat idem Cou. *pract. c. 31. n. 7. vers. tertio*, D. Barbos. *in l. Titia, n. 33. cum seqq. ff. solut. matrim.* & plenè relati à Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 8. n. 60.* & à Diana *resol. moral. p. 1. tract. 2. resol. 23.*

5 Verùm in contrarium vrget, quia ad hoc, vt Clerici non deferentes habitum, & tonsuram, priuentur priuilegio Clericali, trina requiritur monitio, neque sufficit, quòd sine habitu, & tonsura in crimine deprehendantur, vt probat text. expressus *in cap. in audientia 25. & in cap. contingit 45. de sententia excomm.* notant omnes per text. *ibi in cap. vlt. de vita, & honestate cleric.* ex quibus hanc regulam negatiuam constituendam esse, vt trina monitione non præcedente, Clerici in crimine deprehensi sine habitu, & tonsura potestati seculari non subiiciantur, nec ab ea puniri possint, receptum est ab omnibus communiter, vt comprobant D. Barbos. *in d. l. Titia, n. 34. vers. vltima concl.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore cleric. personali, §. 8. à princ.* receptissimam esse scribentium sententiam attestatur Farin. *d. n. 60.* Et hunc text. loqui de Clericis in minoribus, tradunt Barbos. contra Regem Angliæ *lib. 4. c. 27. n. 24.* Diana *d. tract. resol. 129. vers. ad cap. ex parte.*

4 Quapropter non immeritò decisio huius text. difficilis reputari potest, subindèque varios parit intellectus: nam gloss. *hic*, quam aliqui sequuntur, & præcipuè Abb. *num. 4. in princ.* iuncto fine, interpretantur non constare ex litera text. quòd delinquentes, de quibus *hic*, fuissent Clerici, sed quòd Clericos se esse allegabant, vt prætextu tonsuræ, & habitus Clericalis postea reassumpti, sæculare iudicium euaderent, quod tamen non probabant, cui intellectui applaudere videtur litera huiusmet text. ibi, *nonnulli literati, qui nec habitus, nec tonsura Clericos profitetur*, iuncto ibi, *vt iurisdictionem tuam*, id est, *Reginæ eludant*, & ibi, *ne igitur tonsura, vel habitu sic reassumpto malitia fumatur*, &c. quæ videntur supponere fraudulenter à non Clerico susceptum fuisse habitum, & tonsuram. Verùm hic intellectus non plenè satisfacit, tum quia si Clericos se esse non probabant, nulla manebat tam dubitandi, vt Clericali gauderent priuilegio, iuxta reg. text. *in l. quod Labeo, ff. de Carbon. edict.* tum etiam, quia in litera text. supponi videtur Clericatum probatum fuisse, ibi, *licèt antea pro laicis ab omnibus haberentur*, quasi supponat iam nunc constare, quòd sit Clericus, qui antea laicus communi existimatione reputabatur.

Alij igitur tenent text. hunc intelligendum esse non de omnibus Clericis, sed ad coniugatos esse restringendum, quia in illis constat non aliter gaudere priuilegio Clericali, nisi habitum deferant, & tonsuram, iuxta *d. cap. vnic. de Clericis coniugatis, lib. 6.* eam adducentes coniecturam, quia hæc decisio pars est text. *in cap. ex parte, de Clericis coning.* quod de Clerico coniugato agere non est dubium, atque ita intelligebat Goffred. quem refert Abb. *d. n. 4.* Sed hic intellectus apertè violat literam text. non enim constat de eo Clericos, de quibus *hic*, fuisse coniugatos, nec Pontifex huius qualitatis mentionem omisisset, sed ea penderet verus huius text. intellectus. Quare si simpliciter intelligunt de omnibus Clericis in minoribus, quos inquiunt priuilegio Clericali non gaudere, si incedant sine habitu, & tonsura, contraria verbis, quæ trinam monitionem requirunt, procedere in Clericis constitutis in Sacris. Sed nimis restringunt eorum iurium generalitatem, & generale Clericorum priuilegium, quòd secundùm ius commune antiquum, æquale est in Clericis in minoribus, atque maioribus, vt probat text. vbi notant omnes *in c. 1. de foro compet. & in cap. Clerici, & in cap. at si Clerici, de iudic.* Vnde alij retenta hac distinctione inter maiores, & minores Clericos partem posteriorem de Clericis in minoribus intelligunt ad illos esse restringendam, qui habitu, & tonsura dimissis, frequenter grauibus criminibus se inuoluunt, vel etiam tonsura retenta committunt crimen aliquod atrocissimum, & Reipublicæ maximè nocivum, his enim duobus casibus admittunt specialiter permissum esse à iure, vt à iudice sæculari puniri possint, hoc deducentes ex text. *in cap. perpendimus, de sententia excomm.* & probat gloss. *hic*, passim recepta secundùm Couar. *pract. c. 32. n. 2. vers. 1.* Clar. *in pract. §. finali, q. 36. n. 31.* Beller. *de iur. de fauore Clericorum personali, §. 7.* Verùm neque hic intellectus difficultatem plenè resolvit. Primò, quia non bene inter Clericos minores & minores videtur facere differentiam contra receptas resolutiones DD. *in d. c. 1.* Secundò, quia ex text. non constat agere Pontificem de solis Clericis in minoribus. Tertiò, quia etiam non constat agere de criminibus grauissimis, & in maximum Reipublicæ damnum, ad quæ hic intellectus se restringit.

His ergo omnibus reiectis interpretationibus, illa facilior, & literæ huius text. magis amica videtur, quòd agat de his Clericis, qui frequenter, & fere semper habitum non deferunt, neque tonsuram, & ideò à laicis distingui non possunt, sed deprehensi in crimine Clericos se dicunt, vt eludant iurisdictionem secularem, & debitam pro delictis punitionem euadant: his enim concurrentibus decidit text. non immeritò, quod priuilegio Clericali non gaudent, & monitio trina necessaria non sit, quia cùm à laicis non distinguantur,

guantur, monitio præcedere non potuit, & dolus, atque fraus huiusmodi ei patrocinari non debet, contra text. *in cap. intelleximus, de iudiciis, cum similibus.* Hodie post Concil. Trident. Sacra Congregatio Card. super *cap. 6. sess. 23. de reformat.* censuit, quòd si non incedat clericus in habitu, & tonsura, non requiritur alia monitio per dictionem, *nisi*, positam *in d. cap. 6.* quæ excipit *l. actione, C. de transact.* refert Bellet. *d. tit. de fauore clericorum personali, §. 8. num. 6. versic. propterea.*

SVMMARIVM.

1 *Parisiis, & in locis vicinis ius Ciuile legi non debet.*
2 *Leges sicut non dedignantur sacros Canones imitari, ita etiam sacri Canones non dedignantur Imperatoris leges imitari.*
3 *Leges sine Canone valent parum.*
4 *Leges sæculares tanquam inferiores sacris Canonibus famulantur.*
5 *Canonica scientia Legali, & Doctor iuris Canonici Doctori Legum est præferendus.*
6 *Leges publicè audire prohibitum est Monachis, Sacerdotibus, Archidiaconis, Decanis, Plebanis, & aliis personatum habentibus.*
7 *Francia non subest Imperatori.*
8 *Canonicis legibus deficientibus si leges Imperatorum municipalibus seu Regiis contrariæ reperiantur, an Ecclesiasticæ causæ secundum ius Regium decidi debeant, ostenditur.*
9 *Parisiis quare ius Ciuile doceri, aut audiri prohibeatur in hoc textu, ostenditur.*
10 *Canonica scientia dicitur quiddam mixtum ex morali, & Ciuili.*
11 *Declaratur text. in præsenti, dum omnibus atque etiam laicis, prohibet Parisiis audire, aut docere ius Ciuile.*
12 *Vicini boni sicut sæcularis est commoditas, ita & mali incommoditas omnium maxima.*

Cap. Super specula. XXVIII.

1 PArisiis, & in locis vicinis ius Ciuile legi non debet, quia ibi non sunt in vsu Imperatorum leges, tum quia melius poterit studiis factæ Paginæ insisti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butt. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 206.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 719.* temissiuè Ximen. *in concord. p. 1.*

2 *Sancta Ecclesia Legum,* &c.] Licèt variis iuris decisionibus compertum sit, & comprobatum, quòd sicut leges non dedignantur sacros Canones imitari, ita etiam & sacri Canones, & Ecclesiasticæ leges non dedignantur Imperatorias, & sæculares leges imitari, & ab iis illæ debeant iudicari, ac ad hanc conclusionem textus hic soleat allegari iuncto text. *in cap. si in aduitorium, 10. distinct. c. 1. & 2. de noui operis nunt. Auth. vt clerici apud proprium Episcopum, collat. 6.* singularis tamen est hæc decisio, dum modum exprimit, quo leges Ciuiles Ecclesiasticis inseruiunt, facit notabile Baldi dictum in procemio Decretal. dum ait iuris Canon. sanctiones iuris Ciuilis subtilitate decorari, sequitur Palat. *in repetit. rubr. de donat. inter virum, & vxorem,* multisque similibus confirmat latè disputans Felin. *in cap. Ecclesia, à n. 37. de constitut.* & plenè Henric. Canis. *in tract. differentiarum vtriusque iuris, à princip.* Bobadil. *in sua politica, lib. 1. c. 17. n. 186.* Vnde manauit vulgare 3
illud, Leges sine Canone valent parum, Canones sine lege nihil, Roman. *sing. 654.* & post Rebuff. *in tract. nominationum, q. 5. à num. 14.* Menoch. *de arbitr. casu 425. num. 29.* Salzed. ad Bernard. *in practica, c. 59. alias 62. in nouiss. impress.* Verùm quod leges sæculares 4
velut inferiores sacris Canonibus famulentur, Canones verò illis superiores sint, text. *hic* probat, consonat *c. 1. 10. distinct.* ibi, *lex Imperatorum non est super legem Dei, &c. cap. certum est, eadem distinct. Extrauag. vnam sanctam, vers. vterque, de maiorit. & obed.* vbi post multa ad nostrum propositum concludit, oportere gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spirituali subiici protestari, atque ita text. *in præsenti,* ad hoc commendat Abb. *not. ab. 1. hic,* & resolunt Viuald. *in candelabro aureo, p. 4. c. 9. n. 1.* Viguer. *institut. Theolog. c. 17. §. 2. vers. 6.* Bobadil. *d. lib. 1. c. 18. n. 13. & 39.* Soar. *de legibus, lib. 4. c. 11. à n. 6. & 9.* Vnde etiam infert idem Abb. *in cap. Clerici, de iudic.* Scientiam Canonicam Le- 5
gali, & Doctorem iuris Canonici Doctori legum esse præferendum, & post alios comprobat *hic* Dec. *num. 3.* Cassan. *in catalog. gloriæ mundi, p. 10. consider. 17.* & eleganti discursu comprobat Fortun. *de vltimo fine iuris, à n. 11. & 49. cum seqq.* Bennius *de priuilegiis Doctorum in proœmio, p. 3. n. 21.* Azened. *l. 2. n. 4. tit. 14. lib. 6. nouæ recop.* An verò Canonista eligi possit ad sæculares magistratus gerendos, disputat affirmatiuè resoluens Bobadil. *d. lib. 1. c. 6. n. 24. cum seqq.*

Publicè tamen leges audire prohibitum est Mona- 6
chis, Sacerdotibus, Archidiaconis, Decanis, Plebanis, Præpositis, Cantoribus, & aliis personatum habentibus, vt *in cap. non magnopere, & in cap. vlt. suprà, ne Clerici, vel Monachi.* Si verò de istorum numero non sint, minimè Clericis huiusmodi studium est prohibitum, etiamsi in Sacris sint constituti, vel etiam si Parochiale habeant beneficium, vt probat text. *in c. 1. ne Clerici, vel Monachi, lib. 6.* notat gloss. *verbo literarum, in cap. cùm ex eo, de electione, lib. 6.* quam singularem dicit, & sequitur Nauar. *in man. c. 27. n. 116.* Graf. *in decis. aureis, p. 1. lib. 4. c. 11. n. 1.* Sayr. *de censuris, lib. 3. c. 32. n. 9.* Soar. *tom. 5. eod. tract. disp. 23. sect. 3. num. 8. cum seqq.* & iuxta hanc resolutionem intelliges text. *in c. 2. hoc tit. lib. 6.* dum Clericis studentibus ius Ciuile in scholis vrbis Romæ concedit priuilegium percipiendi fructus in absentia, vt scilicet procedat in Clericis non Sacerdotibus, aut Dignitatem obtinentibus. Si verò ad maiorem perfectionem, & intelligentiam Canonum hoc faciant, tunc licitum est scholas ingredi, & ius Ciuile publicè audire, vt per Abb. *in d. cap. non magnopere, n. 8.* Gom. *in reg. de non tollendo iure quæsito, q. 1. in fine,* Zerol. *in praxi Episcop. d. verbo studium, §. 5. vers. ad secundum.* Neque in contrarium facit statutum Vniuersitatis nostræ Conimbr. *lib. 3. tit. 43. §. 1. & tit. 44. §. 9.* vbi generaliter prohibet Clericos, & Beneficiarios quoscumque admitti ad cursum Institutionum, & Legum, quia solùm procedit ad effectum, ne huiusmodi cursus probari possint, & ne valeant admitti ad suffragia, vel actus faciendos, non tamen vt contra studentes, & frequentantes scholas ad leges audiendas pro maiori Canonum perfectione culpam, aut pœnas incurrant ptæscriptas iure Canonico.

In Francia, & nonnullis scientiis, &c.] Francia enim, 7
& prouinciæ illæ Romanis Imper. subiectæ non sunt, sed potiùs legitima præscriptione ab eius potestate exemptæ, de quo dixi *suprà ad cap. per venerabilem, à n. 22. qui filij sint legitimi,* vbi idem extendi ad Regna Hispaniarum, & Portugalliæ, & adde *ibi* citatis latè Valdes. *de Regibus Hispaniæ,* Camil. Borrel. *de præstantia Regis Catholici, cap. 47. cum seqq.* Card. Tusch. *tom. 7. lit. R, concl. 344. cum seqq.*

Occurrunt

8 *Occurrunt verò Ecclesiasticæ causæ*, &c.] Aduerte quòd deficientibus legibus Canonicis si leges Imperatorum municipalibus, seu Regiis contrariæ reperiantur, debent Ecclesiasticæ causæ secundùm ius Regium decidi, vt per Perez *in proœmio Ordin. q.* 3. Soar. de Pace *in praxi Eccles. tom.* 1. *annot.* 5. *à n.* 36. Azeued. *ad tit.* 1. *in princip. à n.* 17. *lib.* 2. *nouæ recop.* Morla *in emporio iuris, p.* 1. *tit. de legibus, q.* 10. *n.* 13. Sed contrarium verius est, vt decidit Summus Pontifex in confirmatione Concil. Bracharensis IV. ex censura ad eius calcem adiecta, quam *suprà* ponderauimus ad *c.* 1. *n.* 5. *de noui operis nunt.* Nam *cap. constitutus suprà de restit. in integrum*, quatenus probat in foro Ecclesiastico causas decidendas esse secundùm consuetudines municipales, procedit in consuetudine mixta Laicorum, & Clericorum, hæc enim omnes Clericos, qui ea vtuntur, ligat, secundùm Abb. *ibi, & in cap. cum causam, notab.* 3. *de re iudic.* quem sequitur Felin. *in cap. Ecclesia, n.* 81. *sup. de constitut.* Tiraq. *in tract. le mort, p.* 3. *declar.* 8. *n.* 4. Gregor. *l.* 5. *gloss.* 2. *tit.* 2. *p.* 1. post Roch. & alios Soar. *de legibus, lib.* 7. *c.* 16. *num.* 9. Card. Tusch. *tom.* 2. *lit. E, concl.* 891. Si verò deficiente Canonum auctoritate reperiantur leges Ciuiles contrariæ Sanctorum Patrum dictis, veluti Hieronymi, Augustini, & similium, & agatur de materia spirituali, vel ad Fidem spectante, aut de interpretatione Sacræ Scripturæ, & Sanctorum Patrum, tunc eorum dicta legibus Ciuilibus sunt præferenda.

9 *Vt plenius sacræ Paginæ insistatur.*] Duplici ratione prohibet text. noster doceri, aut audiri ius Ciuile Parisiis, vna quod paucæ sint causæ, quæ iure Canonico decidi non possint, altera, vt sacræ Paginæ plenius insistatur, sic sentiens studium sacræ Paginæ, & iuris Canonici idem esse, notat Butr. *hic num.* 7. vel saltem alterum alteri esse coniunctum, & inseparabiliter adhærere, quia purus Theologus aut purus, aut nihil practicæ Ecclesiæ prodesse potest in gubernio animarum, multa enim desunt Theologis ad hoc munus, quæ à Canonibus petenda sunt, vt latè prosequuntur Nauar *de Orat. c.* 17. *n.* 55. *cum seqq.* Cassan. *d. part.* 10. *cons.* 22. Cano *de locis Theologicis, lib.* 8. *c.* 6. bene Zerol. 10 *in praxi Episcopali. p.* 1. *verbo studium*, §. 1. Vnde meritò scientia Canonica dicitur quoddam mixtum ex morali, & ciuili, atque etiam diuina scientia, quia mores instruit, vt *in toto tit. de vita, & honest. cleric.* cum similibus, Fidem docet, vt *in toto tit. de summa Trinitate, & Fide Cathol.* praxim iudiciorum explicat, vt *in tit. de iudiciis, cum seqq.* Ex quo Host. *in proœmio summæ, n.* 11. & ex aliis decidit Viuald. *in candelabro aureo. p.* 4. *c.* 80. *num.* 10. sententiam Canonicam non esse purè Theologicam, nec purè Ciuilem, cùm vtrumque ius Diuinum, & humanum comprehendat, sed potiùs scientiam scientiarum esse nuncupandam. Indéque iam efficax, & validum argumentum deduci potest pro nostris Canonistis in ea vulgari quæstione, vtrùm expediat magis Canonistam an Theologum promoueri ad Episcopatus, & alia beneficia habentia curam animarum. Nostri communiter resoluunt, quòd licèt in locis, vbi pullulant hæreses, debeat Theologus præferri Canonistæ in promotione Episcopatuum, & Parochialium, in reliquis tamen locis, vt hæreses non vrgent, debet præferri Canonista. Ita Host. & Abbas *in c.* 1. *de consanguin. & affinit.* Card. *in proœmio Decreti, n.* 13. Felin. *in cap. Clerici, n.* 5. *de iudic.* Cassan. *d. part.* 10. *consid.* 16. *in fine, & consid.* 17. *in fin.* Simanch. *de Cathol. tit.* 25. *n.* 53. plures refert Cened. *ad Decret. collect.* 51. *n.* 5. quibus adde Petr. Gregor. *rei benefic. can.* 37. *n.* 14. *ad fin.* Bennium *de priuilegiis Doctorum, p.* 2. *priuil.* 25. & 26. Episcopi enim cùm sint iudices animarum, & cùm ius dicere, ac iudicare debeant, vtriusque iuris scientia pollere debent, ex adductis à Menoch. *de arbitr. casu* 325. *à n.* 27. Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancel. glos.* 1. *n.* 64. & 68. Quamvis Theologi constanter, seu magis pertinaciter suam tueantur causam, Sot. *de iustit. lib.* 5. *q.* 6. *art.* 2. *concl.* 10. & *lib.* 10. *q.* 2. *art.* 3. *ad finem*, & alios quos refert Petr. Nauar. *de restit. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 16. & post Salon. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 5. *c.* 28. *q.* 10. Rebuff. *de obligat. iustitiæ, p.* 1. *lib.* 3. *q.* 5. *n.* 6.

Nec quisquam docere, vel audire ius Ciuile præsumat, &c.] Difficilis est text. hic dum omnibus, atque etiam laicis prohibet Parisiis audire, aut docere ius Ciuile, vt per Butr. *hic n.* 2. & Abb. *notab.* 2. Rebuff. *in tract. nominat. q.* 5. *à n.* 15 & *à n.* 41. In primis idem Rebuff. *q.* 5. *à n.* 15. quem refert & sequitur Menoch. *de arbitr. casu* 425. *n.* 34. contendit text. *in præsenti*, non generaliter esse intelligendum de omnibus etiam laicis, sed potiùs restringendum ad Monachos, Sacerdotes, & alias Ecclesiasticas personas expressas *in cap. super specula, ne Clerici, vel Monachi*, vbi idem Honor. III. in ius text. auctor, Monachis, Sacerdotibus, & aliis, de quibus *ibi* prohibuit audire leges. Sed rectis hoc intellectu, & aliis, quos Doctores *in præsenti* adnectunt, dici potest hunc text. generaliter loqui non solùm in Clericis, sed etiam in laicis, ex ea ratione, quia plenissima potestas Ecclesiæ suæ, ac supremo eius Præsuli Romano Pontifici à Christo Domino concessa fuit non solùm in Clericos, & Ecclesiasticas personas, & circa spiritualia, verùm etiam in laicos, & quoad temporalia quoties oportuerit in ordinem ad spirituale bonum, vt dixi *suprà ad cap. per venerabilem, n.* 37. *qui filij sint legitimi*, constat autem ex litera huius text. prohibitionem hanc in eum dirigi spiritualem finem, vt sacræ Paginæ plenius insistatur, & vt remoueat impedimentum, quod experientia docuit sacræ Paginæ doctrinæ afferri ex frequentia, & nimia curiositate studiorum iuris Ciuilis in ciuitate Parisiis, & aliis locis vicinis, vt etiam de aliis Academiis alij comperiuntur, quòd scilicet homines ad huiusmodi inita gymnasia certatim confluunt Iustiniani, quærentes opes, & diuinarum literarum despicientes thesauros. Sicut etiam potuit iustissimè Pontifex *in Ordine* ad idem bonum spirituale modum docendi linguas Hebraïcas, Arabicas, & similes ad fanorem sacrarum literarum, & Diuini Verbi intelligentiam præscribere *in Clem.* 1. *de Magistris*, atque etiam modum expendarum in gradu cuiuslibet scientiæ assequendo *in Clem.* 2. *eod. tit.* atque ita hanc rationem ad text. nostrum bene præsentit Butr. *n.* 2. Abb. *notab.* 2. *hic*, & communem sæpius fatetur Rebuff. *d. loco præcipue, n.* 15. & 42.

Seu aliis locis vicinis.] Ex his verbis colligit glos. 12 vulgare illud, tam apud iuris interpretes, quam bonos Auctores adagij loco pronuntiatum, quòd sicut boni vicini singularis est commoditas, ita & mali incommoditas omnium maxima, quod breui carmine expressit Hesiod. *Tam noceat malus vicinus tibi, quam bonus prosit*, & illud Planti omnibus notissimum: *Nunc ego verum esse illud verbum experior, aliquid mali esse propter vicinum malum*, quod eleganti emblemate expressit Alciat. consonat text. *in principio* 44. *dist.* & *in cap. sed est continuo, de pœnit. dist.* 1. & *in l. quod scire* 35. *ff. de contrahenda empt. l. si quis fundum* 54. *ff. de legat.* 2. & *l.* 1. §. & *alias, ff. si quid in fraudem patroni, & multis* latissimè exornat Menoch. *de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 83. *n.* 9.

SVMMA

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiorum innouatio nouum ius non tribuit, sed solum antiquum conseruat,* & n. 2.
3 *Priuilegij innouatio dupliciter potest fieri.*

CAP. Quia intentionis. XXIX.

1 INnouatio priuilegij nouum ius non inducit, nec antiquum tollit, sed solum conseruat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 207. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 714. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 2. Soar. *de legib. lib.* 8. *c.* 20. Facit receptissima confirmationis definitio, quòd sit iuris quæsiti corroboratio, de qua Card. Tusch. *tom.* 2. *concl.* 705. *lit. C*, Cabed. *p.* 2. *Lusit. decis.* 1. *n.* 4. In-
3 nouatio enim priuilegij dupliciter potest fieri, cùm priuilegium aliquando accipiatur pro charta, seu instrumento, in quo gratia, aut concessio Principis continetur, aliquando verò pro concessione ipsa, seu gratia, & pro eo, quod in charta, seu instrumento continetur, ex citatis per Surd. *consil.* 144. *n.* 13. Card. Tusch. *tom.* 4. *lit. I, concl.* 236. & quando agitur de innouatione solius chartæ, seu instrumenti, quia vel nimia vetustate consumptum, iuxta *cap. cùm delicta, vers. nolentes, de confirm. vtili*, vel quia est deperditum, certum est, quòd talis innouatio nihil iuris de nouo tribuit, & in his terminis loquitur text. *in præsenti.*

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiati vt vbique possint cum Altari viatico celebrare, hoc sine consensu Episcopi facere possunt.*
2 *Priuilegium interpretandum est, vt aliquid operetur præter ius commune.*
3 *Papa concedit priuilegium Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus, vt vbicumque fuerint sine Parochialis iuris præiudicio, cum altari valeant viatico celebrare.*
4 *Episcopus an possit concedere, vt in sua diœcesi extra locum sacrum quis valeat celebrare, ostenditur.*
5 *Altare dicitur quasi alta res, vel alta ara.*

CAP. In his. XXX.

1 PRiuilegium habentes celebrandi in Altari portatili possunt illo vti sine consensu Episcopi, vt ex indulgentia Papæ aliquam gratiam reportent, dummodo non tangant ea, quæ sunt iuris Parochialis, quia in his quæ cognoscuntur spectare ad cultum diuinum, semper benigna interpretatio est facienda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 207. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 719. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 *Non maligna*, &c.] Notatur ad hoc, quòd interpretandum est priuilegium, vt aliquid operetur præter ius commune, vt per Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *q.* 11. *art.* 9. *& tom.* 2. *q.* 63. *art.* 2. *vers. obiciunt, & tom.* 3. *q.* 51. *art.* 3. *in medio*, D. Barbos. *in l.* 1. *ff. solut. matrim. p.* 1. *n.* 19. nam priuilegium dici non potest illud, quod nihil specialiter concedit, sed illud tantùm, quod iure communi concessum est, ex illo vulgari princip. *Frustrà precibus impetratur, quod à iure communi competit, l.* 1. *C. de thesauris, lib.* 10. facit *cap. vlt.* 25. *q.* 1. ibi, *Neque priuilegia concederentur, nisi*, &c. per quæ iura ita resoluit gloss. *in rubr. de rescript. lib.* 6. Rebuff. *in praxi, tit. differentiæ inter priuilegium, & rescriptum, n.* 5. Padil. *in rubr. C. de diuersis rescriptis, n.* 3. Sylvest. *verbo priuilegium, q.* 3. Viguer. *Theolog. institut. c.* 17. §. 2. *vers.* 2. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 22. *q.* 2.

Duximus intelligendum.] Notatur ad hoc, quòd Summus Pontifex Fratribus Minoribus, & Prædicatoribus concedit priuilegium, vt vbicumque fuerint sine Parochialis iuris præiudicio cum altari valeant viatico celebrare, de quo priuilegio meminerunt omnes in hac materia, illudque à Sixt. IV. Alexandr. VI. & Gregor. XIII. renouatum, & ampliatum comprobat, & explicat Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *q.* 43. *art.* 4. alia similia adducens concessa Patribus Soc. IESV, quæ etiam referunt Henriq. *in summ. lib.* 9. *c.* 27. §. 3. *inflecta lit. R*, Soar. *tom.* 3. *disp.* 81. *sect.* 3. *vers. quarta exceptio*, 3

Prælatis annuentibus, &c.] Notatur ad hoc, quòd Episcopus potest concedere, vt in sua diœcesi extra locum sacrum in Altari portatili quis celebrare valeat, vt per Butr. *n.* 7. & Abb. *hic n.* 2. Card. Tusch. *tom.* 1. *lit. A, concl.* 31. & ante Trident. hanc fuisse receptam omnium traditionem fatentur Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 30. *n.* 25. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 10. *c.* 26. *q.* 2. Henriq. *d. c.* 27. §. 2. Soar. *d. sect.* 3. *vers. secundò obseruandum*, Fr. Ludouic. Beja *resp. casuum conscient. p.* 3. *casu* 33. *vers. tertiò dico.* Sed hanc facultatem Episcopis concessam per hunc text. reuocatam esse per Concil. Trid. *sess.* 22. *in decreto de obseruandis in sacrificio Missæ*, tenent Henriq. *d. cap.* 27. §. 1. Fr. Beja *d. vers. tertio loco*, Nauar. *cons.* 5. *n.* 2. *sub hoc tit. in nouiss.* Fr. Emman. *d. q.* 43. *art.* 6. Soar. *d. sect.* 3. *vers. addit verò*, quamvis contrarium teneant Fusc. *de visit. lib.* 1. *c.* 21. *n.* 8. Gutier. *num.* 25. Azor. *q.* 3. *dictis locis.* 4

Cum Altari.] Altare dicitur quasi alta res, vel alta ara, & antiquissima est inuentio, à Noë enim incepit Genes. *c.* 8. vt per Polyd. Virgil. *de inuentoribus, lib.* 6. *c.* 6. *ad med.* Durand. *in rationali Diuin. lib.* 1. *c.* 2. & 7. Paul. Fusch. *d. c.* 21. Durant. *de ritibus Ecclesiæ, lib.* 1. *c.* 15. & 25. Henriq. *d. c.* 28. Soar. *d. sect.* 3. *n.* 5. 5

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium super decimis noualium non extenditur ad decimas, quas tempore indulti alius possidebat, si de ipsis mentio facta non fuerit,* & n. 2.
3 *Priuilegium super decimis non soluendis quos eximat ostenditur.*

CAP. Dudum. XXXI.

Gregor. IX.

PRiuilegium concessum de non soluendis decimis noualium, in quo non fit mentio de lite mota à parte contraria, non extenditur ad decimas, de quibus erat lis, vel quæ erant solitæ solui. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 207. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 719. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. 3

Collige ex text. priuilegium super decimis nona- 2
lium non extendi ad decimas, quas tempore indulti

alius possidebat, si de ipsis mentionem non fecerit, vt per Viuian. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 1. *tit.* 10. *n.* 14. *vers. & potest.* Roder. Soar. *alleg.* 28. *n.* 9. 22. *&* 23. Couar. *lib.* 1. *var. c.* 17. *n.* 14. Soar. *de Religione, tom.* 1. *lib.* 1. *c.* 19. *n.* 3. *&* c. 22. *n.* 10. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 26. *q.* 6. *vers. his positis*, vbi dicit in hoc text. solùm agi de priuilegio, quo quidam erant exempti à decima noualium, & decernit Pontifex huiusmodi priuilegium non protendi ad decimam tempore priuilegij impetrati possessam ab aliis, nisi de possessione alterius facta sit in priuilegio mentio, nam, vt *hic* ait Panorm. priuilegium, in quo non fit mentio de possessione alterius, non nocet possessori, quod intellige, *inquit*, quando interpretatur circa decimas noualium; secus vbi priuilegium est impetratum simpliciter ne decimas quis soluat, quia tunc valet, etiamsi mentio non fiat de possessione alterius. Ratio verò diuersitatis est, quia decimæ ab aliquo possidentur, vnde cum Pontifex concedit priuilegium, ne decimæ soluantur, eo ipso vult derogare possessoribus, quia tacitè mentionem facit de possessione. Aliud verò est in decimis noualium, quia priuilegium potest intelligi de agris, qui nondum sunt ad culturam redacti, proinde nullus possidet decimas illorum.

3 Illud tamen aduertit Azor. *d. q.* 6. *vers.* 3. quòd priuilegium non solùm eximit eos, quibus datur, à decimis solnendis ex his prædiis, quæ eo tempore, quo priuilegium impetrarunt, possidebant, sed etiam à decimis ex prædiis, quæ postea in ipsorum dominium deuenerunt, quia tale priuilegium non solum est personale, quo personæ à decimis eximuntur, sed etiam reale, quo generatim quælibet prædia, & bona excipiuntur, & liberantur à decima, & vbi priuilegij verba nihil distinguunt, nec nos distinguere debemus, iuxta vulgaria iura.

4 Vtrùm autem text. *in præsenti*, extendi possit ad priuilegium non soluendi decimas ex agris incultis, itavt intelligendum sit absque præiudicio eorum, qui sunt in quasi possessione earundem? contrariæ sunt DD. sententiæ, quas distinctione conciliant Couar. *d. n.* 14. Gutier. *Canonic. lib.* 2. *c.* 21. *n.* 129. *cum seqq.* provt apud illos videri potest.

SVMMARIVM.

1 *Confratres priuilegiatorum nisi se ad eos in totum transtulerint, ad Episcopalia iura tenentur.*
2 *Oblati, & Confratres, qui se Religioni tradiderunt, an Ecclesiasticæ personæ sint censendi, ostenditur.*
3 *Declaratur text.* in cap. vt priuilegia, vers. hoc autem, hoc tit.
4 *Priuilegia, quæ alteri inferunt præiudicium, restringenda sunt.*

Cap. Quidam. XXXII.

1 COnfratres priuilegiatorum quandiu in propriis domibus morantur, tenentur ad iura Episcopalia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 208. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 720. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

2 *In domibus suis fecerint*, &c.] Ergo Confratres, seu Oblati, qui se Religioni tradiderunt, Ecclesiasticæ personæ non sunt, nisi ad Monasterium se transferant, & in eo inseruiant, vt per Card. *consil.* 21. Paul. de Castro *consil.* 69. *part.* 1. Capel. Tholos. *decis.* 8. quos refert, & sequitur Card. Tusch. *tom.* 5. *lit. O, conclus.* 16. *n.* 15. & est de mente gloss. *verbo mutato habitu*, in c. 1. *priuilegia, suprà hoc tit.* dum resolvit huiusmodi Oblatos, qui mutato habitu in sæculo remanent, ato modo Ecclesiasticas dici personas, & est recepta communiter ex adducta per Couar. *in c. almæ matris. p.* 2. *n.* 2. quem refert, & benè explicat Fr. Emman. *q. regul. tom.* 2. *q.* 123. *art.* 1. & deducitur ex declaratione illustrissimorum Card. qui super Decretum Concil. Trid. *sess.* 25. *de reform. c.* 11. agentes de Oblatis religionis S. Ioannis Hierosolymitani in hæc verba respondent: Non seruiens actu militiæ, nec inseruiens in eius domo, nec sub illius obedientia, si non probauerit in ea professionem emisisse, non debet eius priuilegiis gaudere: ex quibus verbis colligit Moder. *de iurisdict. p.* 4. *cent.* 2. *casu* 113. *n.* 37. requirere illustriss. Cardinales, quòd sic oblati, vt gaudeant priuilegiis Ecclesiasticis se, & sua religioni offerant, & perpetuò stent, & seruiant religioni.

Nec obstat text. *in c. vt priuilegia, vers. hoc autem*, dum decidit sufficere ad effectum, vt confratres gaudeant Religionis priuilegio, quòd manentes in sæculo ordini sint oblati, mutato habitu sæculari, vel quòd bona sua dent religioni inter vinos retento sibi vsufructu, ex quo ita colligit Henric. *ibi n.* 4. quem sequitur Abb. *cons.* 53. *n.* 2. *p.* 1. nam facilè respondet Card. *loco citato*, quòd procedit solùm ad effectum, vt confratres, seu oblati gaudeant priuilegio Ecclesiasticæ sepulturæ interdicti tempore, ad hoc enim sufficit, quòd manent habitu sæculari manentes in sæculo ordini sint oblati, vel modo requisito bonorum suorum donationem faciant religioni: quoad fori verò, & Ecclesiasticæ exemptionis à foro sæculari, & tributis priuilegia vita, quem verum intellectum fatentur plures, de quibus Henriq. *in sum. lib.* 13. *c.* 48. *§.* 3. *limita lit. D.*

Compellere poterit, &c.] Ex ea ratione, quia priuilegia cùm alteri inferunt præiudicium, restringenda sunt ad hunc sanè modum, vt attentis, & maturè perpensis verbis, & mente concedentis in eo accipiantur sensu, qui minus alterius ius lædat, vt per Cabed. *I. usit, decis.* 93. *n.* 1. *p.* 2.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Nouale semel, semper remanet nouale.*
3 *Nouale quod sit ostenditur.*
4 *Dictio*, quoad, *dispositionem restringit ad vsum specialem.*
5 *Nouale quod desinit esse nouale non resumit tam qualitatem per reditum ad priores.*

Cap. Consultationi. XXXIII. & fin.

TErra de qua non est memoria quòd fuerit culta, si redigatur ad culturam per Religiosos, perpetuò erit immunis à soluendis decimis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 208. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 720. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

Singularis est text. hic, & à Doctoribus commentatus ad illam conclusionem, quòd semel nouale semper remanet nouale, vt per gloss. vlr. *in cap. ex p.* 10. *de decimis, & in c.* 1. *de verb. signific.* vltra Abb. & Ordinarios *hic*, Rebuff. *in l. sylua* 30. *§. nouales, vers. septimo, ff. de verb. signific.* Gutier. *canonic. lib.* 2. *c.* 21. *n.* 132.

Sed vt difficultatem, & veram huius text. re- iuris
solutionem percipias, aduertere oportet inter alios

iuris Canon. & Ciuilis differentias illam esse in nostro proposito receptissimam, quòd secundùm ius Canon. existimat communis nouale esse agrum, seu terram, nunc primum, seu de nouo proscissam, de qua non extat hominum memoria, quod aliquando culta, seu cultiuata fuerit, per text. *in c. 1. & in cap. qui per nouale, de verbor. signif.* optimè Bellam. *in Clem. Religiosi, n. 187. de decimis*, & ex Abb. *cons. 71.* & aliis comprobat Card. Tusch. *tom. 1. lit. N, concl. 115.* Petr. Gregor. *syntagmat. iuris, lib. 1. c. 2. n. 2.* Henric. Canis. *de decimis, c. 11. n. 1. & in summa iuris Pontificij, lib. 2. tit. 26. §. noualium.* At verò secundùm ius Ciuile explicant esse terram proscissam, quæ anno præterito cessauit, vt per text. *in d. l. sylua, & noualis, ff. de verbor. signif.* testatur receptum Rebuff. *ibi in princ.* licèt ipse aliter explicet, & in vtrumque sensum etiam apud bonos Auctores reperiri comprobat Lauren. Valla *elegantiarum, lib. 6. c. 41.* Planè neque secundùm hanc iuris Ciuilis, neque secundùm illam iuris Canon. interpretationem videtur stare posse prædictam huius text. decisionem; nam secundùm vtramque requiritur, quòd terra de nouo proscissa sit, at verò secundùm text. *in præsenti*, semper, ex antiquo proscissa nouale remanet.

4 Verùm omissa disputatione circa veritatem huius differentiæ de qua ingeniosè Rebuff. *vbi proximè*, responderi potest adducta in contrarium procedere secundùm propriam significationem; at verò text. *in præsenti* procedere secundùm iuris interpretationem quoad effectum priuilegij immunitatis decimarum, vt constat ex ipsius litera ibi, *quoad immunitatem de non soluendis decimis noualium iure censeri*, expendendo dictionem illam, *quoad*, quæ dispositionem restringit ad hunc specialem casum, vt ex Anchar. & aliis comprobat Card. Tusch. *tom. 1. lit. D, concl. 354.* Cened. *sing. 86.* & deinde alia verba ibi, iure censeri, quæ improprietatem, & interpretationem secundùm iuris censuram important.

5 *Perpetuò debet*, &c.] Notatur ad hoc, quòd nouale, quod desinit esse nouale, non reassumit eam qualitatem per reditum ad priores, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa, limit. 12. n. 5.*

De Purgatione Canonica.

TIT. XXXIV.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum, fol. 282.* Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pontif. à pag. 707.* Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in exposit. tit. iuris Canon.* Zypæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. p. 432.* Canis. *in summ. iuris Canon.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 5. summ. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De materia tit. vide Bonacos. *commun. crimin. part. 1. verbo iuramentum, fol. 104. & p. 2. verbo purgatio, fol. 64.* Syluest. *in sum. verbo purgatio*, Clar. *in praxi, lib. 5. §. fin. q. 63. n. 4. cum seqq.* Bernard. & Salzed. *in pract. c. 151. & seqq.* Symanc. *de Catholicis institut. c. 54.* Hieron. Gabr. *cons. 160. vol. 2.* Direct. Inquisitorum *part. 3. in secundo modo processuum fidei terminan.* vbi Peña *schol. 11.* latè Martin. Delr. *disquisit. magicarum, lib. 4. cap. 4. q. 3.* Ioan. Baptista Costa *de remed. subsid. remed. 15. per tot.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 20. art. 1. & 2.* Aldret. *de Religiosa disciplina tuenda, lib. 2. cap. 11.* Torreblanc. *in tract. de Magia, lib. 3. de crimin. punit. c. 20.*

SVMMARIVM.

1 *Infamatus fide dignus per iuramentum se purgat, aliàs secus, & censetur non idoneus enormiter peccans.*
2 *Purgatio Canonica quæ, & an sit in vsu, ostenditur.*
3 *Nobilitas propter delictum amittitur.*
4 *Nobilitas per ingressum Religionis an amittatur, ostenditur.*

CAP. Nobilis. I.

Ex Concil. Trib.

SI vir nobilis, vel ingenuus, id est, natus liber, accusatus de crimine negat, deficiente accusatore, si ipse est dignus fide, se cum duodecim ingenuis viris purgare debet; si verò priùs fuerat deprehensus in furto, vel periurio, vel falso testimonio, non admittitur ad iuramentum, sed ei tanquam non ingenuo indicitur purgatio Canonica. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 224.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 729.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur à Burch. *lib. 16. Decret. c. 19.* & ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. sub tit. 30 de purgat. vulgari, c. 1.* 1

Antiquitus sacri Canones illis, contra quos de crimine infamiæ, aut graue scandalum, aut vehemens suspicio surgebant, purgationem Canonicam indicendam decreuerunt. Quòd adeò in vsu erat, vt multi Summi Pontifices de granioribus criminibus diffamati, quamvis à nemine iudicari possent, ad remouendum tamen subditorum scandalum solemniter se purgare dedignati non sint. Sic Damas. Paschalis I. Symmachus publicè purgati sunt, sic Gregor. VII. coram Henric. IV. Pelagius I. coram Narsete expurgati publicè fuerunt, provt referunt Salzed. ad Bernard. *in pract. cap. 151. in nou. additione*, Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 20. art. 1. in princip.* Sed iam hodie omnes purgationes Canonicæ sunt arbitrariæ, vt per Bonacos. *commun. crimin. p. 2. verbo purgatio Canonica, fol. 64. verso*, Menoch. *de arbitr. casu 274. num. 3.* imo iam non sunt in vsu, nisi in causa hæresis, vt aduertunt Clar. *lib. 4. §. fin. q. 63. n. 4.* Salzed. *loco proximè citato*, Gallia *consil. 18. n. 126. cum seqq.* Gail. *lib. 2. obseru. 106.* Caual. *resol. criminal. casu 84.* Costa *de remed. subsid. remed. 15. n. 4.* Peña *in direct. Inquisitor. p. 3. comment. 38. pag. 577. & comment. 43. pag. 502.* 2

Sicut qui ingenuus non est.] Notatur ad hoc, quòd propter delictum amittitur nobilitas, vt per Tiraq. *de nobilit. c. 24. à princip.* 3

In gloss. *Ingenuus non est*, vlt. ibi, *sicut per Monachatum amittit quis nobilitatem.*] Notatur ad hoc, quòd nobilitas per ingressum Religionis amittitur, intellige quantum ad ipsos Monachos Deo dicatos, ne videlicet alter altero sit nobilior ac superior, sed sint pares in omnibus, vt per Roman. *sing. 37.* Tiraq. *de nobilit. c. 26. in princip.* Rebuff. *in pract. nominat. q. 12. n. 31.* 4

SVMMARIVM.

1 *Infamatus tertiò monitus se non corrigens, vsque ad purgationem ab officio suspenditur.*
2 *Infamia est lasæ dignitatis status moribus, ac legibus improbatus.*
3 *Infamia sola suspendere potest à beneficio iam obtento.*

CAP. Si quis. II.

Ex Concil. Agath.

¶ SI Presbyter malè viuat, & infametur, Episcopus debet cogere populum manifestare infamiam Presbyteri, & si desunt accusatores, Episcopus primò admoneat Presbyterum seorsum, secundò sub duobus, vel tribus testibus, & si non se corrigit, admoneat publica increpatione, & si adhuc non se corrigit, suspendat ab officio vsque ad dignam satisfactionem, nec in populo sit scandalum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 225.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 729.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.*

2 *Infamiam eius*, &c.] Infamia est læsæ dignitatis status moribus, & legibus improbatus *l. commissionum, ff. de variis, & extraord. cognit.* Farinac. *in praxi crimin. p. 3. q. 56. n. 1.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo infamia, n. 1.* Quæ autem infamia, & qualis debeat esse ad hoc, vt infamatus teneatur se purgare, declarat Bernard. *in praxi c. 51. n. 8. cum seqq.*

3 *Ab officio suspendatur.*] Ergo sola infamia suspendere potest à beneficio iam obtento, vt per Boër. *dec. 117. n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Regulares purgant se de delicto secundùm regulam Canonicam.*
2 *Sophia Regina de stupro accusata suo, & septem honestarum, ac nobilium fœminarum iuramento se purgauit.*
3 *Virginitas quomodo probetur, remissiuè.*

CAP. Moniales. III.

Ex Conc. Meld.

1 MOniales si accusentur esse libidinosæ, & hoc probari non potest, cogi debent purgare suam famam canonicè secundùm regulam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 225.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 730.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* desumitur ex Concil. Melden. *c. 70. in impressis*, non *c. 2.* vt tenet Burch. *lib. 8. Decret. c. 50.*

2 *Si libidinibus inseruire*, &c.] Sophiam Reginam de stupro accusatam suo, & septem honestarum, ac nobilium fœminarum iciurando se purgasse scribit Martin. Delri. *disquisit. magic. lib. 4. c. 3. q. 1. in princ.*

3 In gloss. *Valuerit.* Quomodo virginitas probetur ad hoc vt stuprum seu incestus attentatus non intelligatur, vide Baiard. *ad Clar. §. stuprum, n. 41.* Mascard. *de probat. concl. 140. n. 2. & concl. 1337.* à princip. Pacian. *ad dem tract. lib. 2. c. 2. à n. 6.* Thesaur. Pedemont. *decis. 3. n. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 89.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 37. n. 7.* Card. Tusch. *lit. V. concl. 709. n. 19.* Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 147. n. 35. cum seqq. & a n. 131.*

SVMMARIVM.

1 *Delictum si est probabile non inducitur purgatio, aliàs secus.*
2 *Raptor etiamsi raptam in vxorem habeat, sit infamis.*
3 *Agentes & consentientes pari pœna puniuntur, quando consentientes cum agentibus cooperantur positiuè.*

CAP. Si quis. IV.

CLericus si est conuictus, vel manifestè confessus consensisse, vel interuenisse in raptu ponitur, repellitur à proprio gradu; si verò manifestè non probatur, sed est verisimilis suspicio, canonicè se purgare debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Vivian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 225.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 730.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* desumitur ex Concil. Melden. *c. 5.* vt refert Burchar. *lib. 9. Decret. c. 32.*

A proprio gradu repellatur.] Hodie in Concil. Trident. *sess. 24. de reform. matrim. c. 6.* contra raptores statuitur: Et nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, ac fauorem præbentes sint ipso iure excommunicati, ac perpetuò infames, omniúmque dignitatum incapaces; & si clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Cuius decreti decisionem procedere, ac præconsequens infamem fieri raptorem, etiamsi raptam in vxorem habeat, resoluunt Less. *de iustit. lib. 2. c. 9. dub. 9. num. 69.* Farin. *in praxi crimin. q. 145. n. 14. & n. 102.* quicquid raptorem huiusmodi infamem non fieri ex ea ratione quia aliàs rapta cogeretur nubere infami, contra expressa Concilij verba, minus bene exitimauerint Henriq. *in summ. lib. 12. c. 14. n. 4. vers. si ducat non ita fit.* Fr. Emman. *in summ. som. 1. c. 23. n. 4. vers. lo sexto*, Petr. Ledesm. *in summ. p. 1. de Sacram. Matrim. c. 26. dub. finali.* Circa verò excommunicationem in illo Concil. decreto comminatam, an sit latæ sententiæ, & de reseruatis Pontifici, vide Farin. *d. q. 145. n. 21.* Sanch. *de Matrim. lib. 7. disput. 13.* à princ. Bonac. *eidem tract. q. 4. punct. 18. n. 9. in fine*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 22. n. 31. vers. de excommunicatione.*

In gloss. *Consensorem*, ibi, *qui enim consentit, quandocunque vt faciens punitur.* Intellige quando consentientes cum agentibus cooperantur positiuè, præbendo causam efficacem, & propinquam principali authori delinquenti, vt per Couar. *in regul. peccatum. p. 2. §. 12. à princip.* Menoch. *de arbitr. casu 348.* Farin. *in praxi crimin. p. 4. consil. 66. n. 18.* Flamin. *de confident. q. 22. n. 5.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 732. sub n. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Infamatus, contra quem crimen probari non potest, debet se purgare iuramento de veritate, conspiratores verò de credulitate.*
2 *Talionis pœna an hodie locum habeat, remissiuè.*
3 *Episcopalis dignitas est Ordo.*
4 *Purgatores debent esse bonæ opinionis.*
5 *Qui non potest per se, non potest per alium.*

CAP.

Cap. Quoties. V.

Innoc. III.

1 EPiscopus accusatus de simonia, si accusatores non probant, debet se purgare cum tertia manu sui Ordinis, & quarta Abbatum, & Religiosorum Sacerdotum; forma autem purgationis seruanda talis est. Episcopus iuret super sancta Dei Euangelia, quòd pro Ecclesia S. Petri Presbytero danda nihil per se, vel per alium accepit, nec aliquid eo sciente accepit. Compurgatores super sancta Dei Euangelia iurent quòd credunt illum dicere verum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 226. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 730. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 29. *c.* 4.

2 In gloss. *Accusatores*, ibi, *puniri debent pœna talionis.* An hodie locum habeat, vide Duen. *reg.* 72. Couar. *variar. lib.* 2. *c.* 9. Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de discipl. clerical.* §. 10. *n.* 14. Clar. §. *fin. q.* 28. *vers. sed quæro.*

3 In gloss. *Sui Ordinis*, ibi, *quòd Episcopalis dignitas sit Ordo*, sequuntur Zabar. *in Clem.* 2. *n.* 12. *de ætate, & qualitate*, Nauar. *in manuali, c.* 22. *n.* 18. *vers. quare*, Bursat. *cons.* 125. *à princip. vol.* 1. Campanil. *in diuers. iuris Canon. rubr.* 2. *n.* 2. Ego ipse *de offic. & potest. Episc. part.* 2. *alleg.* 2. *n.* 18.

4 In gloss. *Religiosorum*, ibi, *Compurgatores debent esse bonæ opinionis.* Vide Bernard. *in pract. c.* 151. *n.* 4. Ioan. Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici, p.* 3. *c.* 6. *n.* 28.

5 In gloss. *Summissam*, ibi, *non enim licet mihi per alium, quod per me non licet.* Quia qui non potest per se, non potest per alium, de quo vide Thom. de Thomasset. *in floribus legum reg.* 246. relatum *in libello in principiis vtriusque iuris, lit. F, n.* 1.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus Parochianum suum infamatum compellit ad se purgandum, nisi ab eo legitimè appellauerit.*
2 *Iudex Ecclesiasticus non cognoscit de criminibus laicorum, nisi quatenus spectant ad forum Conscientiæ.*
3 *Lex Canonica in foro sæculari seruanda est, vbi agitur de materia peccati etiam venialis.*

Cap. Nos inter. VI.

Alex. III.

1 EPiscopus potest compellere suum Parochianum laborantem infamia de aliquo crimine publico deficiente accusatore, & testibus, si non appellat, quia si appellat, iudex appellationis iudicabit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 226. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 730. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 29. *c.* 7.

2 In gloss. *Deficientibus*, ibi, *sed nunquid Episcopus potest de quolibet crimine*, &c. Notatur ad hoc, quòd de criminibus laicorum non cognoscit iudex Ecclesiasticus, nisi quatenus spectat ad forum Conscientiæ, vt per D. Barbos. *in l. Titia, num.* 50. *ff. solut. matrim.* Vnde

optimo iure Ordinatio Regia Lusitan. *lib.* 3. *tit.* 64. *in princip.* statuit in materia peccati seruãdam esse legem 3
Canonicam in suo foro sæculari, & aduertunt Surd. *decis.* 159. *n.* 9. *& de aliment. tit.* 7. *q.* 29. *n.* 11. Camil. Borrel. *in summa omnium decis. decis.* 13. *de legib. n.* 82. quod procedit etiamsi agatur de solo peccato veniali, Ripa *in cap. sæpè, n.* 6. *de restitut. spoliat.* Alciat. *in cap. nouit, n.* 19. *de iudiciis, & in cap. cum contingat, n.* 5. *de iureiur.* Surd. *d. q.* 29. *n.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Compurgatores debent esse honesti, & notum habere eum, quem purgant, nec debent à iudice, vel ab alio impediri, & deficiens in purgatione, punitur vt conuictus.*
2 *Deficiens in purgatione quas pœnas incurrat, remissiuè.*

Cap. Cùm P. VII.

PVrgatores debent esse honesti, & bonæ opinionis, 1
& quòd verisimile sit eos nolle deierare amore, odio, pecuniis, & quòd cognoscant vitam, & conuersationem illius, qui purgatur. Item qui deficit in purgatione, est priuandus omni officio, & beneficio. Item qui recipit purgationem, non debet ostendere maleuolentiam, vel indignationem, nec impedire, nec permittere impediri compurgatores. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Anan. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 227. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 730. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *sub tit. de accusat. c.* 12. & est pars *cap. cum P. sub illo tit.* & ad finem illius continuatur hæc pars.

Deficientem verò in purgatione, &c.] De pœnis quas 2
pati debent deficientes in purgatione, vide Bernard. *in pract. c.* 152. Symanc. *de Catholicis instit. c.* 54. *n.* 7. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 2. *q.* 20. *art.* 2. vbi refert, quòd licèt Clericus accusatus puniatur tanquam conuictus, si defecerit in purgatione, Religiosum tamen eodem modo non puniri nititur probare, vt apud ipsum videri potest.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio facta secundùm purgationem vulgarem non tenet, & ea non obstante potest indici de nouo purgatio, & admittitur accusatio.*
2 *Purgationem suam qui ritè perfecerit, iudex sine mora debet illum declarare innocentem.*
3 *Sententia nulla nunquam transit in rem iudicatam, nullâque indiget reuocatione.*
4 *Infamiam iuris licèt Princeps remouere possit, non potest tamen remouere infamiam facti.*

Cap. Ex tuarum. VIII.

Luc. III.

INfamato, qui se purgauit purgatione vulgari, id est, 1
iudicio aquæ frigidæ, & ideo liberatus fuit, potest de nouo purgatio Canonica indici, licèt idonei accusatores non appareant, id est, vt cum septima, vti quinta manu sui ordinis ostendat suam innocentiam,

quod si fecerit, est absoluendus à suspensione, & infamia, non obstante contradictione, vel oppositione alicuius. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 227. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 731. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 29. *cap.* 5. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 50. *c.* 50.

2 *Quam cùm præstiterit*, &c.] Notatur ad hoc, quòd si quis suam purgationem ritè perfecerit, iudex sine mora debet illum declarare innocentem, & ab infamia criminis absoluere, illumque in pristinum statum restituere, vt per Fr. Emman. *tom.* 2. *quæst. regul. q.* 20. *art.* 2. *in princip.* Soar. *de relig. tom.* 1. *lib.* 1. *de irreligiositate, c.* 3. *n.* 8.

3 In gloss. *Non putantes*, ibi, *sententia, quæ nulla est, non liberat aliquem.* Quia sententia nulla nunquam transit in rem iudicatam, Azeued. *l.* 3. *n.* 28. *tit.* 1. *lib.* 4. *nouæ recop.* Cald. Pereira *quæst. forens. lib.* 2. *q.* 37. *à princip.* Amat. Roderic. *in pract. cap. vlt. p.* 2. *num.* 10. & 11. nullâque indiget reuocatione, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 266. *num.* 13. nec inducit exceptionem litis pendentiæ, idem Stephan. Gratian. *cap.* 531. *num.* 61.

4 In gloss. *Absoluas*, ibi, *quia infamiam facti omnino remouere solius Dei est.*] Aduerte, quòd licèt Pontifex possit delinquenti famam restituere, & iuris infamiam ex delicto incursam tollere, Cacher. *decis.* 101. *num.* 2. Sfort. *de in integrum restit. p.* 2. *q.* 92. non potest tamen remouere infamiam facti, quia opinio hominum de bonitate, vel de malitia alicuius non potest ab aliquo etiam maximo, vel supremo Principe remoueri, Princepsque non potest facere, vt homines credant illum esse bonum, quem credunt, & credere volunt esse malum, imo non nisi à Deo infamia facti aboleri potest, vt per Roman. *sing.* 469. *incip. Dubitatio est magna.* Verùm Sfort. quem refert, & sequi videtur Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 6. *n.* 45. *vers. in proposito*, dicit quòd Princeps restituit etiam ab infamia facti, si hoc ei placeat, & exprimat.

SVMMARIVM.

1 *Compurgator sufficiet, quòd sit toleratus ab Ecclesia bonæ famæ, nec de crimine suspectus, aut condemnatus.*

2 *Patria ordinandorum inuestiganda, vt exinde sciatur, quibus ipsi sint imbuti moribus.*

3 *Verbum*, genus, *in Concil. Trid.* sess. 23. de reformat. cap. 7. *propriè significat illud, quod legitimus, vel liber.*

4 *Neophyti, & qui à Mauris, vel Iudæis originem ducunt, an sint incapaces officiorum publicorum, & beneficiorum, ostenditur.*

CAP. Constitutus. IX.

1 COmpurgatores satis est si sint ab Ecclesia tolerati, & bonæ famæ, in suis Ordinibus ministrantes, nec in iudicio pro crimine condemnati, & si secundùm propriam conscientiam, & opinionem inrent, quòd purgandus sit immunis à crimine, nec est inquirendum, vel facienda indagatio de his, sicut de ordinandis. Colligunt ex Ordin. Abb antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 227. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 731. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

De nationibus.] Notatur ad hoc, quòd patria ordinandorum inuestiganda, vt exinde sciatur, quibus ipsi sint imbuti moribus, vt per Tiraq. *ad l.* 7. *connub. glos.* 1. *p.* 7. *n.* 17. Vnde in Concil. Trident. *sess.* 23. *de reformat. c.* 7. præcipitur Episcopis, vt genus promouendorum ad Ordines inquirant, an scilicet sit filius ancillæ, vel serui, qui promoueri desiderat, vel filius, aut nepos hæreticorum, fautorum, defensorum, receptatorum, quos ius à suscipiendis Ordinibus excludit vsque ad secundum gradum via masculina, vel vsque ad primum via fœminina. Ita Salzed. *in pract. Bernard. c.* 22. *n.* 24. Fr. Emman. *in summ. tom.* 1. *c.* 160. *num.* 2. & *quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 24. *art.* 7. Henriq. *in summ. lib.* 12. *cap.* 17. *num.* 2. *in commento, litera G*, Auil. *de censur. p.* 7. *disp.* 4. *dub.* 4. & verba Concil. Trident. *dict. loc. ibi*, Ordinandorum genus, propriè significare idem, quod legitimus, vel liber, non autem deferri ad descendentes ex genere Hebræorum tenet Cened. *ad Decretal. collect.* 77. *num.* 2. Vnde nullibi reperitur prohibitum, quòd conuersi ex Iudæis ad Ordines non promoueantur, vel quòd Episcopi de genere illorum inquirant. Nam, *c. constituit*, 17. *q.* 4. desumptum ex Concil. Toler. 4. *Can.* 65. dum decernit Iudæos, aut eos, qui ex Iudæis originem ducunt, ineptos esse ad officia publica, intelligitur, qui ex Iudæis sunt de illis nuper ad fidem ex Iudaïsmo conuersi, non autem de illis qui iam ex infantiæ tempore baptizati ex Iudæis originem trahunt; ita Soar. *tom.* 5. *disp.* 43. *sect.* 3. *num.* 4. quem refert, & sequitur Sanch. *in præcepta Decalog. lib.* 2. *c.* 28. *n.* 15. vbi *n.* 16. aduertit, quòd possunt tales iurare esse illum Christianum veterem, nec ab Hæreticis, Mauris, aut Iudæis descendere, quando non est Neophytus ex Iudæis, vel Mauris, sed ab infans baptizatus, & quando non est filius, aut nepos ex via masculinam, aut filius per viam maternam Hæretici defensoris, receptatoris, vel fautoris Hæreticorum. Ideo Extranagantes, & Constitutiones Summorum Pontificum prohibentes ne descendentes ex Mauris, Iudæis, aut Hæreticis vsque ad quartam generationem admittantur ad aliquam dignitatem, ecclesiasticumve genus beneficiorum, esse intelligendas ex iuris æquitate non habere locum in descendentibus ex illis, qui sponte propria, nullóque metu coacti sunt conuersi, tenent Nauar. *consil.* 1. *sub tit. de Iudæis in antiq. & cons.* 22. *sub tit. de Hæreticis, in nouis*, Anila *de censur. p.* 7. *disp.* 4. *dub.* 3. vbi addit se recepisse à quibusdam viris doctis, & in praxi peritis prædictas constitutiones super hac re editas non esse vsu receptas Sanch. *d. lib.* 2. *cap.* 27. *n.* 3. Fr. Emman. *quæst. regul. tom.* 1. *q.* 14. *art.* 1. & 2. vbi eod. *art.* 1. *in fine*, ait Extrauag. Paul. IV. confirmatam à Greg. XIII. postea restrictam fuisse à Sixt. V. vsque ad secundam generationem paternam, & primam maternam, iuxta restrictionem text. *in cap. statutum in* 2. *de Hæreticis, lib.* 6.

In gloss. *Ordinandos*, ibi, *& inquirendum est de natione, in qua nati sunt*, &c. De requisitis necessariis in ordinandis latè agit Campanil. *in diuers. iuris Canon. rub.* 3. *n.* 5.

SVMMARIVM.

1 *Infamatus suspendi potest propter magnitudinem criminis ne dum ab officio, sed etiam à beneficio, & augetur propter hoc numerus compurgatorum, interdum verò ex causa post purgationem præstitam suspenditur quis ad tempus, & deficiens in purgatione punitur vt conuictus.*

2 *Infamatus propter delicti grauitatem à beneficio quoque, ne dum ab officio suspendi potest.*

3 *Ratio-*

3 *Recusans se purgare de hæresi, officio & beneficio debet priuari.*
4 *Fama sufficit ad inducendam purgationem Canonicam.*
5 *Purgatio Canonica potest indici quando contra inquisitum adsunt indicia sufficientia ad torturam.*
6 *Processus in materia fidei per Canonicam purgationem quomodo terminandus, remissiuè.*
7 *Compurgatores debent esse Catholici, & vita probati.*
8 *Famæ & honoris restitutio facienda est iis, qui eius læsionem propter vitia falsò obiecta passi fuerunt.*
9 *Infamatus de hæresi tenetur se purgare.*
10 *Deficiens in purgatione, aut eam subire sibi iure indictam recusans præsumptione admodum vrgenti conuincitur.*
11 *Clericali priuilegio nemo priuandus est nisi conuincatur per veras probationes.*

Cap. Inter sollicitudines. X.

Innoc. III.

1 INfamatus licèt secundùm Canones esset ab officio suspendendus donec se purgauerit, tamen propter enormitatem criminis, v. g. hæresis, potest suspendi ab officio, & beneficio, etiam nullo accusante; sed ex sola fama potest Episcopus ex officio suo accipere testes contra ipsum, & augetur numerus purgantium; post purgationem ab hæresi restituitur beneficium, sed suspenditur ab officio in pœnam: donec cesset scandalum, & faciat actus contrarios hæreticis: sed si deficit in purgatione, debet pro conuicto haberi, deponi ab officio, & beneficio, & detrudi in Monasterium ad agendam pœnitentiam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 228. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 731. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 5. *tit.* 17. *cap.* 1. Hanc Decretalem exornauit Pegna *ad Eymeric. in direct. inquisit. p.* 2. *comment.* 14.

2 *Etiam à beneficio.*] Notatur ad hoc, quòd propter delicti grauitatem infamatus à beneficio quoque, nedum ab officio suspendi potest, donec se canonicè purgauerit, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 49.
3 *n.* 35. Et qui recusat se purgare de hæresi, officio, & beneficio debet priuari, vt per Sanctar. *in tract. de hæres, c.* 41. *n.* 9.

4 *Fama publica deferente.*] Notatur ad hoc, quòd fama sufficit ad indicendam purgationem Canonicam,
5 vt per Mascard. *de probat. concl.* 773. *n.* 23. Et purgatio Canonica potest indici, quando contra inquisitum adsunt indicia sufficientia ad torturam, vt per Marc. Anton. Genuens. *in praxi Curiæ Archiepisc. Neapol. cap.* 32.

6 *Attendentes autem*, &c.] De forma terminandi processum in materia Fidei per Canonicam purgationem, vide Peñam *in direct. Inquisit. p.* 3. *comment.* 42. *n.* 181. *cum seqq.*

7 *Sint Fide Catholici, & vita probati.*] Notatur ad hoc, quòd compurgatores debent esse fide Catholici, vita probati, & qui conuersationem purgandi Clerici, non tam moderno tempore, quàm transacto nouerint, vt per Bernard. *in pract. c.* 151. *num.* 4. *in nouiss. impress.* Peñam *in direct. Inquisit. p.* 3. *comment.* 38. *vers. in causa*, Ioan. Franc. Leon. *in thesauro fori Ecclesiast. p.* 3. *c.* 6. *num.* 28.

8 *Vt infamia conuertatur in bonam famam*, &c.] Notatur ad hoc, quòd famæ, & honoris restitutio facienda est iis, qui ob vitia falsò obiecta, eius læsionem passi fuerunt, vt per Couar. *var. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 4. *in fine*, quia honor & vita æquiparantur, *l. iusta causa, ff. de manum. vind. l.* 2. *tit.* 24. *p.* 4. & omni temporali commodo honor præferendus est, *l. Iulian. ff. si quis omissa caus. testam.* Anend. *in tract. de iniuria, n.* 20. Ioan. Sanct. *in select. disp.* 46. *n.* 9. Per nullum namque tempus licet differre famæ restitutionem, aut cuiuscumque alterius rei, cùm adest opportunitas restituendi tam ex parte restituentis, quàm iniuriam in fama patientis Sot. *lib.* 4. *de iustit. q.* 9. *art.* 1. *col.* 18. Sà *verbo restitutio*, post *n.* 62. quos refert & sequitur Ioan. Sanctius *in select. & pract. disput. disp.* 43. *n.* 22. vbi *n.* 21. resoluit quòd quis certus est famam alicuius læsisse, dubitat verò an integrè satisfecerit, tenetur iterum satisfacere vsque dum sibi liqueat de satisfactione sibi possibili, quia certus de damno illato, dubius autem de satisfactione non constituit æqualitatem: & *n.* 23. addit quòd si lædens famam alicuius tantundem est læsus ab eo, quem læsit, restituere non tenetur, quia tunc compensatione receptæ iniuriæ ad æqualitatem reducta est iniuria alteri facta.

In pœnam autem familiaritatis, &c.] Notatur ad 9
hoc, quòd infamatus de hæresi ob familiaritatem cum his, quos hæreticos esse agnouit, vehementer de hæresi est suspectus & tenetur se purgare, & publicè abiurare, vt per Peñam *in direct. Inquisit. p.* 2. *q.* 56. *n.* 7. *pag. mihi* 381. nam talis ille præsumitur, qualis est, cum quibus conuersatur, vt per Tiraq. *in l.* 5. *connub. p.* 5. *num.* 29.

In gloss. *In arctum Monasterium*, ibi, *cùm deficiens* 10
in purgatione, &c.] Notatur ad hoc, quòd is qui deficit in purgatione, aut eam subire sibi iure indictam recusat, præsumptione admodum vrgenti conuincitur, vt per Couar. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 2. *n.* 4. *in princ.*

In ead. gloss. ibi, *Cùm aliquis condemnatus est verè non* 11
præsumptiuè.] Notatur ad hoc, quòd nemo priuandus est priuilegio Clericali, nisi conuincatur per veras probationes, & non per præsumptas, vt per Felin. *in cap. afferte, n.* 6. *de præsumpt.* Anend. *de exequend. mand. lib.* 1. *c.* 22. *n.* 4. Gam. *Lusit. decis.* 179. & 281.

SVMMARIVM.

1 *Compurgatores admittendi debent esse personæ vicinæ & honestæ.*
2 *Vicinus præsumitur scire facta vicini, & an sit bonæ famæ.*
3 *Vicinus quis dicatur, ostenditur.*

Cap. Cùm dilectus. XI.

COmpurgatores debent esse personæ vicinæ, & 1
honestæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 229. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 732. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 5. *tit.* 17. *c.* 7.

Quæ vicinæ sint.] Ergo vicinus præsumitur scire fa- 2
cta vicini, vt per Socin. *reg.* 98. Dec. *resp.* 7. *n.* 32. *lib.* 3. *& resp.* 93. *n.* 97. *lib.* 2. Mascard. *de probat. concl.* 1406. *n.* 1. *cum seqq.* latissimè Farin. *fragm. crimin. p.* 2. *lit. I, n.* 168. *cum seqq.* & per consequens an sit bonæ vocis, conditionis, & famæ, vel an decesserit, aut viuus sit, vt per Menoch. *de præs. lib.* 6. *præs.* 24. *n.* 12. *cum seqq.*

3 Vicinus dicitur ille, qui proximè habitat, Ioseph. Sesse *Aragon.decis.99.n.5.* & propriè ille dicitur, qui alta voce acclamando audiri potest, *l. si vicinis, C. de nupt.l.1.§.eo autem tecto, ff.ad Sillan.* Signorol.*cons.32. in princ.* Alex.*cons.22. Consideratis, n.5.vers.aliud ergo lib.4.& cons.63.in causa & lite, in fine, lib.7.* Tiraq *de retract.lign.§.1.gloss.9.n.21.* Duen.*reg.125.in fine princ.* Ignat.del Villar.*in sylua respons. lib.1. resp.5.p.1.n.41.* Farin.*d.p.2.lit. I, n.173.* Menoch. *de arbitr. casu 222.* Mascard.*de probat.concl.1406.n.4.* Flores de Mena *var. q.1.n.6.* Christoph. de Pace *ad leges styli, l. 64.n.4. cum seqq.* vbi etiam de loci vicinis. Non dicitur tamen vicinus loci, qui ex causa aliqua temporali, vel ratione alicuius officij detinetur in aliquo loco, vt per Ioseph.Sesse *Aragon.decis.9.n.6.& 7.*

SVMMARIVM.

1 *Purgatio de necessitate non est inducenda si infamia ortum habet ex probabilibus coniecturis, potest tamen indici ad instantiam purgandi.*
2 *Multitudo facilè sequitur vnius dictum.*
3 *Rescriptum omne impetratum contra ius, censetur per importunitatem obtentum.*
4 *Purgatio Canonica non inducitur si infamia sit simplex, & absque scandalo.*
5 *Infamati, vel inimici quando fuerint illi, qui sunt eiusdem ordinis, non admittuntur ad purgationem, sed alij.*

CAP. Cùm in iuuentute. XII.

1 INfamia alicuius quando non est nota ex probabilibus coniecturis, non est necessariò indicenda purgatio, potest tamen indici ad instantiam purgandi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.229.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.732.* remissiuè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Ant. August. *collect.3. Decret. lib.5. tit.17.c.3.* & pars alia huius Decretalis est *supr. in cap. cùm in iuuentute, de præsumpt.*

2 *Scientes quod dictum vnius facilè sequitur multitudo.*] Vide Anton. Mariæ *tom.1.commun. opin. in præfat. n.4. pag.2.*

3 *Sed importunitate petentis*, &c.] Notatur ad hoc, quòd omne rescriptum impetratum contra ius censetur per importunitatem obtentum, vt per Perez *l.1. tit.12.lib.3. Ordin.* Azeued. *l.1.à n.1. tit.14. lib.4. nouæ recop.& l.2.n.27. tit.13.eod.lib.4.*

Nos autem postulationem, &c.] Notatur ad hoc, quòd si infamia sit simplex, & absque scandalo, & originem habuit à maleuolis procurantibus, purgatio Canonica non inducitur, vt per Bernard. *in pract. c.151.num.9.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.2.q.20.art.1. vers.aduertere.*

5 *Quia inter eum*, &c.] Notatur ad hoc, quod quando illi qui sunt eiusdem ordinis, fuerint inimici, vel infamati, non admittuntur ad purgationem, sed alij, vt per Bernard. *d.c.151.n.6.* vbi *num.8.* aduertit, quòd infamatus ille iudicandus non est, quem dicta paucorum infamant, si opinio eius apud bonos viros læsa non sit.

SVMMARIVM.

1 *Compurgator iurare debet de credulitate, & n.2.*

CAP. De testibus. XIII.

COmpurgatores si iurent hoc solum, quòd credunt eum dicere veritatem, sufficit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viu. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.229.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.732.* remissiuè Ximen. *in concord.* refertur ab Anton. Aug. *collect.3. Decret. lib.5. tit.17.c.4.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Bernard. *in pract. c.51.n.5.* Tiraq. *de retract. tit.2.§.1. glos. num.10.*

SVMMARIVM.

1 *Infamatus super defectu natalium, non debet promoueri, nisi prius se purget.*
2 *Ordines sacros suscipere volens probare debet se legitimè natum, quoties de se contraria fama extat.*
3 *Negatiua probari non potest directè, nisi resoluatur in affirmatiuam.*

CAP. Accedens. XIV.

INfamatus publicè de defectu natalium, de quo non potest constare, non debet promoueri nisi prius se purget, quia etsi non sit nota delicti, est tamen nota impedimenti sacrorum ordinum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.230.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.732.* remissiuè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.3. Decret. lib.5. tit.17.c.5.*

Collige ex text. ad hoc, quòd Ordines sacros suscipere volens probare debet se legitimè natum quoties de se contraria fama extat, secus illa cessante, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.6. præs.54. n.26.* Hodie verò ex noua dispositione Concil. Trid. *sess.23. de reform. c.5.* volens ad maiores Ordines promoueri, per mensem ante ordinationem Episcopum adire debet, qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, vt diligenter de ipsorum ordinandorum natalibus, &c. inquirat, id est, an legitimi, vel illegitimi sint, vt interpretatur Campanil. *in diuers. iuris Canon. rubr.3. n.5. vers. natalitia.*

In gloss. *Purgatione*, ibi. *quia negatiua probari non potest directè.* Ita Donatus à Fina *tom.1. commun. opinion. lib.4. tit.9.n.20.28.& 35.* Mascard. *de probat. concl.1058.* Carot. *de locato, part.3. tit. de negat. probat.* Rebuff. *de exempt. à n.160.* Menoch. *de præsumpt. lib.2. præs.50. n.8.* Pacian. *de probat. lib.1. c.38.* Cardos. *in praxi indul. verbo probatio. n.29.* Probatur tamen si resoluatur in affirmatiuam, Menoch. *d. præs.50. n.24. cum seqq.* Mendez à Castro *in praxi Insit. lib.5. c.1. n.62.* vel si habet affirmatiuam implicitam, Flamin. *de resign. lib.8. q.2. n.27.*

SVMMARIVM.

1 *Purgatio non est indicenda super notorio crimine, & pendente causa super criminibus coram Papa tanquam ab Ordinario super eis recepta non tenet.*
2 *Notorium facti quod sit, ostenditur.*
3 *Laicus contra Clericum in criminibus notoriis testis esse potest.*
4 *Res inter alios acta nocet aliis ratione connexitatis.*
5 *Citatio in notoriis an requiratur, ostenditur.*

CAP.

Cap. Cùm dilectis. XV.

1 PVrgatio non est indicenda, sed condemnatio, quando crimen est notorium vt celari non possit. Item iudicio pendente coram iudicibus delegatis Papæ, non debet Ordinarius purgationem indicere infamato, & si purgauit, purgatio non valet, sed est purgandus à delegato Papæ si contra infamatum non apparet accusator. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 230. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 732. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit.* 17. *c.* 6.

2 *Nullus inficiationi locus*, &c.] Notatur ad hoc, quòd notorium facti est finita, & communiter inducitata probatio immediata ex natura facti, vel rei continuæ, vel interpellatæ, aut momentaneæ, se oculis hominum, aut maioris partis ita exhibens, vt nulla possit tergiuersatione celari, aut negari, vtpotè cuius vniuersus populus, aut maior pars testis esse possit, vt per Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 21. *n.* 11. Menoch. *illustr. c.* 2. *n.* 12. *&* *c.* 20. *num.* 23. Menoch. *de arbitr. casu* 166. *num.* 4.

3 *Vtpote cuius vniuersæ vicinię populus*, &c.] Ergo laicus contra Clericum admittitur testis in criminibus notoriis, vt per Panorm. *in cap. de cætero, n.* 4. *de testibus*, vbi Felin. *n.* 6. Mascard. *de probat. concl.* 962. *n.* 8. *& concl.* 1358. *n.* 48. *cum seqq.* Crot. *de testibus, n.* 67. Beller. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de Clerico, teste* §. 5. *n.* 6. *vers. quinto*, vbi etiam aduertit laicum idoneum esse testem ad probandam infamiam contra Clericum.

4 Notatur hic text. etiam ad hoc, quòd res inter vnos acta, nocet aliis ratione connexitatis, vt per Tiraq. *in tract. res inter alios, vers. limita igitur*, 22.

5 In gloss. *Non erat illi indicenda*, ibi, *citatio tamen facienda*, &c.] Notatur ad hoc, quòd in notoriis etiam citatio requiritur, quando non constat citatum esse inexcusabilem, nullámque habere posse defensionem, vt per Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 18. *art.* 1. *vers. hæc opinio.*

SVMMARIVM.

1 *Prælato de criminibus infamato non sufficit, quando se purgat, iurare quod sit immunis ab illis criminibus, sed iurare debet quòd post suam promotionem illa crimina non commisit.*
2 *Nemo potest scire se esse in gratia Dei.*
3 *Vendentes iustitiam, vel bonum litis euentum, quam pœnam incurrant, ostenditur.*
4 *Venalis sententia nulla est, nisi sit arbitri.*

Cap. Accepimus. XVI. & fin.

1 PRælatus, vt Archiepiscopus, quando est infamatus de criminibus, & vult se purgare, debet hoc modo & forma iurare secundùm sanum intellectum, id est, se illa crimina, de quibus est infamatus, non commisisse postquam fuit Archiepiscopus, & compurgatores debent quoque iurare se credere eum verum iurasse, & non sufficit iurare quòd sit immunis ab illis criminibus, de quibus est infamatus, quia non tenetur iurare de tota sua vita, nec debet iurare quòd sit immunis, intelligendo quòd sint remissa per pœnitentiam iam factam, quia temerarium esset. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 230. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 732. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

Quia non debebat asserere, &c.] Quia nemo potest 2
scire se esse in gratia Dei, imo contrarium asserere est hæreticum, & error Lutheri, quem damnat Alphons. de Castro *lib.* 7. *aduersus hæreses*, *in verbo gratia hæresi* 3. & apertè damnatus fuit in Concil. Trid. *sess.* 6. *c.* 6. *Can.* 14. Nemo enim scit (vt ait *Eccles. c.* 9.) an amore, vel odio dignus sit, & Apostol. ad *Corinth.* 1. *c.* 1. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum*, vide plura ad hoc propositum per Navar. *in man. c.* 9. *num.* 10. *& c.* 11. *n.* 8. *& in cap. si quis, il. primo, n.* 18. *de Pœnitentia, dist.* 7. Iansen. *in Prouerbia Salomonis, c.* 20. *Prouerb.* 9. optimè Menoch. *cons.* 82. *num.* 5. *&* 6. *n.* 58. *&* 63. *cum seqq. & de præs. lib.* 6. *præs.* 94. *n.* 95.

In gloss. *Venditionem iustitiæ*. De illis, qui ven- 3
dunt iustitiam, multa tradit Azened. *l.* 7. *n.* 4. *&* 5. *tit.* 3. *lib.* 7. *nouæ recop.* De illis verò qui vendunt bonum litis euentum, & ad illum obtinendum cum partibus componunt, vide DD. per text. *ibi in l. qui explicandi, C. de accus.* Bobadil. *in sua politica, lib.* 13. *c.* 9. *pag.* 365. *cum seqq.* Farin. *in praxi crimin.* 111. *n.* 297. *cum seqq.* vbi *n.* 284. agit de illis, qui hoc faciunt extra curiam, & promittunt bonum litis euentum apud iudices, & de Aduocato hoc faciente. Hos impostores vocat Martial. *lib.* 4. *Epigram.* 5. fumi venditores, vbi P. Raderus eius scholiastes aliqua adducit: inde factum fuit, vt Alexander Seuerus Imperat. vt refert Ælius Lampridius *in eius vita*, quendam Vetronium Turinum his fallaciis vtentem fumo necari iusserit, clamante præcone, Fumo moritur, qui fumum vendidit, refert etiam, multa in hoc proposito adducens Horten. Caualcan. *de brachio Regio, p.* 5. *num.* 69. *&* 70. Sebast. Orozco *en el thesoro de lengua Castellana, verbo homo*, sit enim offensa Regi, & fraus, & mendacium, & furtum litigantibus deceptis, de quo idem Orozco *in suis moralibus emblem. lib.* 2. *embl.* 19.

In ead. gloss. ibi, *venalis etiam sententia nulla est*. Ita 4
depositum est apud Lusitanos *in ordinatione Regia lib.* 3. *tit.* 75. *in princip.* & apud Castellanos *l.* 13. *tit.* 22. *partit.* 3. resoluunt Menoch. *de arbitr. casu* 343. *num.* 6. Mench. *usufreq. c.* 37. Auiles *ad c.* 1. *prætorum, verbo donatione, n.* 7. Peregr. *de iure fisci, lib.* 7. *tit.* 4. *n.* 6. *cum seqq.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1449. Farin. *in praxi crim. p.* 3. *q.* 111. *n.* 197. venalis verò sententia arbitri est valida, glos. *verbo exceptio, in fin. in l. ita demũ, ff. de arbitr.* Camil. Borrel. *in sum. omnium decis. tit.* 63. *n.* 384.

De Purgatione vulgari.

Tit. XXXV.

VIDER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Panorm. Butr. Mar. Socin. Martin. Mesnart. *in epitome Decretal. fol.* 197. Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Dan. Venat. *in analyse methodica iuris Pontif. à pag.* 709. Gofred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in exposit. tit. iuris Canon.* Ioan. Honor. *lib.* 5. *summ. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De materia tit. vide Conar. *lib.* 4. *var. c.* 23. Ambros. de Morales *in historia Hispania, p.* 1. *lib.* 11. *fol.* 56. *verso*,

verso. Nauar. *in man. c.11. ex n.39*. Damhaud. *in praxi crimin. c.43*. Binsfeld. *p.2. confess. malef. q.1*. Henriq. *in summa lib.8. de Eucharistia, c.56. n.5*. Decian. *tract. crimin. tom.1. lib.5. c.48. n.3*. Ioan. Ferdin. *in thesauro, verbo aqua, n.9*. Soar. *tom.1. de Relig. lib.1. de irreligiositate c.3. n.8*. latè Martin. Delri. *disquisit. magicar. lib.4. c.4. q.4. sect.3. & 4*. Anton. de Gouuea *in lib. de itinere seu visit. Archiepiscopi D. Alexy de Meneses, lib 2. c.4. in fine, & c.5*. Bernard. de Britto *in monarchia Lusitana p.2. lib.2. c.10. à princip*. Emman. do Valle *de incantat. & ensalm. sect.2. c.15. n.7*. Azeued. *in l.10. n.12. tit.8. lib.8. nouæ recop*. Franc. Leon. *in thesauro fori Eccles. p.5. c.26. n.27*. Torreblanc. *lib.1. de Magia, c.23*.

SVMMARIVM.

1 *Purgatio vulgaris in nullo casu tolerari debet.*
2 *Duella & aliæ purgationes vulgares sunt prohibitæ.*
3 *Duellorum pœnæ innouatæ, & ampliatæ.*
4 *Conflictus quotidiani non sunt duella.*
5 *Duellum nulla de causa, nec pro defensione honoris vnquam licitum esse potest.*

CAP. Cura. I.

Cœlest. III.

1 PVrgatio vulgaris vt per duellum in nullo casu tolerari debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Cened. *collect.117*. Viu. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.232*. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.732*. remissiuè Ximen. *in concord. p.1*. refertur ab Ant. Aug. *collect.2. Decret. lib.5. tit.16. c.vnico*.

2 Collige ex text. duella, & alias purgationes vulgares prohibitas esse, quia per ea multoties condemnatur absoluendus, & Deus tentari videtur, vide Orozco *de vera & falsa prophetia, lib.1. c.29. fol.73*. Soar. *tom.1. de Religione, lib.1. de irreligiositate, c.3. n.8*. De duello, & eius pœnis vide DD. citatos *ad rub. de clericis pugnantibus in duello*.

3 Duellorum pœnæ innouatæ, & ampliatæ fuerunt multis in casibus, & ad alias personas præter duellantes, vt in Concil. Trid. *sess.23. de reform. c.19*. & per Pium V. *in sua constit. incip. Ea quæ à prædecessoribus, sub dat. Idibus Nouemb.1560*. & per Gregor. XIII. *in constit. incip. Ad tollendum, sub dat.24 Decemb.1582*. & per Clement. VIII. *in nouissima constit. incip. Illius vires, sub dat.2 Septemb.1592*. vbi extendit supradictas constitutiones, & decretum Concilij *citato loco*, vt locum habeant vbique gentium & terrarum inter quascumque personas etiam armatas, & in castris, seu propugnaculis militantes, &c.

4 Conflictus quotidiani, qui subito iræ feruore, vel ex alteratione nascuntur, non sunt duella eo quòd non fiunt ex condicto, vt per Floron. *de duello, c.1*. Alex. Peregr. *in simili tract. q.18*. Bonacin. *de censur. disput.2. q.6. puncto 2. n.9*. vbi *n.8*. cum Peregr. *cit. loc. q.13*. subdit quòd quando Titius offert duellum Caio, illumque eodem tempore, quo duellum offert, gladio aggreditur, vnde Caius cogitur *ibi* statim pugnare, neutrum dicitur duellum propriè committere, de quo vide Filliuc. *tract.15. n.110*. vbi *n.112*. tenet quòd si duo inuicem contendant, & ante conuenerunt vt armatus expectet, donec alter arma de domo arripiat, videtur duellum, quia pugna erit ex condicto, si non est eadem continuata, sed interpolata recessu ab altero, & ingressu in domum.

5 Duellum nulla de causa, nec pro defensione honoris vnquam licitum esse posse, notat Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.21. n.80*. Bernard. Græu *ad prax. Cam. Imper. lib.2. concl.100. consid.1*. Est tamen vnus casus singularis, quo sine peccato, regulariter loquendo, licitum est duellum, videlicet si existente bello inter duos Principes vnus illorum vellet bellum in duellum resoluere, prouocando alterum ad singulare certamen, provt Beliari. *in suis comment. rerum Gallicarum anni 1528*. fecisse refert Francisc. I. Regem Galliæ missso libello duelli Carol. V. Imper. & Guicciardin. *historia Italiæ, lib.13*. idem refert de Francisc. Maria Duce Vrbini, vbi Apostil. alios refert, Lyran. *in lib. Reg. c.17*. Caiet. *2.2. q.91. art.8, in resp. ad 3. vers. quarta causa*, Sayr *in claui Regia, lib.7. c.13. n.16*. vbi concludit licitum esse duellum isto casu.

Incidere in pœnas purgantium in duellum, qui sibi obuiam habentes diffidunt se in tali loco, quo statim tendunt, & ibi pugnant cum adsit alligatio loci, & temporis præsentis, contra Iacob. de Graff. *de casibus reseru. lib.1. c.7. n.22*. resoluunt Sanch. *in præcepta Decalogi, tom.1. lib.2. c.39. n.28*. Bonacin. *d. puncto 2. n.6*. vbi subdit videri incidere in pœnas duelli illum, qui dicit alteri, Veni in talem locum, te ibi expectabo.

Illum qui præmissa cum alio prouocatione ad duellum, sese contulit tempore præfixo ad locum conuentum, sed duello non sequuto discessit, incidere in excommunicationem, aliasque pœnas contra duellantes comminatas, resoluunt Floron. *de duello, c.3. n.11. fol.47. & c.5. §.1. n.3. fol.63. & c.6. §.1. n.2. fol.84*. Peregrin. *eod. tract. q.4. n.5. & 7. in fine, & q.41. per tot.* præcipuè *n.2. & 4*. Vgolin. *de offic. Episcop. c.6. §.11. vers. quartò*, vbi ait hoc ita tenendum per Bullarium Clement. VIII. & sic in Curia obseruari. Quam vim contrarium teneant Paul. Comitol. *respons. moral. lib.6. q.5. vers. quartum, & q.18. n.7. & 8*. Sanch. *d. c.39. n.1*. Bonac. *d. puncto 2. n.16*.

Comprehenduntur in supradictis constitutionibus socij, patrini, & spectatores ex industria, non vero illac transeuntes, & obiter aspicientes duellum, sicut resolunt Valer. Reginald. *d. lib.21. n.77*. Vgolin. *d. §.1. num.5*.

Non committit duellum ille, qui ad euitandam loci irreuerentiam, aut suum periculum, inimicum, quem videt esse in Ecclesia, aut in loco vbi periculosè, vbi habet comitatum, vel famulos, dicit, Exi inde, quia non destinatur propriè locus, sed solum intenditur euitatio irreuerentiæ loci, vt tenent Floron. *tract. de duello, c.1*. Peregr. *eod. tract. quæst.18*. Filliuc. *eod. tract. 15. n.111*.

Calor iracundiæ excusat quem à pœnis duelli si in continenti accederet ad aliquem locum, vbique dimicaret, vt per Ioseph. Ludouic. *Lucensis decis.11*. Cened. *ad Decretal. collect.117. n.4*. Alovs. Ricc. *in praxi rerum fori Ecclesiast. decis.634. in 1. edit. alias resol.675. in 2. edit.*

SVMMARIVM.

1 *Purgatio vulgaris in nullo casu tolerari debet, & sententia lata ex tali purgatione est nulla.*
2 *Sententia quando est ipso iure nulla, potest reuocari per iudicem, qui eam tulit.*
3 *Sententia, quam pars iniustam profitetur, non tenet exequi.*
4 *Testibus receptis contra iuris prohibitionem non est fides adhibenda.*

CAP.

Cap. Significantibus. II.

Innoc. III.

1 PVrgatio vulgaris in nullo casu tolerari debet, & sententia lata ex tali purgatione est nulla, & non liberat, nec condemnat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 232. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 733. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 5. *tit.* 18. *cap. vnic.*

2 Notatur hic text. ad hoc, quòd quando sententia est ipso iure nulla, potest reuocari per iudicem, qui eam protulit, vt per Azened. *in rubr. tit.* 8. *n.* 5. *lib.* 8. *nouæ re-*
3 *cop. & l.* 10. *n.* 3. *eod. tit.* & sententia, quam pars iniustam confitetur, non debet exequi, vt per Corset. *in singul. verbo sententia* 6. *&* 7. Rebuff. *tom.* 1. *ad leges Galliæ tract.*
4 *de sentent. execut. art. vlt. n.* 6. Sic etiam testibus receptis contra iuris prohibitionem, nulla fides adhibenda est, & sententia lata virtute talium probationum est ipso iure nulla, vt per D. Barbos. *in l.* 9. *de vi, n.* 106. *ff. de inaiciis.*

SVMMARIVM.

1 *Ferri candentis iudicium interdicitur, &* n. 2.
3 *Purgatio vulgaris olim triplex.*
4 *Miraculum insigne refertur quod accidit cuidam Lusitano Omuræ.*

Cap. Dilecti. III. & fin.

Honor. III.

1 PVrgatio vulgaris candentis ferri interdicitur sub censura, quia est tentare Deum. Colligunt ex Ordin, Abb. antiq. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 232. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 733. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 Refert hic text. ferri candentis iudicium penitus esse interdictum, vtpote in quo Deus tentari videtur, & mandat Templarios, qui Liuones hoc iudicium subire compellebant, per censuras Ecclesiasticas cogi ab eo abstinere, vt per Mart. Delr. *disquisit. magic. lib.* 4. *c.* 4. *q.* 4. *sect.* 3. *in fine, & q.* 5. *sect.* 3. *vers. secundo probatur*, Torreblanc. *lib.* 1. *de Magia diuinatrice, c.* 23. *ex num.* 36.

3 Triplex olim fuit purgatio vulgaris, per rogum scilicet, per prunas, per ferrum, hoc est, vmores, seu lateres, seu coticulas, vel chirothecas candentes innocentia probatur, si illæsus quis abiret; sin nocens habebatur, quæ aliquando sponte susceptа, aliquando verò iniuncta prouocato erat, provt asserit idem Mar-
4 tin. Delr. *d. q.* 4. *sect.* 3. *in princ.* vbi testatur de ferro candente hodie apud Iaponios obtinere, & narrat illustr. miraculum, quod accidit Omuræ ex epistola Lusij Froës scripta anno 1595. in hæc verba: Fuerat Christianus quidam (Lusitanus erat) degens inter ethnicos accusatus furti, & quia hoc crimen sæuissimè punitur in Iaponia, sic vt de eo quantumvis minimo conuictus, morte cum nulla veniæ spe mulctetur, nec tamen possunt hunc Christianum verè conuincere. Ecce mox Gentiles eum obsident, & dum aliud non possunt, opportunè compellunt, vt ritu ipsis consueto iuramentum edat, qui erat, vt in folio chartæ subscripto scriberet, quod erat iurandum, deinde folio in palmam manus deposito imponeret ferrum candens, manúmque constringendo in suam rapiat vindictam, & iram Chamis imprecaretur, si obiecti criminis reus foret. Quod si fortè manus amburatur, aiunt experientia probatum eum noxæ esse reum, si verò à læsione cum folio maneat immunis, esse innoxium. Cùm igitur hic Christianus in has angustias abductus esset, quippè vel iurandum illi erat, vel repudiato iuramento, quo se reum faciebat vitæ discrimen adeundum innocentiæ suæ confisus dixit fas sibi non esse, vtpotè Christiano per falsum Deum Chamis iurare, sed tantùm per verum. Consentiunt Gentiles, vt per suum Deum iuret. Ille ergo signo Crucis in folio expresso, ferróque candenti impositо, quia id facere cogebatur, magna animi præstantia ferrum manu constrinxit. Res mirabilis, nec manus, nec folium comburitur. Itaque non solùm solutus est pœna, verùm etiam culpa, quam falsò illi impingebant.

De Iniuriis, & Damno dato.

Tit. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
2 *Iniuriarum materia vbi tractetur, ostenditur.*
3 *Iniuria non solum dicitur verbalis, quæ verbo tenus fit, sed & ea quæ in scribendo fit.*
4 *Iniuria sine dolo & animo iniuriandi non committitur.*
5 *Iniuriandi animus non præsumitur quando potest sumi alia coniectura.*
6 *Iniuria irrogatur si quis dicat alteri, tu mentiris.*
7 *Iniuria atrox quæ dicatur, remissiuè.*
8 *Damnum dicitur non solùm quod prouenit à casu, sed etiam à culpa.*
9 *Damnum præsumitur illatum ab inimico, & vicinis quando sunt malæ opinionis.*
10 *Damnum, & iniuria in quo differant.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Butr. Panorm. Mar. Socin. Aloys. Ricc. *collect.* 1875. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol.* 151. Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canon. fol.* 182. Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 197. *vers.* Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pontif. à pag.* 710. Goffr. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag. *in expos. tit. iuris Canon.* Lancel. *in instit. Canon.* Canis. *in summ. iuris Canon.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 5. *summ. in Decret.* omnes *sub hoc tit.* 1

De iniuriis vide Clar. *in pract. §. iniuria*, Menoch. *de arbitr. casu* 263. Bellar. Soar. & alios *tom.* 3. *commun. opin. lib.* 9. *tit.* 25. *de iniur.* Perez *ad tit.* 9. *lib.* 8. *Ordin.* Surd. *decis.* 89. Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 105. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imper. lib.* 2. *concl.* 100. 2

Iniuria non solùm dicitur verbalis, quæ dicitur verbo tenus, sed & ea, quæ in scribendo fit, quia scriptura loquitur, *l. non figura* 37. *vers. quatenus, ff. de actionibus, & obligationibus, gloss. verbo coniiciunt, in l.* 1. *ff. hoc tit.* Farin. *d. q.* 105. *n.* 4. Bernard. Græuæ. *d. lib.* 1. *concl.* 104. *consid.* 1. Sine dolo, & animo iniuriandi non committitur, *l. si non conuicij, C. hoc tit.* Surd. 3 4

d. decis.

d.decis.89.n.23.& 27. Farin. *in praxi crimin.p.1.q.16. n.67.* Menoch.*cons.109.n.1.*

5 Iniuriandi animus non præsumitur, quando potest sumi alia coniectura, Surd.*d. decis.89. n.31.* Farin. *d. q.16.n.53.*

6 Irrogatur autem iniuria, si quis dicat alteri, tu mentiris, ex Clar. *§.iniuria, n.13.& 14.* Menoch.*cons.41. n.10.* Bellacomb.*tom.2. commun.opin.lib.9.tit.25.n.49.* vbi Viu.*num.127.* Soar. *receptarum sententiarum lit. I, n.36.* Fach *controu.lib.9.c.12.in princ.* Bernard. Græuæ *d.lib.2. concl.100.n.9. cum seqq.* Farin.*d.q.105.n.310.* vbi *n.311.* asserit procedere, quamvis fiat cum protestatione, salvo scilicet honore meriti, quia talis protestatio contraria facto protestantem non releuat. Similiter infertur per verba generalia, pura si dicatur, Ite in pace, quia in meo genere, non sunt Iudæi, Mauri, latrones, &c. Perez *l.2.vers.igitur maiori, tit.9.lib.8.Ord. pag.228.* Capyc.*decis.48.n.3.* Farin.*q.105 n.112.104.& seq.* Menoch.*cons.107.n.10.*

7 Atrox verò iniuria quæ dicatur, vide Couar. *lib.2. var.c.10.n.7.vers.hæc omnia,* Gom.*tom.3.var.c.6.n.1.2. & 4.* Plac.*de delict.lib.1.c.6.n.3.* Perez *l.27.in glos.verbo palabra, tit.19.l.8. Ordinam.* Menoch. *de arbitr. casu 263.* Rebell.*de oblig.iustit.p.1.lib.17.q.9.n.3.vers.prima.* Molin.*de iustit.tr.2.disp.176.vers.secunda, & disp.281. vers.prima est.*

8 De damno dato vide Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo damnum,* Mascard. *de probat.concl.407.cum seqq.* Dicitur non solùm, quod prouenit à casu, sed
9 etiam à culpa, Surd.*decis.326.n.3.* Et illud alleganti incumbit onus probandi, Mascard. *concl.470.n.1.* & in dubio præsumitur illatum ab inimico, Brunor. à Sole *d.verbo damnum 2.* Mascard.*concl.472.n.1.* & à vicinis, quando sunt malæ opiniouis, & famæ, Bart *in l.si ita, ad finem, ff. fundo instructo, & in l.dominus horreorum, ad finem, ff.locati,* Menoch.*de arbitr. casu 208.& cons. 384.num.6.& de præsumpt. lib.1. præsumpt.89.n.94.& lib.5. præsumpt.21.à n.18. & lib.6. præsumpt.24.n.45,* Mascard. *concl.572.num.3. & concl.931.n.13. & concl.*
10 *1224.num.3.* Diuersa namque sunt iniuria, & damnum, quia remittens omnem iniuriam, & violentiam, non censetur remittere damna, Couar.*d.lib.2.c.16.num.7. vers. tertium,* Anton.Gomez *tom.1.variar.c.6.num.13.* Menoch. *remed.1. recuper.n.307, & de præsumpt.lib.3. præsumpt.114.* Surd.*de alimentis, tit.7.quæst.16.num.85. & decis.261.num.4.* vbi *num.5.* resoluit quòd expensas non censetur remittere, qui damna remittit, de quo etiam Perez *ad lib.4.Ordin.pag.832.* Et ideò si facta sit remissio iniuriæ, siue offensæ in foro Conscientiæ, non propterea censebitur sublatum ius accusandi. Couar.*dict.c.10.post num.6 vers.tertio,* Clar.*§.fin.q.58. num.39.* Bonacos.*commun. crimin. part.2.verbo iniuria, fol.38.*

SVMMARIVM.

1 *Operas, & expensas soluere debet percutiens aliquem qui iacet in lecto.*
2 *Vulnerans tenetur vulnerato ad damna & interesse, intellige vt ibi.*

Cap. Si rixati. I.

Ex Exodo.

1 QVando quis in rixa alterum percutit, & ideo iacet in lecto, sed non moritur, percutiens operas, & expensas soluere debet. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc. Collect. Zabar.Io. Andr.Host.Butr. Anchar.Panorm.Marian.Socin.Viu.*in ration.lib.5.iuris Pontif.pag.233.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 733.* remissiuè Ximen. *in concord.p.1.* desumitur ex Exodo *c.21.* & refertur ab Ant. Aug. *collect.1. Decret. lib.5.tit.31.c.1.*

Collige ex text. quòd vulnerans tenetur vulnerato ad damna, & interesse, ad æstimationem operarum amissarum, ac lucri cessantis propter illatum vulnus, necnon ad expensas medicorum, medicinarum, & aliarum rerum, in curatione adhibitarum, de quo vide late Bellacom. *tom.2. comm.opin.lib.9.tit.25.n.94.pag.511.* Ioseph.Ludou.*tom.3.earund.comm.opin. sub tit.ad leges Aquil.concl.vnic.per totam,* Marant.*de ordine iudic.p.1. distinct.1.n.4.* Baiard. ad Clar.*§.homicidium, n.7.* Gom.*tom.3.c.3.num.37.* Put.*decis.208.lib.1.in antiquis.* Menoch.*de præsumpt.lib.3. præsumpt.114.n.2.* Farinac. *praxi crim. p.5.q.119. num.15.* late Sayr.*in claue regia, lib.11.c.2.* Paul. Comitol. *respons.moral.lib.1.q.11.n.1. cum seqq.* quam quidem restitutionem damnorum, & interesse expensarum curationis, & æstimationis operarum deberi de iure diuino per hunc textum tenent Menoch.*de arbitr.casu 122.in princ.* Farin.*d.q.119.n.10.* Principalis igitur text. conclusio adeò vera est, quòd etiam vulnerans ad æstimationem operarum amissarum & lucri cessantis propter vulnus, quando ex illo secuta est aliquando corporis debilitatio, vel aliquod membrum inutile redditum, aut abscissum, quia tunc tenetur etiam ad amissas operas, & lucrum cessans in futurum, propter dictam debilitationem, & postquam fuerit vulneratus resanatus durante vita ipsius vulnerati, vt per Plac. *de delictis, lib.1.c.6.n.32. ante finem, vt quod si mutilus,* Gomez *d.tom.3.c.6.n.11.* optime Farin. *d.q.119. n.117.* vbi *n.120.* limitat in homicidio ex commisso, in quo dicit non venire restitutionem interesse damnorum, & *n.122.* limitat non procedere in eo, qui vulnerauit, aut occidit ad suam necessariam defensionem.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Cisternam fodiens, & non cooperiens si bos ceciderit, tenetur dominus cisternæ pretium bouis reddere.*

Cap. Si quis aperuerit. II.

SI quis aperuerit, vel foderit cisternam, & eam non cooperuerit, ceciderit que bos, vel asinus in eo, dominus cisternæ tenetur reddere pretium bouis, vel asini, quod autem mortuum est, ipsius domini cisternæ erit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.233.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.734.* remissiuè Ximen. *in concord.p.2.* desumitur ex Exodo *c.21.* & refertur ab Inone *p.16.c.449.* & ab Anton. Aug. *collect.1. Decret. lib.5.tit.31.c.3.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Carpol. *de seruit.vrban. prad.cap.47.num.8.* Alber *p.1. tutorum quæst.69.& 76.* Palat. *in reperit, rubr. de donat. inter virum, §.65.n.30.* vbi etiam argum. huius text. resoluit quòd in casu in quo tenetur aliquis ad restitutionem rei alienæ per vim subtractæ, vel alias iniustè acquisitæ, aut damnificatæ, non satisfacit spoliator exhibendo domino rem damnificatam, & suppletus illius deteriorationem; vnde si tempore impotentiæ, vel violentiæ occidit bouem, vel aliud animal, aut aliam rem damnificauit, tenetur lege Aquil. & non satisfa-

satisfacit reddendo carnes & corium, & supplendo in pecunia deteriorationem vsque ad veram æstimationem, immo tenetur restituere verum pretium in pecunia numerata, & quod plus est erit in opinione domini damnum passi, vel recipere animal mortuum aut damnificatum, & agere ad supplementum deteriorationis, vel simpliciter agere ad rei æstimationem.

SVMMARIVM.

1 *Bos si erat cornupeta, & non custoditus, & alium bouem interfecit, dominus illius tenetur reddere bouem, & accipere cadauer.*
2 *Animal quodnam fuerit aggressum quando dubitatur, dominus occisoris non tenetur.*
3 *Aggressor quòd quis fuerit quomodo probetur, remissiuè.*

CAP. Si bos. III.

1 BOs si erat cornupeta, & non custoditus, & alium bouem interfecit, dominus illius tenetur reddere bouem & accipere cadauer. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 234. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 734. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. desumitur ex Exod. *c.* 21. & refertur ab Iuone *p.* 16. *c.* 150. & ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 31. *c.* 4.

2 In glos. *Reddet bouem*, ibi. *seu cùm dubium est, quis bos primò aggressus est*, &c.] Notatur ad hoc, quòd vbi dubitatur quodnam animal fuerit aggressum, dominus non tenetur, vt per Boër. *decis.* 287. *a princ.* Tiraq. *de pœnis temperandis, c.* 62. *à princ. & de iure primog. q.* 17. 3 *opin.* 7. *n.* 7. Et aggressor quòd quis fuerit, quomodo probetur latè prosequitur Farin. *in praxi crimin. p.* 5. *q.* 125. *n.* 436. *cum seqq.* & quod præsumatur esse in culpa, tradit Menoch. *remed.* 9. *recup. n.* 47. *& de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 3. *n.* 13.

SVMMARIVM.

1 *Æstimationem damni soluere tenetur qui dimittit suum iumentum vt depascatur in aliena vinea, vel agro.*
2 *Iniuriarum actione tenetur qui inuito domino, & contra illius prohibitionem fundum ingreditur.*
3 *Damnum quod datur in frumento, in herbis, non pluris æstimatur quàm quod in herbis valeat.*
4 *Animal in suo fundo repertum non potest quis retinere reclusum nisi quando ignoratur dominus.*

CAP. Si læserit. IV.

1 ÆStimationem damni soluere tenetur qui dimittit suum iumentum, vt depascatur in aliena vinea, vel agro. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontificij, pag.* 234. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 734. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. desumitur ex Exodo *c.* 22. & refertur ab Iuone *p.* 16. *c.* 354. & ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 31. *c.* 5.

2 *Agrum, vel vineam.*]Nota, quòd potest cogi actione iniuriarum, & pœnarum aduersùs eum, qui inuito domino, & contra illius prohibitionem fundum ingredi-

tur, vt per Couar. *in reg. peccatum, p.* 2. §. 8. *n.* 4. *vers. tertio ex hoc falsum*, Clar. §. *iniuria, n.* 5. Hippol. *cons.* 80. *à n.* 4. Surd. *cons.* 191. *n.* 7. *in fine*, Steph. Gratian. *disceptat. forens. c.* 139. *n.* 19. Et damnum quod datur in frumento 3 in herbis, non pluris æstimatur quàm in herbis valeat, considerata qualitate præsenti, non autem futura, quæ nondum apparet, vt per Afflict. *in cap. cuicunque, n.* 10. *de pace tenend. lib.* 2. *feudorum*, Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 68. *n.* 43. Cassan. *in consuetud. Burgund. tit. des iustices, rub.* 1. §. 6. *in fine n.* 9. Tiraq. *de iure mariti, glos.* 2. *n.* 35. Menoch. *de arbitr. casu* 149. *n.* 21. Auendan. *de exequend. mandat. p.* 1. *c.* 13. *n.* 2. latè Stephan. Gratian. *Marchiæ decis.* 51. In necessitate verò spicas colligere, & concedere in alieno fundo, sed non exportare, licitum esse de iure communi, tenent glos. *verbo fas, in cap. omnes* 1. *dist.* itavt non valeat statutum, quo huiusmodi facultas viatoribus interdicitur, quia esset contra ius diuinum, vt per Couarr. *d. p.* 2. §. 1. *n.* 5. Surd. *de aliment. tit.* 8. *priuileg.* 39. *n.* 7. *&* 8.

Vt depascat aliena. &c.] Nota dominum non posse 4 retinere animal in suo fundo repertum, nisi quando ignoratur cuius sit, si tamen statutum, vel consuetudo sit, vt includatur semper, ita fieri debet vt animal ex fame, aut siti detrimentum non patiatur, de quo vide Cassan. *in consuetudinibus Burgund. rub.* 1. §. 6. *verbo en mesusage.* Gregor. *l.* 24. *verbo encierre, tit.* 15. *partit.* 5. Menoch. *remed.* 6. *recuper. n.* 283. Capyc. *decis.* 45. Molin. *de iustit. tract.* 2. *disp.* 697. *n.* 23. Stephan. Gratian. *d. decis.* 57. *n.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Campum suum incendens, si egressus ignis combussit alienas segetes, damnum soluere tenetur.*
2 *Incendiarius tenetur ad omnia damna, & interesse propter incendium illata, n.* 5.
3 *Incendium à quibus in dubio præsumatur omissum, remissiuè.*
4 *Vicinus vicino de damno incendij culpa aborti an teneatur, remissiuè.*

CAP. Si egressus. V.

1 DAmnum soluere tenetur campum suum incendens, si egressus ignis combussit alienas segetes. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Vivian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 234. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 734. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. desumitur ex Exodo *c.* 22. refertur ab Iuone *p.* 6. *c.* 354. & ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 31. *c.* 6.

2 Collige ex text. incendiarium, præsertim si dolo incendium immittat, teneri ad omnia damna, & interesse propter incendium illata, vt per Franc. Marc. *Delphin. decis.* 417. *num.* 1. *part.* 3. Ioseph. Ludouic. *Perusina decis.* 25. *post num.* 4. Farin. *in praxi crimin. part.* 3. *quæst.* 110. *num.* 10. Incendium à quibus in dubio emis- 3 sum præsumatur, vide Menoch. *de arbitr. casu* 390. Tesaur. *Pedem. decis.* 24. Polyd. Ripa *in tract. de nocturna temp. c.* 27. Mascard. *de probat. concl.* 892. *n. vlt.* Dominus vtrùmne, & quando teneatur de incendio per familiam suam admisso, vide Ceph. *cons.* 361. Franc. Marc. *Delphin. decis.* 112. *n.* 33. Decian. *resp.* 29. *vol.* 1. Aloys. Ricc. *in collect. decis. part.* 4. *collect.* 797. Menochius *consil.* 390. *num.* 20. *cum seq. & consil.* 53. Bapt. Costa *de facti scientia, & ignorantia inspect.* 42. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 2. *conclus.* 21. *in coronide.*

Vicinus vicino de damno incendij culpa aborso teneatur, vide Franc. de Rampon. *cons.* 17. *vers. tertio quæri potest*, Rauden. *Pisan. decis.* 9. *n.* 61. *p.* 1. Mascard. *de probat. concl.* 892. *n.* 4. & 5.

In glos. *Reddat damnum* ibi, *si fuerit in culpa*, &c. Notatur ad hoc, quòd ex lata culpa incendiarius tenetur ad damna, & interesse, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 390. *n.* 24. Ioseph. Ludouiç. *d. decis.* 25. *n.* 10. Farin. *d. q.* 110. *n.* 18. vbi *n.* 24. resoluit, quòd ex incendio commisso culpa leuissima in omittendo non tenetur incendiarius ad damna, & interesse, secus si in committendo.

SVMMARIVM.

1 *Domum alicuius si quis incenderit, quam pœnam incurrat, ostenditur.*
2 *Domus appellatione non continetur tugurium.*
3 *Domus appellatione non venit apotheca.*

CAP. Si quis domum. VI.

Ex Concil. Roman.

1 SI quis domum alicuius incenderit, totum damnum soluat, & per tres annos pœniteat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 235. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 734. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 31. *c.* 7. & similis sententia reperitur apud Burchard. *lib.* 19. *Decretor. c.* 5. *tit. de sacrileg.* §. *concremasti domum.*

2 *Domum.*] Est ædificium quod solis parietibus, & tecto continetur, deputatum pro habitatione, *l. eum qui ædes. ff. de vsucap.* Corn. *cons.* 206. *n.* 11. Castr. *cons.* 92. *per tot. lib.* 1. Stephan. Grat. *discept. forens. tom.* 4. *c.* 657. *n.* 37. Card. Tusch. *pract. concl. tom.* 2. *lit. D. concl.* 610. *n.* 2. & 3. Appellatione domus non continetur tugurium, vt per Roman. *sing.* 374. Tiraq. *de iudic. in rebus exiguis, vers. his accedit, p.* 49. Hip. *sing.* 276. Mench. *illustrium c.* 34. Cotta *in memorab. verbo domus appellatione, & verbo supellectilia*; nec etiam apotheca domus appellatione venit, vt per text. *l. prædiis*, §. *ff. de legat.* 3. resoluit Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 3. *collect.* 669. intellige si detur aditus de domo ad apothecam, secus verò si sit incorporata, & introducta in ipsa domo, vt per Ioseph. Sesse *Aragoniæ decis.* 224. *n.* 15. latè ego ipse *in tract. de appellatiua verborum vtriusque signif. appell.* 82. *n.* 3. vbi *n.* 5. quòd appellatione domus venit porticus, & *n.* 6. quòd venit hortus ipsius domus, si ad illum è domo pateat aditus, & *num.* 8. quòd venit molendinum, & *num.* 10. quòd venit stabulum quando est annexum, & vnitum domui, & *n.* 12. quòd veniunt balnea si aditus per domum ad ea habeatur.

SVMMARIVM.

1 *Sæcularis potestas quæ clericum banninit, condemnari debet per iudicem Ecclesiasticum, secundùm æstimationem iniuriæ in expensis, & damnis.*
2 *Clericus agere potest actione iniuriarum ciuiliter.*
3 *Clericus licèt odium & rancorem præcepto dimittere teneatur, satisfactionem autem non ita.*
4 *Iniuriam clerico inferens potest puniri per iudicem Ecclesiasticum.*
5 *Clericus laicos, qui sibi iniuriam fecerant, coram seculari, vel Ecclesiastico accusare potest.*
6 *Iniuriæ æstimatio debet fieri per partem cum iuramento, non sine eo.*
7 *Iuramentum parti præstari debet in expensis, & damnis post taxationem iudicis.*

CAP. Olim. VII.

Honor. III.

SÆcularis potestas, quæ clericum in bannum mittit, est condemnanda secundùm æstimationem iniuriæ in expensis, & damnis, quia facit contra libertatem Ecclesiasticam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 235. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 734. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2.

Propter iniuriam, &c.] Notatur ad hoc, quòd clericus agere potest actione iniuriarum ciuiliter, vt per Host. *n.* 5. Ioan. Andr. *n.* 4. Panorm. *not. ab. 3. n. in præsenti*, Farin. *in praxi crimin. p.* 3. *q.* 105. *n.* 36. vnde licèt odium, & rancorem ex præcepto dimittere teneatur, satisfactionem autem non ita, *glos.* 3. *in c.* 4. *de homicidio, lib.* 6. Anton. Gom. *tom.* 3. *var. c.* 1. *n.* 29. *in fine*, Couar. *lib. var. c.* 10. *n.* 8. Molin. *de primogen. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 12.

Episcopo Mutinen. &c.] Ergo iniuriam clerico inferens potest puniri per iudicem Ecclesiasticum, vt per Guid. Papæ *decis.* 562. *n.* 2. & 3. Roland. *cons.* 24. *vol.* 2. Couarr. *var. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 8. Clar. §. *fin. q.* 56. Thesaur. *decis.* 224. *n.* 2. & 3. Decian. *in tract. crim. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 26. *n.* 1. & 22. quos refert, & sequitur Ilet. *dis quisit. cleric. tit. de fauore clericorum reali*, §. 4. Clericus tamen laicos, qui sibi iniuriam fecerunt, coram Ecclesiastico, vel sæculari accusare potest, vt docent Clar. *d. q.* 36. *n.* 47. Rebuff. *in tract. quibus casibus sæculares cognoscere possunt, num.* 43. & *in tract. num.* 239. Azened. *l.* 4. *n.* 4. *tit.* 1. *lib.* 5. *nouæ recop.* Cuias Philip. *p.* 3. §. 2. *n.* 2. Farin. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 8. *n.* 115.

Taxatione iuramento permissa.] Notatur ad hoc quòd æstimatio iniuriæ debet fieri per partem cum iuramento, non autem sine eo, vt per Farin. *d. q.* 105. *num.* 47.

In glos. *Taxatione*, ibi, *& postea debet iurare*, &c. Notatur ad hoc, quòd in expensis, & damnis post taxationem iudicis iuramentum parti præstari debet, de quo vide Clar. *in* §. *iniuria n.* 7. *vers. sed numquid*, Mascar. *de ordine iudic. p.* 4. *in princ. num.* 6. Mascard. *de probat. in concl.* 603. *à n.* 1. Farinac. *d. q.* 105. *n.* 49. Cardos. *in praxi iudic. verbo expensa, n.* 18. Cardin. Tusch. *lit. E. concl.* 61. *num.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Statutum etiam iuratum super damnis non reputandis ad expensas non extenditur.*
2 *Casus omissus à statuto, vel consuetudine pro casu habetur.*
3 *Expensas remittit, qui damna remittit.*

CAP. Innostra, VIII.

Gregor. IX.

STantum etiam iuratum de non petendo, vel recipiendo restaurationes domorum, non extenditur

ad expensas, quæ non obstante iuramento sunt soluendæ ad arbitrium iudicis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 235.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 735.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* & Casal. *in annot.*

2 *Statutum editum*, &c.] Notatur ad hoc, quòd casus omissus à statuto, vel consuetudine, pro omisso habetur, vt per Tiraq. *de iure primog. q. 40. n. 194.*

3 *Super damnorum articulo*, &c.] An autem & quando appellatione expensarum veniant damna, & interesse? vide Boër. *decis. 52. n. 7.* Card. Tusch. *pract. concl. tom. 3. lit. E, concl. 637. per tot.* Perez *ad lib. 4. Ordin. pag. 831.* Surd. *decis. 261. n. 4.* metipsum *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signif. appell. 68. n. 6. & appell. 92. ex n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Damnum vbicumque subsequitur ex aliqua culpa quantumvis leuissima, videlicet in commodato, vel deposito, ille, cui res commodata, vel in depositum data fuit, tenetur semper ad restitutionem in vniversum de toto damno.*
3 *Damni qui occasionem dat, damnum ipsum dedisse videtur.*
4 *Paria sunt scire, & scire debere.*

CAP. Si culpa. IX. & fin.

1 DAmnum quando culpa alicuius datur, vel irrogatur iniuria, aut auxilium illam irrogantibus præstatur, vel hæc euenerunt imperitia eius, vel negligentia, tenetur ille satisfacere, nec excusat ignorantia si scire debuit ex suo facto posse verisimiliter contingere iniuriam, vel iacturam. Item si animalia Petri nocuerunt alicui, tenetur Petrus satisfacere nisi animalia damnum passo dederit. Verùm si animalia erant ferocia, & quæ consueuerunt nocere, & diligentia debita non fuit præstita, non liberatur Petrus dando animalia; item licèt qui causam, damnum ipse dedisse videatur, tamen secus est in eo, qui adhibuit omnem diligentiam quam debebat, ne contingeret. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 236.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 735.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.*

2 Notauit hic text. ad hoc, quòd in commodato, locato, vel deposito, aut vbicumque damnum subsequitur ex aliqua culpa quantumvis leuissima, siue Theologicè, siue iuridicè sumpta, ille, cui res commodata, locata, & in depositum data est, tenetur semper ad restitutionem in vniversum de toto damno, vt per Bejam *resp. consc. p. 2. casu 20. vers. probat*, Sayr. *in clavi Regia, lib. 10. tract. 3. c. 1. n. 10.*

3 *Qui occasionem damni dat*, &c.] De hoc principio vbi Decian. *consil. 218. n. 4.* Surd. *decis. 326. n. 23. & 24.* Ferrer. *in constit. Catalauniæ. gloss. 5. n. 287.* Card. Tusch. *tom. 1. lit. C. concl. 138. num. 4. & tom. 2. lit. D, conclus. 6.* Thom. de Thomas. *in floribus legum regul. 244.* vbi ait procedere, quando causam propinquam dedit, latè ego ipse *de appellatiua verborum vtriusque iuris signific. appellat. 63. ex n. 1.*

4 *Si scire debuisti*, &c.] Paria enim sunt scire, & scire debere, *l. quod te, in fine*, vbi gloss. *ff. si certum pet.* vbi Butigel. *n. 9. §. si duo. ff. de acquir. hæred.* Tiraq. *de retract. lign. ad fin. tit. n. 41.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 194. n. 1.* Ego ipse *in tract. de appellatiua verborum vtriusque iuris signific. appellat. 154. n. 29.* & *ibi* citatis adde Decian. *consil. 76. n. 60. lib. 4.* Bapt. Costa *de facti scientia & ignor. inspect. 65.* & alios relatos à Farinac. *fragm. crimin. p. 2. lit. I, n. 163.*

De Pœnis.

TIT. XXXVII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anchar. Panorm. Butr. Mar. Socin. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon. fol. 151.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canonum. fol. 182. verso.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol. 198.* Petrus de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Dan. Venat. *in analyst. method. iuris Pontif. à pag. 716.* Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Barth. Carthag. *in exposit. tit. iuris Canon.* Zypæus *in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. p. 434.* nouissimè Ioan. Honor. *lib. 5. summ. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Delinquens toties puniendus est, quoties reiterat delictum.*
2 *Iteratio eiusdem criminis ex interuallo nouum delictum est.*
3 *Subreptitia dicitur Principis venia, non facta mentione de iterato crimine.*

CAP. Ea, quæ. I. *Concil. Tolet.*

DElinquens toties puniendus est, quoties reiterat delictum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontificij, pag. 238.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 736.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* desumitur ex Concil. Tolet. vt vulgò tribuitur, sed ex quo Concil. sumptum sit nondum inuentum est, referunt Burchard. *lib. 1. Decret. c. 158.* & Iuo *part. 15. c. 160.* & Anton. August. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 32. c. 1.* 1

Hanc eandem concl. & quòd iteratio eiusdem criminis ex interuallo, nouum delictum est, desumit ex hoc text. Conar. *variar. lib. 2. c. 10. n. 8. versic. quod verò.* Vnde subreptitiam dici Principis veniam, non facta mentione de iterato crimine, tenuerunt Padil. *in l. transigere, n. 63. C. de transact.* Tiraq. *de pœnis temperan. causa 10. n. 4.* Henriq. *in summ. lib. 13. c. 30. §. 1.* plures per Cened. *ad Decret. collect. 13. n. 4.* quibus adde Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 9. n. 49.* Nicol. Garc. *de benef. p. 8. c. 3. n. 28.* 2 3

SVMMARIVM.

1 *Presbyterum interficiens puniendus est, & pœnæ pars vna Ecclesiæ, cui præfuit, alia pars pro eius anima distribuitur.*

2 *Pœna vbi à iudice infertur ob iniuriam clerico irrogatam, & ea pecuniaria sit, dimidia pars competit Ecclesiæ, altera in vtilitatem læsi est distribuenda.*

Cap. Presbyteri. II.

Ex Concil. Trib.

1 PResbyterum interficiens, debet componi, & soluere Episcopo Presbyteri, qui tribuat dimidiam partem in vtilitatem Ecclesiæ, cui Presbyter præfuit, alteram det in elemosynam pro anima mortui. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 238. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 736. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. desumitur ex Concil. Triburien. sub Arnulpho Imperator. *c.* 4. sed aliis verbis referunt Burchar. *lib.* 6. *Decret. c.* 11. Ino *p.* 10. *c.* 140. Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 32. *c.* 2.

2 Probat hic text. quòd vbi à iudice pœna infertur ob iniuriam clerico irrogatam, & ea pecuniaria sit, dimidia eius pars competit Ecclesiæ, cuius rector ipse iniuriam passus existit, altera pars in vtilitatem læsi est distribuenda, vt per Ias. *in l. si transigere, n.* 4. *C. de transact.* Roman. *sing.* 443. Couar. *lib.* 2. *variar. c.* 9. *n.* 10. vbi aduertit, quòd dum hic text. dicit, & alteram in eius elemosynam iustè dispertiat, intelligendus ita est vt ad eleemosynam pro anima clerici interfecti ea distributio referatur.

SVMMARIVM.

1 *Prælati pro criminosis sustinendis pecuniam exigere non debent, nec etiam correctionis causa excupiditate pœnam pecuniariam ponere.*
2 *Episcopus correctionis zelo pœna pecuniaria clericos punire potest.*
3 *Pœnas pecuniarias Episcopus non potest conuertere in suos vsus, sed ne quidem in fabricam Ecclesiæ Cathedralis, aut mercedem Vicarij.*
4 *Episcopus vbi admodum pauper est, pœnas pecuniarias sibi assumere potest.*
5 *Pœna pecuniaria concubinatum in prima admonitione Episcopus punire potest.*

Cap. Licèt. III.

Alex. III.

1 ARchidiaconi pro corrigendis excessibus, & peccatis non debent exigere pecuniam à clericis, vel laicis. Item pro annua exactione non suspendant personas, nec Ecclesias interdicant, nec exigant pecunias vt in Ecclesiis Vicarios cantare permittant, nec similia agant, quæ ex radice auaritiæ prodeunt, & si præsumpserint contra facere, sunt excommunicandi cessante appellatione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Cened. *collect.* 170. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 238. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 736. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 32. *cap.* 3. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 2. *c.* 3.

2 Licèt Episcopus correctionis zelo pœna pecuniaria clericos punire possit, potissimum vbi ea magis timeretur iuxta glos. & Panorm. *in præsenti*, & quæ tradit Bernard. *in pract. c.* 145. *n.* 1. & 2. *in nouiss. impress. Constit. lib.* 1. *var. c.* 9. *vers. secundum*, non sunt tamen huiusmodi pœnæ ad imbursandum, quia tunc præsumitur emanare ex fonte auaritiæ, vt text. *in præsenti* ponderat, quo casu necessariò intelligendus est, sed causa correctionis, ex fonte charitatis, quod præsumitur inesse dum iudex non imbursat, sed pauperibus erogat, quod quidem Concil. Trident. *sess.* 25. *de reformat. c.* 3. manifestum nobis demonstrat, sed etiam percipit vt mulctæ pecuniariæ eo ipso, quòd taxatæ fuerint, piis locis assignentur, adeò quòd refertur eiusdem Sacram Concil. Congregationem censuisse non posse Episcopos ipsas pœnas, non solùm in suos vsus, sed ne quidem in fabricam Ecclesiæ Cathedralis, aut mercedem Vicarij, aut aliorum officiorum curæ conuertere, prout tenent Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verbo pœna* 1. optimè Quaranta *in summa Bullarij, verbo pœnæ pecuniariæ*, Sbroz *de officio Vicarij lib.* 2. *in addit. q.* 12. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 319. *in* 1. *edit. & resolut.* 300. *n.* 3. *in* 2. *edit.* vbi refert eandem Sacram Congregationem censuisse de ipsis pœnis, nec posse Episcopum portionem aliquam assignare Vicario pro sua mercede, & minus Cameræ Episcopali, non obstante contraria consuetudine, etiam in minima parte. Item, & per eandem Sacram Concil. Trident. Congregationem fuisse declaratum, vbi Episcopus modum pauper esset, eas sibi assumere posse refert Andr. Molfes. *in comment. ad consuetudines Neapol. tit.* 9. 64. *sub n.* 24. Aloys. Ricc. *d. resolut.* 300. *n.* 3. *vers. sin.* Vtrùm autem Episcopus in prima admonitione pœnam pecuniariam concubinarium punire, vide Tur. Valasc. *alleg. iuris tom.* 5. *allegat.* 14. *n.* 11. & 12. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 317. *in* 1. *edit. & resolut.* 319. *n.* 3. *vers. sin accedat, in* 2. *edit.*

SVMMARIVM.

1 *Victus victori in expensis condemnandus est, & ex parte petente, vt n.* 3.
4 *Fiscus victus non condemnatur in expensis.*
5 *Causa iusta litigandi potest excusare a pœna expensarum.*
6 *Causa iusta litigandi quæ sit, arbitrio iudicis relinquitur.*
7 *Litigandi iustam causam habere censetur, qui habet pro se opinionem alicuius magni Doctoris.*
8 *Litigandi iustam causam victum non habuisse in dubio præsumitur.*
9 *Victus in expensis non condemnatur, si ex semiplena probatione, & ob delationem iuramenti suppletory pars aduersa obtinuerit.*

Cap. Calumniam. IV.

VIctus in causis pecuniariis victori condemnatur in expensis, quando sententia fertur pro præsenti, secus quando pro absenti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Vinian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 239. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 736. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur Ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 32. *c.* 5. & est post Concil. Lateranen. sub Alex. III. *p.* 3. *c.* 2.

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Rebuff. *tom.* 2. *ad leges Gallie, tract. de expens. art.* 1. *glos. vnic. n.* 6. Vinian. *tom.* 1. *commun. opin. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 93. *pag.* 365. *cum seqq.* Azin. *in praxi Floren. §.* 32. *c.* 1. *num.* 2.

Bonacos.

Bonacos. *comm. crim. p. 1. verbo victus, fol.* 183. Hippol. *cons.* 36. *n.* 1. *& cons.* 44. *n.* 23. *&* 27. Seraph. *de priuil. iuram. priuil.* 13. Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *p.* 1. *temp.* 4. *n.* 37. Viu. *Neapol. decis.* 47. *n.* 2. *& decis.* 479. *n.* 7. Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 135. *n.* 2. Fachin. *controu. lib.* 1. *c.* 42. Cened. *ad Decret. collect.* 60. *n.* 4. Steph. Grat. *discept. forens. c.* 33. *n.* 39. Marta *in votis nouis. dec. voto* 87. *n.* 5. D. Barbos. *in l. eum, qui temerè, à princip. ff. de iudic.*

Intelligo petente parte victum in expensis con-
3 demnari, aliàs secus, vt docent citati à Cened. *d. collect.* 60. *n.* 5. quibus adde Viuium *d. tom.* 1. *commun. opinion. lib.* 4. *tit.* 1. *n.* 95. *vers. hocque intelliguntur*, Perez *l.* 1. *tit.* 15. *lib.* 3. *Ord. pag.* 735. Amat. Roder. *in pract. c.* 5. *n.* 34. D. Barbos. *in d. l. eum, qui temerè, n.* 174. *cum seqq.* nisi actor in libello petierit ius, & iustitiam ministrari, quia tunc vigore huius clausulæ potest iudex, actore non petente, reum conuentum condemnare in fructibus, vel victum in expensis, vt per Viuium *d. n.* 95. *vers. & eam, pag.* 365. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 61. *consid.* 3. *n.* 4. quos refero ego ipse *clausul.* 35. *n.* 2.

Limita in fisco victo, qui non condemnatur in ex-
4 pensis, vt per Azeued. *l.* 1. *n.* 9. *tit.* 22. *lib.* 4. *nouæ recop.* Peregr. *de iure fisci, lib.* 7. *tit.* 4. *n.* 14. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 33. *n.* 41. *cum seqq.* D. Barbos. *in d. l. eum, qui temerè, n.* 195. *cum seqq.* vbi *à n.* 199. agit de procuratore fisci, de quo etiam Surd. *decis.* 18. *n.* 4.

5 Limita etiam existente iusta causa litigandi, quæ aliquando potest accusare à pœna expensarum, de quo vide Rebuff. *d. glos. vnic. n.* 47. Ioseph. Ludou. *Perus. decis.* 51. *n.* 10. Surd. *de aliment. tit. C. q.* 3. *n.* 27. Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 135. *n.* 5. Farin. *in praxi crim. q.* 16. *num.* 4. *&* 73. Steph. Gratian. *d. c.* 33. Card. Tusch. *tom.* 3. *lit. E, concl.* 625. *a n.* 7, D. Barbos. *in d. l. eum, qui temerè, à n.* 77. *& à n.* 170. Cened. *d. collect.* 60. *n.* 7. vbi sublimitat in expensis debitis expressè dispositione hominis, vtpote
6 dispositione testatoris, vel contrahentis. Quæ autem sit iusta causa litigandi, arbitrio iudicis relinquitur, Menoch. *de arbitr. cas.* 177. Flamin. *de resignat. benef.*
7 *lib.* 5. *q.* 3. *n.* 209. Farin. *d. q.* 16. *n.* 40. Ille autem dicetur habuisse iustam litigandi causam, qui habet pro se opinionem alicuius magni Doctoris, de quo vide Menoch. *d. casu* 177. *n.* 4. Mexiam *in tract. tassæ panis concl.* 3. *n.* 6. Rebuff. *in auth. habita, C. ne filius pro patre, verbo examinatione, vers. sextum, pag.* 579. Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 136. Surd. *decis.* 58. *n.* 9. Martam *in votis nouiss.*
8 *decis. voto* 87. *n.* 8. *&* 9. In dubio autem præsumi iustam litigandi causam victum non habuisse, asserunt Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 87. *n.* 1. Amat. Roder. *in pract. c.* 5. *n.* 37.

9 Limita denique ne procedat dum quis ex probatione semiplena, & ob delationem iuramenti suppletorij obtinuerit, vt per Iafred. Lanfranc. *decis.* 171. *incip. quando actor, & decis.* 334. *incip. actor*, Calnac. Fiuiz. *decis.* 15. *n.* 32. *lib.* 1. Camil. Borrel. *in summa omnium decis. tit.* 54. *de iuramento suppletorio, n.* 61. vbi *n.* 63. sublimitat, si ille, cui iuramentum delatum est, pluſquam semiplenè probasset, & aduersarius nihil.

SVMMARIVM.

1 *Clerici nauem ad pugnam gubernantes, & conflictum personaliter exercentes, ac alios ad pugnam incitantes, deponendi sunt nisi faciant causa defensionis, &* n. 2.

3 *Clericus militans, aut incitans ad pugnandum, an & quando irregularitatem incurrat, remissiuè.*

CAP. Quod in dubiis. V.

Innoc. III.

SAcerdotes nauem ad pugnam gubernantes, & 1
conflictum personaliter exercentes, ac alios ad pugnam incitantes, enormiter peccant, & de rigore iuris deponendi sunt. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 339. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 737. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 5. *tit.* 19. *cap. vnic.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Ber- 2
nard. *in tract. c.* 104. *num.* 1. *& 2. in nouiss. impress.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 30. *n.* 148. Vtrùm au- 3
tem, & quando Clericus militans, aut incitans ad pugnandum, incurrat irregularitatem, vide DD. *ad c.* 24 *de homicidio.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus pro magno scelere ab eo commisso deponi debet, & in Monasterium detrudi ad agendum pœnitentiam.*

2 *Clericus pro furtis conuictus, & confessus deponitur, intellige vt ibi.*

3 *Depositionis, & priuationis beneficij pœna pro grauidumtaxat crimine imponitur.*

4 *Clericus pro homicidio vltra depositionem in Monasterium detruditur.*

5 *Incestus crimen Clericus committens ab Ordinibus perpetuò deponitur.*

CAP. Tuæ. VI.

CLericus deprehensus in magnis sceleribus, vt in 1
latrociniis, debet degradari ab ordine, & detrudi in arctum Monasterium ad agendam pœnitentiam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 140. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 737. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *sub tit. de vita, & honest. Clericorum, c.* 3.

In latrociniis.] Notatur ad hoc, quòd Clericus pro 2
furtis conuictus, aut confessus deponitur, vt per Maiol. *de irregul. lib.* 5. *c.* 28. *n.* 1. Greg. per text. *ibi in l.* 61. *tit.* 6. *partit.* 1. Bernard. *in pract. c.* 93. vbi Salzed. *lit. A, in nouiss. edit.* Maiol. *de irregul. lib.* 5. *c.* 28. *n.* 1. Illustriss. Roder. à Cunha *in comment. ad cap. Presbyter* 12. *n.* 3. *dist.* 81. optimè Farin. *fragmen. crim. lit. C, verba Clericus, n.* 316. vbi *n.* 317. resoluit, quòd Clericus se latrociniis immiscens non solùm deponitur, sed etiam in Monasterium detruditur, & *n.* 318. aduertit, quòd si Clericus in furtis se immiscuit, id est, noctu, & sine violentia furando, deponitur; si verò in latrociniis, id est, publicè, vel per vim furando, degradatur, & in Monasterium detruditur. Hæc tamen pœna depositionis imponenda non est, quando furtum est parui momenti, vt tenet Panor. *in præsenti*, quem sequitur Greg. *d. l.* 61. *in verbo el furto*, & Salzed. *loco proximè citato.*

Vel aliis magnis criminibus.] Ergo pro omni crimine 3
non imponitur pœna depositionis, & priuationis beneficij, sed pro graui dumtaxat, vt per Flamin. *de resig. benef. lib.* 3. *q.* 16. *num.* 2. Et ita Clericus pro homici- 4
dio vltra depositionem detruditur in Monasterium

ad peragendam pœnitentiam, quia cùm text. *in præsenti* loquatur in latrociniis, & aliis magnis sceleribus, benè comprehendit homicidium, ita Bernard. *in pract. c. 97. n. 1. vers. & post decisionem, in nouiss. impress.* Placa *in epitome delictorum, lib. 1. c. 11. n. 13.* Farin. *in praxi crim. p. 5. q. 119. n. 48.* Sic etiam Clericus incestus crimen committens ab Ordinibus perpetuò deponitur, Conar. *de sponsal. p. 2. c. 6. §. 8. n. 3. a princ.* Clar. *in pract. §. incestus, vers. sed quæro*, Bernard. *in pract. c. 87. n. 1.* vbi Salzed. *lit. B, in nouiss. impress.*

6 *Degradati.* [Huiusmodi degradationem verbalem, non verò actualem debere esse, tradunt Bernard. *d. c. 93. n. 1. in fine, vers. degradationem*, Farin. *d. lit. C, verbo Clericus, n. 319.*

SVMMARIVM.

1 *Contrahentium vterque si venit contra contractum, vterque potest exigere pœnam ad inuicem promissam ex conuentione.*
2 *Pœna quæ promittitur in contractu nullo, non debetur.*
3 *Pacem si duo fecerunt promittentes sub certa pœna non se offendere, & postea se inuicem offenderint, nec constet quis prius inceperit, neuter tenebitur de pace rupta.*

Cap. Constitutus. VII.

1 QVando duo aliquem contractum inter se faciunt & opponunt pœnam contra non obseruantem, si vterque non obseruat, vterque incurrit pœnam, sed fit compensatio pœnarum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 240.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 737.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.*

2 *Contractum non seruans.*] Validum scilicet, nam pœna, quæ promittitur in contractu nullo, non debetur, vt docent Couar. *in cap. quamvis pactum, p. 2. §. 4. n. 4.* Tiraq. *de constituto, p. 2. limit. 7. n. 28. & de iure mariti, glos. 5. n. 110.* Pinel. *in l. 2. C. de rescindenda vendit. p. 1. c. 2. n. 26.* Gutier. *in l. nemo potest, n. 400. ff. de legat. 1. & de iuramen. confirm. p. 1. c. 36. n. 6.* Valasc. *consult. 85. n. 2.* Cardos. *in praxi iudic. verbo pœna 2.*

3 *Vtramque partem*, &c.] Per hunc text. tenet Tiraq. *de pœnis temper. causa 62. n. 2.* quòd si duo pacem fecerunt, vel promiserunt se sub Pœna non offendere, & postea se inuicem offenderint, nec constat quis prius inceperit, neuter tenebitur de pace rupta.

SVMMARIVM.

1 *Testis si propter vacillationem incarceratur, infamiam non incurrit.*
2 *Delegatus potest punire testem, qui in testimonio ferendo coram se deliquit.*
3 *Iudex secularis Clericum in testimonio ferendo coram se delinquentem nullo modo punire potest.*
4 *Testi vario, & sibi ipsi contrario non est fides adhibenda.*

Cap. Super. VIII.

1 TEstis qui variat, vel vacillat etiam coram Papa, ac proinde carceretur, non illico fit infamis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 240.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 737.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. de accusat. c. 3.*

Notatur ad hoc, quòd delegatus potest punire testem qui in testimonio ferendo coram se aliquod crimen commiserit, nempè periurium, falsitatem, aliudue simile, vt per Couar. *pract. cap. 18. n. 8.* Sæcularis verò Clericum delinquentem in testimonio ferendo coram se, nec in bonis, nec in corpore, nec principaliter, nec incidenter punire potest, vt per Cou. *d. n. 8.* Mattes. *de ordine iudic. p. 6. tit. de inquisit. n. 150. & alios relatos a princ.* Padil. *in l. transfire, n. 112. C. de transact.* Clar. *§. fin. q. 38. n. 14. vers. hinc quæro*, Bernard. *in pract. c. 97. n. 2.* ibi Salzed. *verbo non potest, in nouiss. impress.* Gurier. *pract. lib. 1. q. 24. n. 1.* Fachin. *contron. lib. 9. c. 27. vers. tertia verò*, Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 8. n. 26.* Surd. *cons. 136. n. 27.* Moder. *de iurisd. p. 4. casu 128. n. 7. cum seqq.* remissiuè Cabed. *Lusit. decis. 77. num. vlt. p. 1.* Ioan. Gutier. *reg. 9. n. 6.* Franc. Viuian. *commun. lib. 1 opin. 49.* Anules *ad c. 48. Prætorum in gloss. qualesquier* laic. *n. 5.* plures refert Cened. *ad Decretum collect. 37. n. 10. & ad Decret. collect. 149.*

In glos. *Variauerat*, ibi, *& ideò non fuerat ei credendum.*] Notatur ad hoc, quòd non est fides adhibenda vario testi, vel sibi ipsi contrario, imo de falso puniendus venit, *l. qui falsò, ff. de testib.* canonizata *in cap. qui falsò 4. quæst. 2.* Clar. *§. falsum, vers. testis*, Menoch. *præsumpt. lib. 5. præsumpt. 23. num. 2. & 3.* Farinac. *in praxi crimin. quæst. 65. a num. 56. & part. 4. cons. 59. a num. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Obligatus soluere certam quantitatem ad certum tempus, aliàs non soluendo in tempore designato tenetur ad certam pœnam, si solut maiorem partem debiti, non incidit in pœnam propter minorem partem non solutam, & n. 2.*
3 *Pœna conuentionalis adiecta obligationi dandi quantitatem intra certum terminum non soluendam, licitè exigi potest.*
4 *Declarantur, text.* in l. Iulianus, §. idem Papinianus, ff. de action. empti, & in l. cum allegat, ff. de vsuris.
5 *Pœna conuentionalis post impletam conditionis tempus debita, exigi potest, etiamsi nihil interesse domini habeat.*
6 *Pœna conuentionales etiam in foro Conscientiæ debentur, si petat creditor.*
7 *Pœna conuentionalis quæ continet lucrum immoderatum non potest licitè exigi, cum tunc censeatur posita in fraudem vsurarum.*
8 *Pœna conuentionalis appositæ dationi quantitatis a solito fœnerari non debetur.*
9 *Pœna appositæ obligationi dandi quantitatem intra certum terminum, si conditioni parcitum non fit, pœna committitur pro illa parte tantum, quæ respondeat quantitati non solutæ.*
10 *Conciliantur text. in præsenti, l. hæredis, §. in illa fil. familiæ herciscundæ, l. in executione, §. item si vita, & l. stipulationem, §. si lorrem, ff. de verb. signif. & n. 11. 12. & 13.*
14 *Ecclesia non est prona, sed cultrix & amatrix iustitiæ, ac mater æquitatis.*

Cap.

Cap. Suam. IX.

1 OBligatus soluere certam quantitatem ad certum tempus vt pacto quòd non soluendo in tempore designato teneatur ad certam pœnam, si soluit maiorem partem debiti, non incidit in pœnam propter minorem partem non solutam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Vivian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 241.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 737.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 5. sub tit. ne clerici, vel monachi, c. 2.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumit, & latè discutit Gonçalus Mendez de Vasconcellos, & Cabedo *diuersorum iuris argum. lib. 2. c. 18. per tot.* & Valasc. *consult. 86. n. 1. in fine*, vbi *n. 2.* etiam in fine aduertit hunc text. loqui quando pœna debita ex non solutione erat quantitatis, & sic ex sui natura diuisibilis.

3 *Termino constituto*, &c.] Notatur ad hoc, quòd pœna conuentionalis adiecta obligationi dandi quantitatem intra certum terminum non solutam, licitè exigi potest, ita tenent Innoc. *in præsenti*, Panorm. *in cap. dilecti, col. 3. vers. sexta, de arbitr.* Ias. & alij *in l. 4. §. Cato, ff. de verborum obligat.* Turrecremat. *in summa 14. q. 3. vers. ad rationem*, Couar. *de sponsal. p. 2. c. 6. §. 8. num. 11.* Conrad. *de contract. q. 31. concl. 3.* Corn. *cons. 220.* Rebuff. *in l. vnic. verbo proferuntur, n. 34. & 40. C. de sententiis, quæ pro eo*, Gutier. *de iuram. confirm. p. 1. c. 26.*

4 *à n. 10. & canon lib. 1. c. 20. n. 11.* Non obstant text. *in l. Iulianus, §. idem Papinianus. ff. de action. empti, & in l. cùm Allegas, de vsuris, & in l. cum pœnam, ff. eodem*, dum probat pœnam adiectam dationi quantitatis vltra modum à iure Ciuili approbatum illicitam esse, in fraudem vsurarum censeri appositam, ac proinde hodie omnem pœnam censeri in fraudem vsurarum, vt ex mente communis deducit Bero. *in d. cap. dilecti, n. 81.* & Rebuff. *in d. l. vnic. gl. 1. n. 57.* in primis enim responderi potest cum Imola *in præsenti*, & aliis citatis à gloss. *in dict. §. idem Papinianus*, præcitata iura procedere tantùm, vbi creditor solitus erat vsuras exercere, tunc enim pœna censebitur in fraudem, attenta consuetudine eam adiicientis, arg. text. *in cap. illo vos, de pign.* Vel melius supradicto reiecto intellectu dicendum puto, quòd attento iure Ciuili, quando præfinitus erat certus vsurarum modus, pœna vltra illum apposita in fraudem illarum censebatur, & iura loquentia de pœna in datione quantitatis adiecta intelligebantur vt pœna haberet locum intra terminum vsuris iure præscriptum. Nihilominus tamen licèt hodie vsuræ omnino sint prohibitæ, non ideò sequitur quamlibet pœnam adiectam dationi quantitatis præsumendam esse appositam in fraudem vsurarum: patet siquidem, quando lex Ciuilis terminum vsuris præfiniuit, etiam taxauit terminum pœnæ, quæ sufficiens erat vt debitor metu illius alliceretur ad soluendum tempore statuto: vnde adeò in conuentionibus pœna, & vsura affines erant, vt vsura, quæ rationem interesse non haberet, pœna communiter diceretur, *l. Caius, ff. de vsuris, l. penult. & vlt. ff. de nautico fœnore*, & insuper qui obligationi quantitatis maiorem pœnam adiiciebat, quàm esset vsurarum modus, iam præsumebatur eam adiicere, non ad securitatem solutionis, sed velle vsuras exercere vltra modum prohibitas, eásque sub nomine pœnæ fraudulenter inuolucre: quare cùm hodie nullus sit terminus intra quem vsuræ concedantur, nec subinde pœnæ modus taxetur, si moderata pœna obligationi quantitatis adiecta fuerit, non præsumeretur in fraudem vsurarum, cùm nulla lex sit, quæ huiusmodi præsumptionem inducat contra creditorem, & pro illo adest præsumptio licita in dubio sumenda, quòd sibi voluit prospicere, dum pœnam adiicit promaiori securitate conuentionis, & ad coarctandum recipientem promissa obseruare, vt optimè aduertit Turrecremata *in summ. 14. q. 3.*

Amplia primò, vt locum habeat etiamsi nihil in- 5
terfit danti rem habere, adhuc etiam pœnam post impletæ conditionis tempus debitam exigere potest, ita Innoc. *in præsenti*, gloss. & DD. *in c. quanquam 23. dist.* Corn. *lib. 2. cons. 69. circa finem*, Panorm. *in d. cap. dilecti, colum. 3.* Conrad. *concl. 3.* Angel. *in summa, verbo pœna, n. 12.* Armil. *eodem verbo n. 5.* Tab. *verbo vsura 9. in fine princ.* Cald. Pereira *de emption. c. 29. n. 8.* & patet, nam certum est licitè exigere posse, nec iniustitiam committere, qui extorquet pœnam, quæ vel lege iusta debetur, vel licita conuentione fuit in contractum deducta, tradunt Donel. *in l. ad diem, n. 1. ff. de verborum obligat.* Couar. *de sponsal. p. 2. c. 6. §. 8. n. 11.* Gutier. *de iuramen. confirm. p. 1. c. 36. n. 111. vers. & licet, & Canon. quæst. d. n. 1.* quamvis contrarium imò in pœnis conuentionalibus, si manifestè appareat nihil parti interesse, iure Canonico inspecto pœnam non esse exigendam, nec iudicem in ea condemnare debere, teneant Sarmien. *lib. 2 select. c. 6. n. 10.* & alij, de quibus Menoch. *de arbitr. casu 260. n. 27.* nisi eorum resolutionem recipiamus in foro exteriori duobus insimul concurrentibus, nempè quòd ex conuentione non seruata nullum damnum parti aduenial, deinde, quòd probetur consuetudo non exigendi similes pœnas, siquidem consuetudo excusat à pœna *cap. cùm venerabilis, de consuetudine*, quamvis aliàs de rigore iuris pœna conuentionalis semper exigi possit, siue interfit, siue non, vt tenet Gutier. *d. n. 1.* & ibi *n. 6.* per text. *in l. cum pœna*, vbi gloss. & Barthol. *ff. de arbitr.* concurrentibus tamen supradictis requisitis eatenus pœna conuentionalis exigitur, quatenus interest, & non vltra, Gutier. *d. n. 11. in fine*, Afflict. *dec. 135.* Auend. *in suo dictionar. verbo pœna conuentionalis*, affirmans de stylo Curiarum non fieri condemnationem in huiusmodi pœnis, sequitur Azeued. *l. 4. n. 57. cum seqq. tit. 21. lib. 5. nouæ recop.*

Amplia secundò conclusionem procedere non solùm 6
in foro exteriori, sed etiam in foro Conscientiæ, nam certum est pœnas conuentionales in Conscientia deberi, vt per Felin. *in c. 1. de constit. num. 46. vers. limita tertiò*, Couar. *d. §. 8. n. 11.* Corn. *cons. 67. in fine, lib. 2.* Gutier. *vbi suprà à n. 12.* Gabriel. *lib. 7. commun. tit. de crim. concl. 34. n. 9.* Molin. *de iustit. disp. 9. ad finem*, Cened. *ad Decret. collect. 2. n. 4. & collect. 143. n. 51.* quanquam contrarium sine fundamento velit Marant. *dist. 7. n. 26.* attamen dum creditor non petierit talem pœnam, non tenebitur debitor eam offerre, quia illius exactio tantum operabitur in pœnis conuentionalibus, quantum in legalibus iudicis executionibus, at in pœnis legalibus etiam ipso iure impositis certum est illas debere incipere, quando legis rigor frangitur, & præceptum transgreditur, sed illas neminem teneri soluere antequam petantur, aut executio contra se fiat, vt per Couar. *d. §. 8. num. 10.* Gabriel. *d. concl. 34.* ergo similiter, & idem dicendum videtur in pœnis conuentionalibus, illi enim, qui eas promittunt, iusta coniectura præsumunt alios nolle pœnas exigere si eas petere neglexerint, Couar. *d. n. 11.* Rebuff. *d. gloss. 1. verbo proferantur, num. 41.* Ex quo iam colligitur pœnam adiectam mutuo, sicut cuilibet alij obligationi, exigi posse in foro Conscientiæ, si non interueniat fraus, aut iniustitia, Sot. *in 4. dist. 15. quæst. 2.* Conrad. *de contract. q. 31.* Syluest. *verbo vsura 1. n. 28.* Nauar. *in manuali, c. 17. n. 215.* Rebuff. *d. gloss. 1. n. 69.* Gutier. *d. c. 20. n. 1.*

7 Limita primò conclusionem, quando pœna continet lucrum immoderatum, quia tunc censebitur posita in fraudem vsurarum, *d.§. idem Papinianus, d.l. cùm allegas*, nam vt *suprà* dixi, iure Ciuili pœna conuentionalis vsque ad duplum extendi potest, cùm ibi constituatur terminus moderatus vsuris vt post alios tenet Roderic. *de annuis redditib. lib. 3. q. 4. n. 32.* Petr. Greg. *Syntagm. iuris p. 3. lib. 22. c. 4. à princ.* Gemin. *de vsur. comment. 1. §. 3. n. 50.* & attento iure Canon. ille est terminus, moderatus pœnæ, qui satis sit ad coarctandum debitorem ad obseruantiam fidelitatis promissæ, vt per Turrecrem. *vbi suprà*; necessariò igitur dicendum est, quòd si pœna excedat illum legitimum modum, cùm censeatur in fraudem vsurarum, non potest exigi in vtroque foro.

8 Limita secundò in solito fœnerari, quem adeò leges detestantur, vt antiqui eum peiorem, quàm furem censuerint, teste Roder. *d. loco, n. 15.* ratio limitationis est, quia, vt dixi, si pœna conuentionalis posita sit in fraudem vsurarum in nullo foro exigi potest; talis autem præsumitur, quando dationi quantitatis apponitur ab homine solito fœnerari, vt per Innoc. *in præsenti*, Turrecrem. *in summa 14. q. 3.* Greg. per text. *ibi in l. fin. tit. 11. partit. 5.* Rebuff. *dict. verbo proferuntur, n. 47. & glos. 1. n. 68.* Gutier. *Canon. d. loco, n. 17. & de iuram. confirm. p. 1. c. 26. n. 10.*

9 *Septem librarum solutione*, &c.] Notatur ad hoc, quod pœna apposita obligationi dandi quantitatem intra certum terminum, si conditioni paritum non sit, pœna committitur pro illa parte tantum, quæ respondeat quantitati non solutæ, ita glos. *verbo persoluis*, Innoc. Zabar. Panorm. Butr. & Socin. *in præsenti*, Bero. *in d. cap. dilecti, num. 82. de arbitr.* communis ex Gutier. *Canon. lib. 2. cap. 20. num. vlt. de iuramen. confirm. part. 3. cap. 17. num. 6.* Padil. *in l. si quis maior, num. 26. C. de transact.*

10 Obstat tamen maximè text. *in l. hæredes, §. in illa, ff. familiæ herciscund. l. sed an scire. ff. de pignoribus, l. in execut. §. item si ita, & in l. stipulationum, §. si sortem, ff. de verborum oblig.* vbi habetur salua parte sortis principalis debitæ propter aliam partem non solutam in totum, pœnam committi. Deinde obstat, quia in text. pœna apposita fuit sub conditione si principale debitum quadraginta librarum solutum non erit, sed conditio siquidem est indiuidua facit indiuiduum actum, in quo concipitur, & illius forma contingit ex consummatione actus, vt probat text. *in l. si is, qui quadraginta, §. quædam, ff. ad legem Falcidiam*, ergo pro parte diuidi non potest, sed in solidum debetur, deficiente scilicet integra solutione principalis. Maior patet ex text. *in præsenti*, ibi, *nisi ea soluerent in termino*, &c. minor ex *l. cùm fundus 55. l. qui duobus 22. l. penult. ff. de condit. & demonst.* Denique obstat litera huius text. dum enim Pontifex iubet Episcopum contentum esse cum solutione quadraginta librarum, & super pœna triginta librarum silentium imponit, expressè docet pœnam nec in totum, nec pro parte fore exigendam; necessariò igitur dicendum videtur, aut pœnam in totum committi, vt conditio postulat, aut nullam ex parte deberi, vt text. habet.

11 Ex quibus huius text. decisio valde dubia reputatur, & à DD. varij adduci solent intellectus; inter quos noster Mendez de Cabedo *diuers. iuris arg. lib. 2. cap. 18. à num. 11.* intelligit pœnam in text. esse indiuiduam, & ideò pro parte peti non posse, *l. in executione, §. item si ita, l. 5. §. si sortem, ff. de verb. obligat.* eo maximè, quia Episcopus, de quo *in præsenti*, iam receperat sortem principalem, & in iure constat recepta sorte principali amplius de pœna agendum non esse, *l. 2. in princip. ff. si quis caut. l. vlt. ff. de eo, quod certo loco.* Sed hic intellectus displicet, quia ex text. constat non esse solutum totum principale, quo casu commissa pœna censenda, etiam ratione paruæ quantitatis debitæ, quidem si in stipulatione deest vnus nummus, quando stipulatur decem, existit conditio, & pœna incidum committitur, *d. §. si sortem*, Aquilin. *in l. 2. num. et si in facto, p. 1. n. 43. ff. de verborum obligat.* deinde quia obligationi dandi indiuiduè non censetur satisfactum deficiente aliqua parte, imò sequitur in præstatione deformitas, putà soluendo, aliter quàm in obligatione continetur: nec satisfacit idem Cabed. dum existimat non esse attendendum ad quantitatem librarum, quæ principali deerant, quia in immensum desiderantur minima, *l. scio, ff. de rebus. in integrum*, adhuc enim stat proposita difficultas, vnde percipitur.

Quare reiecto etiam eodem ferè intelligendi modo quo vtitur Socin. *in præsenti, à n. 24.* communiter DD. Schola autumat, quòd licèt attento iure Ciuili pœna sit indiuidua, tamen attenta æquitate Canonica diuiduam esse, & solùm deberi, quatenus proportionem habuerit cum parte debiti principalis, non soluta, itavt pro rata eius, quod solutum est, pœna minuatur, vt ex aliis tenet Gutier. *d. cap. 20. num. vlt.* dicit communem Bero. *in d. cap. dilecti, num. 83. vers. pœna*, Socin. *in præsenti, à n. 11.* eam tamen improbat Cabed. *d. cap. 18. n. 6.* ex eo scilicet, quod Pontifex nihil de nouo videtur inducere; sed secundùm iuris regulas respondere, assumens rationem à iure Ciuili, ex text. *in l. nam hoc natura, ff. de condictione indebiti*; maximè quia inter ius Ciuile, & Canonicum quoad indiuiditatem stipulationis pœnalis nulla est facienda differentia, siquidem non reperitur text. qui prohibeat, nam esse indiuiduam, vnde succedit regula *c. 1. de operis. nunt.* intendit Sarmient. *l. 5 select. c. 6. n. 11.* & Cabed. *d. loco, n. 6.*

Ego verò dicendum puto pœnam appositam stipulationi dandi esse indiuiduam, per text. *in d. l. §. sortem, & d. l. in executione, §. item si ita, ff. de verb. obligat.* Nec huiusmodi resolutioni obstat text. *in præsenti*, quatenus habet quòd licèt totum principale solutum non fuerit, non tamen ob id possit integra pœna peti, non excludit enim indiuiduitatem pœnæ, secundùm quam attento iure Ciuili tota committitur, quoties totum principale solutum non est, imò eam decidendam relinquit dispositioni iuris Ciuilis, vt ex multis suadetur. Primò, quia nulla verba in hoc text. reperiuntur, per quæ recedere censendus sit Pontif. à regulis iuris Ciuilis, vt bene aduertit Cabed. *d. loco*, Secundò, quia Summus Pontifex in hoc text. respondet consultationi, vnde videtur de iure respondere, iuxta doctrinam *glos. vltim. in cap. consultationi, de temporibus ordin.* communiter receptæ, vt per Nauar. *in cap. accepta, oppositi. 2. n. 2. de reform.* Tertiò quia Pontifex in præsenti rationem assumit à iure Ciuili, nempe à *l. nam hoc natura, ff. de condict. indebiti*, ergo secundùm ius Ciuile respondere censetur, atque ita intellexere hunc text. Zazius *in d. §. si sortem, n. 5.* Fachin. *controu. iuris, lib. 10. c. 62. num. penult.* Cabed. *d. n. 6.* Minus obstant verba huius text. ibi, *super pœna triginta librarum memoratos rectores amplius non molestes*, quia respondet mentem Romani Pontif. eo solùm tendere, vt ostendat probet excessum pœnæ quæ constat contineri in summa illa triginta librarum, habito respectu ad septem libras non solutas, quarum ratione tantùm, non alitem residui iam soluti pœna potuit deleri, illo enim recepto pœnæ renuntiatum censetur, vt bene aduertit Socin. *ibi suprà*. Cùm igitur illo respectu pœna illa immoderata sit, meritò per hunc text. reprobatur, ad exemplum etiam iuris Ciuilis, secundùm quod immoderata

moderata pœna reiicitur, vt *suprà* dictum est, non tamen negat hanc pœnam pro ea parte, qua moderata est, in totum committi, vtpotè ex ipsa lege, vel partium voluntate indiuiduam.

14 *Pontificalis modestiæ*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Ecclesia non est prona ad pœnas, vt per Ioseph. Ludouic. *Peruf. decis.* 90. *num.* 36. dicitur enim vltrix, & auctrix iustitiæ, & mater æquitatis, vt per Sigismund. Scacc. *de appellat. q.* 7. *n.* 49.

SVMMARIVM.

1 *Prælatum suum occidentes priuantur beneficiis, & feudis, quæ habentur ab illis Ecclesiis,* & n. 2.
3 *Episcopum iniuriosè, aut temerè percutientes sunt excommunicati; nisi causa propriæ defensionis percusserint,* & n. 4.
5 *Ciuitas aliquid committens contra suum Episcopum incidit in pœnam interdicti.*

Cap. Ad aures. X.

1 PRælatum suum occidentes priuantur beneficiis, & feudis, quæ habentur ab illa Ecclesia, in qua erat Prælatus, & nec ipsi, nec hæredes possunt habere eadem beneficia, vel alia quælibet de nouo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 241. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 737. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decret. lib.* 5. *tit.* 13. *cap.* 1.

2 Collige ex text. omnia beneficia debere amittere illum, qui Prælatum interfecit Ecclesiæ, vbi illa obti-
3 net, de quo *cap. in quibusdam* 12. *infr. hoc tit.* & iam hodie in occidente, capiente, vel banniente Episcopum auctæ sunt pœnæ *in Clem.* 1. *hoc tit.* vbi percutientes iniuriosè, aut temerè Episcopum, sunt excommunicati, Nauar. *in man. c.* 27. *n.* 66. Clar. *in* §. *fin. q.* 77. *n.* 2. & Ciuitas aliquid committens contra suum Epi-
4 scopum incidit in pœnam interdicti, Clar. *d.* §. *fin. q.* 77. *n.* 3. Henriq. *in summ. lib.* 13. *c.* 43. §. 5. *lit. M*, nisi
5 percusserit, aut offenderit causa suæ propriæ defensionis, Clar. *d.* §. *fin. q.* 77. *num.* 23. Fichard. *tom.* 1. *commun. opinion. tit.* 12. *n.* 28. *pag.* 199.

SVMMARIVM.

1 *Litigator si temerè prorumperit contra assertionem iudicis arbitrio superioris puniri debet.*
2 *Iniuria facta officiali Regis videtur facta ipsi Regi.*
3 *Magistratum Regium offendens, dicitur saluaguardium infringere.*
4 *Index potest cognoscere, & punire iniuriam sibi factam contemplatione officij, quando pœna determinata est à iure,* & n. 6.
5 *Iniuria in dubio præsumitur, non vt iudici, sed vt priuatæ personæ illatæ.*
6 *Iudicem, qui est in syndicatu, offendens qua pœna puniatur, remissiue.*

Cap. Dilectus. XI.

1 LItigator quòd temere prorumperit contra assertionem iudicis, si constiterit, arbitrio superioris puniri debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Henriq. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 241. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 738. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decret. lib.* 2 *sub tit.* 6. *de probat. cap.* 1.

Temere prorumpentis, &c.] Iniuria enim facta offi- 2
ciali Regis, videtur facta quasi Regi, ex Cyn. *in l. si non conuitij, C. de iniur.* quem refert, & sequitur Auiles *ad c.* 1. *Prætor. verbo Tierra, num.* 4. *fol.* 45. Farin. *in praxi crimin. q.* 105. *n.* 126. & 199. Et offendens Regium ma- 3
gistratum dicitur saluaguardium infringere, cùm omnes officiales sint sub securitate Regis; vide Rebuff. *in comment. ad l.* 57. *ff. de verb. signific. pag.* 296. & ideò 4
ipse iudex potest cognoscere, & punire iniuriam, quæ sibi facta fuit, Gregor. *l.* 26. *verbo mesurados, tit.* 23. *partit.* 3. Menoch. *de arbitr. casu* 263. *n.* 7. & 8. Fachin. *lib.* 6. *controuers. c.* 9. Decian. *in tract. crimin. lib.* 4. *c.* 42. *n.* 1. & *lib.* 7. *c.* 38. *n.* 15. Farinac. *in praxi crimin. p.* 1. *q.* 27. *n.* 44. *cum seqq.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper. lib.* 1. *concl.* 39. Intellige de iniuria facta contemplatione officij, non autem de illa, quæ illata fuit, vt priuatæ personæ, vt per Steph. Gratian. *discept. forens. c.* 54. *n.* 7. Triuisan. *Venetiæ decis.* 10. *num.* 34. quem refert Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 1. *collect.* 138. *post princip.* Alex. Rauden. *respons.* 50. *vol.* 1. Bernard. Græuæ. *d. concl.* 39. *à* 5
n. 5. vbi etiam resoluit quòd in dubio præsumitur in- 6
iuria, non vt iudici, sed vt priuatæ personæ illata. Intellige etiam, quando iniuria facta iudici est notoria, & habet pœnam determinatam à iure, Bonacos. *commun. crimin. p.* 1. *verbo iniuria, fol.* 91. *in fine, & verbo iudex, fol.* 100. Gail. *lib.* 1. *obseru.* 39. Aloys. Ricc. *d. collect.* 138. Franc. Viuian. *Neapolit. decis.* 278. *n.* 2. Alex. Rauden. *d. n.* 81. Bernard. Græuæ. *d. concl.* 39. *à n.* 9. De offendente autem iudicem, qui est in syndicatu, vide Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 68. *n.* 21. Hippol. *cons.* 115. *à n.* 16. Tiraq. *de nobilit. c.* 28. *n.* 7. Auiles *ad c.* 1. *Prætor. fol.* 73. *n.* 8. Vincent. de Franch. *decis.* 403. *n.* 2. Menoch. *de arbitr. casu* 263. *n.* 10. Perez *l.* 5. *tit.* 12. *lib.* 8. *Ordin. gloss.* 1. Cotta *in memorab. verbo potestas, pag.* 695. Farinac. *d. q.* 17. *n.* 38. & *p.* 3. *q.* 105. *n.* 200.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Beneficiatus occidens Prælatum, aut Combeneficiatum, ipso iure priuatur beneficio, quod obtinet in eadem Ecclesia.*
3 *Verba,* prorsus amittat, *sententiam ferendam significant.*
4 *Iura vbi absolutè dicunt posse dispensari, intelliguntur de Episcopo.*
5 *Episcopum occidens, vel capiens, & eius posteri vsque ad tertiam generationem perdunt quicquid habent ab Ecclesia.*

Cap. In quibusdam. XII.

PAtroni, Aduocati, Vicedomini, non debent super 1
prouidendis Ecclesiis, vel earum possessionibus, & bonis plus sibi vsurpare, quàm iure permissum est, & si secus, per censuram Ecclesiasticam compellendi sunt. Item si per se, vel per alios præsumpserint occidere Rectorem, vel aliquem Clericum ipsius Ecclesiæ, amittant iuspatronatus, Aduocatiam, feudum, vicedominatum, beneficium, & de præmissis nihil perueniat ad hæredes, posteri talium vsque ad quartam generationem non admittantur in collegio cleri-

ricorum

ricorum, nec in domibus Regularium assequantur honorem alicuius Prælationis, nisi cum eis fuerit dispensatum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Vivian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 242.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 738.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* desumitur ex Concil. generali Lateranen. sub Innocent. III. *c. 45.* & refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decret. lib. 5. tit. 13. cap. 2.*

2 Probat hic text. beneficiatum occidentem Prælatum, aut beneficiatum ipso iure priuari beneficio, quod obtinet in eadem Ecclesia vt per Rebuff. *in praxi tit. de modo amittendi beneficia, n. 45.* Tolet. *in summa lib. 1. c. 88. vers. 7. in nouiss. edit.* Turzan. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 9. num. 50. pag. 185.* Hieronym. Gabriel. *consil. 196. n. 6. lib. 1. & cons. 187. n. 8. lib. 2.* Petr. Gregor. *de benefic. c. 26. à n. 13.* Gonzal. *ad reg. 8. cancell. gloss. 15. à n. 77.* Nicol. Garc. *de benefic. p. 11. c. 10. n. 57.* Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 119. n. 68.* vbi asserit quòd hæc priuatio ipso iure procedit ea ratione speciali in beneficio illius Ecclesiæ, in qua videtur deliquisse, non autem in aliis beneficiis, quæ obtinet in aliis Ecclesiis.

3 Quamvis Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 7. c. 18. q. 1. vers. Deinde quæres*, dicat, quòd in hoc text. non dicitur ipso iure, vel ipso facto amittat, sed simpliciter, *amittat*, quod verbum non continet sententiam ipso iure latam, sed iudicis sententiam ferendam, & sic ex hoc cap. non constare talem priuationem ipso iure ait Abb. *hic n. 7.* Respondetur enim potiùs dictum verbum, *mittant*, de quo in hoc text. sententiam latam significare, vt resoluit Sayr. *in claui Regia lib. 3. c. 8. n. 21. vers. fallit deinde*, non dicitur enim text. simpliciter, sed prorsus amittant, quæ dictio, *prorsus*, importat ipso iure, vt per Boër. *decis. 244. n. 4.* Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertantur, n. 71.* Bernard. Muscatel. *de modo fideiubendi p. 1. modo 14. num. 12.* Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 53. n. 8.* quæ omnia habentur in meo tract. *de officio, & potest. Episcop. p. 3. alleg. 57. n. 239.*

4 *Dispensatum.*] Ab Episcopo scilicet, quia dispensatio non fuit reseruata Papæ, ita Sanch. *de Matrim. lib. 8. disp. 5. n. 1.* vbi enim iura absolutè dicunt posse dispensari, intelliguntur posse Episcopum, vt per *gloss. fin. in præsenti*, & Henriq. *in summa, p. 2. lib. 14. c. 19. §. 2. lit. P.*

5 In gloss. *Ad hæredes*, ibi, *quartam generationem.*] Notatur ad hoc, quòd occidens, vel capiens Episcopum, aut contra Ecclesiam delinquens, & eius posteri, vsque ad quartam generationem perdunt quicquid habent ab Ecclesia, vt per Duen. *regul. 345. limit. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Domino in excommunicatione insordescenti subditi fidelitatem non debent.*
2 *Insordescens per annum in excommunicatione est suspectus de hæresi.*
3 *Declaratur text. in præsenti.*
4 *Nobiles leuius puniuntur.*
5 *Vassalli per excommunicationem dominorum absoluuntur ab obsequiis, & muneribus illis post excommunicationem præstandis.*
6 *Pœna temporalis sumitur ab Ecclesia propter excommunicationis contemptum.*
7 *Nobilitati prouidendum in beneficiis.*

COntemnens, & insordescens in excommunicatione, v. g. per duos annos, est suspectus de hæresi, sed si est Comes, propter eius nobilitatem si non vult parere iuri, absoluuntur Ecclesiæ à iure illi debito, & subditi denuntiantur absoluti à iuramento fidelitatis quandiu remanet in excommunicatione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Vivian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 143.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 738.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* Hanc Decretalem exornauit Pegna *ad Eymericum in directorio Inquis. p. 2. commento 15.*

Non careat scrupulo hæreticæ, &c.] Aduerte, quòd insordescens per annum in excommunicatione est suspectus de hæresi, de quo vide quæ dixi *ad cap. excommunicamus, 13. §. qui ante, de hæreticis*, vbi plures DD. retuli, multiplicitérque declarani. Neque obstat, quòd text. *in præsenti* faciat mentionem de triennio, quia, vt respondet Palat. *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum, §. 18. n. 24.* facti contingentiam narrat, idem sentire videtur Menoch. *de arbitr. cas. 416. num. 49. & 50.* dum habet text. etiam *in cap. cum bonæ, de ætate, & qualitate*, requirentem triennium non se fundare super illo, sed super temporis diuturnitate vltra annum, additque text. *in præsenti* licèt quatuor de laico, esse quoque in clerico intelligendum, cùm vel nulla in iis sit differentia, vel si est, valdè ligatur clericus, tanquam is, qui magis parere tenetur.

Nobilitati parcere.] Notatur ad hoc, quòd nobiles leuiùs puniuntur, de quo, & an & quando delictum augeatur ratione dignitatis personæ delinquentis vide Simanc. *de cathol. instit. cap. 46. ex num. 67.* Ludouic. Mexi. *in tract. tassæ panis concl. 6. ex num. 21.* Peñian. *in direct. Inquisit. p. 2. schol. 13. vers. volentes tamen*, Iacob. Benni. *de priuileg. Iurisconsl. p. 1. priuil. 41.* Cassan. *in catalogo gloriæ mundi p. 8. consider. 33.* Tiraq. *de nobilit. c. 20. à num. 108. & de pœnis temper. cau. 31.* Farinac. *p. 3. q. 98. & 93.* & alios citatos ad *c. cum quidam de usureis n. 2.*

Ab eius fidelitatis iuramento, &c.] Notatur ad hoc, quòd propter excommunicationem dominorum, vassalli, qui illis sacramento fidelitatis sunt obligati, obsequiorum, & munerum, quæ præstabant eis, post excommunicationem immunitatem adipiscuntur, in S. Antonin. *3. part. tit. 25. c. 1. vers. citans*, benè Paul. Comitol. *responsor. moral. lib. 4. q. 34. n. 6. & 7.* Anton. Riciul. *in tract. de iure person. extra grem. Ecclesiæ existentium, lib. 4. c. 2. n. 1.* vbi *n. 3.* rationem præstat, quare Ecclesia diuersimodè agat cum superioribus ratione iurisdictionis, quàm agat cum superioribus respectu potestatis dominicæ.

Penitus absolutos.] Id est, ipso iure, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, num. 87.* Nam propter excommunicationis contemptum sumitur per Ecclesiam pœna temporalis, absoluendo subditos ab eius subiectione, & debitores ab eius debito, vt per Palat. *in repetit. cap. per vestras, de donat. inter virum, num. 1. §. 1. n. 5.*

In gloss. *Nobilitati*, ibi, *& in beneficiis etiam magis prouidendum est nobilitati.* Vide Tiraq. *de nobilit. c. 20. cum seqq.* Auiles *ad cap. Prætorum, verbo à laicis, n. 26. fol. 44.*

Di

De Pœnitentiis, & Remissionibus.

TIT. XXXVIII.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan.Andr. Anan.Butr.Anchar.Panorm. Mar.Socin.Durand. *in breuiario aureo iuris Canon.fol.*162.Ioan.de Londris *in breuiario sanctorum Canon. fol.* 183. Martin. Mesnart.*in epitome Decretal.fol.*199. Petr.de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pontif. à pag.*723. Goffred. & Host.*in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratilis ad quinque libros Decret.* Barthol. Carthag. *in exposit. tit. iuris Canon.*Zypæ.*in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag.*438. Canis.*in summ. iuris Canon.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris* , nouissimè Ioan. Honor.*lib.* 5. *summ.in Decret.*omnes.*sub hoc tit. & vol.*4.*repet.super iure Canon.ad lib.* 5.*Decretal.* Ioan.à Capistrano.

De materia huius tit. vide Bonacos. Villalob. & alios *tom.*1. *comman. opinion.lib.*1.*tit.*13.*pag.*204. *cum seqq.* Prax. Episc. *verbo pœnitentia* , latè de Pœnitentiæ Sacramento Theologi cum Magistro *in* 4.*distinct.*14. S.Thom.*p.*3.*q.*84. Soar.*tom.*4. *de Pœnitent.* Viuald. *in candelabro aureo de Sacram.Pœnit.* Petr. de Ledesma *in summ.p.*1.*tract.de Pœnit.*Card.Bellarm.*in suis controuersiis,tit.de Pœnit.*Luc.Pinel.*de Sacram.Pœnit.*Henriq.*in summ.lib.* 4. Greg.de Valent.*tom.*4.*disp.*7.*q.*3. *cum tribus seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori lib.*29.Zerol.*in speciali tract.de Pœnit.* Bonacin.*de Sacram. disput.*5. *de Pœnit.Sacramento.*

De Indulgentiis, & Iubilæo integros tractatus ediderunt Anton. Rosel. *tom.*14. *tract. Doctor. fol.* 147. Ludou. Bologn. *eod. tom.*14. *fol.*141. Thom. de Vio. Caiet. Anton.Cordub.Gaspar Scopius,Isidor.Valseran. Iacob.Nauclantus,Ioan.Baptista Paulian.Thom.Zerol. qui propriè de indulgentiis tractant, Angel.Rentinus, Boëtius Epo, Thom. Leui. Vincent. Filliuc. Quintil. Mandos.Marian.Socin.Luc. Pinel. Ioan. Friger. Ioan. Agoman. Conuer. Francisc. Rodriq. Hieron.Gratian. Rutil. Benzon. Anton. Sanctarel. Iul. Lauor. tractant etiam Nauar.*in opere de Iubilæo,& Indulgentiis,*Henriq. *in summ.lib.*7.Fr.Emman.*tom.*2.*quæst.regul.q.*85.Zerol. *in praxi Episcop. p.*2.*verbo Annus sanctus , pag.*14.Valent.*tom.*4.*disp.*7.*q.* 20. Soar. *tom.*4. *propè finem,*Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit. lib.*7. *à n.*94. *cum multis seqq.* Ægid. de Coninck *de Sacram. & censur. tom.*2. *disp.*12.Balduin.ius.*super opera controuers.*Bellarm.*p.*1. *l.*6. *de Indulgent.* Ioan. Francisc. Leon. *in thesauro fori Ecclesiast.p.*1.*c.*7.Bonac.*de Sacram.disp.*6.*q.*1.*puncto* 1. Fernand.*in examine Theologiæ Moral.p.*3.*c.*7.Vgolin.*de offic.Episc.c.*41.Petr.Coton.*lib.*4.*controuers.* Molfes.*in summ.Theolog.Moral.tract.c.*26. *de Indulgent.*Vincent. Filliuc.*in quæst.moralib.tract.*8.*c.*3.*cum seqq.* Indulgentiæ enim tantum valent , quantum sonant , vt per Bonacos.*comm.crim. p.*2.*verbo Indulgentia , fol.*36. *verso,* & qualiter sit intelligenda regula ista,vide Iul.Lauor. *in tract.de Indulgent.p.*2.*c.*14.*n.*28. & quando inceperint, vide Henriq.*d.l.*7.*c.*15.§.6. Fr. Hieron. Roman. *lib.* 1. *de Republica Christiana, c.*23. Fr.Emman. *d.q.*35. *art*4.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia publica pro manifesto peccato imponi debet.*

2 *Publica Pœnitentia quæ sit , ostenditur.*

CAP. Manifesta. I. *Alex.*

PEccata manifesta non sunt occulta correctione purganda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq.Innoc. Collect.Zabar.Ioan.Andr.Host.Butr.Anchar.Panorm. Marian.Socin.Viu.*in ration.lib.*5.*iuris Pontif.pag.*250. Alagona *in compend.iuris Canon.pag.*743.*& vol.*4.*super iure Canon.ad lib.*5.*Decretal.*Ioan.à Capistrano, remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. reperitur apud Gregor.*lib.*22.*epist.*31.*registri ad Felicem Siciliæ Episcopum,* refertur ab Aut.August. *collect.* 1. *Decretal.lib.*5. *tit.*33.*c.*1.vbi tribuitur Calixto Papæ. 1

Non sunt occulta,&c.]Notatur ad hoc, quòd publica Pœnitentia est, quæ absque vlla solemnitate publicè fit ex Episcopi, vel Sacerdotis mandato,vbi peccatum publicè commissum fuerit,vt per Couarru. *lib.* 2. *variar.c.*10.*n.*3.Nauar.*in cap.consideret,*§.*ponat,n.*14.*ad fin.de Pœnit.disp.*5.*& in c.*1.*n.*88. *& in cap. Sacerdos à n.*86. *de Pœnit.dist.*6. 2

SVMMARIVM.

1 *Presbyterum occidenti Pœnitentia imponitur.*

2 *Miles ordinum Militarium si Clericum occidat, perdit priuilegium , & cingulum militiæ , & remanet merè sæcularis.*

3 *Iudex Ecclesiasticus potest priuare laicum militia temporali.*

4 *Presbyterum occidens in pœnam prohibetur Matrimonium contrahere.*

5 *Incestus impedit Matrimonium contrahendum.*

CAP. Quis Presbyterum. II.

PResbyterum occidenti imponitur Pœnitentia duodecim annorum,& si est coniunctus, & miles.carere debet cingulo militari per totum tempus suæ vitæ, & manere absque spe coniugij. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib.*5. *iuris Pontif. pag.*251. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*744. *& vol.* 4. *repet. super iure Canon.ad lib.*5.*Decretal.* Ioan.à Capistrano, remissiuè Ximen. *in concord.p.*1.*&* 2. desumitur ex Concil. Moguntin. sub Rabano Archiepiscopo , referunt Burchard. *lib.*2.*Decret.c.*7. & Iuo *p.*10.*c.*156. 1

Suæ militiæ cingulo careat.] Notatur ad hoc, quòd si aliquis miles ordinum militarium Clericum occidat, perdit priuilegium , & cingulum militiæ, & remanet merè sæcularis , & potest conueniri coram iudice sæculari,vt per Fr.Emman.*quæst.regul.tom.*2.*q.*62.*art.*15. Vnde Bobadil.*in sua Politica,lib.*2.*c.*17.*n.*86. resoluit, quòd si Miles ordinum Militarium, Doctor,aut alius à Rege,aut Imperatore creatus Miles occidat Clericum, potest iudex Ecclesiasticus eum priuare cingulo militiæ,vel insigniis Doctoralibus,quæ ipso iure amisit,& ita iudicem Ecclesiasticum priuare laicum militia temporali resoluit Palat.*in repet. cap. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. notab.*2.§.1.*n.*5. 2 3

Et absque spe coniugij maneat.]Notatur ad hoc,quòd si quis Clericum Presbyterum occiderit , in pœnam prohibetur Matrimonium contrahere , vt per Couar. *de sponsal.p.*2.*c.*6. *in initio,num.*5. Ludou.Lopez *in instructorio conscientiæ , p.*2.*c.*46. *vers. præterea* , Viuald. *in candelabro aureo de Sacramentis, part.*1. *de Matrim. n.*105. Henriq.*in summ. lib.*12. *c.*2.§.1.*in fine,* Sanch. 4

de

de Matrim. lib.7.disp.6. num.9. vbi ex aliis concludit, quòd quamvis non videatur desiderari, quod interfector sit conuictus in foro contentioso, tamen tenendum est desiderari, quia text. in præsenti petit, vt conuictus sit, nec potest dici loqui in foro conscientiæ, cum in eo nulla sit conuictio.

5 In gloss. *Absque ste coniugij*, fin. ibi, *quædam crimina impediunt Matrimonium contrahendum, vt incestus*, &c. Vide Couar. *d.c.6.in initio, num.*4. Nauar. *in man.c.*22. *n.*29. Gutier. *canonic. lib.*1. *c.*15. *n.*7. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*31. *n.*191.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitentia arbitraria indicenda est illi, qui modum excessit se defendendo.*
2 *Pœnitentiæ hodie sunt arbitrariæ.*
3 *Pœnitentiam tolerabilem, & humanæ fragilitati accommodatam tenetur pœnitens acceptare, acceptamque adimplere.*
4 *Punitur mitius ille, qui prouocatus fecit.*

Cap. Significauit. III.

Alex. III.

1 QVando quis pro libertate sua se defendit, vel pro Ecclesia pugnat, si multum excedit, & peccat, debet ei imponi pœnitentia arbitraria, & mitis, ne pro asperitate eius, ipsi vel alij retardentur ad defensionem Ecclesiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistran. Viu. *in ration. lib.*5. *iuris Pontif. pag.* 251. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*744. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Ant. August. *collect.*1. *Decret. lib.*5. *tit.*33. *cap.* 2.

2 *Misericorditer imponatis.*] Notatur ad hoc, quòd pœnitentiæ sunt arbitrariæ, & prudentis Confessarij arbitrio relinquuntur, vt per Perez *l.*3. *gloss.*1. *pag.*45. *vers. punitur, tit.*1. *lib.*1. *Ordin.* & alios citatos *ad cap. quæsitum* 7. *num.*5. *infr. hoc tit.* Fr. Emman. *in addit. ad Bullam Cruciatæ,*§.9. *num.*100. *fol. mihi* 181. Quam quidem pœnitentiam tolerabilem, & humanæ fragilitati accommodatam tenetur pœnitens acceptare, acceptatámque adimplere, vt tenent plures citati à Cened. *ad Decret. collect.*40. *num.*2. quibus adde Henriq. *in summ. lib.*4. *c.*8. §.1. *iuncto commento, lit. B.* Soar. *tom.*4. *disp.*38. *sect.*7. *n.*2. Luc. Pinel. *de Sacram. Pœnit. tract.*3. *de satisfact. dub.*4. Ægid. *de Sacram. tom.*2. *disput.*20. *num.*79. Ioan. Rebell. *in historia miraculorum Sanctissimi Rosarij Beatissimæ Virginis, lib.*3. *dialogo* 7. nouè Iulius Lauor. *in tract. de Iubileo, & Indulg. p.*2. *cap.*5. *num.*9. Vasquez *q.*94. *art.*2. *dub.*1. *n.*5. Nugn. *q.*15. *art.*1. *& q.*13. *art.*2. *diffic.*3. Valent. *tom.*4. *disp.*7. *q.*14. *punct.*4. *num.*1. Paul. Comitol. *respons. moral. p.*1. *q.*35. *per totam.* Quamvis non posse Confessorem pœnitentem inuitum obligare ad pœnitentiam, ac per consequens nec ipsum pœnitentem, qui iustam pœnitentiam à Confessore datam non vult acceptare, pectare ob id lethaliter contra aliquod Diuinum, aut humanum præceptum minus benè teneant Scot. Gabr. Medin. Sylu. Caietan. Armil. Nauar. & alij, quos refert, & sequitur Ludouic. Beja *responsa. casuum conscientiæ, p.*3. *casu* 3. & quicquid etiam posse pœnitentem licite Confessario dicere se nullam pœnitentiam velle acceptare, cùm illam soluendam seruet post mortem, dicant minus bene Nauar. *in man.c.*16. *n.*20. Fr. Emman. *in addit. ad Bullam Cruciatæ in prine.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*7. *n.*15.

Quod pro libertate sua, &c.] Notatur ad hoc, quòd mitiùs punitur ille, qui prouocatus fecit, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 1. *n.*5. vel dolore commotus, vt per Couar. *de sponsal. p.*2. *c.*7. §.7. *n.*11.

SVMMARIVM.

1 *Indulgentiæ, quæ conceduntur per Prælatos non subditis, non prosunt nisi proprij iudices hoc concedant.*
2 *Indulgentias alienis subditis Prælatus concedere non potest, nisi proprij Episcopi consentiant.*
3 *Indulgentias suis subditis in alienæ diœcesi existentibus potest Episcopus concedere.*
4 *Pœna duplex, temporalis scilicet, & eterna pro eo peccato debetur.*

Cap. Quod autem. IV.

INdulgentiæ concessæ à Prælato, v.g. in dedicatione, vel conferentibus ad fabricam, prosunt tantum pro subditis eius. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib.*5. *iuris Pontif. pag.*251. Alagona *in compend. iuris Can. pag.*744. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. referun. Ant. August. *collect.*1. *Decret. lib.*5. *tit.*33. *cap.*1. est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.*15. *ea.*

Collige ex text. Indulgentias illius tantùm prosse, qui Prælato indulgenti subsunt, nam alienis subditis Indulgentias concedere non potest, vt per Iul. *de Iubileo, notabil.*31. *num.*13. latè Iul. Lauor. *de Iubil. & Indulgentiis, part.*2. *cap.*11. *à num.*28. Sed si proprij Episcopi consentiant alieni subditi lucrarum illam Lauor. *d. c.*11. *num.*29. vbi *num.*32. cum Nauar. *loco proximè citato*, consulit, vt peregrinantes immunem facultate Episcoporum suorum ad quærendas Indulgentias alienorum Episcoporum, aliàs Indulgentiæ concessæ ab Episcopo, exteris ad suam diœcesim venientibus non prosunt, & tali concessione non facta propter meritoria opera facta in alienis diœcesibus non reciperent Indulgentias. Quod intellige de Indulgentiis concessis ab Ordinariis inferioribus a Summo Pontif. secus de Indulgentiis ab eo concessis, quas quilibet per opera meritoria ad illas recipiendas constituta recipit, qui respectu Papæ non magis dicitur subditus vnus, quàm alter, *cap. cuncta per mundum, 9. q.*3.

Vtrùm autem Episcopus existens extra Episcopatum possit concedere homini eiusdem Indulgentiam intra suum Episcopatum quærendam? affirmative respondet Lauor. *d.c.*11. *n.*35. Vtrùm verò posse Episcopus concedere Indulgentias, nisi subditis in alienæ diœcesi existentibus? similiter affirmant Soar. *tom.*4. *disp.*55. *sect.*3. *n.*17. & citati per me *de offic. & potest. Episc. p.*3. *allegat.* 88. *n.*25. *&* 26. & me citato idem Lauor. *d.c.*11. *n.*36. vbi *n.*37. resoluit posse Episcopum concedere suo subdito Indulgentiam quadragintæ dierum visitanti talem Ecclesiam, quamvis ea sit in alienæ diœcesi.

In gloss. *Vt possint*, ibi, *nam pro omni peccato debetur pœna debetur, temporalis, & eterna*, &c. De iis late Lauor. *d.p.*2. *c.*2. *n.*17. *cum seqq.*

In ead. gloss. ibi, *Cùm peccatum per contritionem*, &c. Notatur ad hoc, quòd ad consequendam Indulgentiam non necessariò requiritur vt præcedat confessio actualis

actualis, vt per Nauar. *in comment. de Iubilæo, not.* 18. *à num.* 8. Soar. *tom.* 4. *de Pœnit. disp.* 52. *sect.* 3. *n.* 1. Rutil. Benzon. *de Iubilæo, lib.* 5. *c.* 15. *dub* 4. Hieron. Gratian. *in simili tract. p.* 2. *&* 12. Pinel. *de indulgent. c.* 13. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 8. *c.* 9. *n.* 143. Bonac. *de Sacram. disp.* 6. *q.* 1. *punct.* 5. *n.* 6.

SVMMARIVM.

1 *Pœnitens verè non est, qui peccandi animum non deponit, eius tamen confessio recipitur.*
2 *Pœnitens verè ille dicitur quando ita peccata mortalia displicuerint, vt ob nullum bonum quærendum, vel malum vitandum, ea denuo admittere proponat.*
3 *Pœnitens verè vt quis censeatur non est necessarium credere se nunquam denuo lethaliter peccaturum, sed sufficit concipere odium omnis peccati mortalis, & dolere quòd concipere nequeat.*
4 *Contritio an requirat propositum implicitum vitandi peccata in futurum, an verò requirat implicitum, ostenditur.*
5 *Meretrices debent audiri in sacramentali Confessione.*
6 *Opera bona facta extra charitatem quos effectus operentur, ostenditur.*
7 *Pœnitentiæ factæ in peccato mortali an reuiuiscant adueniente gratia quoad effectum satisfaciendi ex opere operato, remissiuè.*

Cap. Quòd quidam. V.

1 POEnitens verè non est, qui peccandi animum non deponit, eius tamen confessio accipienda est, & celebris de salutaribus monitis pœnitentia indicenda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 252. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 745. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. Augustˢ. *collect.* 2. *Decret. lib.* 5. *tit.* 17. *c.* 1.

2 Probat hic text. non esse verè pœnitentem, qui peccandi animum non deponit, tunc enim ille dicitur verè pœnitens, quando ita peccata mortalia displicuerint, vt ob nullum bonum quærendum, vel malum vitandum, ea denuo admittere proponat, vt per Nauarr. *de Iubilæo, & indulgentiis, not ab.* 17. *num.* 9. quem refert,

3 & sequitur Iul. Lauor. *eodem tract. part.* 2 *c.* 14. *n.* 76. resoluentes non esse necessarium ad veram pœnitentiam credere nunquam nos denuo lethaliter peccaturos, sed sufficere concipere odium omnis peccati mortalis, & dolere, quod concipere nequeamus, & ita non requiri, vt pœnitens habeat huiusmodi credulitatem se non amplius peccaturum mortaliter, sed sufficere, vt habeat propositum non amplius peccandi in futurum, tenent Soar. *tom.* 4. *disp.* 4. *sect.* 3. *num.* 5. Zerol. *de pœnitent. cap.* 7. *quæsit.* 9. Valer. Reginald. *in praxi fori Pœnitent. lib.* 5. *num.* 34. *&* 56. & alij quos refert, & sequitur Bonacin. *de Sacrament. disput.* 5. *sect.* 1.

4 *punct.* 8. *num.* 3. vbi *n.* 2. disputat quæstionem illam, vtrùm ad contritionem sufficiat propositum implicitum vitandi peccata in futurum, an verò requiratur explicitum, & postquam pro vtraque parte plures retulit DD. vtramque opinionem veram esse affirmat, & in praxi tenet consulendum esse propositum actuale, cùm hoc sit tutius, & securius remedium ad iustificationem, & vsu magis receptum, quanquam non videtur æstimandum inualidum Sacramentum susceptum ab eo, qui bona fide detestatur peccatum, illúdque confitetur absque formali proposito, citat & Soar. *d. tom.* 4. *disp.* 20. *sect.* 4. *num.* 34. Reginald. *d. lib.* 5. *n.* 58. Bellarm. *de Pœnit. lib.* 2. *cap.* 6. *ad finem*, Pitigian. *p.* 2. *distinct.* 14. *q.* 3. *art* 8. *concl.* 3.

Confessionem recipere debet, &c.] Notatur ad hoc, 5 quòd meretrices debent audiri in sacramentali Confessione, vt per Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo lupanaria, §.* 2. vbi etiam resoluit, quòd non sunt absoluendæ, nisi certò promittant abstinere in futurum, quod probabiliter tunc credi potest quando relinquunt reipsa tum peccata, tum peccatorum occasiones.

In glos. *Non sit vero*, ibi, *nam omnia bona, quæ quisque facit in vita*, &c. Multos effectus, quos operantur 6 bona opera facta extra charitatem, commemorant Nauar. *in c. alma mater, p.* 1. *§.* 4. *n.* 12. *&* 13. *§.* 5. *n.* 1. *col.* 4. *&* 5. Nauar. *in manuali c.* 37. *n.* 277. Suar. *tom.* 4 *disput.* 37. *sect.* 1. & alios plures, quos refert. Iul. Lauor. *d. tract. de Indulgentiis p.* 1. *c.* 5. *n.* 45. *&* 61. *n.* 60. *&* 61. Bonacin. *de Sacrament. disp.* 5. *q.* 6. *sect.* 4. *punct.* 1. *n.* 2. *vers. respondeo*, Zerol. *de Pœnitent. c.* 25. *quæsito* 28. ex quibus colligitur quòd prosunt ad implenda præcepta, ad excusandum à nouo peccato, ad illustrandam mentem peccatoris, vt suum malum peccator agnoscat, & eius pœniteat, ad quærendum virtutes morales nec peccatum ad aliud suo pondere trahat, ad quærendam cordis lætitiam, ne Angelus custos nos omnino destituat, ne tam citò Deus nos puniat. Non tamen opera facta in peccato mortali prosunt ad quærendam, vel augendam gratiam gratum facientem, vel gloriam beatificantem, *c. nihil de consecrat. distinct.* 5. cuius vniuersale dictum limitat glos. *ibi*, vt procedat quoad vitam, ideſt, quoad gratiam, & gloriam præfatas, quia quo ad temporalia prodest, *c. si qualibet*, 21. *q.* 2. Nauar. *in cap. quærat, §. quod autem, de Pœnit. dist.* 3. An pœnitentiæ 7 factæ in peccato mortali reuiuiscant adueniente gratia quoad effectum satisfaciendi ex opere operato, vide eundem Lauor. *d. p.* 2. *c.* 5. *n.* 35. *in fine*. Et an opera mortificata per peccatum, valeant per subsequentem pœnitentiam ad vitam æternam consequendam, vide Bonac. & ab eo citatos *d. punct.* 1. *n.* 3.

SVMMARIVM.

1 *Ieiunare debens ex pœnitentia iniuncta in pane & aqua, potest deficiente pane aliis cibariis vti.*
2 *Ieiunare qui tenetur dies aliquos in pane & aqua, exigente necessitate cum superiori auctoritate potest vti leguminibus, piscibus aut aliis cibis ad sustentationem.*

Cap. Licet. VI.

IEiunare debens ex pœnitentia iniuncta in pane, & 1 aqua per aliquot dies, & non habens panem potest vesci leguminibus, piscibus, & aliis cibis, non ad delicias, sed ad sustentationem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 252. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 745. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Augustˢ. *collect.* 2. *Decret. lib.* 5. *tit.* 5. *c.* 3. & alia pars est supra *in c. licet de feriis.*

Si necessitas id exposcat.] Ergo si necessitas cœpta 2 non sit, necessaria est Prælati superioris auctoritas, vt qui promisit vel tenetur ex alia causa dies aliquos ieiunare in pane, & aqua, possit vti leguminibus prioribus, aut aliis cibis ad sustentationem, ita Couar. *in cap. quamvis pactum. p.* 1. *§.* 3. *n.* 4. *propè finem.*

In Canonibus pœnitentialibus ad hoc propositum 3 ita habetur. Insuper notandum est, quòd si pœnitentia

in pane, & aqua imponatur non habenti panem, potest loco panis, leguminibus, & piſciculis veſci, & etiam aliis, ſi neceſſitas illud requirit, *extra de pœnit. & remiſſ.* licet, *in text. & gloſ.* aliàs non licet, refert Iulius Lauor. *in tract. de Iubilæo, & Indulgen. p. 2. c. 2. n. 47. verſ. inſuper, pag. 25.*

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotibus Græcis procurantibus, vel ſtudiosè negligentibus oppreſſionem filiorum, non imponitur pœnitentia publica; ſed debent abſtinere ab Altaris officio, & aliter in ſecreto agere pœnitentiam; ſed ſi delictum eſt publicum, debent publicè agere pœnitentiam.*
2 *Matrimonium vt ante Ordines licitum eſt Sacerdotibus Græcis.*
3 *Ignorantia craſſa eſt, quæ ex lata culpa in adhibenda diligentia procedit.*
4 *Irregularis ſit parens, qui infantem lecto poſitum oppreſſit.*
5 *Pœnitentia hodie ſunt arbitrariæ Confeſſoribus.*

CAP. Quæſitum. VII.

Cæleſt. III.

1 SAcerdotibus Græcis, quorum filij reperiuntur in lectis mortui oppreſſi, ſi ipſis procurantibus, vel negligentibus accidit, imponitur pœnitentia, vt perpetuò abſtineant ab Altari, & grauior pœnitentia illis, quàm laicis imponitur. non tamen publica, ſi delictum non fuit publicum. Si verò ex incuria eorum filij inueniuntur mortui in cunis, & hoc eſt occultum, imponitur pœnitentia ad arbitrium pœnitentiarij, & in terrorem aliorum debent à celebratione Miſſarum ad tempus abſtinere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capiſtr. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 252.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 744.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 2. Decret. lib. 5 tit. 17. c. 2.*

2 *Quibus legitimo matrimonio licet vti.*] Notatur ad hoc, quòd Sacerdotibus Græcis licitum eſt vti matrimonio ante Ordines, vt per Ludou. Lopez *in inſtruct. Conſcientiæ, p. 2. de matrim. c. 49. colum. 1. verſ. ad verbum*, Couar *de ſponſ. p. 2. c. 6. §. 3. n. 2.* Azor. *inſtit. moral. p. 1. lib. 13. c. 12. q. 1.* Sanch. *de matrim. lib. 7. diſp. 28. n. 6.*

3 *Vel ſtudiosè negligentibus*, &c.] Notatur ad hoc, quòd ignorantia craſſa eſt, quæ ex lata culpa in adhibenda diligentia procedit, vt per Sanch. *de matrim. lib. 9. diſp. 28. n. 32.* vbi *n. 34.* per hunc text. reſoluit ſolam culpam latam, quæ ex ignorantia, & negligentia craſſa procedit, ſufficere ad irregularitatem. Ignorantia enim craſſa non excuſat, & habetur pro ſcientia, Caualer. *deciſ. 198. n. 4.*

4 *Ab officio Altaris debent*, &c.] Notatur ad hoc, quòd ſit irregularis parens, qui infantem lecto poſitum oppreſſit caſu ſine lata culpa, vt per Henriq. *in ſumma lib. 12. c. 15. §. 1. in fine*, & *§. 7. prope finem*, vbi *in comment. lit. B*, dicit, quòd ſacerdos Græcus, cùm vtatur Matrimonio, tenetur cautius euitare periculum comprimendi infantem ſuum in lecto poſitum, Ludouic. Beja *reſponſ. caſuum Conſcientiæ p. 2. caſu 26. verſ. & quod omiſſio.* Et demum quòd incurratur irregularitas à parentibus tenentibus in lecto infantem, ſi noctu dum ipſi dormiunt, ſuffocetur, tradunt Nau. *in man. c. 27. num. 220. verſ. 25.* Maiol. *de irregul. lib. 5. c. 48. §. 3. n. 9.* Viuald. *in candel. aureo, tit. de irregul. n. 243.* Sotus *de cenſur. diſp. 45. ſect. 6. n. 15.* Sayr. *in ſimilis tract. lib. 7. c. 20. & 21.* quorum plerique, & præcipuè duo vltimo loco citati hoc ipſum declarant in duobus caſibus non procedere, primò quando ex circunſtantiis, de quibus *ibi* per eos nulla veriſimilis ratio pericli ſuperat; ſecundò quando parentes ita inopes erant vt ob frigus infantem lecto foueant, ſubdunt tamen præcitati Doctores quòd nec etiam prædictæ excuſationes ſufficiunt euitare irregularitatem quando adeſſet certum excommunicationis, vt communiter fulminatur ab Epiſcopis in ſuis dicœceſibus contra eos, qui culpabiliter ſuffocant infantes in lecto.

Eis pœnitentia pro arbitrio, &c.] Notatur ad hoc, quòd hodie pœnitentiæ ſunt arbitrariæ Confeſſoribus, vt per Vinald. *in candelab. aureo, tit. de ſatisfact. n. 11.* Rebuff. *in repetit. cap. omnis vtriuſque ſexus, infra hoc tit. verb. iniunctam pœnitentiam, verſ. hodie vero*, latè & elegantè Coriolan. Capucin. *de caſibus reſerua. p. 1. ſect. 2. art. 2. n. 7. cum ſeqq.* Humad. *l. 25. gloſ. 13. tit. 4. partit. 1.* Menoch. *de arbit. caſu 391. à n. 1.* plures per Cened. *ad Decret. collect. 9. num. 5.* vbi *n. 6.* dicit, quòd in tantum Sacerdotis arbitrio tribuitur circa pœnitentiam, quod ipſe poteſt abſoluere nulla impoſita pœnitentia, ſi maximam viderit contritionem, per gloſ. *verbo dolori, in c. menſuram, de pœnitent. diſtinct. 1.* Duen. *regul. 2. l. num. 2.*

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotis arbitrio pœnitentia moderari debet ſecundum quantitatem exceſſus pœnitentis, & contionem, ac circunſtantias.*
2 *Circunſtantiæ in confeſſione neceſſario explicandæ oſtenditur.*

CAP. Deus qui. VIII.

Innoc. III.

PŒnitentia eſt moderanda arbitrio Sacerdotis diſcreti, quam debet imponere non iuxta quantitatem exceſſus, ſed moderatè conſiderata contritione pœnitentis, & qualitate perſonæ, ac conſideratis omnibus circunſtantiis ſuperfornicatione, adulterio, homicidio, periurio, & aliis criminibus, præſertim ſi perſona ſit nonniter conuerſa, provt iudicabit expedire ſaluti ipſius. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capiſtr. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 253.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 795.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 20. cap. 1.* & pars text. *in cap. Deus, qui, de vita & honeſtate Clericorum, & de diuortiis.*

Conſideratis circunſtantiis omnibus.] De circunſtantiis in Confeſſione neceſſariò explicandis, vide Nau. *in man. c. 6. n. 3. & in c. conſideret, de Pœnitentia, diſt. 1. n. 10. cum ſeqq.* Henriq. *in ſumma, l. 5. an. 6. cum ſeqq.* Pe... ſan. *in addit. q. 10. §. de integritate Confeſſionis, d. 1.* Tol... *in praxi pœnit. c. 12.* Nugn. *in addit. ad 3. p. q. 9. art. 2. dub. 2.* Sayr. *in clani Regin lib. 2. c. 3.* Luc. Pinel. *de Sacram. Pœnit. tract. de Confeſſ. c. 3. cum ſeqq.* Pet. Ledesm. *in ſumma part. 1.* vbi *de Sacrament. Pœnitent. c. 18.* Valent. *tom. 4. diſp. 7. q. 11. punct. 1.* Valer. Regin. *in praxi fori Pœnit. lib. 6. n. 110. cum ſeqq.* Ægid. *de Sacrament. & cenſur. tom. 2. diſp. 7. num. 8. cum ſeqq.* latè Bonacin. *de Sacrament. diſputat. 5. quæſt. 5. ſect. 2. §. 3. diffic. 2.*

ex quibus tres propositiones in hac materia certissimæ constituuntur, prima est, quòd circunstantiæ notabiliter minuentes non sunt necessariò exprimendæ, nisi speciem mutent, quia in Trident. Concil. *sess.*14. *de Sacram. Pœnit. c.*5. *vers. colligitur*, generaliter asseritur omnes circunstantias mutantes speciem confitendas esse; ergo licet inferre circunstantias notabiliter minuentes non esse necessariò explicandas in Confessione, nisi speciem mutent, alioquin Concil. Trident. videretur defecisse in traditione doctrinæ adeò necessariæ: tum quia, cùm circunstantiæ minuentes adiuuent potius ad excusandum pœnitentem, quàm ad exprimenda peccata, necesse non videtur per se loquendo tales circunstantias exprimere, nisi fortè Confessarius iusta de causa de illis pœnitentem interroget, aut nisi tales ita minuant peccatum, vt peccati speciem mutent, quod nouè tradit Iulius Lauor. *in tract. de Iubilæo, & indulgentia p.*1. *c.*14. *n.*51. Secunda habet circunstantias notabiliter aggrauantes intra eandem speciem non esse necessariò explicandas, quia Concil. Trident. dicto loco tradens exactam doctrinam eorum, quæ necessaria sunt ad Pœnitentiæ Sacramentum, asserit illas circunstantias explicandas esse in Confessione, quæ mutant speciem, ergo videtur virtualiter supponere, & implicitè indicare non esse necessariò explicãdas circũstantias tantummodo aggrauantes: tum quia nimis angerentur fideles ex tali obligatione cùm pauci bene cognoscant, & ritè intelligant quænam sint circunstantiæ aggrauantes; tum quia hæc sententia videtur magis vsu recepta etiam ab omnibus probatæ, & timoratæ conscientiæ, quamvis contraria, quam sustinent Gabr. Maior. Sot. Adrian. Henriq. & alij, quos refert, & sequitur Iulius Lauor. *d.c.*14. *n.*53. non sit improbabilis. Tertia est, quòd circunstantiæ mutantes speciem necessariò explicandæ sunt in Confessione ob expressam decisionem Concil. Trident. *d.c.*5. quæ autem sint huiusmodi circunstantiæ mutantes speciem, vide per Doctores *suprà* citatos.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Mulier, quæ viro cohabitans ex adulterio concepit, minimè tenetur in vtroque foro suum crimen marito, vel filio reuelare.*
3 *Mulierem de adulterio concipientem quomodo Confessarius possit absoluere eo casu, quo adulterinus filius in bonis mariti succedat, & excludat legitimum ostenditur.*
4 *Mulier ex adulterio filium habens an teneatur cum periculo infamiæ cessante mortis periculo veritatem patefacere, si reuelatio profutura speretur, ostenditur.*
5 *Adulter, qui filium suscepit ex adulterio, illumque reliquit inter filios legitimos mariti adulteræ, an teneatur occurrere damno hæreditatis, quæ legitimis hæredibus adimitur, vel damno dotis, quam pater putatiuus tradit puellæ spuriæ, credens eam esse propriam filiam.*

CAP. Officij. IX.

1 POEnitentia sicut non est deneganda mulieri, quæ de adulterio concepit ignorante marito, & prolem habuit, licèt ex timore nolit hoc marito ostendere, sic etiam non est deneganda pœnitentia mulieri, quæ inscio viro supposuit sibi partum, ne hæreditas mariti transeat ad alios, præsertim alienos. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Cened. *collect.*75. Vinian. *in ration. lib.*5. *iuris Pontif. pag.*253. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*745. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.*1. *&* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect.*3. *Decret. lib.*5 *tit.*20. *c.*2. & pars huius cap. sunt text. *in cap. officij, de testibus, & de sentent. excom.*

Non est pœnitentia deneganda.] Ergo mulier, quæ viro cohabitans ex adulterio concepit, minimè tenetur 2
in vtroque foro, exteriori, scilicet, & interiori, suum crimen marito, aut etiam filio reuelare, nam certum est in vtroque foro filium non teneri mariti asserenti illum ex adulterio conceptum, fidem adhibere, vt ex Corn. Sot. Medin. & aliis comprobat Gutier. *canon. lib.*1. *c.*38. *n.*30. & ante eum Menoch. *de arbitr. casu* 89. *n.*28. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.*2. *tit.*14. *num.*8. Less. *de iust. lib.*2. *c.*10. *dub.*7. *n.*51. Paul. Layman. *loco infrà citando, n.*1. *vers. accedit*, atque ita hæc proprij criminis reuelatio in notabile honoris, & famæ ipsius mulieris detrimentum nullum speratur habitura effectum, & quòd propter eam hæreditas mariti, cuius filius creditur, ad legitimos deferatur hæredes, principium autem est, quòd nemo tenetur crimen suum reuelare, nec debet pati honoris iacturam, præcipuè sine fructu, & spe aliqua. quod erit profutura, *c. quis aliquando*, §. *non tibi dico, de pœnit. dist.*1. ergo meritò sic decidit text. *in præsenti*, vbi omnes docent, Nauar. *in Man. c.*16. *à n.*43. Couar. *in reg. peccatum p.*1. *in initio, à n.*3. Lud. Lop. *in instruct. conf. p.*1. *c.*88. Henriq. *in summa lib.*11. *c.*21. §.3. Viuald. *in candelabro aureo, p.*3. *c.*2. Pett. Nauar. *de restit. lib.*2. *c.*408. *& lib.*3. *c.*1. *n.*115. Vasq. *in opusc. de restæm. c.*5. *n.*3. Lactant. Finell. *casu reseruato* 10. *n.*17. Paul. Layman. *in Theologia morali, lib.*3. *tract.*3. *p.*3. *c.*14. *n.*1. Gutier. *d.c.*38. Sayr. *in claui Regia, lib.*8. *c.*3. *n.*5. plures per Cened. *ad Decret. collect.*73. *n.*3. qui omnes ampliant, etiamsi mulier probabiliter credat reuelationem profuturam, si enim imminet periculum mortis non tenebitur cum detrimento, & periculo vitæ crimen suum detegere ad resarciendum damnum legitimis hæredibus illatum in hæreditate, quæ pertinet ad bona Ordinis inferioris, ad quorum restitutionem nemo tenetur cum iactura bonorum superioris Ordinis, ex doctrina Scot. *in* 4. *dist.*15. *q.*2. *art.*6. Caiet. 2.2. *q.*62. *art.*6.

De modo autem, quo se gerere debeat mulier, atque 3
etiam Confessarius vt eam absoluat multa scribunt nostri, & Theologi *suprà* citati. Primò, vt suadeat spurio intrare religionem, in qua professus non succedat in bona, ad quod tamen non tenetur mater ex iustitia, quia forte spurius non habet vires, & aptas conditiones ad onera religionis, nec vocationem Dei. Secundò, quòd mater propè mortem debeat id aperire spurio, aut aliis præsertim vt legitimus succedat in primogenitura mariti: sed quia spurius non tenetur in suum præiudicium matri reuelanti credere, etiam in mortis articulo, perpendat Confessarius ne vltra modum compellat matrem, quia illa vix tenetur pro ea spe parum probabili ac inutili detegere crimen adulterij cum magno sui honoris, ac filij spurij detrimento. Satis ergo erit, vt de bonis propriis filium legitimum melioret, vel aliis hæredibus in tertio, & quinto, ita vt hoc modo resarciat damnum quoad potest. Sed quia ad hoc DD. varios exquisierunt modos restituendi damnum in terminis, de quibus agimus; & vniuscuiusque opiniones recensere longum esset, ideò remitto Lectorem ad DD. *suprà* citatos, quibus addo Nau. *in cap. inter verba, concl.*4. *n.*15. Guillelm. *in c. Raynutius, de testament. verbo in extremis positus, n.*24. Medin. *in C. de restitut. q.*3. *causa* 4. Anton. Cordub. *in tract. casuum conscientiæ, q.*102. Paleot. *de nothis, & spuriis, c.*24.

Petr. Nauar. *tom. 2. de restit. lib. 3. cap. 1. à n. 151.* Anton. Gomez. *l. 9. Tauri, n. 3.* Mench. *illustrium, lib. 1. c. 48. à num. 26. & à n. 34.* Boër. *decis. 299.* Mascard. *de probat. concl. 708. à n. 2.* Perez *l. 2. vers. dubium autem, tit. 15. lib. 8. Ordin. pag. 300.* Viuian. *tom. 2. commun. opin. lib. 9. tit. 7. n. 3. col. penult. versic. quia ergo, pag. 468.* Henriq. *in summa, lib. 9. c. 21. §. 3.* Sayr. *in claui Regia lib. 10. tract. 5. c. 6. n. 43.*

4 Si autem cessante mortis periculo, reuelatio profutura speretur, an cum periculo infamiæ teneatur veritatem patefacere; variæ sunt opiniones, quas videbis apud Sayr. *d. cap. 3. n. 14.* vbi sequitur distinctionem Ludouic. Lopez *in d. cap. 88.* & Tolet. *in summ. lib. 5. cap. 11.* omnes autem post Alciat. *de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 37. num. 6. vers. sed vide*, reprobant cautelam, qua vsa est quædam vidua plures habens filios, quorum vnus erat ex adulterio conceptus, morti enim proxima omnes ad se venire iussit, & dixit, vnus vestrùm ex adulterio natus est, ne moriar cum tam graui periculo, intendo reuelare, vt omnes ad inuicem remittatis, quod vnus habet aduersus alterum: vnusquisque de se ipso dubitari cœpit, atque ita omnes concesserunt: sed meritò contra Alciat. notant reliqui omnes minimè tutam esse, sed fraudis, & doli plenam huiusmodi cautelam, vt post Couar. *d. p. 1. §. 1. n. 6.* & Menoch. *d. casu 89. à num. 29.* notant Gutier. *d. cap. 38. à num. 25.* & post Salon. Sayr. *d. cap. 3. num. 15.*

5 Verùm autem adulter, qui filium suscepit ex adulterio, illúmque reliquit inter filios legitimos mariti adulteræ, teneatur occurrere damno hæreditatis, quæ legitimis hæredibus admittitur, vel damno dotis, quam pater putatiuus tradit puellæ spuriæ, credens eam esse propriam filiam? quæstio est dubia, in qua vna sententia tenet adulterum ex quo suspectus est spurius, teneri sicut adulteram ad resarciendum damna subsequuta, quia adulter non minus quam adultera est causa talis damni, & ideo ita resoluunt Armil. *verbo adulterium, num. 7.* Nauar. *in man. cap. 16. n. 40.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. part. 1. lib. 2. cap. 132. num. 36.* Arag. *2. 2. quæst. 62. art. 6.* Fr. Emman. *in summ. tom. 1. c. 188. num. 1.* Alphons. de Vega *in summ. tom. 1. cap. 13. casu 8.* Turrian. *2. 2. tom. 2. disp. 30. dub. 2.* Megala *in 2. 2. lib. 1. cap. 2. num. 13.* Nalder. etiam *in 2. 2. tract. 3. c. 4. dub. 9.* Azor. *instit. moral. part. 3. lib. 5. cap. 6. q. 6. & 7.* Vasq. *in opusc. de testam. c. 5. §. 1. n. 22.* Finell. *de casib. reseru. casu 10. num. 18.* Less. *de iustit. lib. 2. c. 10. dub. 6. n. 46.* Rebel. *de obligat. iustit. p. 1. lib. 3. q. 10. n. 11.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 10. cap. 19. q. 3. n. 277.* Verùm licet hæc sententia sit communiter recepta, tamen existimo si adulter cognoscat esse suam prolem, non teneri ad resarciendum damna legitimis filiis, modo ipse non fuerit auctor suppositionis, & ratio est, quia horum damnorum sola adultera est causa, quia ipsa filium adulterinum supponit tanquam filium legitimum, cum tamen adulter non supponat, sed solum tacendo permittat vt filius adulterinus supponatur, & sic non est causa proxima illorum damnorum, sed remota, cum ipse non intenderit generare, sed solùm explere suam libidinem, quare hanc partem sustinent Sot. *de iustit. lib. 4. q. 7. art. 2.* Henriq. *lib. 1. de Matrim. c. 21. §. 3.* Barthol. à S. Fausto *in speculo Confession. disp. 23. q. 8. n. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Abbatissa Moniales benedicere, Confessiones audire, & publicè prædicare non potest, & n. 2.*
3 *Mulieres ordinari non possunt.*
4 *Declarantur text.* in cap. mulieres 32. dist. & vide cap. Diaconissam 27. q. 1.
5 *Mulieres sunt incapaces beneficiorum.*
6 *Excommunicare, aut interdicere non possunt mulieres, nisi ex Papæ commissione, siue priuilegio.*

CAP. In noua, X.

ABbatissa non potest proprias Moniales benedicere, nec Confessiones audire, nec publicè prædicare, quia B. Virgo licet fuerit dignior Apostolis, tamen non ei, sed Apostolis fuit hoc concessum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Ioan. à Capistran. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 254.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 745.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* referens ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 14. cap. 1.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. delumnat Decius *in cap. 2. num. 149. & seqq. de iudic.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplclericali, §. 8. num. 9.* tamen licet apud Ethnicos mulieres fungerentur officio Sacerdotum, vt refert Palat. *lib. 6. de legibus*, & Dionys. Halicarn. *in 2. antiq. Roman.* tamen in lege Gratiæ potestas Clauium non cadit in sexum fœmineum, ac per consequens fœminæ ordinari non possunt, quæ nusquam legitur Christum alios ministros instituisse, quàm viros, tum etiam quia si fœminis in Ecclesia aliqui non licèt, Apost. *ad Timoth. 2.* multò minus licèt Sacramenta ministrare, quod est quid maius, quam aliqui in Ecclesia, quare mulieres ordinari non possent Felin. *in cap. delicta, n. 4. & 5. de maiorit. & obed.* S. Thom. *in 4. dist. 25. q. 2. artic. 1. & 2.* Soar. *de exped. disput. 51. sect. 2. in princip.* Vasquez *disput. 245. num. 6. cap. 2. vers. ego verò*, Ægid. *de Sacrament. & empt. disput. 20. dub. 10. num. 94.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. num. 29.* Henriq. *in summa lib. 11. cap. 8. num. 6.* Valent. *tom. 4. disp. 9. quæst. 4. punct. 2. ad finem*, Bonacin. *de Sacrament. disput. 8. quæst. vnic. punct. 5. num. 5.* D. Thom. *in addit. ad 3. part. quæst. 39. artic. 1.* Victor. *relect. 2. de potest. Ecclesiæ, quæst. 2. n. 3.* Sot. *in 4. dist. 25. quæst. 1. art. 2. concl. 1.* Angles *in scribus Theologicis, quæst. de Claubus, artic. 1. dificult. 5.* Henriq. *lib. 1. cap. 21. §. 2. lit. N, cum seqq. & lib. 10. cap. 21. §. 3. & lib. 10. cap. 16. §. 1. lit. A*, agúnque de potestate censurarum latè Soar. *de censur. tom. 3. disput. 2. section. 3. num. 2.* hinc notantes fœminas ipso iure diuino incapaces esse eorum, quæ sunt Ordinis, & per consequens irregulares non esse ratione sexus, vel etiam ob quamcumque causam superuenientem, quæ esset sufficiens in viris ad irregularitatem contrahendam, est etenim irregularitas impedimentum Canonicum, id est, legis Canonicæ, & dicuntur irregulares, quia excipiuntur à regula secundùm quam omnes, qui capaces erant, attenta Lege diuina poterant promoueri: at verò sexus fœmineus ipsa Lege diuina impeditur, & incapax est suscipiendi Ordines, & per consequens in eum irregularitas non cadit, aduertit Sot. *vbi proximè, art. 2. in princ.* & multis aliis latè Henriq. *d. lib. 4. cap. 2. in princip.* elegantis latè Soar. *tom. 5. disput. 40. section. 7.* multiplicique ratione latè confirmat Vinald. *in candelabro aureo, p. 1. cap. 3. à. princip.* cum quo aduerte quòd licèt in fœminis propriè non detur irregularitas, sed magis incapacitas ex ipsa Lege diuina ex dictis, respectu tamen Religionis susceptæ, vel suscipiendæ multa possunt considerari impedimenta, propter quæ aliquæ mulieres inhabiles fiant ad aliqua officia Religionis,

vel

vel ad Religionem ipsam, quæ diligenter prosequitur Vivald. *d.p.3.c.4.a n.4.* Quæ omnia confirmantur ex auctoritate *Genes.1.c.3.* ibi, *sub viri potestate eris*, qua satis ostenditur statim ab initio generis humani fuisse sexum fœmineum virili subiectum, subindéque neque etiam profana munera, in aliqua Republica bene gubernata fœminis fuisse demandata, probat, *l.2.ff.de regulis iuris*, vbi notant scribentes omnes, & multi, quos latè refert Duen. *regul.308.* & ex Philosophis, atque bonis Auctoribus multa latè cumulat Iustus Lipsius *politicorum lib.2. c.3.* Facit etiam quia minimè decebat pulchritudinem Ecclesiasticæ hierarchiæ fœminas admitti ad Ecclesiasticos gradus, & Ecclesiæ regimen, ex ratione, quæ colligitur ex Paul. 1. *ad Corinth.* 11. ibi: *Christus caput est viri, & vir caput est mulieris*, quia non vir ex fœmina primò, sed fœmina ex viro sumpta est; facit etiam ratio text. *in l.1.§.sextum, ff.de postulando*, & quæ DD. communiter *ibi* notant ex adductis à Duen. *reg.311.*

3 Non obstat, quod Abbatissæ, & Præfectæ Monialium Ecclesiasticam iurisdictionem habere noscuntur, *c.dilecta, de maior. & obed.* quia respondetur provt *ibi* addidi. Ad varia autem loca, quibus probatur mulieres prophetasse, *Exod.15. Iudic.4.& 4. Reg. c.22. Act.21.* respondetur nullum esse inconueniens mulieres prophetare, neque nobiscum pugnat huiusmodi argumentum, prophetia enim donum Dei est, seu gratia gratis data, quod fœminis, atque laicis potest pariter conuenire, non ita potestas spiritualis, ex supra positis rationibus, resoluit post Sot. Card. Bellarm. *tom.2. de Sacramentis in genere, lib.1.c.25. vers. ad loca illa pro fœmina*, & multi alij, respondentes text. *in cap. Diaconissam*, 27. 4 *q.1. & in cap. mulieres* 32. *dist.* vbi habetur mulieres Presbyteras, & Diaconissas prohiberi ordinari ante quadragesimum ætatis annum, esse intelligendos de Diaconissis, non verè initiatis Ordine Diaconatus, sed destinatis ad quædam obsequia diuina in instruendis mulieribus Catechumenis ad Baptismum, ac per consequens de Presbyteris illis, non quidem insignitis sacro Presbyteratus Ordine, sed habentibus curam quarundam rerum Ecclesiæ; vel meliùs forsan intelligendos de Diaconissis, & Presbyteris vxoribus Diaconorum, & Presbyterorum, vt alij respondent, & omnium latissimè Fr. Basil. Pont. *de impedimentis matrimonij, c.10. per totum.*

5 Eodem etiam modo mulieres incapaces esse beneficiorum, tenent Lambert. *de iurepatronat. lib.2.p.1.q.76. n.1. cum seqq.* Hojeda *de incompatibil. benefic. p.1.c.24. n.73.* Rebuff. *de pacif. possessor. n.260.* Gonzal. *ad reg.8. Cancel. gloss.4. n.200.* sic etiam nec excommunicare, nec interdicere posse, nisi ex Papæ commissione, siue priuilegio, tenent Nauar. *consil.73. de sent. excommunic.* Couar. *in cap. alma mater, p.1.§.1 n.2.* Vgolin. *de censur. tab.1.c.2.§.7. n.7.* Soar. *eodem tract. disp.2. sect.3. n.7.* Sayr. *eodem tract. lib.1.c.5. n.16. & 17.* Bonacin. *eodem tract. q.1. punct.2. num.4.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom.2. q.107. art.1.* Gonzal. *ad regul.8. Cancel. gloss.22. num.19.*

6 Valent. *tom.4. disp.7. q.16. punct.3. versus finem*, vbi cum Sot. rectè asserit prælatas mulierum religiosarum non habere propriam potestatem iurisdictionis spiritualis, sed solùm habere commissionem quorundam actuum per ordinem ad correctionem, & disciplinam domesticam subditorum, & consequenter non posse sub mortali præcipere id, cuius transgressio non esset alioquin ex se peccatum mortale.

SVMMARIVM.

1 *Interdicti tempore conceditur Pœnitentia & viaticum morientibus. Clerici, qui seruarunt interdictum generale, possunt cum silentio in cœmeterio sepeliri. In Conuentualibus Ecclesiis Clerici bini, vel trini possunt Horas submissa voce dicere.*
2 *Pœnitentiæ Sacramentum tempore interdicti non solum morientibus, & infirmis, sed etiam sanis, & beneualentibus conceditur.*
3 *Excommunicatis non nisi in articulo mortis, Pœnitentiæ Sacramentum concedendum.*
4 *Eucharistiæ Sacramentum quatenus viaticum morientium tempore interdicti conceditur.*
5 *Declaratur text. in præsenti.*
6 *Eucharistiæ Sacramentum dandum est tempore interdicti damnatis ad mortem.*
7 *Mortis articulus quis dicatur, ostenditur.*
8 *Sacramentum Extremæ-Vnctionis nulli laico, vel etiam Clerico interdicti tempore ministrari potest.*
9 *Sacramentum Extremæ-Vnctionis tempore interdicti ministrari potest, quando infirmus nullum aliud recipere valeat.*
10 *Sepulturæ Ecclesiasticæ vsus per omne interdictum siue locale, siue personale prohibetur etiam infantibus vsu rationis carentibus.*
11 *Sepulturæ Ecclesiasticæ prohibitio tempore interdicti, an locum obtineat in festiuitatibus, quibus diuina fieri iure conceditur, ostenditur.*
12 *Clerici etiam primæ Tonsuræ, dummodo priuilegiis gaudeant Clericalibus, interdicti tempore possunt in cœmeterio Ecclesiæ sepeliri.*
13 *Clerici an tempore interdicti possint sepeliri in Ecclesia specialiter interdicta, ostenditur.*

CAP. Quòd in te. XI.

INterdicti tempore conceditur viaticum, & Pœnitentia morientibus. Clerici qui seruarunt interdictum generale, si moriantur, possunt sepeliri in cœmeterio cum silentio, id est, sine solemnitatibus, & campanis. Item in Conuentualibus Ecclesiis bini, & bini aut terni possunt legere, non cantare Horas Canonicas ianuis clausis, exclusis excommunicatis, & interdictis, ita tamen submissè vt exteriùs non audiantur, quia simile priuilegium est concessum à Sede Apost. Regularibus. Item Cruce signatis, & peregrinis Pœnitentia concedi potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Viu. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.258.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.746.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 4. Decretal. lib.5. tit.14. cap.3.* 1

Pœnitentia morientibus, &c.] Quamvis per text. *in præsenti*, Sacramentum Pœnitentiæ tempore interdicti concedatur tantùm morientibus, & infirmis, tamen nouiori iure *c.alma, post principium, vers. quia vero, de sent. excomm. in 6.* conceditur sanis, & beneualentibus, vbi redditur ratio ibi, *propter pronitatem, & facilitatem hominis ad peccandum summè necessaria est*, & notant Nauar. *in manuali, c.27. n.178.* Sayr. *de censur. lib.5. c.7. n.8.* Soar. *tom.3. disp.20. sect.1. a n.13.* 2

Dupliciter tamen hæc doctrina limitatur, primò, vt non procedat in excommunicatis, his enim non nisi in articulo mortis pœnitentiam cõcedendam esse decidit text. *in d. cap. alma*, de cuius tamen intellectu 3

non mediocris est inter scribentes varietas. Angel. enim, Sylvest. & alij Summistæ, quibus magis assentiri videtur Soar. *d. sect. 1. n. 16. in fine*, iuncto præcedenti, interpretantur intelligendam esse hanc limitationem de solis excommunicatis propter causam interdicti, quia tempore interdicti non est prohibitum excommunicare, & absoluere ab excommunicatione, sicut neque prohibentur alij casus ad iurisdictionem fori exterioris pertinentes, vt post multos adductos resoluit Sayr. *d. lib. 5. cap. 5. à n. 12.* At verò Vgol. *d. c. 7. §. certum*, quem sequitur Sayr. *d. cap. 7. num. 9.* contendunt texr. esse intelligendum generaliter de excommunicatis quocumque alio nomine, etiam extra causam interdicti, ex generalitate text. qui violenter restringitur ad excommunicatos ob solam interdicti causam. Ego tamen verius censeo esse, quod auctores prioris sententiæ resoluunt, quòd scilicet text. ille vel debet intelligi de absolutione excommunicationis reservatæ, vel de absolutione solemni, vel, quod magis literæ text. adaptatur, de excommunicatis ob causam interdicti. Limitatur secundò eadem concessio in iis, qui interdicto causam dederunt, vel consilium, auxilium, aut favorem delicto, propter quod latum est, non debent enim admitti ad Pœnitentiam, nisi priùs satisfecerint, vel de satisfaciendo idoneam dederint cautionem, vt expresè decidit text. *in d. cap. alma, vers. illis etiam*; vnde pignoratitiam, aut fideiussoriam necessariam esse, nec nudam sufficere rectè notat glos. *ibi, verbo idoneam*, iunctis, quæ diximus ad *c. 8. de rest. spoliat.*

4 *Vicarium etiam*, &c.] Probat hic text. Sacramentum Eucharistiæ, quatenus viaticum morientium, tempore interdicti concedi posse, vt notant glos. *verbo Sacramentum, in d. cap. alma*, & sequuntur *ibi* scribentes omnes, docent Calder. *de interdict. part. 2. num. 3.* Nauar. *in manuali, cap. 27. num. 178.* Conar. *in d. cap. alma, p. 2. §. 2. num. 7. & §. 3. a princip.* Henriq. *in summa, lib. 13. cap. 45. §. 2.* Vgol. *de censur. tab. 5. cap. 7. §. 6.* Sayr. *eod. tract. lib. 5. c. 7. à num. 16.* Bonacin. *de censur. disp. 5. punct. 2. §. 2. n. 1.* & notabiliter ex communi sententia amplianit Zambran. *in tract casuum Conscientiæ in articulo mortis, cap. 3. dub. 6. n. 5.* non tantum semel, sed quoties expedierit sine Bulla, & privilegio posse constitutis in articulo mortis dari Eucharistiam, tenent Soar. *tom. 3. disp. 33. sect. 1. vers. de Eucharistia*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 3. tract. 32. n. 26.* qui etiam resoluunt per contrarium Eucharistiam, si per se non vt viaticum, & extra mortis periculum consideretur, interdicti tempore sanis ministrari non posse, ex ea ratione, quia in hac materia Sacramentorum tempore interdicti regula est, quod ea solùm licent, quæ specialiter permittuntur; constat autem Eucharistiam solummodo concessam reperiri in hoc text. per modum viatici pro morientibus, nec iure nouo *in cap. alma*, circa hoc Sacramentum, vt tale aliquid immutatum est, licèt ibi permittatur vt Sacrificium *in §. adiicimus.*

5 Nec obstat si arguas ex ratione huius text. ex eo enim quod tempore interdicti morientibus pœnitentia concedebatur, colligitur, quod etiam Eucharistia denegari non debet, quare cum iam nouo iure Sexti non solum morientibus, sed etiam sanis pœnitentia concedatur, *vt suprà* dixi, videtur inferri, quod etiam Eucharistia eis denegari non debet: quia respondetur distinguendo maiorem, quòd scilicet non simpliciter conceditur Eucharistia *in hoc text.* illis, quibus pœnitentia conceditur, sed solum per modum viatici, quòd solùm, & propriè dicitur respectu morientium vt post Durand. & alios explicant Sayr. *n. 13.* & Soar. *n. 31. locis proximè citatis.*

Vnde damnatis ad mortem, quia verè morientur & in articulo mortis constituti dici possunt, dandam esse tempore interdicti, receptissima est scribentium omnium traditio, vt post Calder. testantur Conar. *d. §. 3. n. 3.* Henriq. *d. §. 2.* Vgolin. *d. c. 7. num. 3.* Sayr. *d. cap. n. 17.* Zambran. *d. dub. 6. num. 6.* Auil. *ade censuris part. disp. 4. sect. 1. dub. 4. concl. 2.* Soar. *tom. 3. disp. 35. sect. n. 29. in fine*, Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. q. 109. art.* Zerol. *in prax. Episc. p. 2. verbo Eucharistia, pag. 47.* Sayr. *in clavi regia, lib. 7. cap. 11. num. 8. cum seqq.* Bonacin. *§. 1. ex n. 2.* & faciunt tradita per Gam. *in tract. de Sacramentis præstandis vltimo supplicio damnatis, q. 1. a n.* resoluentes generaliter articulum mortis in hoc proposito non strictè esse intelligendum, sed favorabiliter, sufficere probabile periculum mortis, etiam violentiæ, quamvis euidens non sit, veluti mulieris prægnantis, vel inchoantis periculum magis naugationem, aut intrantis periculum, vel si obsessi sint à validis hostibus, his enim & similibus casibus, quia probabile mortis vertitur periculum, interdicti tempore detentis denegandam non esse Eucharistiam favorabiliter interpretantur citati Doctores. Quotiescumque autem casu, quo Eucharistia, vt viaticum, defertur adjinfamatos temporeinterdicti, licitam esse pompam, & solemnitatem consuetam, & comitatum cum luminibus, & campanula, recitatione hymnorum, & Psalmorum, licitéque Sacerdotem in reditu, vt mos est, Hostiam populo ostendere, & confessionem facere generalem: hæc enim omnia pertinent ad maiorem tanti Sacramenti ornatum, & reuerentiam, hilúmque augendam deuotionem, Nauar. *n. 17.* Conar. *§. 3. n. 7.* Henriq. *§. 2. lit. V*, Vgolin. *n. 6.* Sayr. *n. 26.* Soar. *n. 27.* Auila *concl. 4. dictis locis*, Ægid. de Coninck *Sacram. & censur. tom. 2. disp. 17. n. 44.* Bonacin. *d. n. 1. vers. dixi.*

Tum Vnctio.] Notatur ad hoc, quòd Sacramentum extremæ Vnctionis nulli laico, vel etiam Clerico aut Religioso, si sufficienti privilegio muniti non sint, potest interdicti tempore ministrari, vt per Conar. *in cap. alma, p. 2. §. 2. num. 7. vers. Extrema vnctionis*, Vgolinus *censur. tab. 5. c. 7. §. 1. & c. 10. §. 1.* Tolet. *in summ. lib. 1. c. 53. n. 4.* Henriq. *in summ. lib. 13. c. 46. §. 4.* Soar. *tom. 3. disp. 33. sect. 1. n. 38.* Sayr. *de censur. lib. 5. c. 7. n. 29.* Et. Emman. *d. q. 109. art. 3.* Auil. *de censur. p. 5. disp. 4. sect. 1. dub. 7.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. n. 24. n. 27.* Fr. Ludou. Mirand. *in manuali Prælatorum, tom. 2. q. 37. art. 8. concl. 3. in medio.*

Verùm quando infirmus nullum aliud potest recipere Sacramentum, tunc Vnctionis tempore interdicti ministrari potest, vt per Henriq. *in summ. lib. 13. c. 46. §. lit. F*, latè Zambran. *in tract. de casibus in articulo mortis, c. 5. dub. 7. a num. 5.* & licèt hunc casum rarissimè posse contingere aduertat, eo tamen dato præcepti necessitatem fatetur Soar. *tom. 4. disp. 44. sect. 3. n. 7.*

Licèt autem, &c.] Notatur ad hoc, quòd vsus Ecclesiasticæ sepulturæ per omne interdictum sive locale, sive personale prohibetur, vt per Conar. *in cap. alma, p. 2. §. 1. num. 3. vers. hoc autem*, Vgolin. *d. tab. 5. cap. 9.* Henriq. *d. lib. 13. cap. 44. §. 4.* Auil. *d. disp. 5. sect. 3.* Soar. *tom. 3. disp. 35. sect. 1.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. vsque ad finem*, Fr. Emman. *d. q. 110. art. 1. vers. parvulo. post* Vgolin. Sayr. *d. lib. 5. c. 8. num. 41. & cap. 4. num. 22.* Non solùm adultis, verùm etiam infantibus vsum rationis carentibus, vt per Conar. *d. p. 2. §. 4. n. 5. vers.* Henriq. *d. §. 4. iuncto com. lit. I*, Ludou. Mirand. *in manuali Prælat. tom. 2. q. 37. art. 8. concl. 4.* Soar. *d. sect. 1. n. 2.* dixit, quòd ideò infantes quoad Diuina audienda interdicto non includantur, quia prohibitio interdicti quoad Diuina officia est ne celebret, & ne Diuina audiat officia, qui actus aliquam præquirit cognitionem

rionem, quæ non cadit in huiusmodi infantes. At verò sepulturæ prohibitio in eo consistit, quia Ecclesia interdicti tempore nullum cadaver admittit ex iuris prohibitione, ad quod nullo rationis discursu opus est, Ægid. *d. disp.* 17. *à n.* 51.

21 Prohibitio hæc Ecclesiasticæ sepulturæ tempore interdicti locum non obtinet in festiuitatibus, in quibus Diuina celebrari iure conceditur, & resoluunt Sylvest. Angel. & alij, quos refert, & sequitur Henriq. *d. c.* 44. §. 5. *iuncto commento lit. A*, & tanquam fauorabiliorem seruandam esse hanc partem scribit Nauar. *in man. c.* 27. *n.* 181. *in fine*, eandem benigniorem, iureque & æquitate defendi posse scribit Couar. *d. p.* 2. §. 3. *n.* 6. *vers.* 8. & constanter defendit Sayr. *d. c.* 8. *à n.* 10. Verùm contrariam opinionem, quòd scilicèt prohibitio generalis Ecclesiasticæ sepulturæ locum obtineat in dictis festiuitatibus, & in omnibus priuilegiatis casibus, in quibus conceditur facultas audiendi Diuina, tenet glos. *verbo A iure*, *in Clement.* 1. *de sepulturis*, quæ sequuntur *ibi* Cardin. Bonif. Imola, & alij communiter *in cap. alma*, *de sentent. excommunic. lib.* 6. magis communem fatetur Cou. *d.* §. 5. *num.* 6. *vers.* 8. Vgol. *d. cap.* 9. §. 1. & constanter Soar. *d. disp.* 35. *sect.* 1. *num.* 11. & 13. & hanc probabiliorem, & iur. magis conformem concludit Auila *d. disp.* 4. *sect.* 3 *num.* 3.

12 Clerici tamen etiam primæ tonsuræ, dummodo priuilegiis gaudeant Clericalibus, interdicti tempore possunt in cœmeterio Ecclesiæ sepeliri. vt per Nauar. *d. n.* 1. *in fine*, Couar. *d. n.* 7. *vers. cleric.* Vgolin. *d. c.* 9. §. 2. Henriq. *d.* §. 4. *in princ. iuncto commento, lit. X* Fr. Emman. *d. q.* 110. *art.* 1. Auila *d. disp.* 4. *sect.* 3. *concl.* 2. Sayr. *d. c.* 8. *n.* 6. Soar. *d. disp.* 35. *sect.* 1. *à n.* 4. qui omnes aduertunt quòd quamvis text. *in præsenti*, concedat Clericis tempore interdicti vt in cœmeterio sepeliantur, hodie tamen liberum & licitum eis erit intra Ecclesiam sepeliri, quia olim honor iste sepulturæ intra Ecclesiam Episcopis, aliisque personis insignibus deferri cœpit, vt probat text. *in cap. nullus* 13. *q.* 2. iuxta communem intellectum, de quo post glos. Turrec. *ibi in fine*, quem alij sequuntur, vt constat ex Conrado Bruno *de cœrem. lib.* 2. *c.* 2. *vers. illud tamen*, Petr. Greg. *syntag. iuris*, *lib.* 2. *c.* 12. *n.* 12. Hodie verò consuetudine effectum est, vt quod solis Episcopis, & personis insignibus concedebatur, quibuscunque siue Clericis, siue laicis licitum & liberum iam sit, vt per Durant. *de ritibus Ecclesiæ*, *lib.* 1. *c.* 23. *n.* 7. & 8. Spino *in speculo testam. glos.* 2. *princ. à n.* 30. Cened. *ad Decretum collect.* 46. *num.* 1.

13 *Per generale interdictum*, &c.] Notatur ad hoc, quòd gratia facta Clericis vt tempore interdicti in loco sacro possint sepeliri, procedit tantum tempore interdicti generalis, vt per Innocent. & Ioan. Andr. *in præsenti*. At verò Host. tuetur quod etiam habet locum quando Ecclesia est specialiter interdicta. Has contrarias opiniones sub distinctione nititur cõciliare Abb. *in præsenti*, *n.* 10. vt scilicet prior procedat in Clericis alienis, qui sunt de aliis Ecclesiis, qui cùm habeant Ecclesias proprias non interdictas, ad quas facilè referri possunt, in eis sepeliri debent, neque expedit vt in aliis speciatim interdictis sepeliantur: altera verò habeat locum in Clericis eiusdem Ecclesiæ, in ea enim etiam speciatim interdicta sepeliri posse operatur priuilegium. Cæterùm circa prius illud distinctionis membrum subdistinguunt alij, vel enim in loco interdicto plures sunt Ecclesiæ, quarum vna solùm interdicitur, vel interdicuntur omnes; si vna tantùm interdicitur, procedit distinctio Abb. vt in ea sepeliantur Clerici proprij, non verò alieni; si verò interdicantur omnes, poterunt sepeliri in qualibet earum Clerici etiam alieni, ita Sylvest. *verbo interdictum* 5. *q.* 8. *vers.* 5. Henriq. *d.* §. 4. Sed alij distinctionem improbant indistinctè resoluentes Clericos eiusdem Ecclesiæ, vel etiam extraneos in Ecclesia speciatim interdicta posse sepeliri, etiamsi aliæ eius loci interdictæ non sint, hi sunt Sayr. *d. c.* 8. *n.* 13. Auila *d. concl.* 3. At verò Soar. inter alienos, vel eiusdem Ecclesiæ Clericos minimè distinguendum putat, sed an omnes Ecclesiæ, vel vna tantum interdicatur, nam si omnes interdicantur, concludit omnes Clericos siue eiusdem, siue alterius Ecclesiæ sepeliri posse in qualibet specialiter interdicta: si verò vna tantùm interdicta sit, nec alienos, nec eiusdem Ecclesiæ Clericos in ea sepeliendos esse, rationem inquit esse, quia priori casu interdictum omnium Ecclesiarum quoad hunc effectum generali æquiparat.

SVMMARIVM.

1 *Confiteri saltem semel in anno tenetur quilibet doli capax proprio Sacerdoti, vel alteri de eius licentia, & Eucharistia Sacramentum ad minus in Pascha recipere, & Sacerdos reuelans Confessionem deponendus est, & in Monasterium ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudendus.*

2 *Papa vi præcepti humani ad semel in anno confitendum non tenetur.*

3 *Pueri censentur rationis compotes in ea ætate, in qua cognoscunt se grauiter peccare, & discernere sciunt bonum à malo.*

4 *Peccata venialia tantùm habens non obligatur præcepto confitendi, quod intellige vt ibi.*

5 *Præcepto annuæ Confessionis satisfit quocunque anni tempore confitendo.*

6 *Annus quoad Confessionem computatur à Paschate vsque ad Pascha.*

7 *Sacerdos proprius sufficienter ad pœnitentiæ Sacramentum ille censeri debet esse, cuius assistentia, siue per se, siue per Sacerdotem à se ad eam delegatum ad Matrimonij validitatem requiritur.*

8 *Proprius contrahentium parochus quis dicatur, remissiuè.*

9 *Pœnitens an iniunctam pœnitentiam teneatur acceptare, remissiuè.*

10 *Communicans in hebdomada sancta, vel infra octauam Paschæ satisfacit præcepto Ecclesiæ.*

11 *Confessionem omittentes, & sacram communionem semel in anno, sunt suspecti de hæresi.*

12 *Sacramentalis absolutio non potest dari absenti.*

13 *Religiosus crediturus est pœnitenti dicenti se habere licentiam à proprio Parocho, vt illi ministret Sacramentum Confessionis, & Eucharistiæ.*

14 *Sacerdos proprius existens extra territorium potest absoluere Parochianum suum confiteri volentem.*

15 *Doctores referuntur de sigillo Confessionis agentes.*

16 *Confessionis sigillum tam strictè obligat, vt nullum omino quantumcunque magnum incommodum euitandum, pœnitente inuito liceat aliqua, quæ sub sigillo cadunt, reuelare.*

17 *Confessarius quomodo se gerere debeat, si pœnitens confiteatur deliberationem dissemināde hæresis, vel perpetrandi aliquod magnum crimen, ostendatur.*

18 *Confessarius in testem præsentatus, & iuramento adactus ad dicendum veritatem, dicere potest se nihil scire, vel audiuisse, si de iis interrogetur, quæ per solam Sacramentalem Confessionem nouit.*

19 *Confessarius potest eos Matrimonio coniungere, inter quos ligitimum impedimentum cognouit ex Confessione.*

20 *Peccata declarata in Confessione, & etiam alia, quæ in eorum notitiam possunt alium adducere, ab sacramentali cadunt sigillo.*

21 *Confessarius potest peccatum auditum in Confessione revelare de licentia pœnitentis.*

22 *Sacerdoti fide digno asserenti mortuum, seu morientem dedisse sibi licentiam de revelanda Confessione creditur.*

23 *Sacerdoti non iurato creditur super Pœnitentia alicuius facta.*

24 *Probatio Confessionis revelatæ de licentia pœnitentis, cui incumbat, ostenditur.*

25 *Sacerdoti dicta in Confessione à pœnitente sine proposito confitendi, & absolutionem obtinendi, an cadat sub sacramentali sigillo ostenditur.*

26 *Confessarius quibus casibus audita in Confessione revelare possit, ostenditur.*

27 *Confessor dicens, Tale peccatum in Confessione audiui, dummodo in personæ cognitionem deueniri minimè possit, non frangit sigillum Confessionis.*

28 *Confessionem revelans Sacerdos deponendus est, & in Monasterium ad agendam perpetuam Pœnitentiam detrudendus.*

Cap. Omnis vtriusque sexus. XII.

1 OMnis fidelis vtriusque sexus cùm peruenerit ad annos discretionis, id est, cùm fuerit doli capax, tenetur saltem semel in anno fideliter confiteri omnia sua peccata proprio Sacerdoti, & studeant propriis viribus iniunctam sibi pœnitentiam adimplere. Item suscipiant reuerenter ad minus in Paschate Sacramentum Eucharistiæ, nisi fortè de consilio proprij Sacerdotis ob rationabilem causam duxerit abstinendum ad tempus, alioquin viuus arceatur ab ingressu Ecclesiæ, & mortuus careat sepultura Ecclesiastica, & hoc statutum frequenter in Ecclesiis publicetur ne quis excusetur. Item si quis iusta de causa vult confiteri alteri Sacerdoti sua peccata, priùs petat, & obtineat licentiam à proprio Sacerdote, aliter illum non potest absoluere, vel ligare. Sacerdos debet esse discretus, & tantus, & vt Medicus peritus, infundere vinum, & oleum vulneribus, diligenter inquirens circumstantias peccatorum, & peccantis, vt prudenter eligat quale consilium, & remedium debeat adhibere vtendo diuersis experimentis ad saluandum ægrotum. Item Sacerdos caueat omnino ne verbo, vel signo, aut alio quovis modo aliquatenus prodat peccatorem, sed si prudentiori consilio indigeat, cautè sine expressione personæ inquirat, quia qui præsumpserit reuelare peccatum in Confessione sibi detectum, est deponendus à Sacerdotali officio, & detrudendus in arctum Monasterium ad perpetuam Pœnitentiam agendam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Ioan. à Capistrano, Marian. Socin. Alciat. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 255.* Aragona *in compend. iuris Canon. pag. 746. & vol. 4. repet. super iure Cæsonico, l. 5. Decretal.* Iacob. de Zochis, remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* remissiuè Ioan. de Valboa *in annuis Acad. prælect. Salmant. tom. 1. pag. 2. cum seqq.* desumitur ex Concil. generali Lateran. sub Innoc. III. *c. 21.* & refertur ab Ant. Aug. *collect. 4. Decret. lib. 5. tit. 14. c. 2.*

2 *Omnis vtriusque sexus,* &c.] Nota Summum Pontificem vi præcepti humani, & Constitutionis huius cap. ad semel in anno confitendum non teneri, vi inquam coactiua: siquidem vi directiua huius text. sub reatu peccati mortalis saltem semel in anno peccata sua mortalia confiteri (& idem de Eucharistiæ sumptione in Paschate dicendum est) tenetur, tum ratione naturali, quæ docet Principem legibus humanis subditum esse, eò quòd præceptum hoc de Confessione annua licèt aliqua ex parte humani iuris sit non omnino diuini, verè tamen est iuris diuini limitati per humanum. Vide Nauar. *in princip. dist. 5. n. 32. & in cap. Sacerdos, n. 50. de Pœnit. dist. 6.* Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 1. n. 5.* Vivald. *in candelabro aureo. p. 4. c. 8. n. 57.* Henriq. *in summ. lib. 1. de Sacram. Pœnit. c. 3. n. 2.* Flam. *de reserv. lib. 3. q. 18. n. 131.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 3. cap. 20. n. 2.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 7. c. 39. q. 11.* Paul. Comit. *resp. moral. lib. 1. q. 101.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l. 6. n. 49.* Fagundez *in quinque Eccles. præcep. prac. 2. lib. 1. c. 3. n. 17.* Aduerte tamen minus rectè docuisse Panorm. *in præsenti, n. 9.* teneri Pontificem ex hoc text. quia erat lex Concilij vniuersalis, quæ ligat Pontificem tanquam superior, quem meritò reprehendit Nauar. *d. princip. num. 33.* & conuincitur ex receptis sententiis, de quibus Victor. *relect. 4. n. 3. cum seqq.* Vnde facilè resolues illorum quæstionem, qui disputant an possit Summus Pontif. dispensare in hoc præcepto Ecclesiastico de confitendo semel in anno propter aliquam instam rationem, veluti cum Eremita viuente extra humanum consortium, vel simile? ex dictis enim verissima apparet pars affirmatiua, nam certum est præceptum hoc quoad temporis determinationem esse Ecclesiasticum, & positiuum, constat autem in præceptis Ecclesiasticis data iusta causa posse Pontificem dispensare, ex reg. text. *in cap. propositum, de conces. prabend.* cum similibus, ergo quamvis Pontifex dispensare non possit in præcepto diuino de confitendo in articulo necessitatis, poterit tamen dispensare Ecclesiastico de confitendo semel in anno, communi post D. Thom. Sot. *in quarto, distinct. 18. q. 1. art. 2.* alij, quos refert, & sequitur Soar. *tom. 4. disp. 36. sect. num. 5.*

Postquam ad annos discretionis peruenerit, &c.] Iuri censentur rationis compotes in ea ætate in qua cognoscunt se graviter peccare, in qua discernere incipiunt bonum à malo, honestum à turpi, nam tunc quando lethaliter delinquunt, incipiunt hoc sacramento tanquam remedio post Baptismum indigere, in quibusdam pueris citius, in aliis tardius incipit tanoris vius, in plerisque contingit ad finem septimi, vel ad octauum ætatis annum. Vide Nauar. *in man. c. 21. n. 38.* post Riccard. & Gabr. Azor. *instit. moral. part. 1. lib. 7. c. 40. q. 6.* Valer. Reginald. *d. lib. 6. de Sacram. Confess. num. 50.* Ægid. *de Sacrament. & censur. tom. 2. disp. 5. num. 51.*

Omnia sua solus peccata.] Intellige mortalia, habens enim solùm venialia non obligatur præcepto confitendi. Vide Henriq. *in summ. lib. 4. c. 4. in fine,* Azor. *d. lib. c. 39. q. 3.* Soar. *tom. 4. disp. 36. sect. 2. n. 6.* Luc. Pinel. *tr. de Confess. c. 7. dub. 2. & c. 8. post princip.* Ægid. *d. disp. 5. à n. 51.* Gutier. *canon. l. 1. c. 6. n. 7.* Ft. Ludou. Beja *moral. casuum Conscient. p. 3. casu 37.* Valer. Reginald. *d. lib. 6. n. 44. & n. 92.* vbi *n. 93.* asserit dari duos casus in quibus necessariò de veniali, sicut & de mortali facienda est Confessio Sacramentalis, alter quando de aliquo veniali dubitatur an sit mortale; alter verò quando quis tantopere afficitur ad aliquod peccatum veniale, vt meant se per illud inducendum ad mortale, nisi confitendo refrænet fortiter talem effectum, nam continuo tiret alioqui in mortale consensu saltem interpretino. Et quòd non habentes conscientiam peccati mortalis, confiteri nó tenentur venialia etiam ex hoc præcepto Ecclesiæ, resoluunt DD. communiter *in hoc text.* vbi gloss. *verbo omnia,* Nauar. *in man. c. 21. n. 14.* S. Thom. *in addit. ad 3. p. quæst. 3. art. 3. ad 2.* expresse Victor. *Sacrament. n. 118.* Vivald. *in candel. aureo, vbi de Con-*

fessione

fessione à num. 51. Pro qua sententia sic arguit S. Thom. *dicto cap. omnis*, præcipitur omnia peccata confiteri, sed impossibile est, vel saltem nimis difficile omnia venialia confiteri, cùm in ea frequentius cadant etiam iusti, iuxta illud: *Septies in die cadit iustus, Proverb. c.*14. refertur *in cap. septies, de Pœnit. dist.*3. igitur non fuit intentio Concilij generalis obligare ad Confessionem venialium, iuxta *cap. erit autem lex*, ibi, *possibil. 5. distinct.* Deinde facit quia Pontifex *in hoc text.* præcipit peccata proprio Sacerdoti confiteri, constat autem venialia posse Sacerdoti cuicumque confiteri, quamvis proprius non sit, vt Ecclesiastica consuetudine receptum fatentur rationem latè controuertentes, Nauar. *in cap. placuit, num.* 22. *& in man. cap.* 2. *n.* 7. multi de quibus Henriq. *lib.* 6. *cap.* 8. §. 6. Soar. *disp.* 24. *sect.* 2. *n.* 8. & latè *disp.* 26. *sect.* 5. *à princ.* Tandem quia *in hoc text.* imponitur pœna grauissima illi, qui semel in anno confitetur, vt scilicet viuens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, mortuus verò Ecclesiastica careat sepultura, præter pœnam excommunicationis synodalibus constitutionibus statutam, quæ sanè pœnæ duæ sunt si incurrantur propter solam Confessionis omissionem venialium contra text. *in c. afferamus, in fine* 24. *q.* 1. cum similibus, de quibus Mantu. *dialog.* 118. *à princip.*

Ad hoc quòd idem censetur Parochus ad coniungendos Matrimonio atque Confessiones excipiendas, ex Sanch. colligit Basil. Pont. *in suo nouissimo tract. de Sacram. Matrim. lib.* 5. *c.* 13. §. 1. *n.* 6. *in princ.* Et de Vicario Episcopi, quod sit proprius Sacerdos ad audiendas Confessiones iuxta hunc text. tenet idem Basil. Pont. *d. lib.* 5. *c.* 11. *n.* 10. Et quòd possit ex generali concessione facultatem, seu licentiam Confessionem audiendi aliis concedere notat contra plures Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 29. *n.* 15. sequitur Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum, p.* 1. *n.* 203.

5 *Saltem semel in anno.*] Notatur ad hoc, quòd satisfit huic præcepto annuæ Confessionis quocumque anni tempore confitendo, vt per Henriq. *in summ. lib.* 4. *c.* 4. §. 7. Vasq. *in* 2. 2. *D. Thom. q.* 90. *art.* 3. *dub.* 1. *n.* 5. *&* 15. Ægid. *d. disp.* 5. *n.* 58. Vnde si quis Confessionem fecit intra annum, non tenetur postea in Quadragesima confiteri, cùm iam adimpleuerit præceptum annuæ Confessionis, ita Sot. *n.* 4. *dist.* 18. *quæst.* 1. *art.* 4. Valent. *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 9. *puncto* 4. Soar. *p.* 3. *tom.* 4. *disp.* 36 *sect.* 3. *n.* 4. Valer. Reginald. *d. lib.* 6. *n.* 33. Zerol. *in praxi pœnit. c.* 10. *q.* 9. Molfes. *in summ. Theolog. moral. tom.* 1. *tract.* 7. *c.* 10. *n.* 23. refert & sequitur Diana *resol. moral. part.* 2. *tract.* 3. *miscel. resol.* 54. *in fine*, vbi subdit quòd fieri potest, vt alio titulo teneatur confiteri, vt si post Confessionem peccauit mortaliter, & susceperus est Eucharistiam in Paschate, aut si mortis articulus superueniat,

6 in his enim casibus ait teneri denuo confiteri. Computatur hic annus à Paschate, vsque ad Pascha, vt per Soar. *tom.* 4. *disp.* 36. *sect.* 3. *num.* 8. Azor *d. lib.* 7. *c.* 36. *q.* 6. Valer. Reginald. *d. lib.* 6. *n.* 36. Luc. Pinel. *d. tract.* 2. *de Confess. c.* 8. *dub.* 1. Ægid. *d. disp.* 5. *n.* 56. Et si quis facta Confessione hoc anno aliqua peccata mortalia omiserit per oblivionem excusabilem, vel aliquam causam rationabilem, non tenetur vi præcepti Ecclesiastici statim confiteri eadem peccata. Vide Luc. Pinel. *d. tr.* 2. *de Confess. c.* 7. *dub.* 3. Valer. Reginald. *d. lib.* 6. *n.* 40.

7 *Proprio Sacerdoti.*] Proprius Sacerdos sufficienter ad Sacramentum Pœnitentiæ censeri debet ille esse cuius assistentia siue per se, siue per Sacerdotem à se ad eam delegatum ad Matrimonij validitatem requiritur, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 31. *n.* 178.

8 Proprius contrahentium Parochus quis dicatur, vide Thom. Trinis. *Venetiæ decis.* 23. *lib.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib.* 6. *præs.* 88. Henriq. *in sum. lib.* 11. *c.* 3. *n.* 3. Petr. de Ledesma *de Matrim. quæst.* 45. *art.* 5. *puncto* 3. Stephan. Gratian. *discept. forens. c.* 76. *n.* 18. latè Cened. *pract. lib.* 1. *q.* 30. *à n.* 45. Franc. Molin. *de ritu nupt. lib.* 3. *different.* 11. *n.* 88. *cum seqq.* Gutier. *in tract. de Matrim. c.* 63. *n.* 6. *& c.* 73. resoluit habentem duplicem Parochiam posse in qualibet Matrimonium contrahere Basil. Pont. *de Sacram. Matrim. c.* 13. §. 1.

Et iniunctam sibi pœnitentiam, &c.] An pœnitens 9
iniunctam pœnitentiam teneatur accipere? quæstio est controuersa, de qua pro vtraque parte plures citati Doctores ad text. *in c. significauit* 3. *supra hoc tit.* An autem pœnitentiam in Confessione iniunctam possit quis per alium implere? vide Iul. Lauor. *de Indulgent. p.* 2. *c.* 5. *n.* 48.

In Pascha Eucharistiæ Sacramentum, &c.] Eugen. IV. 10
declarauit quòd communicans in hebdomada sancta, vel infra Octauam Paschæ satisfacit præcepto Ecclesiæ, die 8. Iunij 1446. Pontificatus sui anno X. provt testantur Stephan. Quarant. *in summa Bullarij*, *verbo Communio*, Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 7. *c.* 41. *q.* 2. Zerol. *in praxi Episcopali, p.* 1. *verbo Eucharist.* §. 7. Henriq. *in summ. lib.* 8. *c.* 5. §. 1. *à princ.* vbi dicit quòd in pluribus diœcesibus consuetudo extendit à principio Quadragesimæ, vsque ad decimum quintum diem post Pascha, & potest etiam extendi in longius tempus ex Episcopi, aut confessarij dispensatione rationabili. Peccat enim mortaliter qui sine iusta causa in Paschate non communicat, vt per Sayr. *in Clau. Regia lib.* 3. *c.* 7. *n.* 25.
Imo Confessionem omittentes, & sacram Communio- 11
nem semel in anno sunt suspecti de hæresi, quia hoc est signum hæresis, & malæ credentiæ; ita Peña *in direct. Inquisit. p.* 3. *comment.* 24. Zerol. *in praxi Episcop. p.* 1. *verbo casus, vers. Confessionem, pag.* 78. Menoch. *de præsumpt. lib.* 5. *præs.* 6. *n.* 27. Franc. Ludou. Beja *resp. casuum Conscientiæ, p.* 4. *casu* 4.

Sua confiteri peccata, &c.] In generali Congregatio- 12
ne sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico in Monte Quirinali coram S. D. N. Clem. diuina prouidentia Papa VIII. proposita fuit quæstio, Vtrùm liceat per literas, seu internuntium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere? Sanctissimus D. N. auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Illustriss. & Reuerendiss. Dominis Cardinalibus contra hæreticam prauitatem generalibus Inquisitoribus maturè, ac diligenter considerata, hanc propositionem, scilicet licere per literas, seu internuntium Confessario absenti peccata sacramentaliter confiteri, & ab eodem absente absolutionem obtinere, ad minus ita falsam, temerariam, & scandalosam damnauit, ac prohibuit, præcipitque ne deinceps ista propositio publicis, priuatisque lectionibus, concionibus, & congressibus doceatur, neve vnquam tanquam aliquo casu probabilis defendatur, imprimatur, aut in praxim quovis modo deducatur, quòd si quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut de ea etiam disputatiuè tractauerit, (nisi forsan impugnauerit) vel ad praxim directè, seu indirectè deduxerit, præter excommunicationem latæ sententiæ, quam ipso facto incurrat, à qua non possit (præterquam in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, etiam S. R. Ecclesiæ maioti Pœnitentiario, nisi à pro tempore existente Romano Pontifice absolui, aliis etiam pœnis pro arbitrio infligendis subiaceat. Quintilianus Adrianus Not. Publicata fuit Romæ 19. Iunij 1602. refert Prosper de Augustino *in addit. ad* Stephan. Quarant. *summa Bullarij, verbo Confessio Sacramentalis, pag.* 302. de ea agunt Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l.* 6. *c.* 1. *n.* 5. Ægid. de Coninck *de Sacram. &*

censuris

censuris, tom. 2. disp. 4. n. 68. Et ita inualidè absoluis absentem, etiamsi priùs præsentis Confessionem audieris, vt per Cord. Tolet. *in summ. lib. 3. c. 6.* Valent. *part. 3. disp. 7. q. 11. puncto 1. §. quod autem,* Soar. *tom. 4. disp. 19. sect. 3. n. 7.* Ægid. *disp. 4. n. 69.*

13 *Licentiam prius postulet, & obtineat.*] Aduerte quòd Religiosus crediturus est dicenti se habere licentiam à proprio Parocho, vt illi ministret Sacramenta Confessionis, & Eucharistiæ, & Parochus crediturus est parochiano dicenti se fassum esse habenti legitimam licentiam ipsum absoluendi, atque ita debet illi ministrare Eucharistiam, vt per Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 37. n. 1.*

14 Aduerte etiam, quòd proprius Sacerdos, & Parochus existens extra territorium suum potest absoluere parochianum suum confiteri volentem, de quo vide Victor. *de Sacram. num. 136.* Fr. Emman. *in explic. Bullæ Cruciatæ, §. 9. dub. 4. fol. 78.* Zerol. *in praxi Episcop. p. 1. verbo Parochus, pag. 274.* Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 34. n. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 62. num. 9.* in foro pœnitentiæ non requiritur remissio, nec forensis sortitur forum delicti, vt per Mich. Graff. *tom. 1. commun. opin. l. 3. tit. 13. n. 7. pag. 400.* Bonacos. *commun. crim. p. 2. verbo forum, fol. 30. & 32.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 38. n. 5.*

15 *Caueat autem,* &c.] De sigillo Confessionis, & qua pœna afficiantur confessores peccata pœnitentis publicare præsumentes, vide plures Doctores, quos plena manu refert Cened. *ad Decret. collect. 60. n. 1.* quibus adde Henriq. *in summ. l. 6. c. 19. cum sex seqq.* Soar. *tom. 4. disp. 33. & 34.* Fr. Ludou. Beja *resp. casuum conscient. p. 3. casu 12. cum seqq.* Menoch. *l. 6. de præsumpt. præs. 95.* Vasq. *de Pœnit. q. 93. art. 4.* Sayr. *de Pœnit. c. 26.* Hier. Onuphr. *de sacro sigillo,* Zerol. *de Pœnit. c. 20.* Pesant. *in addit. ad 3. p. q. 11.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 35. art. 1.* Bernard. Græuæ. *ad practicam Cameræ Imp. l. 1. conclus. 10. cons. 2.* Farin. *in praxi crimin. p. 2. q. 51. n. 93. cum seqq.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 2. per totum,* Ægid. de Coninck *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 9.* Martin. Delri. *disquis. magic. l. 6. sect. 2. c. 1. pag. 473.* Torreblanc. *in tract. de magia, lib. 4. de criminis punit. c. 7. de sigillo Confess.* Paul. Layman. *in Theologia morali, lib. 5. tract. 6. c. 14.* Aldrete *de Religiosa disciplina tuenda, l. 2. c. 9.* latè Bonacin. *de Sacram. disp. 5. quæst. 6. sect. 5.*

16 Hoc sigillum tam strictè obligat, vt ob nullum omnino quantumcumque magnum incommodum enitandum, vllo vnquam casu inuito pœnitente liceat aliqua, quæ sub sigillo cadunt, reuelare; etiamsi aliàs integrum regnum debeat perire, vt per Henriq. *lib. 6. c. 19.* Ægid. *disp. 9. n. 19.* Valer. Reginald. *d. l. 3. n. 12.* vbi *n. 13.* dicit procedere etiamsi Confessio censenda sit inualida, nec danda confitenti absolutio tanquam non petenti sufficienter, de quo etiam Zerol. *de pœnit. c. 20. q. 12.* Bonacin. *disp. 5. puncto 2. num. 6.* Intellige quoties pœnitens peccatum manifestauit Confessario animo se accusandi, seu per modum accusationis coram Deo, secus si pœnitens declarauit non animo se accusandi, sed potiùs peruertendi Confessarium, illumque incitandi ad malum; quamobrem quidam Cardinalis, teste Soto, mulctatus fuit à Summo Pontifice, eo quòd non manifestauerit conspirationem in Papam, quam alter ipsi aperuerat in Confessione, non intentione se accusandi, sed animo illum trahendi ad eandem conspirationem, ita Sot. *in 4. dist. 18. q. 4. art. 5.* Valer. Reginald. *d. lib. 3. n. 66.* Onuphr. *de sigillo, sect. 4. q. 6. concl. vnic.* Bonac. *d. puncto 2. n. 7.*

17 Occurrente casu, in quo pœnitens confitetur deliberationem disseminandæ hæreseos, vel perpetrandi alterius criminis quamlibet magni, à quo desistere nolit; imo & quod proponat executioni mandare, potest Confessarius Episcopum, aliúmve, cui tam ecclesiæ curæ fuerit, monere generaliter, vt inuigilet super gregem suum, eo quòd lupus rapax tentet eum inuadere; potest etiam cætera facere, quibus obuietur delicto committendo, sine aliqua tamen eius; qui confitetur, est, manifestatione, etiamsi hæc sola remedium esset hæreseos, vel alterius grauissimi criminis impediendi, vt per omnia prospiciatur sigilli sacramentalis integritati, & diuinæ legi minimè aduersetur. Vide Nauar. *in c. Sacerdos, n. 124. de Pœnit. dist. 6.* Conar. *de sponsal. p. 2. c. 8. §. 12. n. 10.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap. tit. A, vers. erit tamen clericus,* plures refert Dodtor Cened. *d. collect. 60. n. 5.* quibus adde Torreblanc. *d. c. num. 10.* Paul. Layman. *d. c. 14. n. 11. vers. ex eo,* Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 16. q. 2.* Martin. Delri. *d. sect. 3. pot. quoad secundum,* Valer. Reginald. *d. lib. 3. n. 5.* vbi *n. 6.* cum Sanch. resoluit Abbatem, qui ex Confessione hominachi nouit vergere in perniciem religionis, quòd is maneat in aliquo officio, potest illum admonere, dummodo id fiat sine renelatione Confessionis, de quo vide Zerol. *de Pœnit. c. 20. §. 9.* Onuphr. *de sacro sigillo, sect. 2. q. 2. dub. 2. vers. sequitur quarto,* & *sect. 4. q. 6. vers. sequitur secundo,* Sayr. *de Pœnit. c. 3. n. 5.* Bonacin. *d. sect. 5. puncto 4. n. 19.*

Illud tamen est aduertendum quòd vbi hæresim simulata Confessione hæreses suas persuadere conantur ipsissimet Confessoribus, tunc tales Confessarii possunt propalare huiusmodi hæreticos, de quo vide Simanch. *de Cathol. c. 52. n. 15.* Sot. *de ratione regni secretum, membr. 3. q. 4. vers. verùm tamen sunt qui.* Vide *in candel. aureo, tit. de sigillo Confessionis, ex n. 15.* Sp. *in specul. testam. gloss. 12. rub. n. 33.* Steph. Gæta *in cap. ad limina 30. q. 1. §. 5. n. 491. vers. & hæc intelligo sunt,* Cened. *ad Decret. collect. 60. n. 7.*

Confessarius in testem præsentatus, & iuramento adactus ad dicendam veritatem, dicere potest nihil se scire, vel audiuisse, si de iis interrogetur, quæ per modum sacramentalem Confessionem nouit, etiamsi interrogatio expresè fiat, & tale quid audiuerit in Confessione. Vide Nauar. *in d. c. Sacerdos, n. 141. & seq. Concil. Carion. lib. 1. c. 11. n. 74.* Cened. *d. collect. 50. num. 1.* Sotus *tom. 4. disp. 33. sect. 6. n. 6. & 7.* Valer. Reginald. *d. lib. 3. n. 22.* Layman. *d. c. 14. n. 12.* Martin. Delri. *d. sect. 2. c. 1.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 1. c. 13. n. 1.* Nugnus *in addit. ad 2. part. q. 11. art. 1. diffic. 1. vers. ad quartum,* Soar. *de Pœnit. disp. 33. sect. 6. n. 6.* Ægid. de Coninck *d. disp. 9. dub. 1. n. 15.* Onuph. *de sigillo, sect. 2. q. 2. dub. 1. vers. respondeo,* Bonac. *d. sect. 5. puncto 4. n. 11.* Gigl. *de crimine læsæ maiest. tit. qui accusare poss. q. 18. n. 4. actus.* Gomez *tom. 3. variar. cap. 13. n. 9.* Malcard. *de probat. in præfat. q. 5. n. 51.* Mart. *de iurisd. p. 2. c. 14. n. 18.* Nec iudex ex illis quæ à tali sacrilego violatore accepit, aut ex scripto peccata commendata vt confiterentur cognouit, aut aliquo auscultante pœnitentem intelligit, poterit illum ad torturam condemnare, Gom. *d. q. 3.* Malcard. *concl. 377. n. 1. & 3.* Menoch. *de præsumpt. l. 1. q. 89. n. 26. & 27.*

Vlteriùs potest Confessarius eos Matrimonio coniungere, inter quos legitimum impedimentum est, si nouit ex Confessione, vt si quis confessus sit se cognouisse carnaliter sororem illius, cum qua vult Matrimonium contrahere, quia Parochus ex Confessione tantummodo sciens publicè petenti coniugium negat id ei negare ob impedimentum sic cognitum. Vide Conar. *de sponsal. part. 2. c. 8. §. 12. n. 9.* Salzed. *d. c. lit. A, vers. sunt etiam ex nostris,* Malcard. *de probat. concl. 377. n. 4. cum seqq* Cened. *d. collect. 60. n. 6.* Henriq. *lib. 6. c. 18. §. 5. lit. V.* Valer. Reginald. *d. lib. 3. n. 23.* Gonzal. *de Matrim. cap. 51. n. 11.* Ægid. de Coninck *d. disp. 9. n. 67.* Bonac. *d. q. 6. sect. 5. puncto 2. n. 8.*

Sub

20 Sub Sacramentale sigillum cadunt non modò peccata declarata in Confessione, sed etiam alia, quæ in eorum notitiam possunt aliud adducere, etiamsi non fuerit necessarium ea exprimi in ipsa Confessione, item quæ verecundiam, vel detrimentum possunt afferre pœnitenti. Vide Soar. *d. disp. 33. sect. 2. à n. 5.* Valer. Reginald. *d. lib. 3. à num. 38.* Et semper est peccatum mortale sine venia pœnitentis aliquid, quod cadit sub sigillum, etsi sit leuissimum peccatum veniale, reuelare, Henriq. *lib. 6. cap. 19. §. 3.* Ægid. *d. disput. 9. n. 24. & 25.*

21 De licentia pœnitentis potest Confessarius peccatum in Confessione auditum reuelare. Vide Ioan. Medina *in C. de Confess. in cap. de licentia confitentis ad reuelandum Confessiones*, Sylvest. *verb. Confessio, il. 8. n. 5.* Nauar. *in man. c. 8. n. 15. vers. 19.* Torreblanc. *d. lib. 4. de crimin. punit. c. 7. ex n. 19.* Sanch. *in præcepta Decalog. tom. 2. lib. 6. c. 18. n. 43.* Paul. Layman. *d. c. 19. n. 14.* Soar. *tom. 2. disput. 33. sect. 5. num. 6.* Couar. *de sponsal. part. 2. cap. 8. §. 12. num. 11.* Viuald. *in candelabro aureo, tit. de sigillo Confess. num. 13.* Salzed. *d. c. 109. vers. unus tamen casus*, Mascard. *d. conclus. 377. num. 9. & 10.* Cened. *d. collect. 60. num. 2.* Henriq. *lib. 6. c. 23. §. 1. lit. D.* Coriolan. *de casibus reservatis, p. 1. sect. 2. art. 15.* Valer. Reginald. *lib. 4. num. 55. cum seqq. & num. 57.* disserit quomodo possit Confessarius aliquid auditum in Confessione reuelare de licentia pœnitentis, cùm non possit de licentia Papæ, & *num. 59.* resoluit, quòd non sufficit licentia præsumpta, sed requiritur actu data, saltem tacitè, ita etiam Ægid. *d. disp. 9. num. 22. & 23.* Bonac. *d. quæst. 6. sect. 5. punct. 4. num. 9.* Layman. *d. num. 14. vers. sunt verò*, vbi *num. 16.* quod potest licentiam reuocare.

22 Dicto Sacerdotis fide digni asserentis mortuum, seu morientem dedisse sibi licentiam de reuelanda Confessione creditur, vt per Vinian. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 17. n. 7. vers. sed hoc fallit, pag. 204.* Menoch. *de arbitr. casu 414. n. 8. & de præsumpt. lib. 6. q. 95. num. 5.* Mascard. *d. concl. 377. n. 9. & concl. 982. n. 4.* Fr. Emman.

23 *quæst. regul. tom. 2. q. 35 art. 1.* Valasc. *consil. 73. n. 1.* Sigillum enim Confessionis durat etiam post mortem, Sayr. *in clavi Regia, lib. 11. c. 7. n. 32.* Et super pœnitentia alicuius facta creditur Sacerdoti non iurato, vt per Rebuff. *de reprobat. testium, n. 316.*

24 Aduertendum est, quod si quis tertius dicat Sacerdotem reuelasse Confessionem, & ipse concedat se licentiam reuelandi habuisse à pœnitente, illi tertio incumbit onus probandi factam esse reuelationem sine pœnitentis licentia; cui oneri satisfacere censebitur si ostendat, quòd idem Sacerdos simpliciter reuelauerit, aut se reuelasse dixerit pluribus, nihil addendo de habita reuelandi licentia. Si verò ille, qui Confessionis reuelationem Sacerdoti obiicit, sit peccator, qui ei confessus est, tunc standum est ipsius Sacerdotis iuramento, maximè si vir probus sit & bonæ famæ; cùm de nullo, maximè de Sacerdote, præsumendum sit malum sine probatione, atque reuerentia Sacramenti (ne scilicet temerè credatur sigillum ipsius fractum) exigat, vt in dubio declinetur in Confessarij fauorem, nisi id quod obiicitur sit dictum, aut factum ab eodem Confessario in pœnitentis, aut alterius detrimentum, de qua re vide Iacob. à Graff. *in decis. aureis, p. 1. lib. 1. c. 23. n. 12.* Henriq. *in summ. l. 6. c. 19. in fine*, Soar. *tom. 4. disp. 33. in fine*, Valer. Reginald. *d. l. n. 68.* Aloys. Ricc. *in decis. Curiæ Archiep. Neapol. p. 1. decis. 190.* Menoch. *de arbitr. casu 414.* Mascard. *concl. 1286.* Martin. Delri. *disquis. magic. lib. 6. c. 1. sect. 1.* Farinac. *q. 51. à n. 112.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 35. art. 1.* Aldret. *de Relig. disciplina. tuenda, lib. 2. c. 17. n. 6. cum seqq.*

25 Quando pœnitens sine proposito confitendi, & absolutionem obtinendi dicit Sacerdoti: *Hoc tibi aperio in Confessione*, etiamsi dicat flexis genibus, & fronte signo Crucis signata, cum ad Sacramentalem Confessionem id non sufficiat, non obligat ad sigillum Confessionis, sed obligat tantum eo secreti vinculo, quo alia facta extra Confessionem, Salzed. *d. c. 109. vers. est autem perpetua memoria dignum*, Viuald. *d. tit. de sigillo Confessionis, n. 15. post med. & n. 37.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 11. n. 47.* plures refert Cened. *d. collect. 60. num. 4. & ad Decret. collect. 27. n. 1.* quibus adde Victor. *de Sacram. n. 173.* Ant. Gom. *tom. 3. var. c. 13. n. 9.* Menoch. *cons. 207. n. 7. cum seqq.* Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 13. n. 6.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 12. c. 16. num. 15.* Bernard. Græuæ. *ad pract. Cam. Imper. lib. 1. concl. 100. consid. 2. n. 12.* Henriq. *lib. 5. c. 21. §. 3. lit. P.* Valer. Reginald. *d. lib. 3. n. 67.* Bonac. *d. q. 6. sect. 5. punct. 2. n. 3.* Torreblanc. *in tract. de magia, lib. 4. de crim. punit. c. 7. n. 4.*

Aliqui sunt casus præter supra adductos in quibus 26
sine licentia confitentis licet reuelare aliquid auditum in Confessione. Primus, si ipsemet confitens extra Confessionem illud detexerit. Secundus, cum Sacerdos indigens consilio circa peccatum auditum consulit virum doctum, dummodo persona, quæ peccauit, nequeat inde venire in notitiam, vt probat text. *in c. officij, supra hoc tit.* Tertius, quando Confessarius ea, quæ per Confessionem nouit, adhuc alia via didicit, siue Confessarius talia nouerit antequam Confessio fieret, siue postea. Vinal. *in candel. tit. de sigillo Confess. n. 34.* Gutier. *d. c. 11. n. 64.* Torreblanc. *d. cap. 7. n. 22.* vbi *n. 24.* subdit non esse credendum Sacerdoti dicenti se extra Confessionem resciuisse, quantumvis probatæ vitæ sit, nisi id probet in quo si succumbat, extraordinariè punitur arbitrio iudicis. Quartus, cum qui confitetur peccatum aliquod à se perpetrandum nolens mutare tale malum propositum, ea intentione, vt Confessarium peruertat, moneátque ad malum, quos casus adducit Valer. *d. lib. 3. num. 61. cum seqq.*

Confessor dicens, tale peccatum mortale in Con- 27
fessione audiui, dummodo in personæ cognitionem deueniri minimè possit, non frangit sigillum Confessionis, vt per Victor. *de Sacram. n. 189.* Nanar. *in man. c. 8. n. 12. vers. neque ille*, Viuald. *d. tit. de sigillo Confess. num. 33.* Cened. *d. collect. 60. num. 8.* Bonac. *d. q. 6. sect. 5. punct. 4. n. 1.*

Non solùm à Sacerdotali officio deponendum, &c.] 28
Notatur ad hoc, quòd Sacerdos reuelans Confessionem deponendus est, & in Monasterium ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudendus, vt per Menoch. *d. casu 474. num. 9.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 1. c. 23. ad fin. num. 45.* Zerol. *de Pœnitent. c. 20. quæsito 5.* Torreblanc. *d. c. 7. num. 26.* Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, præc. 2. lib. 6. c. 7. n. 2.* Nugn. *in addit. q. 11. art. 1. difficult. 1. vers. circa iura*, vbi aduertit pœnam peregrinationis, quæ olim iniungebatur frangenti sigillum Confessionis, mutatam fuisse in pœnam perpetuæ reclusionis in Monasterio, Onuph. *de sacro sigillo, sect. 5. quæst. 2. conclus. vnic.* vbi *quæst. vltim. conclus. vnic.* benè aduertit improbabilem esse illorum opinionem, qui asserunt Sacerdotem infringentem sigillum Confessionis incurrere irregularitatem.

SVMMARIVM.

1 *Medici vocati ad infirmos debent ante omnia inducere infirmum ad Confessionem, nec quicquam persuadere pro salute corporis tendens in animarum periculum.*

2 *Morbi ab animæ peccatis, & pestilentiæ ex sceleribus originem trahunt.*

3 *Medici vocati ad medendum infirmo in lecto iacenti, eum ante omnia tenentur monere, & inducere, vt confiteatur, & quid, attenta Constit. Pij V. ostenditur.*

4 *Infirmum morbi periculo carentem an teneatur medicus admonere, vt confiteatur, ostenditur.*

5 *Anima cæteris rebus anteponenda.*

CAP. Cùm infirmitas. XIII.

1 MEdici corporales vocati ad ægrotum ante omnia debent monere, & inducere ægrotum, vt confiteatur, sæpè enim peccatum est causa infirmitatis, & sic post Confessionem salubrius curatur corpus & medicus, qui transgreditur hanc constitutionem, tandiu ab ingressu Ecclesiæ arceatur, donec competenter satisfecerit. Item medicus sub pœna excommunicationis non suadeat ægroto aliquid quod conuertatur in periculum animæ pro salute corporali. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistrano, Vivian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 256.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 747.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* desumitur ex Concil. Lateran. sub Innocent. III. *c. 22.* & refertur ab Anton. August. *collect. 4. Decret. lib. 5. tit. 14. c. 4.*

2 *Nonnunquam ex pectato proueniunt.*] Et ita morbi ab animæ peccatis originem trahunt, & pestilentiæ ex sceleribus oriuntur, vt per Tiraq *de nobilit. c. 31. n. 306.* Mich. Afinon. *de vnitate ouilis, & pastoris, c. 23. n. 1. in fine,* Azened. *l. 5. ex n. 2. tit. 1. lib. 1. nouæ recop.* Nam, vt inquit D. Chrysost. *homil. 28. in c. 8. Matthæi*, ægrotationes plurimæ ab animæ peccatis originem trahunt. Imo & mors aliquando citiùs venit propter peccatum, gloss. *verbo in c. qua fronte, de appellat.* Neuiz. *in Sylua nupt. lib. 4. num. 94. vers. propterea dicit,* Sebast. Medic. *in tract. Mors omnia soluit, p. 1. n. 172.*

3 *Præsenti decreto,* &c.] Præcipit, & districtè mandat Innoc. III. auctor huius text. vt medici ad medendum infirmo in lecto iacenti, vocati, eum ante omnia moneant, & inducant, vt confiteatur, quod postea innouauit Pius V. suo Motu proprio edito anno 1566. incipien. *Supra gregem Dominicum*, quem ad literam refert Steph. Quaranta *in summa Bullarij, verbo medicus*, vbi additum præceptum est, vt medici vltra tertium diem ægrotum non visitent, nisi per Confessarij scriptum ipsis de infirmi Confessione fides fiat, vel nisi Confessarius ex iusta causa longius tempus infirmo concedendum iudicet. Item præcipit Vniuersitatibus, & Collegiis, vt cùm licentiam medendi alicui concesserint, aut ad Doctoris gradum promouerint, exigant ab eo iuramentum hæc seruandi, de quo Motu proprio & quando, quóve modo medicus teneatur infirmo persuadere Confessionem Sacramentalem, vt d. Sylvest. *verbo medicus, num. 3.* Paul. Fusc. *de visit. lib. 2. c. 30. ex n. 2.* Nauar. *in man. c. 25. ex n. 61. vers. que non,* Azened. *d. l. 5. n. 3.* Maiol. *de irregul. lib. 5. c. 48. §. 5. n. 3.* Ludou. Bejam *responsa casuum Conscientiæ, p. 1. casu 11.* Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauar. l. 3. tit. 23. l. 3. de medicis,* latè Sanchez *in præcepta Decalog. l. 3. c. 18. à princip.*

4 *Ad infirmos.*] Quidam intelligunt de infirmis à morbis vitæ periculum afferentibus, quasi secus sit quando constat morbum periculo carere, vt per Nauar. *in manuali, c. 25. n. 61.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p. 1. lib. 3. c. 14. n. 7.* Veg. *tom. 2. summæ, c. 35. casu 3.* Fr. Emman *in summ. tom. 2. c. 246. in fine.* Alij verò intelligunt, quando infirmitas est talis, vt nec deliciis, nec ex solo podagræ impedimento, sed ex se lectum petat, vt per Soar. *tom. 4. disp. 35. sect. 3. n. 3. & 4.* Sanch. *d. c. 18. n. 7.* asserentes text. *in præsenti*, non de solo morbo periculoso, sed de quocumque graui intelligi, & prædictam admonitionem satis esse, siue sciat per ipsummet medicum, siue per alium aduertens attento Motu proprio Pij V. medicum teneri deserere infirmum, qui tertia die à monitione transacta Confessionis salutis non fecerit per scriptum Confessarij, tamen Doctores admittunt, etsi credatur eam admonitionem nihil profuturam ob ægri obstinationem, non teneri medicum admonere, nec eum deserere.

Ante omnia.] Id est, antequam medicus medicinam applicet, vt per Nauar. *d. c. 25. n. 61.* Sanch. *d. c. 18. n. 4.*

Cæterum cum anima sit, &c.] Est enim anima cæteris rebus anteponenda, Tiraq. *de pia causa, in præfat. part. vers. sed si hoc*, Mascard. *de probat. concl. 1171. n. 4.* Bellonoch. *de præsumptionib. lib. 4. præsumpt. 112. n. 4.* & *præsumpt. 152. n. 4.* Gutier. *in repetit. l. nemo potest, n. 486. ff. de legatis 1.* Card. Mantic. *de tacitis, & ambig. conuentionib. tom. 2. lib. 13. tit. 28. n. 10.* Card. Tusch. *tom. 1. lit. A. concl. 333.* Ego ipse *Axiom. 26. n. 1.*

Ne quis medicorum, &c.] Notatur ad hoc, quòd medicus sub pœna excommunicationis non possit aliquid suadere infirmo quod sit in detrimentum salutis æternæ, vt per Nauar. *in man. c. 25. n. 62.* Sylvest. *verbo medicus, n. 4. vers. quartum nunquam licet,* Rebell. *in auth. habita, C. ne filius pro patre, vers. ad obedientiam Deo, pag. 592.* Fusch. *de visitat. lib. 2. c. 30. n. 4.* Reginald. *succes. c. 10. n. 32.*

Fuerit promulgata.] Ergo requiritur promulgatio in partibus, vt per Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 5. c. 3. col. 3.* vide tamen quæ dixi ad *c. 2. supra de constit.*

In gloss. *Arceatur*, ibi, *per sententiam, non ipsum.* Sequuntur Tiraq. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, n. 21.* Sayr. *in claui Regia lib. 3. c. 8. n. 21.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Quæstores eleemosynarum sine Apostolici, vel diœcesanorum literis admitti non debent, nec aliud prædicare possunt quàm in forma continetur literarum.*

3 *Quæstorum eleemosynarum nomen & vsus in Christianæ Religionis locis abolendum præcipit Concil. Trid.*

4 *Quæstores eleemosynarij nullo modo nec per se, nec per alium prædicare debent.*

5 *Indulgentias in suis diœcesibus qualiter Episcopus concedere possunt, ostenditur.*

6 *Episcopi si concedant Indulgentias vltra numerum taxatum, an corruant in totum, vel in excessu, ostenditur.*

7 *Indulgentias concedendi facultatem habens Episcopus ex commissione Papæ, ac proinde siue communis canonico, non verò Diuino.*

8 *Indulgentias concedere potest Episcopus electus & confirmatus, nondum consecratus.*

9 *Vicarius generalis Episcopi, aut alius Clericus ex mandata Episcopi facultate potest Indulgentias concedere.*

10 *Capitulum Sede vacante an possit Indulgentias concedere, remissiuè.*

11 *Episcopi an possint Religiosis Indulgentias communicare iuxta suam facultatem, ostenditur.*

12 *Indulgentia de iniunctis pœnitentiis quæ sit, ostenditur.*

13 *Episcopi plures simul vnam Ecclesiam consecrantes an quilibet possit indulgere annum Indulgentiæ, ostenditur.*

CAP.

Cap. Cùm ex eo. XIV.

1 Eleemosynarum quæstores admitti non debent, nisi exhibeant veras literas Apostolicas, vel Ordinarij, & tunc permittendi non sunt aliud proponere populo præter id, quod in literis continetur, quarum forma ponetur. Item qui destinantur ad quærendas eleemosynas sint modesti, & discreti, non hospitentur in tabernis, vel locis incongruis, non inutiles, aut sumptuosas expensas faciant, non gerant habitum falsæ Religionis. Item cùm dedicatur Basilica siue ab vno, siue à pluribus, non extendatur indulgentia vltra annum, & in anniuersario dedicationis non vltra 40. dies de iniunctis. Sic etiam est moderandus numerus dierum, quando Episcopus aliquo casu concedit indulgentias ne excessiuè, & indiscretè indulgentiæ concessæ à Prælatis conterantur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Ioan. a Capistr. Vin. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 257. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 747. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* desumitur ex Concil. generali Lateran. sub Innoc. III. c. 62. & refertur ab Ant. August. *collect. 4. Decret. lib. 5. tit. 14. c. 5.*

2 *Eleemosynarum quoque quæstores*, &c.] Probat hic text. eleemosynarum quæstores sine Apostolicis, vel diœcesanorum literis admitti non debere, nec aliud prædicare posse, quàm in forma contineatur literarum. Hodie verò in noua dispositione Concil. Trident.
3 *sess. 21. de reformat. c. 9.* statuitur, vt in posterum quibuscumque Christianæ Religionis locis eorum nomen, atque vsus penitus aboleatur, nec ad officium huiusmodi exercendum vllatenus admittantur, de quo latè agunt Henriq *in summ. l. 7. c. 19. à princ.* Nauar. *de Iubil. not. 31. n. 45.* Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verbo quæstores*, vbi latè Quaranta *in summa Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas, vers. 26. in fine*, Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. q. 57. art. 7. & q. 98. art. 1.* Galet. *in margarita casuum conscientiæ, verbo eleemosyna* 1. Cened. *ad Clement. collect. 9.* latè Iul. Lauor. *de indulgent. p. 2. c. 13. à princ.*

4 *In sua prædicatione*, &c.] Hodie attenta noua dispositione Concil. Trid. *sess. 5. cap. vlt. in fine*, quæstores eleemosynarij, qui etiam quæstuarij vulgò dicuntur, cuiuscumque conditionis existant, nullo modo, nec per se, nec per alium prædicare debent, itavt contrarium facientes ab Episcopis, & Ordinariis locorum, priuilegiis quibuscumque non obstantibus, opportunis remediis omnino arceri debeant, vt per Cened. *d. collect. 9.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 32. art. 21.*

5 *Quadraginta dies*, &c.] Notatur ad hoc, quod Episcopi concedunt indulgentias in suis diœcesibus, limitatiuè tamen, videlicet vt non excedant quadraginta dies in anniuersario, vel aliàs, & tempus vnius anni in dedicatione Ecclesiæ, ita Sot. *in 4. dist. 21. q. 2. art. 1.* Cordub. *de Indulg. quæst. 14.* Triumph. *q. 29. art. 6.* Soar. *tom. 4. disp. 55. sect. 3. n. 5.* Bonacin. *de Sacramentis, disp. 6. q. 1. puncto 3. n. 2. ad finem*, Azor. *instit. moral. p. 2. l. 3. c. 54. q. 6.* Franc. Leo *in thesauro fori Eccles. p. 1. c. 7. num. 18.* Vgolin. *de potestate Episcop. c. 41. §. 1. in princ.* Paul. Layman. *in Theologia morali, lib. 5. tract. 7. c. 4. n. 2. in princ.* Sanctarel. *in tract. de Iubilæo, c. 2. dub. 2. lit. C.* Iul. Lauor. *de Iubilæo, & indulgent. p. 2. c. 11. n. 18.* vbi *num. 22.* refert aduertere Soar. *loco citato*, quòd quando datur facultas in hoc text. dandi indulgentias in dedicatione Ecclesiæ, non addit particulam illam, *de iniunctis pœnitentiis*, provt addi solet in indulgentia quadraginta dierum, & sic quod videtur amplior ptior facultas, additque aliqua discrimina inter dictas duas indulgentias vt apud ipsum videri licet. Licèt autem Episcopi non possint vltra taxatum numerum indulgentias concedere, possunt tamen in minori, quia sub maiori summa comprehenditur minor, non è contra, ita ego ipse *de officio, & potestate Episcopi, p. 3. alleg. 88. num. 22.* & me citato Iul. Lauor. *d. cap. 11. num. 4.*

Quid autem si Episcopi concedunt indulgentias vl- 6
tra numerum taxatum, an corruant in totum, vel in excessu? in quo additio ad gloss. *verbo pluribus, in præsenti*, tenet per text. *in fin. hoc tit. lib. 5.* Indulgentiam sic concessam esse ipso iure nullam quoad excessum, ac per consequens valere vsque ad facultatem concessam inclusiuè, quia numerus dierum est separabilis, quo casu vtile per inutile non debet vitiari, tum quia hæc est quædam liberalitas, & donatio, quæ valida est vsque ad legitimum modum, *l. sancimus, C. de donat.* quare ita tenent Soar. *d. disp. 55. sect. 2. num. 11.* Nauar. *de Iubilæo, not. 31. num. 16.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 55. quæst. 6.* Bonacin. *de Sacramentis, d. puncto 3. n. 4.* Iul. Lauor. *d. c. 11. n. 41.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 7. n. 120.* Sanctarel. *in tract. de Iubilæo, cap. 3. dub. 2. lit. G*, Paul. Layman. *d. c. 4. num. 2. vers. 111.*

Hæc autem facultas sic restricta concedendi indul- 7
gentias, conceditur Episcopis à Sede Apostolica circa suos subditos, & ita ex commissione Papæ, ac iure communi Canonico, & Ordinario, non verò diuino, licèt enim dignitas Episcopalis, quoad potestatem Ordinis sit de iure diuino, & ex Christi institutione, & quoad pastorale munus, quod iurisdictionem requirit, si ex Christi mandato in communi loquendo; in particulari tamen quoad talem, & talem potestatem est ex Ecclesiæ ordinatione, quare ita tenent plures DD. quos refero ego ipse *de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 88. num. 8.* & me citato Iul. Lauor. *d. tract. de Iubilæo, & indulgent. cap. 11. n. 45. cum seqq.* addo Paul. Layman. *d. c. 4. num. 1. vers. assertio* 11. Ex quo infertur 8
posse Episcopum tantummodo electum, & confirmatum nondum consecratum indulgentias concedere, quia cùm earum concessio sit actus iurisdictionis, benè potetit ab Episcopo non consecrato exerceri, ita Soar. *disp. 49. sect. 3. n. 3.* Graff. Nugn. Valer. Reginald. & alij, quos refert, & sequitur Bonac. *de Sacramentis, disp. 6. q. 1. puncto 3. num. 6.* Hinc etiam infertur posse Vica- 9
rium generalem, aut alium Clericum ex demandata Episcopi facultate indulgentias concedere, quia facultas hæc spectet ad Episcopum iure Ordinario, vt *suprà* dixi, & quæ competunt alicui iure Ordinario, possunt aliis delegari, nisi adsit in contrarium prohibitio, ergo Episcopus poterit eam cuilibet, dummodo non sit laicus, demandare, ita Nauar. *de Iubilæo, notab. 31. n. 6.* Soar. *disp. 55. sect. 6. n. 6.* Azor. *instit. moral. p. 2. l. 3. c. 43. q. 3.* & plures alij, quos referunt, & sequuntur Bonac. *d. punct. 3. n. 11.* & Iul. Lauor. *d. c. 11. n. 51.* Vtrùm 10
autem Capitulum Sede vacante possit indulgentias concedere, vide per citatos à me *d. alleg. 88. n. 21.* quibus adde Iul. Lauor. *d. c. 11. n. 52. cum seqq.* Vtrùm verò 11
Episcopus possit Religiosis indulgentias concedere iuxta suam facultatem, vide citatos per Bonacin. *d. punct. 3. n. 15.* vbi ipse affirmatiuè respondet, & *n. 16.* resoluit posse Episcopum gaudere, & frui indulgentiis, quas aliis concessit. Hæc & alia plura, quæ in hac materia occurri possunt, ne dicta repetamus, vide *in meo tract. de offic. & potest. Episcopi, p. 3. alleg. 88. per totam.*

De iniunctis pœnitentiis.] Indulgentia de iniunctis 12
pœnitentiis illa est, quæ valet ad delendas pœnas respondentes pœnitentiis iniunctis, & ita quando

alicui conceditur Indulgentia de pœnitentiis iniunctis, tanta conceditur pœnæ remissio, quanta respondet pœnitentiis taxatis à Confessore, ita Bonac. *d. disp.6.q.1.punct.2.n.1. & 4.*

13 In gloss. *Pluribus.* Notatur ad hoc, quòd quando plures Episcopi simul consecrant vnam Ecclesiam, quilibet potest indulgere annum Indulgentiæ, ex ea ratione, quia in hoc text. non additur decretum irritans, & vbi non apponitur in mandato,licèt fiat contra mandatum,tenet quod factum est,arg.*cap.dilectus, tit.2.de prabend.* Contrarium tamen videtur verius per expressa huius text.verba, ibi, *siue ab vno,siue à pluribus*, vt aduertit Iul.Lauor. *d.cap.11.n.38.* nihil tamen obstat quominus plures, quorum singuli iurisdictionem habent, puta loci Episcopus, & Metropolitanus, siue Archiepiscopus simul, aut successiuè, plures quadragenas eidem Ecclesiæ concedat, vt docent Soar. *disp.... sect.2.n.5.* Paul. Layman. *d.c.41.num.2. verf.11.*

Cap. Nostro. XV. *Honor. III.*

1 ARchiepiscopus potest concedere Indulgentias in superiori cap. taxatas per totam suam prouinciam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar.Ioan.Andr.Host. Butr. Anch. Panorm. Marian. Socin. Ioan.à Capistrano, Viu.*in ration. lib.5. iuris Pontificij, pag.* 258. Alagona *in compend. iuris Canonici, pag.* 748. remissiuè Ximen. *in concord. p.1.& 2.*

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text.desumunt Nauar.*de Iubileo, & Indulg. notab.31.n.13.* Stephan. Quarant. *in summa Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas.verf.31.*Bonac.*de Sacram.disp.6.q.1. punct.3.n.2. verf.obserua*, quos refero ego ipse *de offic. & potestate Episc. p.3.alleg.38.n.15.& ibi* citatis adde Marc. Ant. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol.c.70.n.15.* & me citato Iul. Lauor.*de Iubileo, & Indulg. p.2.c.11.n.28. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Episcopi, & alij, de quibus in litera, possunt sine licentia superiorum sibi eligere prouidum confessorem.*

2 *Episcopi, & Prælati exempti possunt sibi eligere Confessorem.*

3 *Episcopi suffraganei inuito Archiepiscopo possunt eligere Confessorem approbatum ab Ordinario.*

4 *Cardinales possunt sibi eligere Confessorem.*

5 *Episcopus non potest eligere in Confessorem Sacerdotem non subditum, qui à proprio Episcopo non sit approbatus.*

Cap. Ne pro dilatione. XVI.& fin.

Gregor. IX.

1 EPiscopi,& Superiores,& Prælati minores exempti possunt eligere sibi discretum, & prouidum Confessorem absque licentia sui superioris. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr.Anchar.Panorm. Marian. Socin. Ioan. à Capistr. Viu. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.* 258. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 748. remissiuè Ximen. *in concord. p.1.& 2.*

Hanc eandem conclusionem ex hoc text.desumunt Henriq.*in summ.lib.6.c.4.n.3. in comment. lit.I, & c. n.5.in comment.lit.B,& c.13.§.3.& lib.7. de Indulgent. c.28.n.1.in comment. lit.H, & l.14. de irregul. cap.1. Aloys.Ric.in praxi fori Ecclesiast. decis.548. num.1. in 1.edit.& resol.470.in 2.edit.* Anton. Gomez *in extrauag. Bullæ Cruciatæ,clausul.10.n.85.* Sayr. *de censuris,lib.5. c.14.n.5.*Fr.Emman.*quæst.regul.tom.1.quæst.20.art.vlt.* Soar.*tom.5.disp.41.sect.2.n.9.*Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta,præc.21.lib.7.c.2.a n.78.*Eraſm.Cachier *de iurisdict.Ordin. in exemptos, p.4. quæst.35.* Sanchez *Matrim.lib.8.disp.3. n.3.* idem resoluentes in Prælato religionis, potest enim Confessor ab ipsis electus, ex eorum commissione,cum ipsis dispensare in omnibus in quibus ipsi Prælati possunt cum subditis. Quærit autem Nauar.*in man.c.27.n.260. verf. quinto*, teneat potestatem hanc eligendi Confessorem dari Episcopo ex ipsa lege diuina, Sotus verò *in 4. disp.18. quæst.2. art.2.verf.Episcopi*, & recentiores omnes, si credimus Henriq.*lib.6.c.8.§.4.lit.I*,dicant potestatem absoluendi Episcopos dari Confessori ab ipsis Episcopis, vt in Romano Pontif. agnoscunt S.Thom. *in 4. dist.19.q.1. art.3. quæstiunc.* 2. Bonanent. Sot. Ledesm. Medin. & alij, quos referunt, & sequuntur Henriq.*d.cap.5.4.3. cum seq.* Soar. *disp.27. sect.2.à num.1.* verius est dari priuilegium hoc Episcopis, atque etiam potestatem Confessori à Papa, seu lege Canonica, vt bene probat hic text. ibi, *permittimus*, ex quo notant gloss. *in præsenti*, ante hanc permissionem non potuisse Episcopos eligere Confessorem sine sui superioris licentia; habent enim Episcopi, & alij inferiores potestatem superiorem, cui sicut in iudicialibus, ita in hoc sunt subiiciuntur, Episcopus scilicet Metropolitanum, Archiepiscopus Primatem, *cap. si clericus 11.quæst.3. de foro competenti*,notat gloss.*verbo excepti.in cap. pluralis, in princ. de offic.Ordin.* iuncto argument.text.in *cap.vlt.in fine,de censib. lib.6.* & colligitur expresse ex hoc text. ibi, *præter sui superioris licentiam*, atque ita post Turrecrem. Palud. S. Antonin. Syluest. & alios, quos citat, hanc esse magis communem sententiam testatur Soar. *d. n.4.* & sequitur Henriq.*d.lit.I, ad fin.* quamvis idem Soar.*disp.25.sect.2.n.10.* dicat non obligari Episcopos Archiepiscopis subiectos *in hoc foro*, motus quia non habet Archiepiscopus potestatem in ipsos suffraganeos, ergo nec in ipsos suffraganeos, non aduertens differentiam, quæ inter vtrosque reperitur, de qua gloss. & scribentes omnes *in d. cap. pastoralis.*

Episcoporum autem nomine intelliges siue consecratus sit, quamvis Episcopatum non habeat, vel titularis, aut qui Episcopatui renuntiauit, in omnibus enim verificatur rigor verborum, quibus vtitur text. *in præsenti*, ibi, *Episcopus, siue etiam non consecratus*, postquam enim fuerit confirmatus, *iam* habet Episcopatum, & eius administrationem, nullique parochiæ subiicitur, *cap.nosti, cap.transmissam, cum similibus, de elect.* prosequuntur in eisdem terminis Henriq. & Soar. *dictis locis.*

Prælatorum autem nomine intelliges illos,qui propriè, & strictè tales sunt, hoc est, qui alijs præsunt, cum iurisdictione fori contentiosi, iuxta doctrinam *gloss.vlt.in c.2.de iudic.* quam sequuntur, & explicant DD.communiter *ibi*, Abb.*n.6.*Dec.*n.14.* Rip. *num.19.* Cosm.*in pragm.sanction.tit.de elect.in princ.verbo Prælatis*, non ita illos,qui sine iurisdictione fori contentiosi aliis præsunt, veluti parochi,licèt latè sumpto vocabulo Prælati dicantur *in cap. tua, de cler.agrot.* ex quo notant omnes proximè citati, atque ideo secundum iuris scripti rigorem (semota consuetudine) non potest eligere Confessorem, bene contra Syluest. & Angel. resoluit Soar. *d.sect.2.n.7.*

Exemptos

Exemptos verò intelligunt Host. & Abb. eos, qui soli Pontifici immediatè subiiciuntur, sed melius cum Sylvest. & Soar. *num.* 9. intelliges omnes illos qui Episcopo subiecti non sunt, licet alios habeant superiores, vt concludunt verba huius text. ibi: *Præter sui superioris licentiam*, ad quem casum reducuntur Prælati nullius diœcesis; in Abbatissis tamen contrarium resoluit Henriq. *d.* c. 23. §. 3. Decanis autem, Archidiaconis, & similibus dignitatibus Ecclesiæ Cathedralis ex consuetudine idem concessum post alios explicat Henriq. *d. lib.* 6. *c.* 7. §. 5. circa Vicarium generalem Episcopi pugnant inter se Henriq. *d. c.* 13. §. 3. & Soar. *d. sect.* 2. *n.* 8.

3 Amplia, vt locum habeat principalis text. conclusio, etiam in Episcopo suffraganeo inuito Archiepiscopo, quia hæc potestas non prouenit ab Episcopo eligente, sed à iure committente, vt aduertit Prosp. de August. *in addit. ad Quarant. verbo Archiepiscopi authoritas, vers. decimoseptimò, in addit. lit. A*, quod quidem, & in exempto locum habet, & in quolibet Episcopo, non solum in sua diœcesi, sed etiam extra, dummodo Confessarius sit approbatus ab Ordinario, vt infrà dicetur; ita Quaranta *d. verbo Archiepiscopi auctoritas, n.* 7.

4 Amplia etiam in Cardinalibus, quibus communicatur priuilegium concessum Episcopis, & Prælatis exemptis in hoc text. vt per Henriq. *cap.* 13. §. 3. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *quæst.* 101. *n.* 4. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *q.* 16. vbi etiam credit non esse verisimile decreto Concil. Trid. *sess.* 23. *de reformat. c.* 15. derogatum fuisse priuilegium, quod erat concessum in hoc text. Quicquid autem de hoc sit, illud est verissimum Sacram Congregationem censuisse Episcopum vigore priuilegij, de quo in hoc text. non posse sibi eligere Sacerdotem non subditum, qui à proprio Episcopo non sit approbatus, provt referunt Gallet. *in margarita casuum conscientiæ, verbo Episcopus* 6. Prosp. de August. *loco proximè citato*, Azor. *d. q.* 16. *vers. quæres an Cardinales*, Aloys. Ricc. *d. resol.* 470. Peregr. *in Comment. ad Constit. cleric. Regular. p.* 1. *c.* 5. *in princ.* Coriolan. *de casibus reserv. p.* 1. *sect.* 1. *art.* 21. *c.* 5. *vers. at contra*, Vgolin. *de offic. Episcop. c.* 2. §. 2. *n.* 4. *vers.* 3. Armendar. *in addit. ad recop. legum Nauarræ, lib.* 1. *tit.* 18. *l.* 7. *de Episcopis, n.* 54. Molfes. *in summa Theolog. moralis, tract.* 7. *c.* 15. *n.* 34. Lauor. *de Iubileo, p.* 1. *c.* 21. *n.* 58. Fagundez *in quinque Ecclesiæ præcepta, prec.* 2. *lib.* 7. *c.* 2. *ex n.* 78. Ioan. Valer. *de different. inter vtrumque forum, verbo nullitas, different.* 5. *n.* 2. vbi subdit etiam quoad Prælatos Regulares procul dubio durare indistinctè priuilegium, de quo *in hoc text.*

Necnon minoribus Prælatis, &c.] Notatur ad hoc, quòd licet Prælato Conuentuali sibi Confessarium eligere, vt per Valent. *tom.* 4. *disp.* 7. *q.* 10. *punct.* 2. *vers.* 2. *habet*, Henriq. *lib.* 7. *cap.* 28. §. 1. Fr. Sigism. à Bononia *de elect. dub.* 21. *n.* 2. Franc. Coriolan. *de casibus reserv. p.* 1. *sect.* 1. *art.* 21. Filliuc. *quæst. moral. tom.* 1. *n.* 9. Valer. Reginald. *in praxi lib.* 1. *n.* 38. Tamburin. *de iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 6. *q.* 10. *n.* 2. vbi *n.* 6. limitat dummodo Abbates inferiores secundum priuilegia, vel constitutiones Religionis à Sede Apostolica approbatas non habuerint Confessorem designatum à Prælatis superioribus; & citat Soarez *dict. sect.* 2. *n.* 10. Sigismund. à Bononia *dict. dub.* 21. *num.* 4. Coriolan. *d. art.* 21. *num.* 8. *in fine.*

De Sententia Excommunicationis.

TIT. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Doctores referuntur super hanc rubr. scribentes.*
2 *Excommunicationis materiam qui tractent citantur.*
3 *Excommunicatio an propriè sit sententia, ostenditur, & num. seqq.*
4 *Excommunicationis nomen vnde dictum.*
5 *Excommunicationis definitio traditur.*
6 *Excommunicatio alia est maior, alia minor.*
10 *Excommunicatio maior à quibus priuet, ostenditur.*
11 *Excommunicatio minor non omni, sed aliqua tantum Ecclesiastica communione priuat.*

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canon. fol.* 184. Guillelm. Durand. *in breuiario aureo iuris Canon.* Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 200. *verso*, Petrus de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Dan. Venat. *in analysi method. iuris Pontif. à pag.* 728. Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret.* Lancel. *in instit. Canon.* Barth. Carthag. *in expos. tit. iuris Canon.* Zypæ. *in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. pag.* 449. *cum seqq. in summ. iuris Canon.* Cafarel. *in erotem. eiusdem iuris*, nouissimè Ioan. Honor. *lib.* 5. *summ. in Decret.* omnes *sub hoc tit.*

De materia huius tit. speciales tractatus ediderunt 2
S. Antonin. Archiepisc. Florent. *tom.* 14. *tract. Doctor. fol.* 366. Francisc. de Platea *eodem tom.* 14. *fol.* 387. Iacobus de Beluisio *eodem tom.* 14. *fol.* 387. B. Ioan. à Capistrano *eodem fol.* 388. de ea agunt Menoch. *de arbitrar. casu* 416. Clar. *in pract. lib.* 5. §. *fin. q.* 77. Vivian. Vezi. & alij *tom.* 1. *communium opinionum, lib.* 1. *tit.* 12. Perez *l.* 1. *tit.* 5. *lib.* 8. *Ordinam.* Spin. *in speculo testament. part.* 11. *rubrice*, Card. Cæsar. Baron. *tom.* 1. *annal. Ecclesiæ anno Christi* 57. *pag. mihi* 511. Stephan. Quaranta *in summa Bullarij, verbo excommunicatio ad finem reuelationis, & verbo excommunicatorum vitatio*, Rendina *in promptuario recept. sentent. tom.* 1. *tit.* 41. *de excommunicat.* Zerol. *in praxi Episcop. verbo excommunicatio*, Cald. Pereira *de renouat. emphyteut. q.* 7. *à princ.* Anton. de Sousa *in relect. de censuris Bullæ in Cœna Domini*, Cardos. *in praxi iudicum, verbo excommunicatio*, Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. p.* 4. *c.* 7. *de excommunicat.* Ludouic. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.* 2. *quæst.* 35. Farinac. *fragment. crimin.* 1. *verbo excommunicatio*, Henriq. *in sum. p.* 2. *lib.* 13. *de excommunicat.* Vasq. *tom.* 4. *in* 3. *p. tract. de excommunicat.* Barthol. Vgol. *de censuris, tab.* 2. Soar. *eodem tract. disp.* 8. Anil. *eodem tract. part.* 2. Sayr. *eodem tract. lib.* 1. 2. & 3. Bonacin. *eodem tract. disp.* 2. Hurtad. *eodem tract. disp.* 13. Marius Alterius *eodem tract. tom.* 1. Ægid. *de Sacram. & censuris, tom.* 2. *disp.* 14. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 3. *de censuris Ecclesiast.* Anton. Ricc. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 4. Galgan. *de iure publico, lib.* 1. *tit.* 15.

Per hanc rubricam communiter receptum est excommunicationem propriè esse sententiam, ita glos. *in summ.* 2. *q.* 1. & *verbo sententia, in cap. biduum* 2.

9.6. quas sequuntur Doctores communiter secundùm Felin. *in rubr. de re iud. num.* 15. *& in hac rub. num.* 2. Roman. *in rub. ff. de re iud. num.* 18. Marant. *de ordine iudic. 3. part. 6. ex num.* 40. & alij citati à Ludou. Gom. *in cap.* 2. *§. statuto, ex num.* 9 *de constitut. lib.* 6. Probatur, quia sententia iudicis illa dicitur, per quam tota causa, vel aliquis eius articulus terminatur, itavt cùm tota causa finitur, diffinitiua sit, interlocutoria verò aliquis tantùm articulus deciditur, vt docet *gloss. vlt. in l. qui restituere, ff. de rei vend.* gloss. *verb. diffinitiua, Clement.* 1. *de sequest.* quas sequuntur Rebuff. *ad leges Galliæ, tom.* 1. *tit. de sentent. execut. in præs. ex num.* 2. Vant. *de nullit. tit. ex defectu processus, num.* 89. & faciunt quæ latè dixi *ad rubric. de sentent. & re iudic.* quæ omnia & singula in excommunicatione, & aliis censuris reperiuntur, quòd enim per illas terminetur causa, vel aliquis eius articulus, patet quia dicitur articulus contumaciæ partis non parentis, vel non comparentis, textus opt. *in c.* 3. ibi, *per censuras ecclesiasticas, & in cap. vlt. ad finem*, ibi: *Ecclesiastica sententia, vt lisi non conteſt.* Et ideo Pontifices passim in iure nostro excommunicationem sententiam appellant, vt patet *in cap.* 3. *in finalibus verbis, & in cap. ad reprimendam* 8. *& in cap. vlt. de Offic. Ordin. & in cap.* 3. *& in cap. non dubium* 5. *cum multis ibid. hoc tit. de sententia excommunic.* & non est dicendum Pontifices proprietatum verborum amatores impropriè fuisse loquutos.

Contrariam tamen sententiam tenuit Archidiac. *in cap.* 2. *num.* 1. vbi Ioan. Andr. & Ludouic. Gomez, dicit communem, *de constitut. lib.* 6. quorum sententia multiplici fundamento comprobatur. Primò, quia excommunicatio prolata à lege, vel statuto non differt ab illa, quæ à iudice profertur, vtraque enim formaliter est excommunicatio, & censura, & ligat, & statim suam secum trahit executionem, & sicut vna, ita & alia sententia appellatur, vt probat text. *in cap.* 2. *§. statuto, de constitut. lib.* 6. notatur *in cap. si quis suadente* 17. *quæst.* 4. & tamen non est dicendum excommunicationem latam à lege, vel statuto propriè & verè sententiam esse, neque enim est pronuntiatio iudicis, neque aliquam controuersiam litigantium determinat, provt requiritur ad veram & propriam sententiam constituendam, iuxta dicta *ad d. rubric. de sentent. & re iudic.* Secundò facit, quia substantia propriæ, & veræ sententiæ consistit in iusti explicatione facta per iudicem mediante sua pronuntiatione, ex text. *in l. sicut* 8. *§. sed si quæritur*, ibi, *per sententiam non debet seruitus constitui*, sed quæ est declarari, *ff. si seruit. vend.* quæ quidem iusti explicatio principaliter in excommunicatione non datur, neque prætenditur, eo quòd attenta sua natura nihil aliud est quàm quoddam vinculum Ecclesiasticum, ex *cap. nemo contemnat* 11. *quæst.* 3. qua de causa arma Ecclesiæ appellatur, *cap. dilecto, hoc tit. lib.* 6. aliquando gladius spiritualis, *cap. inter hæc* 33. *quæst.* 2. aliquando neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, Concil. Trident. *sess.* 25. *de reformat. cap.* 3. Vnde cum excommunicatio in sua substantia intendat potiùs ad subditi correctionem, illum puniri quàm per iusti explicationem definire, & causam terminare necessario dicendum est propriè & verè sententiam non esse. Consonat dictio & etymologia censuræ, sub qua excommunicatio continetur, quæ non à sentiendo sicut sententia, sed à verbo censendo, & censere deducitur, vt magis per illam aliquid præcipere, vel de nouo statuere, quàm iustum explicare dicatur, iuxta reg. text. *in l. censere* 111. *ff. de verborum significat.* Iunat, quia de essentiali ratione excommunicationis est corrigere subditum, & illius correctionem comparare, iuxta text. *in cap. nouit, de iudic.* ad quam correctionem natura sententiæ respicere non solet, sed magis ad condemnationem siue in re, siue in corpore exequendam, vel ad absolutionem, vt probat text. *in l.... in fine, ff. de re iudic.*

Propter quæ vtraque sententia est probabilis, & non esset difficile quam volueris defendere, & si magis tibi placuerit prima, ad fundamenta secundæ sic poteris respondere, & in primis ad primum respondent nonnulli distinguendo inter censuras ab homine, vel à iure, priores verò, & proprias, & in stricta significatione sententias esse relatas ex fundamentis prioris sententiæ in stricta significatione, provt sententia accipitur pro sententia iudicis; secundas verò negant esse iure sententias, quamvis fateantur in latiori significatione sententias esse, provt sententia dicitur opinio, seu decretum cuiuscumque etiam priuati, *vt in l. decreto*, ibi, *magistri sententia, ff. de arbitr.* & sententiæ Iurisconsultorem, *§. responsa prudentum, Instit. de iure natur.* atque ita distinguunt Andr. Sicul. & alij *in rubr. de re iudic.* Verùm Ludouic. Gomez vbi supra, magis placuit indistinctè omnes censuras siue à lege, siue ab homine prolatas verè, & propriè, & in stricta significatione sententias esse, argument. text. *in dict. §. statuto*, vbi excommunicationem à statuto latam simpliciter sententiam appellat; ad argumentum verò in contrarium respondetur censuris etiam à lege prolatis conuenire, tum reliqua particulas definitionis sententiæ acceptæ in stricta significatione, tum etiam illud in quo difficultas insistit, quòd sit prolata ab Ecclesiastico iudice. Patet si ab ea tas nullam censuram ferri posse, nisi ab habente testatem iurisdictionis fori contentiosi, vt probat *cap. quærenti*, ibi, *Iudex, de verborum significat.* quamvis per viam legis feratur, id non impedit quominus dicamus ferri à iudice, hoc est, ab homine habente Ecclesiasticam iurisdictionem, *sicut etiam* non impedit quòd necessarium sit permittere ad generalem sententiam generalem causæ cognitionem. Ad secundum respondetur finem principalem censurarum non esse punitionem, sed potiùs subditi correctionem, ex dictis, finis autem principalis semper attenditur, *l. verùm, ff. de furtis, cum vulgarib.* Deinde etiamsi punitio finis esset principalis censurarum, non ideo minus censuræ essent sententiæ, quemadmodum certum est omnes illas, quibus à iudice pœnæ etiam corporales infliguntur, vt probatur *in rubric. & per totum C. sententiam pati*, & in minis bene notauit Gomez *dict. num.* 10. Argumentum verò ab etymologia fragile est, & fallax, vt clotum verò ab etymologia fragile est, & fallax, vt clocent Laurent. *lib.* 4. *elegan. cap.* 20. Enerard. *loco* 6. & alij per me citati in locis, communis argumenti, ris loco.

Si verò tibi forsan magis placuerit secunda sententia, poteris respondere hanc rubricam & iura similia, in quibus fit mentio de excommunicatione, & sententia appellatur, ideo appellare excommunicationem sententiam, quia excommunicatio continet assertionem iuris, vel legislatoris, ex qua sententia siue propria, siue impropria resultat, non vel ex eo, vt significarent illam esse propriè talem, si aliàs Pontifex *in d. c. statuto*, excommunicationem a statuto impositam appellat sententiam, quam non constat propriè talem dici non posse, *vt supra probatum est.*

Excommunicationis.] Licèt apud veteres linguæ Latinæ Auctores neque vsitatum, nec nouum fuerit excommunicationis nomen, aptissimè tamen à Catholi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tis denno compositum est, teste Budæo *in annot. reliquis ad Pandectas super l. 2. ff. de pœnis*, & ab Ecclesia receptum est pro separatione fidelium ab Ecclesiæ communione, quamvis excommunicatus sit positus extra communionem Ecclesiæ, in quem sensum eo nomine vtuntur antiquissima Concilia, Sancti Patres, & passim nostri Pontifices, aliquando dicentes excommunicatos ab Ecclesia exterminari, eiici, eliminari *cap. si Episcopus, cap. absit, cap. Canonica 11. quæst. 3.* Aliquando ab Ecclesiæ communione remoueri, suspendi, seu separari, *cap. omnis, cap. nemo, ead. caus. & quæst.* Aliquando verò separari à Christi corpore, quod est Ecclesia, *cap. audi, cap. nihil, ead. quæst.* in quem etiam sensum aptè, & sæpissimè excommunicatio anathema dicitur, vt *in cap. vlt. 3. q. 4. cap. nemo 11. q. 3. c. 1. de eo qui furtiuè*, iunctis his quæ de particula, *anathema*, dixi *in collectan. ad can.*

8 Excommunicatio in genere à nonnullis definiri solet vt sit censura Ecclesiastica priuans qualibet, seu (vt alij explicant) aliqua Ecclesiæ communicatione, ita post D. Thomam, tenet Sot. *in 4. dist. 22. q. 1. art. 1.* & nonnullis parum pertinentibus adductis sequitur Valentia *tom. 4. disp. 8. q. 7. puncto 1.* Alij dicunt excommunicationem esse censuram, quæ priuat hominem Christianum Ecclesiastica communione fidelium, vt per Viualdum *in candelabro aureo, tit. de excommunicat. n. 3.* Soar. *tom. 5. de censuris, disp. 68. sect. 1. n. 1.* Vgolin. *de censuris, tab. 2. c. 25. in princ.* vbi dicit esse censuram, quæ priuat vsu communionis Ecclesiasticæ. Verùm melius excommunicatio in genere definiri potest, vt sit censura priuans omni, vel aliqua Ecclesiæ communione, quæ definitio non multum differt ab ea, quam tradit Nauar. *in manuali, c. 27. n. 1.* & prolixiùs Henriq. *in summa, lib. 13. c. 1. §. 2. Censura* loco generis aptissimè ponitur, & sic corruit definitio quam præstat Petr. Sot. *lect. 2. de excommunicat.* quòd sit separatio à communione fidelium & Sacramentorum. Reliquæ particulæ ponuntur tum vt maiorem excommunicationem comprehendat definitio, quæ omni priuat Ecclesiastica excommunicatione, atque etiam minore; quæ priuat aliqua tantum, scilicet perceptione Sacramentorum; tum etiam vt distinguatur ab aliis censuris, scilicet suspensione, & interdicto, quæ per se directè, & formaliter non priuat Ecclesiæ communicatione, quâ communicatio est, sed suspensio priuat vsu & exercitio officij spiritualis, quatenus officium est Ecclesiasticum; ita tantùm illud exequi actiuè prohibet, non verò passiuè recipere Sacramenta, quod impediret si sub ratione communionis prohiberetur: interdictum verò priuat diuinis officiis, vt diuina sunt officia, non verò directè prohibet, neque directè priuat Ecclesiastica communione personas ipsas, sed tantùm à loco remouet vsum diuinorum officiorum, ita Vgolin. & Soar. *n. 2. citatis locis.*

9 Excommunicatio alia est maior, alia minor. Maior excommunicatio rectè & breuiter definitur quòd sit censura priuans omni Ecclesiastica communicatione.

10 Priuat igitur Christianum omni, & solâ communione, quæ in Ecclesiæ est potestate, ac proinde externa communione, quæ consistit in actibus merè exterioribus, vel pertinentibus ad humanam politiam, & qui homini competunt qua homo est, vt familiaris consuetudo, confabulatio, communis mensa, mutua salutatio, & similia, vel etiam in actibus, qui homini competunt qua Christianus est veluti in orando simul, interessendo sacris, & percipiendo Sacramenta quoad cultum exteriorem, vt optimè prosequitur post alios Petrus Sotus, *dicta lect. 2.* continentur autem hæc omnia illo vulgari versiculo.

Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Cuius meminit ex Host. gloss. *verbo aliis, in cap. statuimus, de sententia excommunicationis, lib. 6.* explicans latè Nauarr. *in manuali, c. 27. ex n. 19.* Vinald. *in candelabro aureo, tit. de excommunicat. ex n. 81.* Henriq. *d. lib. 13. c. 7.* Soar. *d. disp. 15. sect. 1.* Vgolin. *de censuris, tab. 2. cap. 33. §. 1. cum seqq.* Sà *verbo excommunicationis, n. 38.* Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 4. c. 45. cum seqq.* per *os* intelligentes loquutionem, literas, & oscula, de quibus in proposito multa Cardin. Baron. *annal. tom. 1. anno Christi 45. c. 16.* Stephan. Durant. *de ritibus Eccles. lib. 2. c. 54.* Per *orare*, intelligunt exteriorem communicationem in orationibus, & diuinis officiis: per *vale*, salutationem, vel verbis, vel facto, veluti aperiendo caput, aut assurgendo: per *communionem*, intelligunt habitationem, & vulgarem conuersationem, gerendo scilicet simul aliquod negotium, vel commercium, aut simul operando: per *mensam*, simul comedere, vel in eodem lecto dormire, quæ omnia per maiorem excommunicationem prohiberi satis expressit Pontifex de loquutione, & orationibus *in cap. sicut Apostoli, cum sequentibus 11. q. 3.* de salutatione, & osculo *in cap. excommunicatos, ead. quæst.* de aliis communicationibus, *in d. cap. sicut Apostoli, de communi mensa, in d. cap. excommunicatos*, ibi, *cibo, aut potu* iuncto *cap. seq.* ibi, *nec vesci*, vbi etiam Isidor. expressit Ecclesiæ prohibitionem procedere non solùm quando palam & publicè communicant, sed etiam clam, & in abscondito, quamvis autem Henriq. *d. c. 7. §. 3.* & Sà *vbi suprà, n. 19.* existiment prohibitum non esse respondere literis excommunicati, vel eum salutare, quia præstatur debitum, totius est contrarium & verius, vt sentit Sot. & comprobat Vgolin. *d. 1. num. 5.* Priuat denique communione illa, quæ consistit in participatione Sacramentorum, sacrificiorum, & suffragiorum omnium Ecclesiæ, secundùm Tolet. *in sum. lib. 1. c. 4. ex n. 2.* Henriq. *d. lib. 13. c. 4. §. 2.* Vinald. *d. tit. de excom. ex n. 8.* Soar. *d. disp. 15. sect. 1.*

Excommunicatio verò minor non omni, sed aliqua tantùm Ecclesiastica communione priuat, *cap. penult. de sententia excommunicationis, c. 1.* ibi; *tantum à Sacramentorum participatione, de except. cap. si celebrat. de cleric. excommunicat.* ibi, *in sola consistat perceptione*, Nauar. *dicto c. 27. n. 1. & 24.* Couar. *in cap. alma mater, part. 1. in princip. num. 4. & §. 8. num. 1.* Valentia *d. quæst. 17. puncto 2.* Henriquez *d. lib. 13. cap. 3.* Vinald. *vbi suprà, num. 44.* Soar. *de tom. 5. disp. 24. sect. 1. cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Impuberes Clerici se ad inuicem percutientes possunt ab Episcopo absolui.*
3 *Pueri ratione vtentes possunt ligari censuris.*
4 *Magister puniens discipulos Clericos intuitu correctionis, non incurrit excommunicationem, modò non percutiat principaliter ex odio, vel ira.*
5 *Clericus percutiens per iocum non excommunicatur.*
6 *Pueri doli incapaces non ligantur excommunicatione.*

Cap. Super eo. I.

Alexand. III.

1 CLericus, vel aliquis alius impubes si Clericum percutiat, ab Episcopo absolui potest, & non est mittendus ad Sedem Apostolicam. Item si contingat Clericos se ad inuicem percutere ex leuitate iocosa, & non ex odio, vel inuidia, aut indignatione, licèt sint in plena ætate, non sunt excommunicati, nec magister si intuitu disciplinæ, vel correctionis scholarem percutit, quia non verificatur violenta iniectio manuum, sed si ex odio, mittantur Romam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabarel Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Soc. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 266.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 744.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Augustin. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 34. c. 2.* & est post Concil. Later. sub Alex. III. *p. 1 4. c. 7.*

2 Probat hic text. quòd Clerici impuberes ad inuicem se percutientes possunt ab Episcopo absolui, vt per Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore cleric. Canon. §. 3. n. 20.* Molin. *de iust. tract. 3 tom. 4. disp. 59.* Bonac. *de censur. disp. 2. q. 4. puncto 5. n. 5. vers. quintus.* Hinc colligunt Doctores excommunicationem ob violentam manuum iniectionem in Clericum non euadere, qui illas infert in Clericum excommunicatum, nam in præsenti Clericus primo loco percutiens iam erat excommunicatus, & nihilominus repercutiens est etiam excommunicatus, ita Carol. de Grassis *de effectibus cleric. effectu 9. n. 120.* vbi *n. 114.* cum Amescua *de potestate in se ipsum. p. 1. c. 12. n. 21.* resoluit, quòd licèt Clericus percussus possit remittere actionem iniuriarum, non poterit remittere excommunicationem.

3 *Non sunt ab Apost. Sede*, &c.] Ergo pueri ratione vtentes possunt ligari censuris, vt per Soar. *tom. 5. de censur. disp. 5. sect. 1. n. 17.* Ægid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 14. n. 45.*

4 *Si scholarem Clericum*, &c. Notatur ad hoc, quòd Ludimagister puniens discipulos Clericos intuitu disciplinæ, vel correctionis, excommunicationem non incurrit, modò non percutiat principaliter ex odio, vel ira, vt per Soar. *d. tom. 5. disp. 12. sect. 1. n. 49.* Bonac. *d. q. 4. puncto 4. n. 4.* Molin. *d. tom. 4. disp. 76. n. 10.* Auila *de censur. p. 2. c. 5. disp. 3. dub. 13.* Ægid. *d. tom. 4. disp. 14. n. 192.* idem resoluentes de patre respectu filij, Carol. de Grassis *d. effectu 9. n. 224. cum seqq.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore Clericorum Canon. §. 2. n. 4.* Paul. Layman. *in sum. Theolog. moral. lib. 1. tract. 5 p. 2. c. 5. n. 8. vers. quinta.*

5 *Sed leuitate iocosa*, &c.] Notatur ad hoc, quòd percutiens Clericum per iocum, & non ex odio, & indignatione, excommunicationem non incurrit, vt per Bellet. *d. tit. de fauore Clericorum Canonis, §. 2. n. 1.* Bonac. *d. q. 4. puncto 4. n.* . benè Coriolan. Capuccin. *de casibus reseruatis, p. 2. casu 10. de indic. regul. §. 10. n. 23.* Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effectu 9. num. 306. cum seqq.*

6 In glos. *Excusat*, ibi, *non ab excommunicatione*, &c. Intellige si sunt doli capaces, alias ab excommunicatione excusarentur, vt ex Host. & Abb. *hic* resoluit Bellet. *d. §. 3. n. 21.* Iacob. de Graffiis *in aureis decis. p. 1. lib. 4. c. 6. n. 9. vers. quarto*, Vgolin. *de censur. tab. 1. c. 17. §. 3. a princ.* Soar. *tom. 5 disp. 5. sect. 1. ex num. 17.* ratio est, quia puero doli incapaci deficit iudicium ad peccatum mortale committendum, & excommunicatio non incurritur, nisi ob peccatum mortale, *cap. nemo 2. 11. q. 3.* Nauar. *in manuali. c. 27. n. 9. & 76.* Anton. de Sousa *in relect. de censur. Bullæ Cœnæ. c. 2. disp. 16. num. 2. & 3. dispur. 51. n. 3.* Salas *de legibus, disp. 16. sect. 9. ad finem.* Bonac. *de censuris. q. 1. punct. 3. à princ.* Farinac. *frequent. crimin. p. 1. verbo excommunicatio, n. 12.* Ioseph. Sanz *Aragoniæ decis. 220. n. 2.* Henriq. *in summa, lib. 13. c. 11. §. 3.* & alij citati ab Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis. 464. num. 2. in 1. edit.* aliàs *resolut. 518. in 2. edit.* Quando verò impuberes doli capaces sunt, distinguunt DD. vel enim agimus de excommunicatione iuris, & hos ligari certum est, ideóque absolutione indigere, text. *in præsenti, & in cap. quamuis, & in cap. vlt. hoc eod. tit.* vbi propter teneram ætatem eis conceditur, vt absolui possint ab Episcopo, etiam in casibus Papæ reseruatis, notant Nauar. *in man. c. 27. n. 28.* Sot. *in 4. dist. 22. q. 2. art. 3. ante fin.* Soar. *d. sect. 1. n. 19. & disp. 21. sect. 1. à n. 63.* Vnde colliges in terminis decreti Concil. Trident. *sess. 25. de Regul. c. 5. vers. nemini, iti, cuiuscunque ætatis*, sub excommunicatione, *de qua ibi*, comprehendi impuberes doli capaces septa Monasterij monialium ingredientes ex prædicta ratione, resoluit eleganter Nauar. *commento 4. de Regular. n. 39.* quem sequitur Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 46. art. 1. & 2.* post eum Soar. *tom. 2. de Relig. lib. 1. c. 10. n. 1.* Ludou. Miranda *in manuali Prælator. tom. 2. q. 2. art. 1. concl. 1.* Ego ipse *de officio, & potest. Episcopi, p. 5. alleg. 101. num. 13.* & me citato nouissimè D. Bonacina à me multis nominibus commendandus *in tract. de clausura, quæst. 4. puncto 1. n. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Monachos, & Canonicos Regulares se ad inuicem percutientes absoluit Abbas, illius discretione deficiente recurritur ad Episcopum.*
2 *Regulares se ad inuicem percutientes possunt à suis Prælatis absolui.*
3 *Episcopus an possit absoluere regulares exemptos excommunicatos ob violentam manuum iniectionem in Clericos, remissiuè.*
4 *Prælatus percutiens subditum regularem, potest absolui à Sacerdote subdito suo ab ipso in confessarium electo.*
5 *Prælati religionum an possint absoluere minimum ab excommunicatione contracta ante vnitatum.*

Cap. Monachi. II.

MOnachi, & Canonici Regulares si quocumque modo se in claustro percusserint, non sunt mittendi Romam, sed Abbas illos absoluere potest, & deficiente discretione Abbatis corrigere debet Diœcesanus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hostiens. Felin. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Vinian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 267.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 752.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2. refertur* ab Anton. Augustin. *collect. 1. Decretalium lib. 5. tit. 34. cap. 3.* & est post Concil. Lateran. *part. 1. cap. 8.*

Collige ex text. regulares se ad inuicem percutientes posse à suis Prælatis absolui, vt per Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 1. q. 20. art. 2.* Bellet. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de fauore cleric. Canonis, §. 3. num. 3.* Carol. de Grassis *de effectibus clericalib. effectu 9. num. 306.* Bonac. *de Censur. disp. 2. quæst. 4. puncto 5. num. 1.* post primum, vbi *in vers. hinc sequitur*, dicit Abbatem, Priorem, Guardianum, seu Præpositum Monasterij, seu alium quecumq

quemcumque, dummodo sit Monasterij supremus superior, posse ab excommunicatione pro violenta manuum iniectione in similes regulares suos subditos absoluere, additque prædictos Superiores Monasterij posse non solum per se ipsos, verum etiam per alios absoluere, de quo etiam Coriolan. Capuc. *de casibus reseruatis, p.2.casu 10.de indic.regul.§.10.n.20.p.804.* vbi *n.22. in fin. vers. sed quid*, resoluit quod quando Religiosi diuersorum ordinum se percutiunt ad inuicem, tunc debet absolui vnusquisque à suo Prælato.

3 Vtrùm autem Episcopus possit absoluere regulares exemptos cadentes in sententiam *Canonis, si quis, suadente*, sunt sententiæ diuersæ, & videre licet apud Bellet.*d.§.3.n.7.*

4 *Se in claustro percusserint.*] Hæc verba non ponuntur, quasi innuant, quòd si extra claustra se percusserint, ab Episcopo, & non à suo Prælato debeant absolui, sed quia hoc crebrius in claustro contingit, vt resoluunt Coriolan. Capuc.*d.§.10.n.22.* Fr. Emman.*d. q.20.art.12.* vbi etiam aduertit, quod si superior aliquis percusserit suum subditum, potest ipse secundùm priuilegia absolui ab alio Sacerdote subdito suo, electo ab ipso in Confessorem, & si subditus, & Prælatus se ad inuicem percusserint, & in Conuentu non sit aliquis, qui eos possit absoluere, possunt se ad inuicem absoluere, Coriolan.*d.§.10.n.17. vers. nam licet*, aduertens quòd licèt de iure communi excommunicatione non possit alium excommunicatum maiori excommunicatione absoluere, ex notis *in cap. audiuimus 24.q.1.* in casu tamen necessitatis vbi non est alius religiosus qui possit eos absoluere, potest excommunicatus alium excommunicatum absoluere, quo loco idem Coriolan.*n.26.* resoluit percutientem excommunicatum incurrere in excommunicationem, quia excommunicatus retinet Ordinem, ratione cuius inducta est immunitas, ideo durante causa durat effectus. Aduertendum est etiam in hac materia cum Fr. Emman.*d.q.10. art.19.* quòd si Prælatus regularis non sit Sacerdos, & nullus alius sit Sacerdos regularis in Conuentu, vel si sit excommunicatus, aut aliter impeditus, potest eius subditus absolui ab Episcopo à minori læsione clerici.

5 Vtrùm autem huiusmodi Abbates, seu Religionum Prælati possint absoluere nouitium ab excommunicatione contracta ante nouitiatum, vide Tiraquel. *de tract. tit.1.§.1. gloss.8.n.11.* Bonac.*d. punct.5.num.1. propè finem*, vel resoluit posse absoluere Religiosos, non solum professos, sed etiam nouitios, quamvis contraxerint excommunicationem ante nouitiatum; addit tamen nouitium egredientem teneri postea sese præsentare illi, qui alias habebat facultatem absoluendi.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*

2 *Ostiarij, aliique officiales, qui dum turbam tenent, irruentem Clericum fortuito casu læduut, ab excommunicatione excusantur.*

3 *Delinquens in officio mitius punitur.*

4 *Clericum percutiens ad suam necessariam defensionem, non incurrit aliquam excommunicationem.*

5 *Iniuriam leuem Clerico inferens potest ab Episcopo absolui.*

6 *Excommunicatus non est percutiens, vel occidens Clericum turpiter agentem cum matre, filia, sorore, vel vxore modo percutiat incontinenti,*

7 *Turpiter inueniri cum vxore, vel filia alicuius quibus modis dicatur, ostenditur.*

8 *Clericus percutiens turpiter inuentum cum propria matre, vxore, vel filia, non incidit in excommunicationem, non ita si cum filia adoptiua, auia, nepte, &c.*

9 *Clericum turpiter inuentum cum sua sponsa de præsenti percutiens, non est excommunicatus.*

CAP. Si vero. *j.* III.

OStiarius si prætextu sui officij malignatus Clericum percutit non grauiter, illum absoluere potest Episcopus, officialem verò, qui deliberatè iniicit manum in Clericum, non Episcopus, sed Papa absoluit, nisi fortè coërcendo turbam irruentem, non ex deliberatione, sed casu fortuito Clericum lædat. Item qui incontinenti vim vi repellendo Clericum lædit, non est mittendus Romam, id est, non est excommunicatus. Item qui Clericum cum vxore turpiter inuentum, vel cum matre, sorore, aut filia propria interficit, non est excommunicatus, secus si inueniat cum alia sua consanguinea non ita proxima. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Soc. Vin. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.* 267. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 753. refertur ab Ant. Aug. *collect.4. Decretal. lib.5. tit.34. cap.4.* & est post Concil. Lateran. *part.*14. *cap.9.* 1

Alicuius potestatis ostiarius.] Aduerte ab excommunicatione excusari ostiarium, aut alium officialem, qui dum arcet turbam irruentem, Clericum fortuito casu lædit: quòd si tamen id faceret animo maligno, ex proposito scilicet, intendens Clericum verberare sine sufficienti necessitate, videtur incurrere excommunicationem, sed soli Episcopo reseruatam, à quo absolui potest, nisi Clericum grauiter vulneranit, ita Sayr. *de censur. lib.3. cap.28. num.27.* Ægid. *de Sacram. & censur. tom.2. disp.14. num.*193. Bellet. *disquisit. clerical. p.1. tit. de fauore clericorum Canon.§.3. num.*28. Bonac. *de censur. disp.2. quæst.4. punct.5. num.2. vers. secundus.* 2

Prætextu officij.] Ergo delinquens in officio mitiùs punitur, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 58. *à prine.* Et Curiales, seu Aulici in hoc priuilegiantur, quod eis facilius parcitur quàm aliis, vt per Cassan. *in catalogo gloriæ mundi, p.6. consid.*38. 3

Si verò Clericum, &c.] Notatur ad hoc, quòd qui Clericum percutit, ac vulnerat ad suam necessariam defensionem, non incurrit aliquam excommunicationem, vt per Anton. Gom. *variar. tom.3.c.3.n.20. ad medium*, Clar. *§. homicidium, n.23. vers. præterea*, Vgol. *de censur. p.2.c.11.§. proposuimus, n.1. &* 2. Iacob. Ayrer. *de homicidio necessario, part.1 num.63.* Farinac. *in praxi crim. p.5.q.125.n.32.* Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effectu 9.n.196. cum seqq.* 4

Grauiter percusserit.] Notatur ad hoc, quòd vbicunque esset illata leuis iniuria, etiam personalis ipsi Clerico, eam inferens vti excommunicatus non tenetur Romam proficisci, sed potest illum Episcopus absoluere, vt per Viuian. *com.1. commun. opinion. lib.1. tit.12. num.10. pag.*196. Clar. *lib.5. §. fin. q.77. num.14.* Mar. Anton. *variar. resol. lib.3. resolut.11. n.1.* Et ex leui percussione inter pueros, vel personas infimæ conditionis non incurritur excommunicatio, vt per Henriq. *in summa, lib.13. de excommunic. cap.17. §.2. in medio.* 5

Nec ille compellendus est, &c.] Notatur ad hoc, quòd excommunicatus non est percutiens, vulnerans, vel occidens Clericum inuentum turpiter agentem cum matre, filia, vxore, vel sorore, modo percutiat incon- 6

tinenti, & non ex interuallo, vt per Couar. *de sponsal. p.2.c.7. §.7. num.12.* Nauar. *in manuali, cap.27. n.84.* Emman.Sà *de excommun.Papæ reseruatis, num.2.* Clar. *§.homicidium, num.48.& lib.5.§. fin.q.77.num.9.* Perez *l.4. gloss. sua hiyà tit.13. lib.8. Ordin. pag.268.* Anton. Gom.*l.8.Tauri, num.55.* Fr. Emman.*in summa, tom.1. verbo de excommun. Papal. n. 5.* Ceual. *commun. contra commun. q.833.num.30.* Farin. *in praxi crimin. p.5. q.121.num.6.& num.73.* Molin.*de iustit.tom.4.tract.3. disp.7.n.3. & disp.55.num.6.* Henriq. *in summ. lib.12. cap.14.§.1. lit.E,* Sayr.*de censur.lib.3. cap.27. num.23.* Bellet.*disquisit.cleric.p.1.tit. de fauore cleric.Canon.§.2. num.9.* Paul. Layman. *in Theolog. moral. lib.1. tract.5. p.2.c.5.num.8.vers. quarta,* Zerol. *in praxi Episc. verbo excommunicatio,* Cened. *ad Decretum collect.12.num.2. & 3.* Intrigl.*de casibus conscientiæ, cent.1. casu 9.n.18.* Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus,effectu 9.num. 186.*Bonac.*de censur.disp.2.q.4.punct.4.num.5.*Ægid.*de Sacram.& censuris, tom.2.disp.15.num.195.* resoluentes, quòd quamvis percutiens in his casibus grauiter peccet percutiendo priuata auctoritate, nihilominus eximitur ab excommunicatione, eo quòd Ecclesia non reputat huiusmodi percussionem factam esse suadente Diabolo, sed vehementi passione, cùm sit difficillimum in huiusmodi casu iustum temperare dolorem.

7 *Turpiter inuentum.*] Ergo sufficit, vt inueniatur in quolibet turpi actu, veluti in osculis vel amplexibus, aut in loco suspecto, vt si solus inueniatur cum sola in loco apto ad turpes actus exercendos, & de illo adsit rationabilis suspicio, ita Soar. *tom.5. de censur.disp. 22.sect.1.num.37.* Ægid.*d.disp.14.n.196.* Prax.Episc.*d. verbo excommunicatio, §.4.*Bonac.*d.n.5. vers..rogabis secundò,* vbi addit cum Sylvest. sufficere, vt maritus percutiat Clericum loquentem cum sua vxore absque alio turpi actu,quando illum prius ter admonuerat, & ipse noluit desistere. Hinc sequitur, inquit Nauar. *cons.41. sub hoc tit.* quem referunt, & sequuntur Molin.*disp.55.n.6.ad finem,* & Bonac.*dict.n.5.* hinc sequitur, maritum excusari ab excommunicatione,quando de industria se abscondit domi expectans Clericum hoc ignorantem, vt eum in flagranti deprehensum occidat, adhuc enim dicitur occidere Clericum turpiter inuentum cum vxore, &c. modo absit dolus, qualis esset, si curasset eum ad dictas personas clam adeundas inuitari.

8 *Matre,sorore,vel filia.*] Intellige veram & propriam matrem, sororem, & filiam, etiam illegitimam, non tamen adoptiuam; nam vt percutiens Clericum excusetur ab excommunicatione, requiritur, vt illum percutiat turpiter inuentum cum propria matre, vxore, vel filia,aut sorore,non verò sufficit,si percutiat inuentum cum auia, & nepte, &c. quia verba huius text. propriè sunt accipienda, præsertim cùm simus in materia pœnali, & odiosa restringente priuilegia Clericorum, ita Molin. *d. disput.55. ad finem,* Ægid. *d. disput.14. num.196.* Bonacin. *d. num.5. versic. rogabis primò.*

9 In gloss.*Cum vxore,*ibi,*idem est in sponsa de præsenti,* Notatur ad hoc, quòd nomine vxoris hic intelligitur etiam sponsa de præsenti, cum qua contractum est Matrimonium, quamvis nondum sit consummatum, & ita non esse excommunicatum percutientem Clericum turpiter inuentum cum sua sponsa de præsenti tenent Couar.*de sponsal.p.1.c.1.n.7.* Clar.*lib.5.§. homicidium, num.49.* Perez *l.1.gloss.1.pag.5.vers.hinc etiam, tit.1.lib.5.Ordin.* Praxis Epilcop.*p.1.verbo adulterium, & verbo excommunicatio, vers.tertiò,* Farin.*d.p.3.q.121. num.73.* Sanch. *de Matrim. lib.1. disp.1.num.6.* Ægid. *d.disp.15.num.196. vers. per vxorem,* Bonac.*d. num.5. vers. respondeo nomine vxoris,* sed Gutier. *de Matrim. c.1.n.13. cum duobus sequentibus,* contra Cou. tenuit sponsum de futuro percutientem Clericum cum sponsa turpiter inuentum in pœnam excommunicationis incidere,quod etiam tenet Aloys. Ricc. *in praxi aurea resol.228.*

SVMMARIVM.

1 *Clericum percutiens ignorans eum esse Clericum non est excommunicatus,* & n.2.

3 *Excommunicationem non incurrit percutiens Clericum, ignorans tamen crasse, & lata culpa Clericatum.*

4 *Excommunicatio incurritur ab illo, qui percutiendo Clericum, credens illum non esse Clericum, sed Tertium similiter Clericum.*

5 *Clericum verberans credens esse laicum non incurrit excommunicationem.*

6 *Excommunicationem incurrit percutiens Clericum cum hac intentione, volo occidere hunc hominem, etiamsi sit Clericus.*

7 *Iuramentum vbi propria manu exigitur non admittitur procurator, etiam habens speciale mandatum ad iurandum.*

8 *Iuramento eius, qui ignorauit, standum ad probandum ignorantiam.*

9 *Ignorantia plenè probatur iuramento ipsius ignorasse dicentis.*

CAP. Si vero. §. IV.

IGnorans probabiliter illum esse Clericum, qui percutit,non est excommunicatus, & si est dubius an ignorauerit, iuret se ignorasse, & si iurare nolit, est excommunicatus, & habetur pro tali, donec absoluatur à Papa.Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc. Collect.Zabar.Joan. Andr.Host.Butr.Anchar.Panorm. Felin.Marian. Socin. Vin. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.296.* Alagona *in compend.iuris Cæs. pag.75.* remissiuè Cæsal. *in annot.* & Ximenes *concord. p.1.& 2.* refertur ab Ant. Augustin. *collect.2. Decret. lib.5.tit.34. c.5.*& est post Concil.Lateran.*p.1.c.1.*

Dummodo ipsum esse Clericum ignorauerit.] Probat hic text. quòd percutiens Clericum ignorans probabiliter eum esse Clericum, excommunicatus non sit, ita Vict.*de excommunicatione,n.8.*Soar.*de censur.disp.22.sect.1.n.54.* Ægid. *de Sacram.& cens. tom.2. disp.14.num.197.*Mascard.*de probat.concl.8.n.1.& seqq.*latè Sayr.*de censur.lib.5.c.27.*Mat.Alter.*d.tract. tom.1. de excommun.lib.2.cap.5.vers.qua in re.*Carol. de Grassis *de effectibus cleric.effectu 9.n.189.*Bonac.*de censur.disp.1.q.1.punct.1.n.16.cum seqq.*Paul.Comitol. *respons. moral. lib.5. q.3.* Cened. *ad Decretum collect.24. num.11.*Paul.Layman. *in summ. Theologiæ moralis,lib. p.1. tract.5. p.2.c.5.n.8.* Vnde primò colliges non incurri excommunicationem ab eo qui ignorabat etiam crassè, & lata culpa clericatum, & resolvit Fr.Emman. *in summa, tom.1.c.80.concl.1.n.11.in fine,* S.Antonin. Abb. Sylvest. Alexand. de Neuo, & alij, quos refert Sanch.*de Matrim.lib.1.disp.12.n.41.* vbi tandem allerit huiusmodi percussorem Clerici non excusari à lata culpa, & crassa ignorantia, quia ignorans in præsenti non excusatur defectu doli, sed quia culpa lata caruit, imò probabiliter, & iustè ignorantem Clericum esse, qui contra solitum Clericorum morem comam nutriebat,Sayr.*d.c.37.n.4.*& Carol. de Grassis *d. effectu 9.n.192.*

Secundò

Secundò colliges incurri excommunicationem ab eo, qui percutit Caium clericum, credens illum non esse Caium, sed Titium similiter clericum, ratio est, quia tam intentio, quam opus externum est iniuriosum statui clericali, propter cuius reuerentiam imposita fuit excommunicatio: tum quia nulla ignorantia excusat in hoc casu, cùm habeat intentionem percutiendi clericum, & re ipsa percutiat hunc clericum, quamvis credat esse alium clericum, ità Placa *in epitome delict. c.27. n.17.* Vega *tom.1. summæ, c.85. casu* 107. Sanch. *d. disp.32. n.27.* Farinac. *in praxi crimin. p.5.q.123.n.164.* Bonac. *d.disp.1. quæst.2.punct.1.n.20.* Layman. *vbi supr.* Secus si percusserit Titium clericum volens percutere Seium laicum, Cou. *in cap. alma mater.p.1. §.10. num.15. vers.12.* Graff. *in decis. aureis, part.1. lib.4. cap.9. n.43.* Vega *d.cap.85. casu* 107. Fr. Emman. *in summa tom.1.c.80.num.11. concl.11.* Sanch. *d. disp.32.num.28.* Farin. *d.num.164.* Sic etiam non est excommunicatus, qui volens percutere clericum, percusserit laicum, quem credebat esse clericum illum, quem percutere volebat, vt post Vgol. resoluit Farin. *d.n.164.*

5 Tertiò colliges, quòd verberans clericum credens esse laicum, quia incedit in habitu laicali non incurrit excommunicationem, nisi percutiens eum clericum sciret, vt per Mascard. *d. concl.848. à num.4.* Menoch. *de præsumpt. lib.6. præs.76. n.12.* Seraphin. *de priuilegiis iuram. priuileg.4.n.38.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. p.2. lib.3. cap.5. n.1.* & plures alij, quos refert, & sequitur Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effectu 9. n.125.* Nullam verò excommunicationem incurret si quis percutiat clericum, qui ab Episcopo, vel ab alio iurisdictionem quasi Episcopalem in eum habente, ter fuit admonitus in generali, vel in particulari, vt tonseram, & habitum clericalem deferret, & ipse clericus nihilominus non vult deferre, ratio est quia quandiu huiusmodi clericus non gestat habitum, caret priuilegio clericali, si ter fuerit admonitus, *cap. contingit, sl.2. infra, hoc tit.* ita Sayr. *de censur. lib.7.c.27.* Anil. *eod. tract. p.2.c.5. disp.3. dub.13. casu* 4. Carol. de Grassis *d. effectu 9.n.126.* Molin. *d. tom.4. disp.54.n.1.* Bonac. *de censur. disp.2.q.4. punct.4.n.7.* aduertens non admittere priuilegium Canonis per solam dimissionem habitus clericalis, nisi ter fuerit admonitus; vt *suprà* dixi.

6 Quartò colliges ligari excommunicatione percutientem clericum cum hac intentione: Volo occidere hunc hominem, qui est laicus, aut si est clericus, volo adhuc illum occidere, quia actus externus est malus, & efficaciter dependet ab illo actu interno, quod percutiens vult hunc hominem occidere, quod non occidit, quando non adest ignorantia comitans, tunc enim actus externus non prouenit ab interno actu iniusto, ita Anila *d.p.2.c.5. disp.5. dub.6. ad finem,* Sanch. *in præcept. Decal. lib.1.c.16. n.14.* quos refert, & sequitur Bonac. *d. tract. de censur. disp.1. punct.1. num.21.*

7 *Propria manu.*] Notatur ad hoc quòd vbi iuramentum non solum proprium, sed etiam propria manu exigitur, non admittitur procurator etiam habens ad iurandum speciale mandatum, vt per Cassador, *decis.1. de iureiurando,* Con. *de sponsal. p.2.c.3. §.5. n.8. vers. sit igitur, ad finem,* Soar. *de religione, tract. de iuramento, lib.2. cap.32. num.7.* Sayr. *in claui Regia, lib.5. cap.6. num.27.*

8 *Præstiterit iuramentum,* &c.] Notatur ad hoc quod ad probandam ignorantiam statur iuramento eius, qui ignorauit, vt per Sayr. *in claui regia, lib.3.c.5.n.4.* Statur enim iuramento in iis, quæ pendent à conscientia alicuius, quando aliter veritas haberi non potest, Mascard. *de probat. concl.414. n.4.* Et ideo ignorantia plenè probatur iuramento ipsius se ignorasse dicentis, quia in cordis penetralibus latentia minimè testibus probari possunt, vt tenet gloss. *hic verbo propria,* & resoluunt Couar. *lib.2. var. c.10.n.1. vers.3. admittenda est,* Gregor. *l.12. verbo, que lo no supiera, tit.1. p.3.* Salzed. *ad Bernard. regul.323.* Mascard. *de probat. concl.881.n.1.* Anil. *ad c.52. Prætorum, gloss. è la tierra, n.12.* Sanch. *d. lib.9. disp.32.n.5.* Admittitur tamen probatio in contrarium, Tiraq. *de retract. tit.1. §.4. gloss.1. num.4.*

SVMMARIVM.

1 *Clericum, vel Religiosum percutiens est excommunicatus, nec ab alio quam à Papa absoluitur, præterquam in articulo mortis.*

2 *Absolui quis potest in articulo mortis ab excommunicatione contracta ob violentam manuum iniectionem in clericos.*

3 *Excommunicationis sententiam incurrit percutiens conuersos Ecclesiæ regularis.*

4 *Conuersi ad religionem veri sunt religiosi, & Ecclesiasticæ personæ.*

5 *Nouitij religionum sunt de foro Ecclesiæ, ita vt eos percutientes incurrant sententiam excommunicationis.*

CAP. Non dubium. V.

CLericum, vel Religiosum etiam conuersum percutiens est excommunicatus, nec potest absolui nisi à Papa, præterquam in mortis articulo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. à Capistrano, Host. Felin. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viu. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.269.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.754.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect.1. Decret. lib.5. tit.34.c.6.* 1

Collige ex text. imminente periculo mortis, vel grauì infirmitate posse quemvis ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem in clericos contracta à quolibet Sacerdote absolui, vt per Bonac. *de censur. disp.2. quæst.4. puncto 5. num.3. vers. quartus,* Bellet. *disquit. cleric. part.1. tit. de fauore Canonis, §.3. n.8.* Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus, effectu 9. n.153.* quod quidem speciale non est in hoc excommunicationis genere, sed in omni alio similiter concessum, cùm quilibet simplex Sacerdos in articulo mortis possit à quibuscumque censuris, & peccatis reseruatis absoluere, vt clare colligitur ex Trident. Concil. *sess.14. c.7.* quod quidem an verum sit quando patet aditus ad Superiorem, cui censuræ, & casus sunt reseruati, vel ad Confessarium approbatum, & quis dicatur mortis articulus, vide per me citatos *in tract. de officio, & potest. Episcop. p.2. alleg.25. n.49. cum seqq.* quibus adde Thom. Actium *in tract. de infirm. p.1. cap.15.* 2

Conuersos.] Notatur ad hoc quòd excommunicationis sententiam incurrit conuersos percutiens Ecclesiæ regularis, vt per Rendin. *in promptuario recept. sentent. tom.1. tit.41. num.18.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.2. lib.3. cap.5. num.21.* Carol. de Grassis *de effect. cleric. effectu 9. num.70.* Huiusmodi enim conuersi verè sunt religiosi, eo quòd tria vota castitatis, paupertatis & obedientiæ emittunt, & ideo vulgo dicuntur fratres laici, non quòd Ecclesiasticæ personæ, aut religiosæ non sint, sed quia Ordinibus carent, 3 4

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rent, & Clerici non fiunt, sicut Monachi, & alij Religiosi, de quibus ptaxis Episcop. *p. 1. verbo oblati*, Peregr. *variar. lib. 6. n. 70.* Nicol. Garc. *de benef. p. 1. c. 4. num. 11.* An idem si in percutiente conuersum Ecclesiæ sæcularis in dubium ab Ordinariis in præsenti reuocari solet, nam glos. *hic* arguit pro vtraque parte, & tandem concludit quòd ij, ex quo se, & sua diuino obsequio, siue in regulari Ecclesia, siue in sæculari obtulerunt, iam Ecclesiasticæ personæ censentur, & ex hoc ex toto in forum Ecclesiæ translati sunt, cum hac glos. transeunt *hic* Host. *n. 2.* Ioan. Andr. *n. 4.* Butr. *n. 6.* Panorm. *n. 4.* & alij, quos refert, & sequitur Rendina *loco proximè citato*, Graff. & Carol. de Grassis *citatis locis.*

5 Vnde etiam nouitij, qui sunt de foro Ecclesiæ, non possunt coram iudice sæculari conueniri, vt tenent Moder. *de iurisdict. p. 4. casu 121. num. 24.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 2. q. 11.* Canonis enim priuilegio gaudent, ita vt eos percutientes incidant in illius excommunicationem, vt tenent plures citati à Cened. *ad Decret. collect. 24. n. 12.* quibus adde Henriq. *in sum. lib. 13. de excommun. c. 49. §. 1. in comment. lit. G.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 3. quæst. 21. art. 4.* Graff. *d. c. 5. n. 26.* Farin. *in praxi crimin. q. 8. num. 16.* Carol. de Grassis *d. effectu 9. n. 82.* Azor. *d. lib. 12. c. 3. q. 2.* Bobadil. *in sua politica, lib. 2. c. 18. n. 88.* Ægid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 14. dub. 15. n. 164.* quamvis nouitij sint vnius diei, ex Coriolan. Capuc. *de casibus reseruatis, part. 2. c. 10. de indic. regul. §. 10. n. 19. pag. 803.* vbi limitat in percutiente de proximo vestiendum, qui in Monasterio est in habitu sæculari sub cura Magistri nouitiorum.

SVMMARIVM.

1 *Mulieres, & aliæ personæ quæ non sunt sui iuris, quæ inciderunt in canonem, si quis suadente, absoluuntur ab Episcopo.*

2 *Mulieres ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem in clericos ab Episcopo absolui possunt.*

3 *Delicati ob clerici percussionem excommunicati ab Episcopo absolui possunt.*

4 *Consulens, vel mandans percuti clericum excommunicatus est, si sequatur percussio.*

5 *Excommunicatio incurritur ab eo, qui mandauit percussionem clerici, sed postea pœnitentia ductus reuocauit mandatum, qua reuocatione non intimata mandatario adhuc sequutus est mandati effectus, secus si prius intimatio ei facta fuisset.*

6 *Mandans percuti clericum si post mortem ipsius mandantis, is, cui hoc mandatum erat, clericum percusserit, non excommunicatur.*

CAP. Mulieres. VI.

1 MVlieres, & aliæ personæ quæ non sunt sui iuris, si iniiciunt manus violentas in clericum, absoluuntur à diœcesano. Personæ verò, quæ sunt magnæ potentiæ, vel ita delicatæ vt nequeant sumere laborem veniendi ad Vrbem, nuntietur prius Papæ de statu personæ, & negotij, & postea secundum consilium Papæ corrigantur de scelere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 269.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 754.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. part. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 34. cap. 1.* & est post Concil. Lateran. *part. 1 4. cap. 12.*

Probat hic text. mulieres ab excommunicatione ob violentam manuum iniectionem in clericos, ab Episcopo absolui posse; cùm periculosum sit percussores proficisci, & se virorum cœtibus immiscere: ita Torquemad. *d. l. 10. connubiali glos. l. p. 10. n. 33.* Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 28. n. 18. vers. tertium*, Bonacin. *eod. tract. disp. 3. q. 4. puncto 5. n. 3. vers. 6.* Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus, effectu 9. n. 159.* Beller. *disquis. clerical. 3. tit. de fauore clericorum Canonis, §. 3. n. 17.* ampliando etiamsi sint diuites, vel sui iuris, & aptæ ad confitendum iter.

Et ita delicati, &c.] Notatur ad hoc quòd delicati, qui scilicet laborem accedendi ad Sedem Apostolicam sustinere nequeunt, quod tamen remittitur arbitrium Episcopi, vt ait glos. *verbo laborem, an profecti* absolui possunt ab Episcopo ab excommunicatione incursa ob violentam manuum iniectionem in clericos, intimato priùs Summo Pontifici statu personæ, & veritate negotij, vt secundùm eius consilium de commisso scelere corrigi valeant, ita Beller. *d. §. 3. num. 23.*

§. Illi verò.

Probat hic §. consulentem, vel mandantem percuti clericum excommunicatum esse ac si ipsum clericum propriis manibus percussisset, si sequatur percussio, in Syluest. *verbo excommunicatio 7. num. 12.* Soar. *de censur. disp. 22. sect. 1. num. 55.* Auil. *eod. tract. p. 2. cap. 5. dub. 6.* Sayr. *eod. tract. d. lib. 3. cap. 15. num. 10.* Bonac. *eod. tract. disp. 2. q. 4. punct. 3. n. 1.* Molin. *de iust. tom. disp. 52. n. 2.* Ægid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. num. 27. cum seqq.* Farin. *in praxi crimin. part. 5. q. n. 57.* Beller. *disquis. clerical. part. 1. tit. de fauore corum Canonis, §. 1. num. 6.* Paul. Layman. *in Theol. morali, lib. 1. tract. 5. de excommunic. part. 2. cap. 1. num. 5.* Carol. de Grassis *de effectib. clericalib. effectu 9. num. 16.*

In glos. *Auctoritate, vel mandatu, ibi, sed pone quod mandat, sed ante manuum iniectionem pœnitet, &c.* Notatur ad hoc, quòd incurritur excommunicatio ab eo qui mandauit percussionem clerici, sed postea pœnitentia ductus reuocauit mandatum, quia reuocatione non manifestata mandatario, adhuc sequutus est mandati effectus, quamvis curauerit reuocationem mandati innotescere mandatario, cui reipsa non innotuit, ita Molin. *d. disp. 52. n. 3.* Less. *de iustit. lib. 2. c. 15. dub. 3. n. 17.* quos refert, & sequitur Bonac. *d. punct. 5. num. 2.* Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus, effectu 9. n. 3.* Auil. *de censur. p. 2. c. 5. disp. 3. dub. 7. conclus. 1.* Ægid. de Conincx *de censur. disp. 24. dub. 15. n. 183.* Paul. Layman *dicto loco, cap. 5. n. 5. vers. sed quæritur.* Si vero reuocatio mandati mandatario fiat, & post illam delictum, non prius mandatum committat, non tenetur mandatum, vt per Anton. Gom. *variar. tom. 3. cap. 3. n. 40.* Menoch. *de arbitr. casu 352. num. 7.* Decian. *in tract. crimin. lib. 5. c. 36. n. 32.* Iacob. Ayrer. *in tract. ab homicidio p. 2. q. 4. n.* late Farin. *in praxi crimin. p. 5. q. 135. n. 174.* cum seq. & *n. 175.* resoluit mandatum reuocari non solum expresse, sed etiam tacitè, veluti quando mandans compressè, sed etiam tacitè, veluti quando mandans compositionem traxit parentelam, vel fecit pacem cum suo inimico, & *n. 178.* tenet quòd mandato reuocato, & reuocatione intimata mandatario, mandans ampliùs non tenetur, etiam quòd talis reuocatio non fuerit intimata occidendo.

In ead. glos. ibi, *Sed pone, quòd mandator ante iniectionem manuum moriatur, &c.*] Notatur ad hoc, quòd mandans percuti clericum, si post mortem ipsius mandatarij

dantis,is, cui hoc mandatum erat, clericum percusserit,non excommunicatur, vt per Sayr.*de censur.lib.*11. c.9.*n.*12. Azor.*instit.moral.p.*2.*lib.*5.*c.*26.*q.*2.*vers.sed dubiæ quæstionis est*, Carol.de Grassis *de effectib. cleric. effect.*9. *n.*40. nam tacitè censetur reuocatum mandatum morte mandantis, vt considerat Farin. *d. q.*135. *num.*180.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus pro iniectione manuum in clericum licet occultus absoluitur per solum Papam.*
2 *Iniuria facta clerico si per eum remittatur, non per hoc censetur remissa ea quæ fuit facta Ecclesiæ.*
3 *Episcopi attento Conc. Trid.*sess.24. de reform.*c.*6. *possunt quoscumque sibi subditos absoluere ab excommunicatione propter enormem clerici percussionem,modo delictum sit occultum.*

Cap. Porrò. VII.

1 CLericum percutiens, licèt sit secretus, & non conuincitur, debet satisfacere parti, & ire Romam,quia non potest Episcopus illum absoluere. Colligunt ex Ordin.Abb. antiq.Innocent. Collect.Zabar. Ioan.Andr.Host.Butr. Anchar.Panorm.Felin. Marian. Socin. Viu.*in ration.lib.*5.*iuris Pontif.pag.*754.Alagona *in compend.iuris Canon.pag.*270.*& comm.*4. *repet. super iure Canonicum ad lib.*5. *Decret.*Francisc.Arias, remissiuè Ximen. *in concord.p.*1.refertur ab Ant.August.*collect.*2. *Decret.lib.*5.*tit.*34.*c.*9.& est post Concil. Later. *p.*14.*c.*12.

2 *Congruè satisfaciant.*] Aduertit Auila *de censur.p.*2. *c.*7.*disp.*3.*dub.*11. censeri satisfactum parti læsæ quando præstatur satisfactio personæ, quæ passa est iniuriam, aut ab ea obtinetur remissio, quamvis sit clericus, nam licèt huius percussio redundet in iniuriam status Ecclesiastici, tamen principaliter tangit infamatum, & minus principaliter bonum publicum, & ita videtur sufficere satisfactio, vel remissio principalis. Verùm hanc Auilæ doctrinam meritò improbat Bonac. *de censuris disp.*2.*q.*4.*punct.*5. *n.*5. existimans etiam necessarium esse Ecclesiæ, & statui Eccles. satisfactionem præstari,quia per remissionem iniuriæ factæ clerico,non censetur remissa ea, quæ fuit facta Ecclesiæ, vt optimè resoluit Farin. *in praxi crim.p.*3.*q.*105. *n.*291. quem refert, & sequitur parens meus *in commentariis ad Ordinationes Regias Lusitanorum, lib.*1. *tit.*6. §.25. *n.*10. quam quidem satisfactionem delinquens regulariter exhibebit si absoluenti se ipsum humiliter subiiciat, ostendendo se paratum ad acceptandam pœnitentiam, quæ sibi fuerit imposita cum iuramento obediendi Ecclesiæ, nec amplius ad futurum percutiendi clericum, &c.

3 *Non conuicti, sed priuatim.*&c.] Probat hic text.secundùm omnes in præsenti, quòd excommunicatus propter violentam manuum iniectionem in clericum, licèt occultus, absoluitur per solum Papam; hodie verò virtute Concil. Trident. *sess.*14. *de reformat. c.*6. poterunt Episcopi quoscunque sibi subditos absoluere ab excommunicatione, etiam propter enormem percussionem, modò delictum sit occultum, nec sit deductum ad forum contentiosum, & me citato resoluit Bonac.*d.punct.*5.*n.*4. addens prædictum excommunicatum ab Episcopo ex Concil. Trid. priuilegio absolutum, non teneri postea adire Papam; vel Legatum.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegiati debent quoque vitare excommunicatos, & ipsi quoque excommunicati sunt ob iniectionem manuum in clericos.*
2 *Priuilegio Sedis Apostolicæ nulli se tueri possunt quominus vitare debeant excommunicatos.*
3 *Communicatio cum excommunicatis an sit prohibita de iure diuino, ostenditur.*
4 *Ratio vera decidendi ad hunc text.quæritur,* & n.5. & 6.

Cap. Nulli. VIII.

PRiuilegiati debent etiam vitare excommunicatos, & si clericos percutiunt, ipsi quoque sunt excommunicati,& vitandi. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc.Collect. Zabar.Ioan.Andr.Host. Butr. Anchar. Panorm.Felin. Marian. Socin. Viu.*in ration.lib.*5.*iuris Pontif. pag.*271. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*755.remissiue Ximen.*in concord.p.*1.*&* 2. refertur ab Ant. Aug.*collect.*1. *Decretal.lib.*5.*tit.*34.*cap.*10. & est post Concil. Lateran.*p.*14.*c.*4. 1

Probat hic text.nullum se posse priuilegio Apostolicæ Sedis tueri, quominus excommunicatos vitare debeat,ita ex eo colligunt Anton. Ricciul.*de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium,lib.*4.*c.*42. *n.*12.*in fin.*Mar. Alter.*de censuris tom.*1,*de excommunic. lib.*1.*disp.*9.*c.*1. *vers. & quamvis*, & alij relati *ad cap. cum & plantare,*§.*excommunicatos,supra de priuileg.*cuius est pars,& fragmentum text.*in præsenti*,vt aduertit idem Ricc.*vbi sup.n.*15. Sed quia *in d.*§.*excommunicatos* per summa capita materiam hanc,& illius difficultates pertractani, nunc verò pro clariori text. explicatione, eius rationem vlterius inquirendam operæ pretium duxi. 2

Quæ igitur fuerit ratio ob quam Pontifex *in præsenti* regulam generalem constituit, quod nemini suffragati potest priuilegium Sedis Apostol. quominus excommunicatos vitare debeat, disceptatio est inter DD. non contemnenda: quidam enim inquiunt præceptum de vitandis excommunicatis, & interdictis iuris Diuini esse, iuxta auctoritatem Christi Domini *Matthæi* 16. *Quodcumque ligaueris super terram,* &c. & aliam eiusdem Christi *Matthæi* 18. *Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus,*iuncto *cap. nemo contemnat,* 11.*q.*3.ibi; *non enim est homo,qui ligat,sed Christus,*&c. Quare cùm Pontif. contra legem Diuinam dispensare nequeat, ex reg. text.*in c.sunt quidam* 25.*q.*1. *cap. literas, de restit. spoliat.*cum similibus, rectè sequitur nullum priuilegium posse suffragari,quominus qui excommunicatos vitare teneatur, atque ita hanc rationem tradit Felin. *in præsenti.* Cosmus, & alij, quorum meminit Couar. *in cap. alma mater, part.*1. §.1. *n.*1. *vers. hinc adducitur,* vbi hanc rationem verissimam censet in communicatione in Diuinis, hanc enim iure Diuino, cum excommunicato interdictam esse resoluit, & consequenter infert peccare Pontificem si in Diuinis cum excommunicato communicet; & generaliter præceptum hoc de vitandis excommunicatis non posse in Diuinis relaxari ab ipso Pontifice. Sed neque ratio Felin. neque distinctio Couar. defendi potest, vt optimè aduertit Ricciul. *d. cap.*42. *num.*5. nam verius est, quòd licèt excommunicandi potestas sit iuris Diuini,iuxta prædictam auctoritatem,quodcunque ligaueris, & *d. cap. nemo contemnat*, atque etiam in lege Diuina veteri, & apud Gentiles aliqua fuerit excommunica- 3

municationis, qua vtimur, similitudo, & in eum sensum sit accipienda alia auctoritas, sit tibi sicut Ethnicus, & multa similia, quæ adducit Henriq. *in summ. lib.13.cap.2.§.4.* & post Vgol. plenius Sayr. *de censur. lib.1.cap.4. à princ.* modus tamen, forma, & effectus priuandi hos, vel illos, hac vel illa communione, ab Apostolis incepit, iuxta *cap. sicut Apostoli 11.q.3.* & sic ad legem Canonicam humanam pertinet, vnde Ecclesiastica vincula excommunicationem appellat text. *in d. cap. nemo contemnat*, & notat post Sot. Nauar. & alios, Henriq. *d.cap.2.§.3. vers. modus*, explicant post alios Sayr. *d.c.4.n.8.* Anil. *eod. tract. de censur. 6.p.cap.6. disp.7.dub.1.concl.3.* Soar. *d.tom.5.de censur. disp.2.sect.1. n.9.* deinde quia manifestissimum est Ecclesiastica lege variis in casibus relaxatum esse præceptum hoc de excommunicatis vitandis, de quibus *in cap. quoniam multos, 11.q.3. cap. inter alia, cap. responso, cap. quod in dubiis, cap. cum voluntate, infr. hoc tit.* & generaliter *in Extrauag. Martini V. Ad euitanda*, dum generaliter decidit necessarium non esse vitare excommunicatos antequam publicè sint denuntiati, refert post Felin. Nauar. *in manuali c.107. à n.51.* latè Gutier. *lib.1.canon. c.1. à princ.* & alij, de quibus Henriq *d.lib.13.c.5.§.1. ad finem*, & Cened. *ad Decret.1.p. collect.19.* & passim alij resoluentes concessionem istam procedere, etiam respectu Diuinorum, vt bene contra Couar. ostendit Henriq. *vbi suprà lit. I*, confirmans quotidiano exemplo de Ecclesia orante pro excommunicaris in feria Sexta Parasceues, & disputat Nauar. *de orat. c.19.n.71.* Quare Abb. *in præsenti*, distinguit inter priuilegia clausa in corpore iuris, qui dicit concedi posse à Summo Pontifice in hac materia, & procedere *d. cap. quoniam multos*, cum similibus, & inter priuilegia specialia quæ ait sine causa concedi non posse, vt quis excommunicatos vitare non teneatur, & procedere text. *in præsenti*, & *in d.§. excommunicatos*, huius differentiæ rationem assignat, quia priuilegia in corpore iuris clausa, cum per modum legis ferantur, semper ratione nituntur, ex reg. text. *in cap. erit autem, 4. dist.* per contrarium ea quæ specialiter conceduntur, sunt contra tenorem rationis, iuxta *l. ius singulare, ff. de legibus*, & scandalum generant in mentibus aliorum, & turbant statum, vniuersalis Ecclesiæ, quod tolerandum non est, iuxta regulam text. *in c.2. de præscript. & in cap. etsi illa 1.q.7.* quia sic facilè dirumpitur neruus Ecclesiasticæ disciplinæ, vt ait text. *in cap. cum inter, de consuetud.*

4 Sed meritò hæc distinctio displicuit Felino, & Vgolin. ac aliis *supra* citatis, & statim referendis, quia quemadmodum Abb. considerat in omni lege rationem prærequiri, ita etiam in omni priuilegio necessariam esse constat iustam causam; deinde quia falsum est vniuersalis Ecclesiæ statum turbari, ex eo, quòd in casu particulari, vel huic, aut illi personæ priuilegium concedatur, ne excommunicatos vitare teneatur, imò magis turbari videtur, quando statuto, vel generali lege hoc conceditur, cùm magis præceptum ipsum relaxatur, quemadmodum videmus non turbari statum Ecclesiasticum in quacumque alia materia, si iusta dispensatione cum priuilegio Ecclesiastica præcepta relaxentur.

5 Quare intellectus in nostris scholis Conimbr. receptissimus ille est, quod non negat text. *hic in d.§. excommunicatos*, potestatem Summo Pontifici concedendi priuilegium aliquibus, ne teneantur vitare excommunicatos, sed solùm huiusmodi priuilegiis se tueri non posse priuilegiatos in genere ex defectu causæ, vt volunt Ioan. Andr. & alij communiter, teste Vgol. *d.c.23.* qui cum hac ratione tandem videtur remanere, & eam sequuntur alij, quos refert, & sequitur Graffis *dict. 2.p. lib.4.cap.12. num.11.* Sed non placet nam si supponamus Templarios, de quibus *hic & in d.§. excommunicatos*, priuilegium habuisse à Summo Pontifice de excommunicatis non vitandis, non dubia causa, & iusta ratio, ex qua priuilegium coboriretur valeat, fauor scilicet religionis, quæ optima est, & cui leges magis deferre solent, *in l. sunt, & personæ. ff. de religiosis, & sumptibus funerum*, cum aliis de quibus nostri *in cap. vlt. de re iudicata.* Deinde cùm hoc præceptum ad solum ius humanum pertineat, defectus iustæ causæ solùm operabitur, vt Princeps concedendo peccauerit, non tamen inualidum reddit ipsum priuilegium, sed potiùs eo iustè vtitur priuilegiatus, vt in iis, quæ in eadem materia priuilegiorum ex communi sententia secundum multos, quos refert, explicat Soar. *de legibus, lib.8. cap.21. à num.3.* & in materia dispensationis idem Soar. *eodem tractat. lib.6. cap.3. num.6.* & latè Sanchez *de Matrim. lib.8. disput.3. num.4.*

Reiectis igitur his, & aliis vera ratio est, quam sentit Couar. *d.§.1.n.2.* scilicet Templarios, de quibus *hic & in d.§. excommunicatos*, non habuisse priuilegium in specie, ne excommunicatos vitare tenerentur, sed quia erant exempti à potestate Ordinariorum, virtute huius priuilegij, & exemptionis generalis contendebant non teneri vitare excommunicatos & interdictos ab ipsis Ordinariis, quod Pontifex merito reprehendit, quia licèt priuilegium generale exemptionis profit exemptis, ne ab Ordinariis, à quorum iurisdictione exempti sunt, valeant excommunicari, ut resolutis per Sayr. *d.lib.1.c.6.n.36.* sicut etiam religiosis prodesse potest priuilegium, ne excommunicati valeant, iuxta text. *in cap. ne aliquid, hoc tit. in 6.* non tamen ex eo, quod exempti sunt, sequitur non teneri vitare alios, qui ab Ordinariis rite sunt excommunicati, vt bene notauit Vgol. *tom.1.c.13.§.8. de censur.* quia obligatio eos vitandi non prouenit ex inhibitione Ordinarij excommunicantis, à qua exempti sunt, sed ex legis dispositione, à qua Religiosi non eximuntur.

In glos. *Visitare*, ibi, *sed numquid Papa communicando excommunicato incidit in Canonem? dic quod non.* Sequuntur Mar. Alter. *de censuris tom.1. de excommunic. lib.1.disp.11.c.4. vers. hinc infertur.*

SVMMARIVM.

1 *Monachum vel conuersum Religiosum peruicaciter debet denuntiari excommunicatus.*
2 *Conuersi Religiosi priuilegio Canonis & fori gaudent.*
3 *Dictio, sicut, significat omnimodam similitudinem.*
4 *Monacho facta iniuria censetur etiam facta Abbati vel Monasterio.*

CAP. Parochianos. IX.

MOnachum, vel conuersum Religionis peregrinantem, est excommunicatus, & vitandus, ac proinde denuntiandus, nec potest absolui nisi satisfactione læsis, & cum literis Ordinarij adeat Sedem Apostolicam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Martin. Socin. Vivian. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.111.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.751.* tenentur. Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Anton. Augustin. *collect.1. Decret. lib.5. tit.34.c.14.* & est post Concil. Lateran. *p.14.c.11.*

2 *Et conuersos.*]Notatur ad hoc, quòd conuersi Religiosi priuilegio Canonis gaudent, ita vt eos percutientes incurrant illius excommunicationem, vt per Nauar. *in man. c. 22. n. 79.* Soar. *de censur. disp. 22. sect. 1. à num. 19.* Nicol. Garc. *de benef. p. 1. c. 4. n. 11.* Fr. Paulin. Berri Lucen. *in praxi crimin. Regular. tit. 1. cap. 3. num. 2.* Henriq. *in summ. lib. 13. de excommun. q. 49. §. 4. in comment. lit. G,* Ægid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disput. 14. n. 64.* & priuilegio fori, ac exemptionis à potestate sæculari, & tributis gaudent, vt per Flores *variar. l. 2. q. 21. n. 194.* Vide *supr. ad cap. non dubium, num. 3. hoc tit.*

3 *Sicut excommunicatos.*]Notatur ad hoc quòd dictio, *sicut* significat omnimodam similitudinem, vt per Tiraquel. *de iure primog. q. 40. n. 30.* Brunor. à Sole *in locis commun. verbo, dictio, n. 20.*

4 In gloss. *In Monachos*, ibi, *sed nunquam Monachus poterit agere ratione iniuriarum.* Notatur ad hoc, quòd Monacho facta iniuria, facta etiam censetur Abbati, vel Monasterio, & pro ea competit actio Abbati, vel Monasterio, vt per Nauar. *comment. 2. de regular. n. 64.* Farin. *in praxi crim. p. 3. n. 105. & n. 295. cum seqq.* Molin. *de iustit. tom. 4. tract. 3. disp. 2. n. 7.*

SVMMARIVM.

1 *Forma ponitur obseruanda in absolutione ab excommunicatione pro percussione clericorum.*
2 *Excommunicato propter enorme crimen ante absolutionem dandum est iuramentum.*
3 *Iuramentum ab excommunicato ante absolutionem exigendum est de parendo mandatis Ecclesiæ, & iudicis.*
4 *Absolutus sub promissione de parendo mandatis si non paret, an maneat excommunicatus ipso iure, an verò requiratur noua intrusio, remissiuè.*

Cap. Ex tenore. X.

1 QVando aliquis virtute literarum Apostol. absoluitur ab excommunicatione pro percussione clericorum, absoluens debet ab illo recipere iramentum, quod stabit suo mandato, deinde auctoritate Papæ ipsum absoluat, mox in virtute iuramenti præcipiat ne de cætero in Clericum, Monachum, vel conuersum Religionis iniiciat manus violentas, nisi se defendendo, vel de mandato suorum Prælatorum, vel nisi sit eius Prælatus, aut Magister, & nisi sit cum ipso socius in eadem causa. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Felin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 272.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 755.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decret. al. lib. 5. tit. 4. c. 15.*

2 *Recepto ab eo iuramento.*] Notatur ad hoc, quòd ab excommunicato propter enorme crimen ante absolutionem exigendum est iuramentum, vt per Henriq. *in summ. 13. c. 28. §. 4.* Soar. *tom. 5. disp. 18. sect. 2. num. 10.* Ægid. *de Sacrament. & censur. tom. 2. disp. 14. num. 204.* Sayr. *de censur. lib. 4. c. 17. num. 31. & 32.* Vgolin. *de censur. tab. 1. cap. 19. §. 15. ex num. 1.* Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis, disp. 9. dub. 12.* Sanch. *in præcepta Decalog. lib. 2. cap. 13. num. 17.* vbi *num. 18.* cum Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 11.* resoluit huiusmodi iuramentum exigendum esse, etsi excommunicatus iam parti satisfecerit.

3 In gloss. *Debeat.* Notatur ad hoc quòd iuramentum ab excommunicato ante absolutionem exigendum est de parendo mandatis Ecclesiæ, & iudicis, cum vtrumque idem sit, vt per Sanch. *d. c. 13. n. 20.* Vnde infero minus benè Vgolin. *de censur. tab. 1. c. 19. §. 5. n. 2. & de censur. Bullæ Cœnæ Papæ reseruatis, p. 3. c. 2. verbo, nec etiam tunc, in princip. num. 3.* asserere hoc iuramentum esse de parendo mandatis eius, cui extra mortis articulum erat reseruata absolutio: & ideò ait virtute huius iuramenti debere Confessorem iniungere illi, vt si incolumis euaserit, præsentet se ei, eiusque mandato obediat, & idem Sanch. *num. 22.* asserit, quod vi huius iuramenti non contrahitur noua obligatio seruandi quæcunque Ecclesiæ præcepta, sed illud solum, quòd absoluens se iniunxerit. An autem absolutus sub promissione de parendo mandatis, si non paret, maneat excommunicatus ipso iure, an verò requiratur noua reintrusio, vide Anton. Rice *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 3. cap. 66. n. 14. cum seqq.* 4

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ob clerici percussionem si propter capitales inimicitias, aut aliud impedimentum nequeat ad Sedem Apostolicam pro absolutione venire, potest ab Episcopo absolui, &c.* & n. 2.
3 *Inimicitiæ capitales quæ, remissiuè.*
4 *Impedimentum iustum ne possit peruenire ad Sedem Apostolicam quis dicatur habere, ostenditur.*
5 *Absolutio ratione articuli mortis, aut alicuius impedimenti tenetur Confessarius iniungere, vt cessante morbo, vel impedimento se præsentet superiori.*

Cap. De cætero. XI.

EXcommunicatus ob clerici percussionem si propter capitales inimicitias, aut aliud legitimum impedimentum nequeat pro absolutionis beneficio Apostolico se conspectui præsentare, potest ab Episcopo absolui sub debito iuramenti, vt quàm citò poterit Romanum Pontificem adeat, mandatum Apost. recepturus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Felin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 272.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 755.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 34. c. 16.* & est post Concil. Lateran. *p. 14. c. 13.* 1

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Henriq. *in summ. lib. 6. de Pœnit. c. 11. n. 4.* Zambran. *de casibus in articulo mortis, cap. 4. dub. 4. num. 14.* Soar. *tom. 4. disp. 30. sect. 3. num. 4.* Molin. *de iustitia, tom. 4. tract. 3. disp. 63. n. 2.* Sayr. *de censur. lib. 3. c. 28. n. 38.* Bonac. *eod. tract. disp. 2. q. 4. punct. 5. n. 3. vers. tertius,* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore clericorum Canonis, §. 3. num. 12. & 18.* Sanch. *in præcepta Decalogi, lib. 2. cap. 13. num. 9.* Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus, effectu 9. n. 158.* 2

Capitales inimicitias.] Quæ sint, tractant Doctores quos retuli *supra ad cap. per tuas, 32. num. 7. de simonia.* 3

Vel alias iustas excusationes.] Nota quòd iustum impedimentum, quoad hoc censetur habere, qui habet curam animarum, si timet eas ob suam absentiam damnum notabile accepturas, vel qui ad Papam pro absolutione proficisci nequit, nisi vxorem, & filios in extrema, vel magna necessitate relinquat, ita Sayr. 4

d.c.28.n.38. iustum etiam impedimentum habet is, qui iure non potest, licet mittere valeat pro absolutione, is enim non cogit ad mittendum alium, sed ad eundum per se ipsum, ita Henriq. *d.l.6.c.9.n.7.& lib.13.c.29.n.3.* Vgol. *de censur. Pontif. reservatis, p.3.c.2.verbo, nisi in mortis articulo, §.4.n.1.vers. item habet locum, & de censuris tab.1.c.44.§.5.n.3.in fine,* Sanch. *d.c.13.n.41.* Bonac. *d.n.3. vers. aduertunt tamen.*

5 In gloss. *Suscepturus.* Nota, quòd absolutio ratione articuli mortis, aut cuiusvis impedimenti à quacumque excommunicatione, siue iuris, siue hominis reservata Pontifici, aut cuicumque inferiori, tenetur Confessarius iniungere, vt cessante morbo, vel eo impedimento, se præsentet Superiori, qui extra enm casum de iure poterat illum absoluere, & hoc se præsentandi onus est sub iuramento imponendum, non vt iterum is ab excommunicatione absoluatur, quia plenè ab illa absolutus est, sed vt superior conuenientem medicinam adhibeat, satisfactionémque imponat, si imponendam iudicauerit, vide Henriq. *d.lib.6.c.6.n.6.* Soar. *tom.4.disp.30. sect.3.n.6. & tom.5.disp.22.sect.1.n.62.* Sanch. *d.c.13.n.24.cum seqq.* vbi *n.29.* reiicit limitationem, quam tradunt DD. nempe non esse iniungendum excommunicato huiusmodi onus se præsentandi, si satisfecit parti, aut cum ea se composuit.

Cap. Ad hæc. XII.

Vrban. III.

1 QVando quis est excommunicatus à delegato, & impetrat literas à Papa pro altero delegato, qui absoluat, in literis debet contineri expressè vt præstet cautionem sufficientem quod obediet iudicio Ecclesiæ, quia Sedes Apost. sic consueuit dare literas. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.273.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.756.* remissiue Ximen. *in concord. p.1.* refertur ab Anton. August *collect.2. Decret. lib.5. sub tit. de rescript. c.8.* & post Conc. Lateran. sub Alex. III. *p.50.c.61.*

2 *Sufficienti cautione.*] Quæ autem dicatur sufficiens cautio, dixi *ad cap. ex transmissa, in gloss. de rest. spoliat.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text refertur.*
2 *Mulieres ob clerici percussionem excommunicatæ ab Episcopo absolui possunt.*
3 *Senes ob clerici percussionem excommunicati possunt ab Episcopo absolui.*
4 *Infirmi seu valetudinarij ob clerici percussionem excommunicati possunt à suis Episcopis absolui.*
5 *Membris destitutus pro absolutione excommunicationis ob clerici percussionem Sedem Apostolicam adire non tenetur, & n.6.*
7 *Absoluendus nemo est ab excommunicatione nisi parti læsæ fuerit prius satisfactum.*
8 *Legatus an possit absoluere excommunicatos ob clerici percussionem, remissiuè.*

Cap. Ea noscitur. XIII.

Clem. III.

1 PErcussores clericorum si sint mulieres, senes, infirmi, mutilati, Episcopus absoluit, facta prius satisfactione offensi iuxta suas facultates; sed alij siue diuites, siue pauperes debent Papæ præsentari vel absoluantur, vel Legato. Item si quis infirmus timet mortis absoluitur ab excommunicatione, iuxta hoc habet, vt cum conualuerit, adibit Papam, vel eius Legatum, recepturus mandatum Apost. super talibus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Viu. *ration. lib.5. iuris Pontif. pag.274.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.756.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect.2. Decret. lib. tit.18.c.1.*

Mulieres,] Notatur ad hoc quod mulieres ob clerici percussionem excommunicatæ, cuiuscumque conditionis sint, ab Episcopo absolui possunt, vt per Dd. citatos *ad c. mulieres 6. supr. hoc tit.*

Senes.] Notatur ad hoc, quòd senes ob clerici percussionem excommunicati, possunt ab Episcopo absolui, vt per Syluest. *in summ. verbo absolutio 4.num. vers. decimas,* Bellet. *disquisit. clericor. p.1. tit. de fauore clericorum Canonis, §.3.n.26.* Sayr. *de censur. lib.5. cap.28. num.25.* vbi ampliat quamvis fortes sint ad verberandum, Carol. de Graffis *de effectibus clericor. effectu 9. n.160.*

Et valetudinarij.] Notatur ad hoc quòd infirmi seu valetudinarij, aut quacumque impotentia impediti excommunicati ob clerici percussionem, possunt suis Episcopis absolui, vt per Sylvest. *d. verbo absolutio 4.n.3. vers. nonus,* Thom. Act. *in tract. de infirmis p.2. verbo absolutio, n.4. & 5.* Carol. de Graffis *d. effectu n.163.* Bellet. *d. §.3.n.25.* Sayr. *d. cap.28.n.24.* id intelligentes si sint infirmi incurabiliter, vel pericolose morbo longo, licèt temporali, vel podagra, siue quartana.

Seu membrorum, &c.] Membris destitutus pro absolutione excommunicationis ob clerici percussionem Sedem Apostolicam adire non tenetur, vel potest à suo Episcopo absolui, vt per Sayr. *d. cap.28. num.32.* Bellet. *d. §.3.n.32.* Hieron. de Monte *quæst. num.6.* Carol. de Graffis *de effectibus clerical. effectu 9. n.164.*

Siue pauperes.] Id est, pauperiae grauatus, quòd Romam accedere non possit. Sayr. *d.c.28.n.25.* Bellet. *d. §.3. n.24.* id amplians ad pauperem non mendicantem, sed viuentem ex suo artificio, Carol. de Graffis *d. effectu 9. n.164.*

Satisfactio iuxta facultates, &c.] Notatur ad hoc quod absoluendus nemo est, ab excommunicatione, nisi parti læsæ fuerit prius satisfactum per Host. *in num.1.* & Abb. *num.4.* Bellet. *disquisit. clericor. p.1. in fauore Clericorum Canonis, §.4. num.18.* vbi *num.59.* soluit quòd si absolutio daretur sine satisfactione teneret.

Vel eius Legato.] An, & quando is, qui iniecit manus in clericum, possit absolui à Legato, vide Andreas Gambar. *de officio, & potestate Legati de latere, tit. 10. rub. quæ sit differentia inter Legatos, n.1. & lib.8. tit. rub. de potestate Legati in absolutione ab excommunicatione à n.1.* Gutier. *canon. lib.1.c.5. à n.11.* Cened. ab Dacia *collect.24.n.7.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus pro violentâ manuum iniectione in clericos ante denuntiationem vitandus est, nisi occultus, interficiens clericum, qui contemptu clericali habitu se enormitatibus immiscuit, excommunicatus est.*
2 *Excommunicatus pro violenta manuum iniectione*

in Clericum occultè vitandus est si sit occultus, si verò publicus, publicè.

3 *Clericum percutiens, qui dimisso habitu ac tonsura clericali se immiscet enormitatibus, non est excommunicatus.*

4 *Excommunicatus nullus hodie per Extrauag. Ad euitanda, vitari debet, antequam publicè sit denuntiatus.*

Cap. Cùm non ab homine. XIV.

1 PErcussor clericorum manifestus licèt non sit denuntiatus, tamen vitari debet, secretus verò à scientè tantùm, & in secreto. Item qui occiderit Clericum, vel Presbyterum, qui contempto habitu clericali, enormitatibus se immiscet, non est excommunicatus, asperius tamen puniendus est quàm qui laicum occidit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Anan. Host. Butr. Anch. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 274.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 756.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 18. c. 3.* & altera pars huius Decretalis est *in cap. cùm non ab homine, suprà de iudiciis.*

2 Probat hic text. excommunicatum pro violenta manuum iniectione in clericos occultè vitandum esse si sit occultus, si verò publicus, publicè, vt per Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 2. n. 3.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. n. 57.* Henriq. *in summ. lib. 13. de excommunic. c. 5. §. 1. in comment. lit. D, & c. 6. §. 1.* vbi resoluit, quòd si ex sola hominis audita Confessione Sacramentali sciat Confessarius reum esse denuntiatum, non debet illum vitare: at verò si extra Confessionem sciret, licèt in hac Vrbe ignota esset illa denuntiatio, & probari non posset, vitandus est occultè, si non sit periculum scandali, vel damni.

3 *Et enormitatibus*, &c.] Notatur ad hoc quòd percutiens Clericum, qui dimisso habitu, ac tonsura clericali se immiscet enormitatibus, non est excommunicatus, vt per Roland. *consil. 4. n. 28. vol. 1.* & alios citatos per Carol. de Grassis *de effectibus clericalibus effectu 9. n. 212.* & per Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore clericorum Canonis, §. 2. n. 41.* vbi *n. 42.* refert dici Clericum se immiscere in enormitatibus quando facit seditionem, prælia, aggressiones, & huiusmodi in populo, & *n. 46.* aduertit, quòd quamvis Clericus se immiscendo in enormitatibus perdat priuilegium Canonis, non tamen perdit priuilegium fori, quia illud est inductum à iure positiuo, hoc autem à iure diuino.

4 In gloss. *Denuntiatus*, ibi, *& sic quàm citò scio aliquem excommunicatum, statim debeo vitare, quamvis non sit denuntiatus.* Hodie tamen post Extrauag. *ad euitanda scandala*, nullus, etiamsi specialiter sit excommunicatus, vitari debet antequam sit publicè denuntiatus, vt per Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 2. n. 7.* Nauar. *in man. c. 27. n. 35. vers. nota primò*, Gutier. *canon. lib. 1. c. 1. num. 29.* Henriq. *lib. 13. c. 5. in princ.* Soar. de Pace *tom. 1. temp. 5. n. 72.* Sayr. *de censur. lib. 2. c. 12. n. 16.* Soar. *eod. tract. disp. 9. sect. 2. n. 8.* vbi respondent argumento, quo motus post Adrian. Felin. Medin. à communi recessit Vgol. *de censur. tab. 1. c. 13. §. 7. n. 8.* ex verbo *generaliter*, quo vtitur prædicta Extrauag. aduertit enim, quòd licèt in principio loquatur de sententia generali, postea tamen loquens de speciali, requirit quòd sit denuntiata, seu publicata, & ita recepit vsus, & consuetudo, quæ est optima legum interpres, *cap. cùm dilectus de concessione præb. cum similibus.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato communicandum non est ante absolutionem, licèt iurauerit parere mandatis Ecclesiæ, vel composuerit cum offenso. Infamato de excommunicatione communicandum non est, nisi se purget, vel ad cautelam absoluatur.*

2 *Excommunicatus per resipiscentiam sine absolutione non restituitur communium precum Ecclesiæ participationi.*

3 *Excommunicatio non tollitur præcisè per emendationem excommunicati.*

4 *Prælati quilibet inferiores Papa tenentur vitare excommunicatos, perinde ac cæteri.*

5 *Episcopus si participet otiosè cum denuntiato à se, incurrit minorem excommunicationem.*

6 *Excommunicatus, qui per famam à probis sparsam denuntiatus dicitur, vitari debet.*

7 *Excommunicatus, in dubio quis censendus est.*

8 *Clericus quandocunque fuerit infamatus à populo tenetur innocentiam suam purgare.*

9 *Absolutio necessaria est ab excommunicatione, quæ lata fuit ad tempus tacitum, vel expressum, & absque ea solemni absolutione minimè tollitur excommunicatio.*

10 *Monasteriù potest agere pro iniuria facta Monacho.*

11 *Iniuria facta Clerico censetur etiam facta Episcopo, & Ecclesiæ.*

Cap. Cùm desideres. XV.

COmmunicare cum excommunicato nullus potest antequam absoluatur, etiamsi iurauerit stare mandato Ecclesiæ, quia ista cautio iuratoria potius est introducta ex consuetudine Ecclesiæ, quàm ex vigore Canonum, nec est tanti momenti vt postjeam ante absolutionem possit cum ipso communicari, imò qui communicat, incurrit excommunicationem. Item quando est publica fama quod aliquis verberauit Clericum, nullus debet cum eo communicare, nisi prius se purget ad arbitrium Episcopi, vel ad cautelam absoluatur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mari. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 275.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 757.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 18. c. 4.* x

Quod nisi absolutionis beneficium, &c.] Notatur ad hoc quod per resipiscentiam sine absolutione excommunicatus non restituitur communium precum Ecclesiæ participationi, quamvis iurauerit se Ecclesiæ obtemperaturum & parti satisfacturum, vt per Sot. *in dist. 22. q. 1. art. 1.* Vgol. *de censur. tab. 2. c. 6. n. 5.* Soar. *eod. tract. disp. 9. sect. 3.* Valer. Reg. *in praxi fori pœnit. lib. 32. n. 11.* quicquid dicat Cou. *in c. alma mater, p. 1. §. 6. n. 4.* nam excommunicatio non tollitur præcisè per emendationem excommunicati, etiamsi parti, ob cuius læsionem fuit excommunicatus, integrè satisfecerit, aut hæc illi omnem iniuriam remiserit, vt per Ægid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 14. n. 199.* 2 3

Nec Episcopus, &c.] Notatur ad hoc quòd quilibet Prælati inferiores Papa, ac etiam ipse Episcopus tenetur vitare excommunicatos, perinde ac cæteri, vt per Abb. *hic n. 2.* Anchar. *n. 6.* Socin. *n. 3. & 4.* Soar. *d. tom. 5. disp. 15. sect. 7. sub n. 4. vers. quod adeò verum.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. l. 32. c. 64.* Ant. Ricc. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ exist. l. 4. c. 44. n. 8.* si enim Episcopus participet otiosè cũ denuntiato à se, incurrit minorem excommunicationem, vt per Cou. *in c. alma* 4 5

mater. p. 1. §. 2. n. 2. & §. 3. n. 5. Henriq. *in summa, lib. 13. de excommunic. c. 3. §. 4. lit. N.*

6 *Quòd si publica fama*, &c.] Notatur ad hoc, quòd etiam illi, qui promulgationem denuntiationis non audierunt, eum vitare debent, qui per famam à probis sparsam denuntiatus dicitur, vt per Cou. *d. §. 2. num. 4.* Henriq. *d. l. 13. c. 6. §. 2.* vide dicta *ad cap. illud, de clerico excom. minist.* & idem Henriq. *d. loco in comment. lit. H*, cum eod. Couar. asserit illum, qui probatur sciuisse ex fama, & participauit, non damnari in foro exteriori ad pœnas iure latas contra participantes, quia audire famam non est scire, additque minimè in conscientia teneri, si illam deposuit, aut à paucis, præsertim aduersariis, audiuit.

7 *Nec aliud communicare*, &c.] Notatur ad hoc, quòd in dubio censendus est quispiam excommunicatus, vt per Syluest. *verbo absolutio 3. n. 14. dub. 10.* Cordub. *in suo quæstionar. lib. 3. q. 6. col. 2. vers. quarto probatur*, Salas, *1. 2. q. 21. tr. 8. disp. vnic. sect. 5. n. 60. in solut. ad 4.* Et in vtroque foro admittunt, quando non agitur ad pœnam pro delicto infligendam, sed solùm vt se abstineat ab omnibus, quæ iure excommunicatis interdicuntur, vt per Vgol. *de censur. tab. 1. c. 14. in princip. n. 11. & 14.* Vegam *tom. 2. summæ c. 13. casu 28.* Deinde alij tenent hoc procedere in dubio facti, resoluentes in dubio iuris hunc non censeri excommunicatum, ex quorum numero sunt Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 2. c. 19. q. 10. in fine, & q. 11.* Sayr. *in claui Regia, lib. 1. c. 13. n. 23. & 24.* Denique in vtroque dubio, & in vtroque foro hunc censeri excommunicatum, tuetur Vasq. *1. 2. q. 19. art. 6. disp. 65. n. 9. & 13. & disp. 66. c. 1.*

8 *Se purgauerit.*] Notatur ad hoc quòd Clericus, quandocumque fuerit infamatus à populo, tenetur innocentiam suam purgare, vt per Duen. *reg. 299, limit. 6.*

9 *Nisi forma Ecclesiæ*, &c.] Notatur ad hoc quòd absolutio necessaria est ab excommunicatione, quæ lata fuit ad tempus tacitum, vel expressum, & absque ea solemni absolutione minimè tollitur excommunicatio, vt per Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 11. num. 5.* Gallesi. *de oblig. Camer. q. 37. n. 18.* Anton. Ricc. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 4. c. 65. n. 7.* vbi *numeris seqq.* ampliat, etiamsi excommunicator, vel excommunicatus sint mortui, & etiamsi excommunicator velit excommunicatum haberi pro absoluto. Vtrùm autem idem sit dicendum, quando excommunicatio fuerit lata sub hoc modo (donec, & quousque satisfecerit) adhuc enim in hoc casu sequuta satisfactione requiri absolutionem, aliàs remanere excommunicationem, tenent glos. *verbo donec, in Clem. 1. de decimis*, gloss. *eodem verbo in Clem. præsenti, de censib.* & plures Doctores, quos referunt, & sequuntur Soar. *tom. 5. disp. 7. sect. 1. num. 11.* Mar. Alter. *de censur. lib. 4. disp. 1. pag. 381.* Ricc. *d. c. 65. n. 25.* quicquid contrarium teneant gloss. *verbo donec, in cap. vltim. de matrim. contracto contra interdictum Ecclesiæ*, Alciat. *in c. 1. n. 6. de iudiciis*, & Couar. *d. n. 5. in fine & n. 6.*

10 *Ecclesia, tamen, quam offendit*, &c.] Notatur ad hoc quòd Monasterium potest agere pro iniuria facta Monacho, vt per Farin. *cons. 20. num. 27. & ibi*, Centol. *lit. F, & in praxi crim. p. 2. q. 105. num. 295. cum seqq.* Molin. *de iustit. tract. 3. disp. 2. n. 7.* Et facta iniuria Clerico censetur etiam facta Episcopo, & Ecclesiæ, & per remissionem iniuriæ factam ab ipso Clerico non censetur remissa ea, quæ fuit facta Ecclesiæ, Azeued. *l. 2. num. 153. tit. 10. lib. 8. nouæ recop.* Farin. *d. q. 105. n. 291. & seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos eiiciens Regularem de Ecclesia officia Diuina turbantem excommunicatus non est.*
2 *Masculi antiquitus canebant cum fœminis in choro.*
3 *Monacha rixosa potest expelli.*

CAP. Veniens. XVI.

SAcerdos, qui vt liberiùs possit in Ecclesia diuina Officia celebrare, Regularem, vel Clericos, qui impedendo turbant, vel impediunt diuina Officia statutis appositis transeundo nolentes egredi, cogit extra Ecclesiam manere, non est excommunicandus, nec vitandus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Socin. Ioan à Capist. Vinian. in *ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 276.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 757.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 38. c. 1.*

Quadam monialis Ecclesiam ingrediens, &c.] Notant antiquitus masculi canebant cum fœminis in choro, vt per hunc text. aduertit Stephan. Gratian. *discept. forens. 270. n. 58.*

Coegit eandem, &c.] Notatur ad hoc, quòd Monacha rixosa potest expelli, vt per Greg. *l. 14. verbo Ius tit. 10. partit. 5.* Et notatur etiam ad hoc quòd offendens Clericum turbantem in actu diuina Officia, non est excommunicatus, quia is talis non facit iniuriam diabolo, vt per Marian. Socin. *in cap. peruenit, n. 1. hoc tit.* Dec. *tract. crimin. lib. 6. c. 36. n. 6.* & plures non refert, & sequitur Carol. de Grassis *de effectibus excommunicationis, effectu 9. n. 185.*

Notatur etiam ad hoc, quòd eodem tempore non fura lata in eum valebit, qui in Ecclesia, dum diuina celebrantur, obstrepit, atque admonitus non acquiuit, vt per Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 59. art. 2.* Indignissimum enim facinus est quoquomodo concionem, comprecationem, Sacrificium, vel Sacramenti administrationem perturbare, vt multis sanctorum Patrum auctoritatibus probat Gilbert. Schemier. *in dig. Ecclesiasticorum vita, lib. 2. c. 44.* & vide Ilsung *ad c. 1. de vita, & honest. cleric.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati pro leui manuum iniectione in Clericum possunt per Episcopum absolui, & n. 2.*
3 *Iniuria leuis iudicanda est arbitrio Episcopi.*
4 *Percussio leuis quæ dicatur, ostenditur.*

CAP. Peruenit. XVII.

EXcommunicati non pro enormi, sed pro modica, & leui iniuria facta Clerico absoluuntur per Episcopum, cuius est arbitrari an sit leuis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Felin. Marian. Soc. Vin. in *lib. 5. iuris Pontif. pag. 276.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 757.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 38. c. 6.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Vg. *tom. 1. comm. opin. l. 1 tit 12. n. 20. vers. sed aute pag. 136.* Gutier. *canonicar. lib. 1. cap. 5. num. 11. cum seqq.* Icoll. Garc. *de nobilit gloss. 8. n. 40. cum seqq.* Pellet. *disquis. cleric. part. 1. tit. de fauore Clericorum, Canon. §. 3. n. 5.* opcione

optimè Sayr. *de censur. lib. 3. c. 18. à princ.* Bonacin. *eod. tract. disp. 2. q. 4. punct. 5. n. 2.* Carol de Grassis *de effectibus cleric. effectu 9. n. 173.* Paul. Layman. *in Theologia morali, lib. 1. tract. 5. p. 2. c. 5. n. 10.*

3 *Tuæ fraternitatis arbitrio,* &c.] Notatur ad hoc, quòd leuis iniuria iudicanda est arbitrio Episcopi, qui ex circunstantiis personarum, locorum, temporum, modi percussionis, & læsionis arbitrari poterit, vt aduertunt
4 Bellet. *d. §. 3. n. 34.* Sayr. *d. c. 38. n. 5.* addens communiter leuem censeri percussionem, quæ fit à Magistro, Prælato, Patre, Domino, in discipulum, clericum, filium, aut seruum: vnde Bonac. *d. n. 4.* leuem percussionem regulariter credit esse illam, quæ fit pugno, palma, manu, pede, digito, baculo, vel lapide, quæ nullam carnium maculam reliquit, vel quæ fit absque scissione membri, sine fractione dentis, sine emulsione multorum capillorum, & sine effusione multi sanguinis, nisi ratione loci, vel personæ possit hæc leuis percussio censeri grauiter iniuriosa, veluti si quis manum iniiciat in faciem alicuius grauis personæ, impingendo alapam, aut si in platea, vel coram populi frequentia percutiat.

SVMMARIVM.

1 *Clerici, qui scienter & sponte participant cum excommunicatis in diuinis Officiis excommunicati sunt excommunicatione maiori, & tantum absoluendi per Papam.*

2 *Clericus scienter, & sponte admittens excommunicatos à Papa ad Diuina cum eis in iis communicando, est excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata.*

Cap. Significauit. XVIII.

1 CLerici, qui sponte & scienter participant cum excommunicatis à Papa, admittendo eos ad diuina Officia, sunt excommunicati eadem excommunicatione maiori, & pro absolutione mittendi ad Papam cum literis Ordinarij. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mari. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 277.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 758.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 17. c. 7.*

2 Collige ex text. quòd Clericus scienter, & sponte admittens excommunicatos à Papa ad Diuina (Officia scilicet, vel Sacramenta) in iis cum eis communicando, est excommunicatus excommunicatione Papæ reseruata, vt per Couar. *in cap. alma, p. 1. §. 3. num. 4.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 6. q. 29. n. 5.* Clar. *lib. 5. §. fin. q. 77. n. 18.* Sayr. *de censur. lib. 3. c. 29. n. 5. & 6.* Sayr. *eod. tract. tom. 5. disp. 22. sect. 2. n. 22.* nouissimè Iul. Lauor. *de Indulgent. p. 2. c. 21. n. 13.* optimè Ægid. Coninck *de Sacramentis, & censur. tom. 2. disp. 14. n. 33. & n. 136.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib. 32. n. 94.* quamvis Papa non exprimat extendi ad participantes, vt per Henriq. *in summ. p. 2. lib. 13. de excommunicat. c. 8. §. 2.* quinque requirentes ad hoc, vt subeatur prædicta excommunicatio: primum, vt participantes sint Clerici: secundum, vt scienter: tertium, vt sponte: quartum, vt in Diuinis participent: quintum, vt cum excommunicatis à Papa.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati pro iniectione manuum in clericos, & incendiarij post publicationem à solo Papa absoluuntur.*

2 *Incendiarij excommunicati, & publici non nisi à Papa absolui possunt.*

3 *Absoluendi potestas cum potestate ligandi non semper coniuncta est.*

4 *Incendiarij Ecclesiarum, seu aliorum locorum religiosorum ipso iure sunt excommunicati.*

Cap. Tua nos. XIX.

CLericos percutientes, & incendiarij postquam ab Ecclesia fuerint publicati, excommunicati sunt mittendi ad Papam pro absolutione. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 277.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 758.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decretal. lib. 5. tit. 18. c. 6.* 1

Collige ex text. incendiarios excommunicatos, & publicatos non nisi à Papa, absolui posse, vt per Clar. *lib. 5. §. fin. q. 77. n. 19.* Farin. *in praxi crimin. p. 3. q. 110. n. 15.* Iul. Lauor. *de Indulgent. p. 2. c. 21. n. 8.* Sayr. *de censur. tom. 5. disp. 22. sect. 2. n. 15.* Filliuc. *tract. 15. c. 2. q. 5.* Bonac. *de censur. extra Bullã Cœnæ, disp. 2. q. 3. punct. 4.* 2 iarè Sayr. *eod. tract. de censur. lib. 3. c. 29. n. 7. cum seqq.* vbi *n. 8.* resoluit, quòd mulier incendiaria semel denuntiata excommunicata, à solo Papa absolui potest, & *n. 10.* quòd incendiarij Ecclesiarum denuntiati, à Legato de latere regulariter absolui nequeunt, & *n. 12.* quòd incendiarij, vt à solo Papa absoluantur, in speciali nomine expresso denuntiari debent, nec sufficit denuntiatio generalis.

Ex quo sunt per Ecclesiæ, &c.] Ergo licèt potestas 3 absoluendi sit semper coniuncta cum potestate ligandi, non sequitur aliquem in omni casu posse absoluere, in quo potest ligare, vt patet hic in incendiario ab Ordinario nominatim excommunicato, quia à solo Papa absolui potest, vt per Ægid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 13. n. 37. in princ.*

In gloss. *Publicati*, ibi, *de incendiariis Ecclesiarum,* 4 &c. Notatur ad hoc quòd incendiarij Ecclesiarum, seu aliorum locorum religiosorum ipso iure excommunicati sunt, alij verò incendiarij aliorum locorum non ipso iure excommunicati, sed excommunicandi veniunt, vt per Nauar. *in man. c. 17. n. 100.* Salzed. *ad Bernard. c. 108. in nouiss. impress.* Farin. *d. q. 110. num. 15.* Et quòd consuetudine receptum sit, vt ipso facto excommunicatione censeantur affecti, resoluit Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 9. c. 27. q. 11.* quamvis incendiarios tam Ecclesiæ, & loci sacri, ac Religiosi, quàm profani non esse ipso iure excommunicatos asserat Sayr. *d. c. 29. n. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere potest absoluere ab excommunicatione, quam quis contraxit ob violentam manuum iniectionem in Clericum, quamvis atrox sit iniuria,* & n. 2.

3 *Legatus de latere à quibusvis excommunicationibus Papæ reseruatis absoluere potest, nisi dicatur quod à nullo alio, nisi à Papa possit absolui.*

Cap. Ad eminentiam. XX.

1 EXcommunicati ob percussionem clericorum possunt absolui à Legatis de latere absque eo quod hoc habeant expressum in mandatis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 277.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 758.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Anton. August. *collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 18. c. 9.*

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Azor. *instit moral. p. 2. lib. 5. c. 32. q. 6.* vbi ampliat, quamvis atrox sit iniuria, vel læsio enormis, vehnti, quæ fit in loco publico, vel quæ lædit Abbatem, aut Episcopum, aut cum cæde clerici, vel magna sanguinis effusione.

3 *Vt eos habeas,* &c.] Notatur ad hoc, quòd Legatus potest absoluere à quibuslibet excommunicationibus Papæ reseruatis, nisi fuerit excommunicatio ita Papæ reseruata vt in ipsa constitutione expresse dicatur, vt à nullo alio, nisi à Papa possit absolui, ita Gondis. à Villadiego *in tract. de Legatis q. 13.* Gambac. *in tract. de offic. & potest. Legati à latere, lib. 8. §. 3. n. 1. & seq.* quos refert, & sequitur Carol. de Grassis *de effectibus clericalib. effectu 9. n. 185.* Azor. *d. q. 6. vers. item Legatus.* Quamvis huiusmodi Legatum absoluere non posse ab alia excommunicatione, cuius absolutio Papæ reseruata est, quam ab incursa ob clerici percussionem, resoluat Sayr. *de censur. lib. 2. c. 14. n. 10. cum seq.*

4 *Qui à Latere Romani Pont.* &c.] Qui sint ostendit Sayr. *d. c. 14. n. 9.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio generaliter non ligat nisi subditos proferentis*, & n. 2.
3 *Parochus existens extra diœcesim potest excommunicari ab Episcopo propter non residentiam.*
4 *Extraneus non ligatur censuris latis à superiore loci, in quo pro breui tempore reperitur si latæ sint per modum sententiæ.*
5 *Ius commune adiuuare statuendo potest Episcopus.*
6 *Excommunicare, aut suspendere se ipsum, aut superiorem propria auctoritate directè nemo potest.*
7 *Dispositio vniuersalis non restringitur ad ea, quæ sunt disponenti impossibilia.*
8 *Statutum domicilij an liget subditos extra territorium delinquentes, ostenditur*, & n. 11.
9 *Excommunicatus nominatim quis dicatur, ostenditur.*
10 *Ignorantia an excuset ab excommunicatione.*
12 *Excommunicatio lata ab homine moritur ex mortuo, vel ablato illo ab officio, qui eam tulit.*

Cap. Anobis. *j.* XXI.

1 EXcommunicatio generaliter lata, v. g. contra fures, non ligat, nisi subditos excommunicantis, nisi maior auctoritas ei delegetur. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Mar. Socin. Felin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 278.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 758.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 18. c. 10.*

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Perez *lib. 1. gloss. 3. pag. 172. tit. 5. lib. 8. Ordinam.* Azeued. *l. 1. n. 105. tit. 1. lib. 8. noua recop.* Bonac. *de censur. disp. 1. q. 2. punct. 11. à princip.* vbi *n. 15.* resoluit subditum, qui mutato domicilio furatur extra diœcesim, non incurrere censuras latas ab Episcopo diœcesis per modum statuti contra furantes, vel committentes in futurum aliud delictum, & *n. 14.* quòd committens furtum extra territorium sui superioris ligatur censuris ab eo superiore latis per modum sententiæ contra inuasores, ex differentia inter excommunicationem latam per modum statuti, & per modum sententiæ, quia tantum respicit territorium, seu personas subditas existentes in territorio superioris, sententia verò respicit personam, vt illius contumacia coerceatur, & puniatur, nam extra territorium ius dicenti non paretur, ergo punè, id est, nulla pœna imponitur non obedienti proprio superiori extra ipsius intisdictionem, quamvis scilicet censura lata est per statutum, *l. fin. ff. de iurisdict. omnium iudicum*, Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 10. num. 3.* Soar. *de censur. disp. 5. sect. 4. num. 4.* Salon *de legibus disput. 14. sect. 5. num. 60.* modo re vera existant extra territorium, & simul etiam res, circa quam ipsi delinquunt, sit extra territorium, vt cum *sup.* citatis aduertunt Bonacin. *d. punct. 11. num. 5. in fine*, & Ægid. *de sacrament. & censur. tom. 2. disp. 13. num. 61.* Hinc sequitur clericum parochum existentem extra diœcesim posse à proprio Episcopo excommunicari, etiam per statutum, quando non tenet quamvis enim ipse sit extra diœcesim, tamen adhuc non residendi consummat in diœcesi, & censetur procare in illa, provt etiam dicendum videtur in clericis vocatis à proprio Episcopo ad Synodum sub censura, possunt enim ea ligari, quamvis tempore Synodi sint extra diœcesim, vt per Soar. *sect. 4. num.* Sylues. *verbo excommunicatio 2. num. 8.* Sayr. *de cens. lib. 1. cap. 7. num. 10.* Bonac. *d. punc. 11. num. 7. his de censur. p. 2. cap. 3. disp. 2. dub. 2. concl. 3.* Hinc infertur extraneum non ligari censuris latis à superiore loci, in quo pro breui tempore reperitur, si latæ sint per modum sententiæ, quia sententia loquitur incontinenti, & directè fertur in personas subditas re, aut spe, id est, in eo, qui tunc subditi, vel qui nascentur, vel eos transferent domicilium, vt per Sayr. *de censur. lib. 1. c. 7. num. 22.* Anla *d. dub. 3. in fin.* Ægid. *d. disp. 13. n. 58.* Nec obstat, quod eo ipso, quòd quis committit aliquod delictum in territorio legem ferentis, etiamsi sit extraneus, ratione delicti, eius fori esse censetur, *cap. vlt. de foro competenti.* Sayr. *d. cap. 7. num. 9.* Ægid. *d. disp. 13. num. 56.* Respondetur enim ad incurrendam censuram prærequiri, vt faciens contra præceptum continens censuram, esset antea subditus, censura enim non fertur nisi in subditos, extraneus autem non erat subditus superioris loci, cuius præceptum non obseruauit, consequenter non ligatur censuris latis à superiore illius loci, ita ex Soar. respondet Bonacin. *d. punct. 11. num. 20. versus respondeo.*

Quisquis furtum fecerit, &c.] Ergo potest Episcopus statuendo adiuuare ius commune, apponendo scilicet pœnam, vbi ius non imponit, vel aggrauando pœnam à iure impositam, vt per Duen. *reg. 251. in princip.*

Non nisi subditi, &c.] Ergo nemo potest directè excommunicare, suspendere, vel interdicere se ipsum, aut superiorem propria auctoritate, vt per Henriq. *in summa lib. 13. de excomm. c. 5. §. 3.*

Hæc generalis clausula, &c.] Notatur ad hoc quod dispositio vniuersalis non extenditur ad ea, quæ sunt disponenti impossibilia, vt per Tiraq. *de iure primog. q. 5. c. n. 1.* Sotd. *decis. 232. n. 13.*

Nisi fortè plus, &c.] Ergo generalis sententia ligabit non

non subditos si iudex id expresserit, vnde colligunt Doctores statutum domicilij ligare subditos extra territorium delinquentes, vt *in præsenti*, notat Innoc. *post princ.* & resolvit Bartol. *in l. cunctos, num. 47. C. de summa Trinit.* quo loco ait, quòd si statutum subditos extra territorium delinquentes non expresserit ex defectu intentionis non ligabuntur; si verò statutum expresè habeat, vt subditi alibi delinquentes obligentur, tunc secundùm tale statutum in foro domicilij poterunt iudicari, & hanc Bart. sententiam probat Socin. *in cap. postulasti, num. 16. de foro compet. & in consil. 302. num. 4. in fine lib. 2.* Alexand. *consil. 111. n. 1. lib. 1.* vbi testatur esse communem. Bossi. qui plures refert, *tit. de pœnis, n. 19.* Alciat. *in d. l. cunctos, n. 21.* Clar. *in pract. q. 85. n. 4.* Contrarium tamen, quod imo statutum nunquam obliget delinquentes extra territorium etiamsi id expresserit, probavit glossi. celebris ab omnibus recepta *verbo omnimodam, in Clement. vnic. ad fin. de foro compet.* testatur communem Felin. *hic num. 6.* quamvis incautè confundat sententiam Abb. cum sententia Bart. quæ sunt in oppositio contrariæ, idem contra Bart. probant Roch. *de consuet. sect. 9. num. 27.* & Doctores, quos refert Grammat. *decis. 26. n. 6.* asserentes iudicem non posse cognoscere de delicto extra suum territorium perpetrato ob defectum potestatis, qui quidem Doctores citati à Grammatico necessariò sunt intelligendi quando delictum solò statuto domicilij punitur, non verò iure communi, nam de illo cognoscit etiam iudex domicilij, ex *l. 1. C. vbi de crimine*, sicut etiam cognoscit de crimine prohibito in loco delicti, si in foro domicilij accusetur, ex *d. l. 1.* vnde prædicti Auctores apertè confirmant hanc contrariam sententiam contra Bart. provt etiam multi relati à Sylvest. *consil. 103. n. 1.* & Menoch. *consil. 2. n. 103.* qui communem fatentur. Qua retenta opinione non obstat text. *in præsenti*, non agit enim de propriis subditis alieno territorio delinquentibus, sed de subditis alienis, qui in loco generalis sententiæ aduersus eam delinquunt, quo casu sententia non ligantur, nisi expressam de ipsis mentionem faciat ex defectu intentionis, quoniam generalis sententia plerumque de his fertur, quæ ad proprios subditos tantum pertinent.

9 In gloss. *Quisquis*, ibi, *omnes nominatim intelliguntur excommunicati*, &c. Imo potiùs dicitur ille nominatim excommunicatus, qui notatur censura expresso nomine proprio, aut aliquot oppositis signis, quæ certè, & absque vllo dubio, eum qui excommunicatur, significent, & demonstrent, vt per Couar. *in cap. alma, p. 1. §. 2. n. 8.*

10 In gloss. *Non nisi*, pen. ibi, *dicas quòd bene sunt excommunicati*, &c. Notatur ad hoc, quòd efficiens actum sub excommunicatione interdictum lege aliqua noua, qui antiquiori iure positiuo, aut diuino, naturali prohibitus erat, ignarus legis nouæ, aut conscius illius prohibitionis antiquæ incurrit illam excommunicationem lege noua latam, siue ea lata sit iure communi, siue Episcopi constitutione, vt per Couar. *in cap. alma, p. 1. §. 10. a n. 9.* Sed probabilius est eum ignorantiam excusare ab excommunicatione, provt tenent Clar. *lib. 5. §. fin. q. 85. ver. secundus est casus*, Iacob. de Graff. *in decis. aureis, p. 1. lib. 4. c. 6. n. 21.* Fr. Emman. *in summa, tom. 1. c. 77. num. 3.* Henriq *in summa, lib. 13. c. 23. §. 2.* & plures alij, quos refert, & sequitur Sanch *de Matrim. lib. 9. disp. 32. n. 9.*

11 In ead. gloss. ibi, *Comprehendit tantum subditos*, &c. Ex hac gloss. inncto text. colligit Abb. Panorm. *hic n. 9.* statutum ligare alienos subditos, qui in loco statuti deliquerunt, quoniam ratione delicti sortitur quis forum non solùm vt ibidem iudicetur, sed etiam vt legibus & pœnis illius loci subiiciatur, idem colligit Card. Zabar. *hic n. 2.* Anchar. & Felin. *n. 5.* Batt. communiter receptus *in l. cunctos, n. 21. C. de summa Trinit.* quamvis longa vtatur distinctione, cuius sententiam ab omnibus recipi testatur, *ibid.* Ias. *lect. 1. & 2. n. 67.* Alexand. *n. 17.* Panorm. *in cap. vlt. de foro compet. n. 24.* & Felin. *n. 12.* Bossi. *in pract. tit. de pœnis, num. 18.* refert plures Grammat. *decis. 26.* Menoch. *cons. 2. n. 130.* Vide tamen quæ *suprà n. 8.*

In ead. gloss. ibi, *Non durat vltra*, &c. Notatur ad hoc, quòd sententia, qua excommunicantur omnes fortum committentes, perit proferentis morte, quia excommunicatio lata ab homine, moritur eo mortuo, vel illo ablato ab officio, qui eam tulit, de quo vide Nauar. *in cap. placuit, de pœnit. dist. 6. n. 161.* Couar. *in cap. cum in officiis, n. 8. de testam.* D. Barbos. *in l. diuortio, §. quod in anno, n. 20. ff. soluto matrim.* Cald. Pereira *de extinct. emphyt. c. 15. n. 37.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 60. art. 1.* Sanch. *de Matrim. lib. 8. cap. 28. num. 74.* 12

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatum ob Ecclesiæ fractionem cum spoliatione post denuntiationem solus Papa absoluit,* & n. 2.
3 *Ecclesiarum nomine quæ veniant, ostenditur.*
4 *Inuasores rerum sacrarum, quæ in dominio sunt Ecclesiæ, siue sint mobiles, siue immobiles, sacrilegi sunt.*
5 *Verba*, excommunicatos nuntietis, *important hic excommunicationem latam.*
6 *Ecclesia potest violentos laicos rerum Ecclesiasticarum occupatores, seu inuasores coërcere.*

CAP. Conquesti. XXII.

Cœlest. III.

SPoliantes Ecclesias cum effractione sunt excommunicati denuntiandi, donec congruè satisfaciant iniuriam passis, & resarciant damna, & cum literis Ordinarij mittantur ad Papam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Batt. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 278.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 759.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. August. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 18. cap. 11.* 1

Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Clar. *l. 3. §. fin. q. 77. n. 20.* Fr. Emman. *quæst. regul. tom. 2. q. 38. art. 2. & q. 50. art. 2.* Azor. *instit. moral. p. 1. l. 9. c. 27. q. 12.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 19. num. 6.* Nauar. *in manuali, c. 27. n. 94. vers. oct.ana*, & nouissimè Iul. Laur. *de Iubilæo, & Indulg. p. 2. c. 21. n. 9.* Salzed. *ad Bernard. cap. 90. in addit. lit. D, in nouiss. impress.* Soar. *tom. 5. disp. 22. sect. 2. à n. 4.* Filliuc. *tr. 15. c. 2. q. 6. n. 55.* Bonacin. *de censur. extra Bullam, disput. 2. q. 3. punct. 12.* latè & eleganter Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 29. n. 13. cum multis seqq.* aduertens non concurrentibus his duobus, scilicet spoliatione violenta, & effractione, nullam excommunicationem incurri, per *cap. vlt. de furtis*, addentes etiam huiusmodi frangentes, & spoliantes ante denuntiationem Episcopum posse absoluere, dummodo satisfacere velint iniuriam passis, post denuntiationem verò ipso iure excommunicationem incurrere. 2

Quasdam Ecclesias.] Ecclesiarum nomine veniunt etiam Monasteria, hospitalia, & alia loca pia, vt re- 3

soluunt Nauarr. *in man. c. 27. num. 44. §. octauò*, Filliuc. *tract. 14. c. 2. q. 6.* Sayr. *d. c. 29. n. 17.* & venire Sacristiam, si ipsa sit coniuncta Ecclesiæ, tenent Soar. *tom. 2. disp. 22. sect. 2. n. 11.* & Valer. Reginald. *d. n. 60.* de Ecclesia in genere, & quotuplex sit, multa eleganter tradit D. Ioan. Anton. Massobr. *in sua praxi habendi concursum ad vacantes parochiales Ecclesiæ, prælud. 1.*

4 *Memoratos sacrilegos.*] Ergo inuasores rerum sacrarum, quæ in dominio sunt Ecclesiæ, siue sint mobiles, siue immobiles, sacrilegi sunt, vt per Decian. *in tract. crim. lib. 6. c. 30. in princ. & n. 18. & 20. cum seqq.* Petr. Greg. *Syntagm. iuris lib. 33. c. 18. n. 2.* Card. Tusch. *tom. 7. lit. S. concl. 6. n. 4.*

5 *Excommunicatos nuntietis.*] Quamvis hæc verba indicent actionem per hominem exercendam, in rigore tamen important excommunicationem latam, Sayr. *d. c. 29. n. 14.* & post illum aduertit Valer. Reginald. *d. n. 60. in princ.* vbi etiam resoluit ad id necessarium non esse, vt Ecclesia spolietur omnibus bonis, quæ in ea sunt, vel vt confractio plenè enormis sit, sed sufficit quælibet rapina, vel furtum graue, & quæuis violenta apertio Ecclesiæ facta, siue rumpendo murum, siue seras confringendo, siue suffodiendo parietem, fenestram vitream frangendo, vel tectum perforando.

6 *Et facietis sicut excommunic. &c.*] Notatur ad hoc, quòd Ecclesia potest violentos laicos rerum Ecclesiasticarum occupatores, seu inuasores coërcere, vt per Decian. *d. lib. 6. c. 36. in princ.* Bernard. *in pract. d. c. 90. n. 1.* vbi Salzed. *litera A, vers. apud Hispanos,* Soar. de Pace *in pract. tom. 1. prælud. 2. num. 19.* Card. Tusch. *tom. 4. lit. I, concl. 445. n. 19. & concl. 446. n. 10.*

SVMMARIVM.

1 *Clericus dimisso habitu, & tonsura clericali in enormitatibus se immiscens priuilegium Canonis amittit, non autem priuilegium fori, &* n. 2.
3 *Priuilegium Canonis quare facilius perdatur, quàm priuilegium fori, ostenditur.*

CAP. Perpendimus. XXIII.

1 SAcerdos, qui se falsò nominat filium Regis, & acceptis armis seditionem, & guerram mouet, si verberetur, & occidatur, occidens non tenetur ire Romam pro absolutione, sed Ordinarius imponere potest pœnam competentem pro qualitate personæ, quia non propulsando, sed inferendo iniurias fuit occisus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarell. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 278.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 759.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 18. c. 12.*

2 Collige ex text. clericum dimisso habitu, & tonsura clericali in enormitatibus se intromiscentem, priuilegium Canonis amittere, vt per Clar. *lib. 5. §. fin. c. 36. num. 23.* Fichard. *tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 6. n. 11. vers. cleric. non coniugatus, pag. 172.* latè Carol. de Grassis *de effectibus cleric. effectu 9. num. 212.* Tiraquel. *de pœnis temper. causa 49. n. 36. & 37.* Sayr. *de censur. lib. 3. c. 27. num. 9. & 10.* Paul. Comitol. *resp. moral. lib. 1. quæst. 96.* Bellet. *disquisit. cleric. part. 1. tit. de fauore clericorum Canonis, §. 2. num. 41.* vbi *num. 42.* asserit tunc dici clericum se intromiscere in enormitatibus quando facit seditionem, prælia, aggressiones, & huiusmodi in populo, & *n. 43.* aduertit, quòd licèt clericus se immiscendo in enormitatibus perdat priuilegium canonis, non tamen perdit priuilegium fori: quare bene text. non loqui de priuilegio fori meritò affirmat Marta *de iurisd. p. 4. casu 135. n. 5.* Ægid. de Coninch. *de Sacram. & cens. disp. 14. dub. 15. n. 160.* Soar. *de cens. disp. 22. sect. 1. n. 13.* Anguian. *in tract. de legib. lib. 1. controuers. 15. n. 29.* Diana *resol. moral. p. 1. tract. 2. resol. 129. vers. vel posset.* Ratio autem quare facilius perdatur priuilegium Canonis, quàm priuilegium fori, est, quia illud indultum est à iure positiuo, hoc autem iure diuino, *cap. quanquam, de censibus in 6. post penult. in cap. si Imperator 96. distinct.* Zabarell. *d. princ.* Roland. *concl. 3. num. 30. vol. 1.* Socin. *consil. 12. num. 20. vol. 1.* quos refert & sequitur Bellet. *d. §. num. 44.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Prælatus suos Religiosos per laicum verberans est excommunicatus, nisi fortè necessitas excusat, aut consuetudo.*
3 *Torqueri possunt clerici per manus laicorum sine excommunicationis incursu.*

CAP. Vniuersitatis. XXIV.

Cœlest. III.

LAicus, qui Abbate mandante etiam ex causa regularis disciplinæ percutit Monachum, tamdiu quàm Abbas sunt excommunicati, maximè si ad verberandi non subesset, sed odij causa id fieret. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. *Viuian. in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 279.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 736.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 2. Decret. lib. 5. tit. 18. c. 13.*

Collige ex text. Prælatum religiosum debere suos Religiosos per se verberare, si potest, aut si non potest, per aliquem clericum, aut monachum (sub quo comprehenduntur omnes verè religiosi, etiam quos vocant conuersos, vt contra aliquos benè notat Soar. *tom. 5. de censur. disp. 22. sect. 1. num. 42.*) Quare si hoc faciat per laicum (nisi fortè necessitas excuset, vt docet Soar. *d. sect. 1. n. 43.*) tam verberans, quàm mandans erit excommunicatus. Vide Nauarr. *consil. 12. de hoc tit. in antiq. & comment. 3. de Regular. num. 52.* Soar. de Pace *in pract. part. 5. tom. 5. cap. 3. §. 12. n. 49.* Sal. *ad Bernard. in pract. c. 126. lit. E,* Peña *p. 3. comment. 110. num. 2.* Farinac. *in praxi crimin. quæst. 41. num. 19.* Aldrete *de religiosa disciplina emenda, l. 2. c. 17. n. 2.* Fr. Emman. *quæst. Reg. tom. 1. q. 19. art. 8. Cathol. pr. Lusitaniæ decis. 83. n. 8. cum seqq.* nouissimè Alosf. Ricc. *in praxi Eccles. decis. 355.* Ægid. de Coninch. *de Sacrament. & censur. tom. 2. disp. 14. n. 190. vers.* vbi etiam resolvit, quòd etsi text. hic loquatur de solis Prælatis religiosis, communiter tamen Doctores illum extendunt ad omnes Prælatos Ecclesiasticos, quoad hanc partem, quòd non possint suos clericos verberare per laicos. Vbi tamen consuetudo adest (prout est in Gallia) vt clerici per laicos verberentur, Prælati, & verberantes non incidunt in excommunicationem, vt per Fr. Emm. *d. art. 8. in medio,* Soar. *d. disp. 22. sect. 1. n. 43.* Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verbo excommunicatus causa efficiens, §. 8.* vbi resolvit, quòd cùm hodie non reperiantur clerici, qui sciant ligare, soluere, & ex-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gere Clericum torquendum, possunt Ordinarij locorum torquere eos per manus laicorum, quia ita passim introduxit consuetudo, de quo etiam Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 64. *n.* 25. Sayr. *de censur. lib.* 3. *c.* 27. *num.* 26. Ægid. *d. tom.* 2. *disp.* 14. *num.* 191. *in fine.* Denique Fr. Emman. *art.* 8. *vers. aduertendum*, dicit dictam castigationem debere esse moderatam, quæ moderatio arbitrio iudicis relinquitur, & citat Menoch. *de arbitr. casu* 364. *à num.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Clericus vt laicus incedens tertiò monitus non resipiscens perdit priuilegium Clericale.*
2 *Clericus in minoribus constitutus amittit Clericale priuilegium, si miles effectus exerceat arma, & tertiò monitus non resipiscat.*
3 *Clerici in minoribus attento minori iure Concil. Trid. si reperiantur sine habitu, & tonsura, amittunt statim priuilegium Clericale.*
4 *Clerici non possunt spoliari armis per iudicem secularem, si ea deferant prohibita, vel pro tempore non permisso.*

Cap. In audientia. XXV.

1 CLericus, qui relicto habitu Clericali arma militaria portat, si ter admonitus à Prælato minimè deponit arma, non gaudet priuilegio can. *si quis suadente*, quia frustra implorat Ecclesiæ auxilium, qui committit in ipsam, sicuti iure Ciuili matrona inuenta in veste meretricali, cuius pudicitia est attentata, non potest agere iniuriarum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Soc. Viuian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 280. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 760. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 2. *Decret. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 14.

2 Probat hic text. Clericum in minoribus constitutum amittere Clericale priuilegium si miles effectus exerceat arma, vt per Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de fauore Clericorum Canonis*, §. 2. *n.* 39. potest enim renuntiare priuilegio tam fori, quàm Canonis si dimittat habitum Clericalem, & laicaliter viuat, Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verbo Clericus*, §. 17. Intellige si tertio monitus non resipiscat, vt text. habet, non potest enim sine trina monitione priuilegium Clericale amitti, Couar. *pract. c.* 31. *num.* 1. *in princ.* Azeued. *de exequend. mandatis, part.* 1. *c.* 22. *num.* 14. Dec. *in tract. crimin. lib.* 4. *c.* 9. *num.* 88. Farin. *in praxi crimin. part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 60. D. Barbosa *in l. Titia, num.* 34. & 35. *vers. vnde in hac materia, ad finem, ff. soluto Matrim.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1610. Hodie post
3 Concil. Trident. *sess.* 14. *de reform. c.* 6. non requiruntur tales admonitiones, imò si huiusmodi Clerici in minoribus constituti reperiantur sine habitu, & tonsura, amittunt statim priuilegium fori, ita Clar. *lib.* 5. §. *fin. q.* 36. *vers. hac autem*, vbi testatur apud suos sic seruari, Nauarr. *cons. vltim. num.* 6. *sub tit. de priuil.* Decian. *d. c.* 6. *num.* 88. dicit, quòd stantibus concessionibus Pontificum factis Hispaniæ, & Gallorum Regibus possunt iudices sæculares Clericos sine illis monitionib. punire, etiam in terminis Concil. tenet Læl. Zech. *de republ. Ecclesiastica, c.* 19. *de Clericis in communi, tit. de Clericorum priuilegiis quando amittantur, n.* 6. dicentes, quòd vsus ita recepit. Vnde vt Clericus in minoribus fori priuilegio potiatur, attendi tempus delicti, resoluunt Clar. *d. quæst.* 36. *n.* 11. Bobadil. *in sua politica, lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 34. Curia Philippica *parte* 3. §. 1. *num.* 10.

Arma deponere, &c.] Vtrùm autem Clerici possint 4
spoliari armis per iudicem sæcularem, si ea deferant prohibita, vel tempore non permisso quæstio est ab aliquibus agitata, in qua illa est verior opinio, in hoc casu Clericum minimè posse per sæculares armis spoliari, obseruatum fuisse Neapoli in casu occurrenti, & in aliis partibus sub dominio Regis Hispaniarum retulit mihi in hac Curia Reuerendissimus simul & Doctissimus Marcus Anton. Genuens. Iser nien. Episcopus, cuius anima requiescat in pace, & tradit ipse in praxi Archiepisc. Neapol. *c.* 74. *n.* 6. Megala *in* 3. *p. lib.* 3. *c.* 11. *n.* 20. Madi. *in tract. de Sacris Ordinib. c.* 14. *n.* 21. Bonac. *de legib. disp.* 10. *q.* 2. *puncto* 1. §. 1. *num.* 2. Duard. *in Bullæ Cœna, lib.* 2. *c.* 12. *q.* 11. *n.* 91. Quid autem de hoc sentiat Doctorum multitudo, si quis scire cupiat, consulat Greg. *lib.* 46. *tit.* 6. *p.* 1. Couar. *var. lib.* 2. *cap. fin. num. vlt. & pract. c.* 23. *n.* 6. Gom. *l.* 45. *Tauri, n.* 48. Cott. *in memorab. verbo armorum vsus*, Clar. *d. q.* 36. *num.* 26. Plac. *de delict. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 9. Sarm. *select. c.* 13. Menoch. *de arbitr. casu* 394. *n.* 30. *cum seqq.* Salz. *ad Bern. in pract. c.* 58. *vers. sic apud Hispan. in nouiss. impress.* Auend. *in dictionario, verbo armadura, vers. fin.* Perez *l.* 1. *vers. tum etiam, tit.* 1. *l.* 4. *Ordin. & l.* 2. *vers. quaramus, tit.* 14. *l.* 2. *eiusdem Ordin.* Mexiam *in tract. tassæ panis, cor. l.* 5. *n.* 58. & 60. Soar. de Pace *in pract. tom.* 1. *p.* 8. *cap. vnic. num.* 7. & 10. Azeued. *l.* 4. *& 6. n.* 13. *tit.* 6. *nouæ recop.* Ioan. Garc. *de nobilit. gloss.* 9. *n.* 53. Alderan. Mascard. *de general. statut. interpret. concl.* 1. *n.* 242. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de fauore Clericorum Canonis*, §. 2. *n.* 38. Camil. Bottel. *in addit. ad Bellug. in speculo Principum, rub.* 11. §. *dubitatur, verbo armorum, & de Regis Catholici præstantia, c.* 71. *n.* 45. *cum seqq. & de magistratuum edictis, lib.* 3. *c.* 17. *à n.* 41. *& in summa omnium, decis. tit.* 43. *de foro competenti, n.* 136. Sayr. *sub hoc tit.* 45. Dec. *tract. crimin. lib.* 4. *c.* 9. *n.* 140. *& lib.* 8. *c.* 3. *n.* 23. Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis.* 371. *n.* 3. *in* 1. *edit.* alias *resol.* 314. *in* 2. *edit.* Gutier. *pract. lib.* 1. *q.* 12. Ortiz. *in summa, c.* 4. *n.* 9. & 7. *n.* 1. Bañes *in* 2. 2. *q.* 67. *art.* 1. *dub.* 1. *concl.* 3. Ioan. de la Cruz *in direct. conscient. p.* 1. *prac.* 8. *q.* 3. *art.* 1. *dub.* 1. *concl.* 3. Cardos. *in praxi iudicum, verbo Clericus, num.* 33. *cum seqq.* Farinac. *in praxi crim. p.* 1. *q.* 8. *n.* 96. & *p.* 3. *quæst.* 108. *num.* 21. *cum seqq.* Curiam Philippicam *part.* 3. §. 3. *num.* 9. Bobadil. *in sua politica, lib.* 1. *c.* 13. *num.* 67. & *l.* 2. *cap.* 18. *num.* 66. Ignat. del Villar *in sylua resp. lib.* 1. *resp.* 1. *p.* 3. *num.* 9. Mart. *de iurisd. p.* 4. *cent.* 1. *casu* 7. Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 139. *n.* 25. plures ex antiquioribus refert Cened. *ad Decret. collect.* 7.

Cap. Nostro. XXVI.

EXcommunicatus ob percussionem Clerici si non 1
potest ire Romam aliquo impedimento Canonico impeditus, vt paupertate, infirmitate grani, senectute, absolui potest ab Ordinario, sed exigendum est iuramentum vt reassumptis viribus, & concessa opportunitate personali Romam visitet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 280. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 760. remissiue Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. & Casal. *in annot.* refertur ab Ant. Aug. *collect.* 2. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 18. *cap.* 15.

De materia huius text. satis dictum est *ad* 2
cap. de cætero 11. & *ad cap. ea noscitur* 13. *supra hoc tit.*

In

3 *In mortis articulo.*] Quis autem dicatur mortis articulus, disserunt Couarr. *in c. alma mater, p. 1. §. 11. n. 8.* Soar. *tom. 4. disp. 26. sect. 4.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 1. n. 59.* Fr. Emman. *in explic. Bullæ Cruciatæ, §. 9. dub. 3.* Bellet. *disquis. cleric. p. 1. tit. de fauore clericorum Canonis, §. 3. n. 11.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comparat. 18. n. 18.* vbi dicit eos in mortis articulo constitutos, qui etsi viuant, & viuere possint, propter mortem, tamen quam secundùm verisimilem medicorum peritiam, aut periculum, quod sperant, instantem vident, iam morientes arbitrantur.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ob duplicem causam, licèt ex eodem facto, obtinens absolutionem, expressa vna causa, seu vna excommunicatione, non habetur pro absoluto quoad aliam.*
2 *Excommunicatus, suspensus, aut interdictus potest iterum ac sæpius ligari aliis censuris, etiam eiusdem rationis.*
3 *Censuras tot quot sunt superiores prohibentes actum, non incurrit contrafaciens, quando superiores prohibentes sub censura habent eandem potestatem, secus si diuersam.*
4 *Excommunicationibus duabus, vel pluribus ligatus potest ab vna absolui sine aliis.*
5 *Absolutio vna non prodest duabus excommunicationibus.*
6 *Dictio, tanquam, est expressiua veritatis.*

CAP. Cùm pro causa. XXVII.

Innoc. III.

1 EXcommunicatus ob duplicem causam, v. g. quia violauit Ecclesiam, & quia percussit clericum, si exprimit vnam tantùm causam pro absolutione, & absoluitur, remanet excommunicatus pro altera causa non expressa, & tenetur pro illa satisfacere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Vinian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 281.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 760.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 21. cap. 2.*

2 Collige ex text. semel excommunicatum, suspensum, aut interdictum posse iterum, ac sæpius ligari aliis censuris, non solùm diuersæ rationis, sed etiam eiusdem, ita Couarr. *in cap. alma mater, p. 1. §. 11. n. 3.* Perez *l. 1. tit. 5. lib. 8. Ordin. pag. 180.* Henriq. *in summa, lib. 13. c. 25. §. 4.* Er. Emman. *in summa, tom. 1. c. 83. n. 6.* Syluest. *in summa, verbo excommunic. 1. n. 10.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 5. sect. 2.* Auila *eodem tract. p. 2. c. 4. disp. vnic. n. 7.* latè Bonac. *eodem tract. disp. 1. q. 1. punct. 5.* vbi
3 infert ad plura alia, quæ apud eum videri possunt. Illud tamen in præsentiarum aduertendum duxi, facientem actum aliquem prohibitum à pluribus sub censura, non incurrere tot censuras, quot sunt superiores prohibentes illum actum sub censura, quando superiores prohibentes habent eandem potestatem, secus verò quando habent diuersam, ita Nauarr. *in cap. ita quorundam, de Iudæis, notab. 11.* Vgol. *de censur. tab. 1. c. 16. §. 3.* Sayr. *eodem tract. lib. 1. c. 10. n. 11.* Soar. *d. tom. 5. disp. 5. sect. 3. n. 13.* & alij, quos refert Bonac. *d. puncto 5. num. 11.*

4 *Satisfacere Ecclesiæ suæ pro altera,* &c. Notatur ad hoc, quòd duabus, vel pluribus excommunicationibus ligatus potest ab vna absolui sine aliis, vt per Henriq. *d. §. 4. lit. V.* nam vna censura potest auferri alia remanente, S. Thom. *in 4. dist. 18. art. 5.* Vgol. *d. tab. 1. c. 16. §. 3. n. 10.* Valentia *tom. 4. disp. 8. q. 17. puncto 8.* Soar. *tom. 5. disp. 7. sect. 9. n. 4. & 6.* Vasquez *tract. de excom. dub. 18. n. 14.* Sayr. *de censur. lib. 2. c. 21. n. 13.* Bonac. *d. disp. 1. q. 3. punct. 6.* ac proinde vna absolutio non prodest duabus excommunicationibus, Couarr. *var. lib. 2. c. 10. n. 8. vers. quartum,* Tiraq. *de retractu, tit. 2. §. 1. glos. 1. n. 21.* Perez *d. pag. 180.* Intellige præsertim in absolutione, quæ intenditur extra confessionem sacramentalem, non verò in absolutione, quæ confertur solet in Sacramento pœnitentiæ, in quo solet confessum ante sacramentalem absolutionem præmittere generalem absolutionem censurarum quantum licitè potest, & quantum pœnitens indiget, in quo casu pœnitens quamvis censuram aliquam ex oblatione omiserit, remanet ab omnibus absolutus, modo Confessarius facultatem habeat absoluendi, intendatque omnes auferre; ita Soar. & alij, quos refert, & sequitur Bonac. *d. puncto 6. n. 3.*

In glos. *Tanquam* ibi, *illud, tanquam, est expressiua veritatis.* Vide Card Tusch. *tom. 2. lit. D, concl. 18. n. 2.* quem refero ego ipse *in Remissionibus de diction. & clausulis, dict. 348. n. 1. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Signa pœnitentiæ probari possunt per vnum testem.*
3 *Excommunicati priuantur Ecclesiæ suffragiis.*
4 *Mortui an possint excommunicari, ostenditur.*
5 *Communicatio etiam in humanis cum excommunicato mortuo non licet.*
6 *Absolutio publica sit recitato prius Psalmo pœnitentiali.*
7 *Excommunicatus absolui potest post mortem.*
8 *Orationes priuatas pro excommunicato ad Deum dirigere licitum est.*
9 *Absoluere ab excommunicatione in articulo mortis nullus alius potest præter Sacerdotem.*

CAP. A nobis. XXVIII.

EXcommunicatus quamvis det signa manifesta pœnitentiæ, & inramento præstito quod Ecclesiæ parebit, se humilianerit, & antequam absolutus ab excommunicatione moritur, etiamsi sit absolutus coram Deo, non tamen habetur absolutus quoad Ecclesiam, sed potest etiam, & debet ab Ecclesia absolui, quia etsi non sit communicatum vino, tamen fuisset communicandum, quem non contemptus Religionis, sed articulus necessitatis impediuit, & legimus in certis casibus in iure Canonico Ecclesiam ligasse, vel absoluisse mortuos. Item forma absolutionis seruatur, id est, cum Psalmo pœnitentiali, oratione Dominica, & cum aliis consuetis. Denique hæres pro mortuo satisfacere tenetur, & si admonitus non vult, per distictionem Ecclesiasticam compelli debet. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Vinian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 281.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 760.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 21. cap. 2.*

Pœnitentiæ signa.] Quæ quidem signa probari poss. sunt per vnũ testem, vt per Anton. Gabr. *communr. lib. 1. tit. de testibus concl. 1.* Mascard. *de prob. concl. 1. n. 1.*

Nicolaus

3 *Nondum tamen habendus*, &c.] Notatur ad hoc, quòd excommunicati priuantur Ecclesiæ suffragiis, vt per Ægid. *de Sacrament. & censur. tom. 2. disp. 14. a n. 36.* latè Squillante *de obligat. cleric. p. 3. à num. 32.* Nec illorum fiunt participes ante absolutionem, Soar. *tom. 5. disp. 9. sect. 3. n. 2.* Ægid *d. disp. 14. n. 49.* quamvis sit toleratus, quia per extranag. *ad euitanda*, nullus fauor fuit concessus ipsi excommunicato, cui sanè magnus fieret si admitteretur ad communium suffragiorum participationem, Sot. *in 4. dist. 23. quæst. 1. art. 4.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 9. sect. 2. n. 17.* Squillante *d. p. 3. num. 35. & num. 36.* post Adrian. Sot. Alan. & Soar. negat posse offerri directa intentione communia suffragia Ecclesiæ etiam pro excommunicatis contritis ante absolutionem, cum censura, non tollatur per solam pœnitentiam internam, contra Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 6. num. 4. concl. 9.* & Nauar. *in man. cap. 27. num. 18.* existimantes licitum esse offerre communia Ecclesiæ suffragia pro excommunicatis contritis dummodo per eos non stet quominus absolutionem obtineant.

4 *Nec obstat*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Summus Pontifex siue Ecclesia mortuos potest excommunicare, vt per Roman. *sing. 725.* & Tabien. *in summa, verbo excommunicatio 4. num. 1.* Sed verius est mortuos minimè posse excommunicari, quia nullus habet iurisdictionem in defunctum, vt patet ex auctoritate Christi Domini *Matthæi 18. quæcunque ligaueris*, &c. tum quia censura fertur ob contumaciam delinquentis & ad illius emendationem, solus autem homo viuus est contumax contra Ecclesiam, solúsque potest emendari; defunctus enim cùm sit extra Ecclesiam, non potest esse contumax contra ipsam, nec amplius emendari valet, quare ita tenent Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 11. num. 8.* Nauar. *in manuali, cap. 34. num. 32.* Vgolinus *de censuris, tab. 1. cap. 17. §. 2.* Soar. *tom. 5. disp. 5. sect. 1. num. 1.* Vasq. *tract. 3. de excommunicat. dub. 17. num. 6.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 5. cap. 26. quæst. 2.* Sayr. *de censuris, lib. 1. cap. 8.* Bonacin. *eodem tract. disp. 1. quæst. 1. puncto 4. num. 1.* latè Mari. Alter. *eodem tract. tom. 1. de excommun. lib. 3. disp. 10. cap. 3.* Nec obstat, quòd Ecclesia potest publicum peccatorem mortuum priuare sepultura, & suffragiis, sicut re ipsa factum fuisse legimus à Diuo Gregorio, qui Religiosum quendam priuauit suffragiis, & sepultura, eo quòd inuenta fuerit apud ipsum pecunia; quia respondetur hoc fieri indirectè, tantummodo præcipiendo viuis, ne pro mortuis suffragia ferant, illósque sepulturæ donent, cæteris in contrarium adductis respondetur cum Mari. Alter. *loco proximè citato.* Vnde simili modo respondeti potest hæreticos *in cap. si quis 5. de hæretic. & in cap. sanè in secundo 24. quæst. 2.* post mortem non propriè excommunicari, sed potiùs declarari excommunicatos decessisse, quia scilicet viuentes crimen commiserunt, cui à iure imposita est statim excommunicatio, vt constat ex text. *in cap. excommunicamus, de hæretic.* Nec est vllum inconueniens, quòd Ecclesia orationibus, suffragiis, & honore sepulturæ priuare possit eos, quos hæreticos impœnitentes decessisse iudicat, quemadmodum etiam propter alias causas id fecisse constat ex text. *in cap. fin. 88. dist. cap. 2. vers. qui verò, cap. cum ad Monasterium, in princip. de statu monachor.* quia scilicet eo modo non directè ligantur defuncti, sed potiùs viui, dum eis præcipitur ne ad orationis communionem, & ad sepulturam admittant sic defunctos, vt benè notauit Castro *de iusta hæreticorum punit. lib. 2. cap. 20. ad finem.* Licèt enim iustissimis rationibus possit Ecclesia contra hæreticos defunctos, atque etiam Ciuilis Resp. contra læsæ maiestatis reos, & in aliis criminibus exceptis inquirere, vt defunctorum damnetur memoria, eorum filij notentur infamia, & quoad confiscationem, & alias pœnas, non ita per censuras Ecclesiasticas, ratio differentiæ est, quia aliæ pœnæ tendunt ad punitionem, & satisfactionem Reipublicæ offensæ, ideóque sæpè atrocitas criminis postulat vt ad aliorum exemplum defuncti crimen puniatur, quod tamen oportet fieri per pœnas suæ potestati proportionatas, quales sunt confiscatio bonorum, infamia, & memoriæ condemnatio, non ita per censuras, quarum finis est non punire præterita crimina, sed in futurum corrigere, quæ correctio in defunctis neque dari neque operari potest, vt per se patet, sunt præterea Ecclesiastica vincula, quæ animas ligant, *cap. nemo 11. quæst. 3.* & per consequens cum Ecclesia ligare non possit animas separatas, & homines sub terra sepultos, non rectè de aliis pœnis ad censuras respectu defunctorum sumi potest argumentum.

Cui non est communicatum & viuo, &c.] Ergo cum excommunicato mortuo, etiam in humanis communicandum non est, v. g. ipsum lauando, vestiendo, aut Ecclesiasticæ sepulturæ tradendo, vt per Vgolin. *de censuris, tab. 2. c. ap. 23. in princip. num. 8.* Valer. Reginald. *in pravi fori pœnitent. lib. 32. num. 85.* qui excipiunt illum, qui talem sepelit in loco profano, ne aërem corrumpat, latè Marius Alterius *de censuris, tomo 1. de excommunicat. lib. 1. disput. 10. cap. 6. & 7.* 5

Vt fiat cùm pœnitentiali Psalmo, &c. [Notatur ad hoc, quòd absolutio publica fit recitato prius Psalmo pœnitentiali, vt per Nauarr. *in manuali cap. 26. num. 8. & in cap. 1. de pœnit. dist. 6. num. 44.* Mar. Alter. *de censuris, tom. 1. de excomm. lib. 4. disp. 7. in fine*, aduertentes quemlibet ex Psalmis pœnitentialibus sufficere. 6

Vt illius mortui absolutio, &c.] Notatur ad hoc, quod excommunicatus absolui potest post mortem ab Ecclesia, non quidem directè, sed indirectè, quatenus concedit, vt fidelibus liceat cadauer sepelire, & suffragia ferre pro ipso, nam sicut potest post mortem declarare ipsum excommunicatum, vel interdictum propter censuram contractam dum viueret, ita & eodem modo potest declarare ipsum apud Deum esse absolutum, si de ipsius pœnitentia per euidentia signa constiterit, ita Couarr. Vasquez, & Bonac. *locis proximè citatis*, & Henriq. *in summa, lib. 1. c. 21. §. in fine.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 5. c. 26. q. 3.* Cened. *ad Decretum, collect. 42. n. 2.* 7

In gloss. *A fidelibus*, ibi, *& est dicendum quòd non.* Intellige de communibus suffragiis, priuatas, verò, & occultas orationes pro excommunicato ad Deum dirigere licitum esse asserit Mar. Alter. *de censur. tom. 1. de excommun. lib. 1. disp. 5. c. 9.* Et ob id licere Clericis vt sunt personæ priuatæ secretè etiam in memento Missæ orare pro totali excommunicato, Couar. *d. c. 6. n. 4.* Nauar. *d. c. 27. n. 36.* Tolet. *lib. 1. c. 13. num. 1.* Sayr. *d. lib. 2. c. 4. n. 5.* 8

In gloss. *Non potuerit*, ibi, *nunquid à laico potest absolui in articulo mortis*, &c. Notatur ad hoc, quòd à vinculo excommunicationis per laicum potest quis in articulo mortis absolui, vt per Guillelm. Benedict. *in cap. Raynutius, verbo in extremis, n. 11.* Sylvest. *verbo absolutio 1. n. 8. ad finem.* Angel. *eodem verbo 3. num. 39.* Verùm probabilius est nullum alium præter Sacerdotem posse ab excommunicatione absoluere in eo articulo, vt tenent Soar. *d. tom. 5. disp. 7. sect. 7. num. 6.* Molin. *de instit. tom. 4. tract. 3. disp. 63. num. 3.* Henriq. *lib. 13. de excommunicat. cap. 27. §. 4.* Auila *de censuris, part. 2.* 9

p.2.c.7.disp.1.dub.3. Vasq. *tract. de excommun.dub.18. n.9.* Nugn. *in addit ad 3.p.q.8.art.6.dub.5.* Mari. Alter. *de cens.tom.1.de excommun.l.4. disp.5.c.4. ve sita sentit,* Sanch. *in præcepta Decalogi,lib.2.c.13.n.13.* Bonac. *d. disp.1.q.4.punct.3.num.1.* & plures relati à Cened. *d. collect.42.n.3.*

10 Notatur etiam ad hoc, quòd excommunicatus ob violentam manuum iniectionem in Clericos, qui impedimento laborat adeundi ad Sedem Apostolicam, non solum poterit absolui ab Episcopo, verum etiam, si non adest Episcopus, à quocunque Sacerdote, etiam ab Ordinario non approbato, si alius inueniri non potest, Polyd. Ripa *in tract. de actis in artic mortis, c.35.n.7.* Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effectu 9. num.156.*

SVMMARIVM.

1 *Clericum detinens in custodia etiam sine læsione, excommunicatus est; communicans cum excommunicato scienter in crimine excommunicatus est, & nisi difficultas impediat, absolui debet ab excommunicatore cum iuramento, communicans verò extra crimen, reconciliari potest per simplicem Sacerdotem sine iuramento.*

2 *Clericum retinens non ligatum, sed intra parietem inclusum inuitè, licèt corpus non tangat, excommunicatus est.*

3 *Communicans scienter cum excommunicato maiori excommunicatione in crimine criminoso, peccat mortaliter, & maiorem incurrit excommunicationẽ.*

4 *Participans in crimine criminoso quando incurrat excommunicationem, ostenditur.*

5 *Communicare in crimine dicitur præstans auxilium, consilium, vel fauorem, quo excommunicatus foueri potest excommunicatione, vel contumacia.*

6 *Loquutio qualibet cum excommunicato prohibetur.*

7 *Salutare excommunicatum quando sit prohibitum ostenditur.*

8 *Orare simul cum excommunicatis non licet.*

9 *Cibi, & potus sumptio cum excommunicato in eadem mensa prohibetur.*

10 *Absolutio ab excommunicatione ob participationem incursa reseruatur eis cui complicis excommunicatio est reseruata.*

11 *Absoluere potest Episcopus, siue eius Vicarius subditum à sententia excommunicationis nulli reseruata.*

12 *Parochus suos subditos absoluere potest ab excommunicatione iuris etiam maiori nemini reseruata.*

13 *Sacerdotis propry appellatione quis intelligatur, ostenditur.*

14 *Dispensandi tacitè Episcopis, aut cæteris huiusmodi Prælatis facultatem lex concedere censetur, si non exprimat per quem dispensatio facienda sit, sed absolutè dicit dispensandum fore.*

CAP. Nuper. XXIX.

1 LAici, qui detinent Clericos in custodia publica, vel priuata, idest, violenter, licèt sine læsione aliqua corporis, sunt excommunicati. Item qui nominatim excommunicato communicat in crimine criminoso, v.g. dans consilium, auxilium, vel fauorem, est excommunicatus pari pœna, & absoluendus ab eodem, vt *suprà*. Si verò communicat non in crimine, sed in orando, osculando, tunc potest absolui à proprio Sacerdote, quia hic incurrit excommunicationem iuris, & non iudicis, & cùm cõditor Canonis non sibi reseruauerit absolutionem, videtur concessisse aliis facultatem absoluendi. Item communicans in crimine cum absoluitur iurare debet. Si absoluendus difficulter, & ex iusta causa non potest accedere ad excommunicantem pro absolutione à suo Episcopo vel Sacerdote absoluendus est, præstita cautione quod parebit mandatis excommunicatoris. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib.5. iuris Pont. pag.* 82. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 60 permissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Aug. Augustt. *collect.3. Decret. lib.5.tit.21.c.3.*

Non credimus laicos pœnam, &c.] Notatur ad hoc, quòd retinens Clericum non ligatum, sed intra parietes inclusum inuitè, licèt corpus non tangat, poenam excommunicationis incurrit, vt per Dec. *in tract. crim. tom.2.l.7.c.10.n.22.* Farin. *in praxi crim. p.1.qu.*[illegible] *n.8. vers. de iure.* Sic eodem modo detinens Clericum in custodia publica, vel in loco priuato, vt in domo propria siue aliena, ex qua non possit exire, excommunicationem incurrit, vt per Beller. *disquisit. clerical. p.1.tit.de fauore cleric. Canon.* §.1.*n.*4. Paul. Layman. *in Theolog. morali, lib.1. tract.5 de excom. p.2.cap.5. sub num.5.*

Scienter in crimine communicet, &c.] Notant ad hoc quòd communicans scienter cum excommunicato maiori excommunicatione in crimine criminoso, pro quo lata est excommunicatio, peccat mortaliter, & maiorem similiter incurrit excommunicationem, vt per Henriq. *in summa, lib.12.c.9.§.1.* Vgol. *de censur. tab.1.c.13.§.8.* latè Mar. Alter. *eod. tract. tom.1. de excommun. lib.3. disp.12.c.9.* Sayr. *eod. tract. lib.2.c.12. cum seqq.* Anila *eod. tract. part.2.cap.6. disp.10.* Bon. *eodem tract. disp.2. quæst.2.punct.6.§.1.n.8.* adnotat quinque requiri, vt participans in crimine criminoso prædictam excommunicationem incurrat: primum vt participatio fiat in crimine postquam criminosus excommunicationem contraxit: secundum, vt participatio in eodem crimine, propter quod alter fuit excommunicatus: tertiũ, vt communicans sciat illum, cum quo participat excommunicatum fuisse ob tale crimen: quartum vt ille, cum quo participat, sit excommunicatus vitandus, nam post Conc. Constantien. permissum est participare cum excommunicatis toleratis, imò requiritur vt ille, cum quo participat, sit denunciatus excommunicatus: quintum, vt cooperatio non sit adeò leuis, vt pro nihilo habeatur, nam ad incurrendam maiorem excommunicationem requiritur materia sufficiens ad peccatum mortale.

Et consilium impendendo, &c.] Notatur ad hoc, quod in crimine dicitur communicare præstans auxilium, consilium, vel fauorem, quo excommunicatus foueri potest in excommunicatione, vel contumacia, ita Ant. Ricc. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.4. cap.45.n.1.* quod procedit etiamsi recipiens auxilium esset aliter facturus, vt per Abb. antiq. & Host. *hic*, & Innoc. *num.4.* Anchar. *sub num.3.* & Butr. *num.18. ibid.* quicquid contrarium velle videatur Gloss. *in verbo consilium, in præsenti.* Quod quidem dupliciter declaratur, primò, vt procedat in auxilio, vel consilio extra iudicium, secus si præstetur in iudicio, quia tale consilium non est reprobatum, Ioan. Andr. *hic num.4.* & Anchar. *num.7.* secundò, vt procedat in auxilio, vel consilio, quod datur directè ad crimen damnatum, secus si daretur in facto, ob quem ille cui consilium præstatur, non incurrebat in excommunicationem, nam quamvis deinde committat delictum, propter quod incurrit excommunicationem, tamen dans consilium non dicitur communicare in crimine, Abb. antiq. & Host. *hic*, & Butr. *n.11.* Anch. *sub num.3. vers. item intelligo.* Dicitur deinde communicare in crimine,

mine, qui participat sine cooperatur in crimine damnato sententia iudiciali, vt per Soar. *tom.5. disp.15. sect.2.n.7.* & tenere omnes communiter *in præsenti* asserit Ricciul.*d.c.45.n.4.* vbi *n.5.* resoluit communicantem cum excommunicato in crimine ante latam sententiam non dici communicare in crimine, nec incidere in excommunicationem, & *n.6.* resoluit clericum carnaliter cognoscentem mulierem excommunicatam propter concubinatum alterius clerici dici in crimine communicare, & *n.7.* secus resoluit in laico cognoscente mulierem excommunicatam ob concubinatum clerici.

6 *Aut aliàs in oratione.*] Notatur ad hoc, quòd quælibet loquutio cum excommunicato prohibetur, vt per Couar.*in cap.alma mater p.1.§.2.num.5.* Vgolin.*de censur.tab.2.c.23.§.2.* Henriq.*in summa lib.13. cap.7. §.3.* Soar.*tom.5. disp.15.sect.1.* Marius Alter.*de censur. part.1.lib.1.disp.10.cap.1.* Sayr.*eod. tract.lib.2. cap.13.* Bonac.*eod. tract. disp.2.quæst.2. punct.6.§.2.n.2.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.32. n.68.* latè Anton. Ricciul.*d.lib.4.c.46.* qui omnes,& præcipuè duo vltimo loco citati, ampliant procedere sine loquutio palàm fiat, sine clam, sine fiat excommunicato respondente,ac colloquente, sine tacente,sine per literas, aut nuntium.

7 *Vel osculo.*] Notatur ad hoc quòd prohibetur omnem honorificam salutationem fieri excommunicato, vt per Nauar. *in manuali c.27. num.19.* Bonac. *d. §.2. num.4.* Anton. Ricciul.*d.cap.46.num.11.* Dubium est, an hæc salutandi prohibitio debeat intelligi de illa salutatione,quæ fit verbis,an etiam de illa, quæ fit ex simplici actu, provt est detegere caput, & similia ? Et quidem Nauar.*d.num 19.* Auila *de censur.part.2.cap.6. disp.9.dub.9.* & alij apud Sayr. *d.lib.2. cap.13. num.7.* & Iacob.de Graff.*in aureis decis.part.1.lib.4.c.12. n.5.* ac Ricciul.*d.cap.46.num 12.* in ea sunt opinione, licitum esse salutare, vel resalutare excommunicatum absque verbis; sed contrarium magis communiter sequuntur DD. ac proinde in hoc casu exhibentem huiusmodi signa venialiter peccare, & minoris excommunicationis vinculo irretiri, docent Henriq.*d.cap.7. num.3.* Vgolin.*de censur. tab.1. c.24.§.1. num.10.* Soar. *tom.5.disp.15.sect.1.sub num.3.* Vasquez *de excommun. dub.8.n.5.*

8 *Aut orando secum.*] Notatur ad hoc,quòd non licet cum excommunicatis simul orare, v.g. simul recitando alternatim horas Canonicas,sive publicè, sive privatim,aut simul audiendo Sacrum,vt per Ægid. *de Sacram.& censur.tom.2.disp.14.n.52.* Valer. Reginald.*d. lib.32.à n.70.* Fr. Ludou. Miranda *in manuali Prælatorum, tom.2.q.35.art.5.concl.2.*

9 *Aut etiam comedendo.*] Notatur ad hoc, quòd cibi, & potus sumptio cum excommunicato in eadem mensa prohibetur, vt per Auilam. *d. disp.9. dub.11.* Sayr. *d.cap.13. num.13.* Bonac. *d. punct.6. §.2. num.6.* Anton. Ricciul.*d.cap.46.num.14.* Valer. Reginald.*d. lib.32. num.86.* vbi intelligit,sive in propria, sive in aliena domo fiat sumptio,non autem in diuersa mensa, quamvis sit in eadem domo, nisi ab eodem vterque esset inuitatus. Limitatur quando casu, & sine vlla relatione vnius ad alterum in eadem mensa quisque suis cibis vtitur,quia illa re vera non potest dici communicatio, ita Ricciul. & Bonacin. *locis proximè citatis*, pari ratione aduertentes, quòd licèt non debeant cum excommunicato in eodem lecto dormire, cùm hoc fieri nequeat circa communionem, & familiaritatem, tamen si hoc accidat casu in hospitio, vbi vnus & idem lectus assignetur nulla præcedente communione,aut societate, erit citra peccatum, quia hoc non fit per modum societatis, aut coniunctionis.

In secundo verò casu, &c.] Notatur ad hoc, quòd 10 absolutio ab excommunicatione ob participationem incursa reseruatur ei, cui complicis excommunicatio est reseruata,vt per Couar.*in cap. alma mater, part.1. §.3.num.5.vers.secundo loco,* Nauarr.*in manuali cap.27. num.112.* Sayr.*d.cap.11.num.9.* Bonacin.*d.puncto 6.§.1. num.10.*

A suo Episcopo.] Notatur ad hoc, quod Episcopus, 11 sive eius Vicarius generalis potest absoluere subditum à sententia excommunicationis, nulli tamen reseruatæ, vt per Gutier.*canonic.lib.1.c.5.n.1.* Valer. Reginald.*d.lib.32. tract.1.à n.151.*

Vel à proprio Sacerdote poterit absolutionis,&c.] No- 12 tatur ad hoc, quòd Parochus potest absoluere suos subditos à sententia excommunicationis, quæ regulariter à iure infertur, vt per Couar.*in cap. alma mater, p.1.§.12. n.5.* Gutier. *d.lib.1. cap.6. num.1.* Sed posse Parochum absoluere ab excommunicatione iuris, etiam maiori nemini reseruata, vt tenent Henriq. *lib.12.cap.28.§.5. lit. S,* asserens rationem huius text. vniuersalem esse, quæ ita conuenit maiori, sicut & minori, Soar.*tom.5.disp.6.sect.3.& sect.4.num.9.* Sayr. *lib.5.c.15.n.22.* Auila *part.2. c.5. disp 1. dub.4.* Valer. Reginald.*d. lib.32. tract.1. num.154.* Bonac. *d. disp.1. quæst.3.punct.1.num.9.* Illud tamen aduertendum duxi, 13 quòd licèt text. *in præsenti* asserat absolutionem excommunicationis reseruatæ posse impendi à proprio Sacerdote, id etiam intelligitur a proprio Parocho nondum Sacerdote, & ideò text.*in præsenti*, loquitur de Sacerdote, eò quòd parochi Sacerdotes communiter sunt, ita Vgolin. *de censur.tab.3.cap.4.§.2.num.2.* Sanch.*de matrim.lib.3.disp. 10.num.3.* Valer. Reginald. *d.n.154.* Verùm proprij Sacerdotis appellatione licèt stricte loquendo is tantùm intelligatur, qui in iurisdictionem ordinariam habet in foro pœnitentiali, nempe Summus Pontifex vbique, Episcopus in sua diœcesi, & parochus in sua Parochia, & propterea absolutionem prædictam à præfatis tantum concedendam esse teneant D. Thom.*in addit. ad 3. part. quæst.24. art.1.* Martin.de Ledesm.*in 2.4.q.25.art.2.* Sum. Pisana *verbo absolutio,1.n.1.* aliique quos refert Sayr *de censur.lib.2. c.23. n.5.* nihilominus illam à quocunque Sacerdote, approbato tamen ab Ordinario, concedi posse certiùs credunt Bonac. *d. num.9.* Campanil. *in diuersorio iuris Canon.rub 11.c.15. n.10.* vbi fundamenta suæ opinionis refert.

Ab eo,vel eius superiore,&c.] Notatur ad hoc quòd 14 absolutio excommunicationis contractæ ob participationem in crimine criminoso ab eo impendenda est, à quo absolui potest principalis excommunicatus, cum quo is participat, vnde sequitur cum, qui participat in crimine criminoso cum nominatim excommunicato, à Papa, si absolutio erat ipsi reseruata; si verò absolutio ipsi reseruata non erat, absoluendus est ab Episcopo, vel eius delegato, vel etiam à quolibet Confessario approbato si ius commune spectemus. Ita Nauar. *in man. cap.27. n.112.* Soar.*de censur. disp.22.sect.1.num.22.* Filliuc. *tract.15. cap.2.quæst.7. num.56.*

Quia tamen conditor Canonis,&c.] Notatur ad hoc, 15 quòd quando ius, licèt non exprimat, per quem dispensatio facienda sit, exprimit tamen, & absolute dicit, dispensandum fore eo ipso, quòd denegat dispensationem, censetur tacitè Episcopis, aut cæteris huiusmodi Prælatis concedere facultatem dispensandi, vt per Henriq. *in summa lib.14. cap.19. §.2.iuncta lit. P,* Vgolin. *d. tab.2. cap.13. §.1. num.2.* Gutier. *d. lib.1. cap.3. num.4. & 5.* Azor. *institut. moral. part.2. lib.3.cap.52.quæst.13.* Soar. *de legib. lib.6. cap.14.n.8.* Sanch. *de matrimon. lib.3. disp.52.à num.1.* quia illa,

quæ Sedes Apostolica sibi non reseruauit, videntur concessa, Specul. *tit. de legat. §. nunc ostendendum, n. 53.* Anton. Monach. *Bononien. decis. 28. n. 12.* & Episcopus in sua diœcesi potest ea omnia, quæ potest Papa in vniuerso, nisi expressè à iure interdictum sit. Rebuff. *in tract. nomin. q. 5. n. 31.* Perez *l. 5. in princ. tit. 15. lib. 8. Ordin. pag. 315.* Henriq. *in summa lib. 12. c. 3. §. 2. in comment. lit. N.*

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum excommunicati de stando mandatis Ecclesiæ non habet vim absolutionis. Excommunicato nullus communicare tenetur præter personas exceptas, alias communicans cum excommunicato incurrit minorem excommunicationem, nisi sit excommunicatus cum participibus suis.*
2 *Communicare cum excommunicato minimè licet, quamvis sit contritus, & paratus satisfacere, ac iurauerit parere mandatis Ecclesiæ.*
3 *Communicare cum excommunicatis quibus personis liceat, remissiuè.*
4 *Communicans cum excommunicatis regulariter venialem tantùm, & non mortalem contrahit culpam.*
5 *Participans cum excommunicato à Papa excommunicatione se extendente ad participantes, peccat mortaliter, & maiorem excommunicationem incurrit.*
6 *Excommunicatio lata in communicantes non præmissis iuris monitionibus nulla est.*

Cap. Quòd in dubiis. XXX.

1 EXcommunicatus quamvis iurauerit de stando mandato Ecclesiæ, adhuc tamen est excommunicatus, nec ei communicandum donec absoluatur. Nullus tenetur communicare cum excommunicato nominatim nisi sit ex personis specialiter exceptis à Gregorio *in cap. quoniam multos 2. q. 3.* Qui autem præsumptuosè participant cum nominatim excommunicatis, si admoniti non desistant, sunt excommunicandi; si verò participant scienter cum eo, qui per sententiam est excommunicatus cum participibus suis, sunt excommunicati. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Felin. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 284.* Alagon. *in compend. iuris Canon. pag. 762.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 21. c. 9.*

2 Collige ex text. in prima eius parte minimè licere communicare cum excommunicato, quamvis sit contritus, & paratus satisfacere, ac iurauerit parere mandatis Ecclesiæ, vt per Abb. *hic n. 2.* licèt enim cesset contumacia, propter quam excommunicatio fuit inflicta, & excommunicatus pœniteat, & sit paratus satisfacere, ac etiam iuramentum præstiterit de parendo mandatis, etiam tunc non erit absolutus, nisi sequatur absolutio actualis, & positiua, vt pluribus ad id citatis iuribus resoluit Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 4. c. 65. n. 11.*

3 *Nisi quædam personæ*, &c. Quæ autem sunt istæ personæ, quibus licet cum excommunicatis communicare, habetur *in cap. quoniam multos 11. q. 3.* & referuntur à Bonacin. *de censur. disp. 2. q. 2. punct. 6. §. 2. n. 7. cum seqq.* & ab Anton. Ricciul. *d. lib. 4. c. 48. cum seqq.*

4 *Præsumptuosè participant*, &c.] Notatur ad hoc, quòd communicans cum excommunicatis regulariter venialem tantùm, & non mortalem contrahit culpam, vt per Couar. *in cap alma mater, p. 1. §. 3. n. 7.* Sayr. *de censur. lib. 2. c. 11. n. 20.*

Secus autem si scienter, &c.] Notatur ad hoc, quòd participans cum excommunicato à Papa excommunicatione se extendente ad participantes peccat mortaliter, & per consequens excommunicationem maiorem incurrit, vt per Sayr. *d. cap. n. 16.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. n. 94. vers. tertio.*

In gloss. *Cum moniti*, ibi, *nisi canonica monitione præmissa, alias excommunicatio non valet.* Notatur ad hoc, quòd excommunicatio lata in communicantes cum excommunicato, non præmissis iuris monitionibus, est nulla ipso iure, vt per Couarr. *d. §. 3. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicato communicare tenetur qui prius erant ei obligati ad obsequium familiare.*
2 *Obligati ad obsequium familiare quod ante excommunicationem præstabant dominis, præstare quoque debent post excommunicationem.*
3 *Vxor potest communicare cum viro suo excommunicato.*
4 *Communicare an teneatur vir cum vxore excommunicata, ostenditur.*
5 *Vxor in quibus casibus non possit communicare cum marito excommunicato, ostenditur.*
6 *Liberi parentibus excommunicatis licitè communicare possunt.*
7 *Serui domino excommunicato coguntur communicare.*
8 *Pupillus potest communicare cum tutore excommunicato.*
9 *Subditus respectu iurisdictionis non potest communicare superiori excommunicato, nec è contra.*
10 *Clerici vti subditi non possunt communicare in Episcopo excommunicato.*
11 *Monachi vti subditi non possunt communicare in Abbate excommunicato.*
12 *Communicatio cum excommunicato propter necessitatem non solùm spiritualem, sed etiam temporalem, licita est.*

Cap. Inter alia. XXXI.

EXcommunicato communicare tenentur qui prius erant ei obligati ad obsequium familiare, alij verò non tenentur nisi in articulo necessitatis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Felin. Mar. Soc. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 285.* Alagon *in compend. iuris Can. pag. 763.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.* & refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 21. n. 4.*

Ante prolationem ipsius obsequio teneretur,] Notatur ad hoc, quòd obligati ad obsequium familiare, præter ea, & obsequia, quæ ante excommunicationem præstabant dominis, præstare quoque debent post excommunicationem, vt per Conar. *in cap. alma mater p. 1. §. 3. n. 9.* Paul. Comitol. *respons. Moral. lib. 6. q. 14.* Regin. *Sacram. & censuris. tom. 2. disp. 14. n. 125. cum seqq.*

Ex quibus primò infertur vxorem posse communicare cum viro suo excommunicato, quia excommunicatio mariti non priuauit illam iure suo, ac proinde consequens non abstulit debitum, quod ei ante excommunicationem præstare tenebatur, hoc enim exigit naturale fœdus, & coniugij necessitas, ita S. Thom. *in 3. part. quæst. 22. artic. 1. Sot. in 4. sentent. distinct. 22. quæst. 1. articulo 4. Conar. d. §. 3. sub num. 8.* Petrus de Ledesma *in summa tom. 2. cap. 2. de excommun. casu 2.* Fr. Emman. *in summa tom. 2. cap.*

c.82.n.15.Vgolin.*de censur tab.2.de excommun.cap.25. §.6.n.1.* Viuald. *in candelabro aureo p.2. de excommun. n.110.* Henriq. *in summ.lib.13. de excommun.c.22.§.2.* Soar.*tom.5.disp.15.sect.4.* Felic. *in tract.de societ.c.18. n.9.* Sanch. *de Matrim.lib.9.disp.14.per totam,* Auil. *de censur.p.2.c.6.disp.11.dub.5.* Bonac. *eod.tract.disp.2. q.2.punct.6.§.2.à n.18.* Paul Comitol.*d.q.34.n.1.& 2.* Valer. Reginald.*in praxi fori pœnit.lib.32. num.134.* latè Anton.Ricc. *de iure person.extra gremium Ecclesiæ existen.l.4.c.48.à princ.* ampliantes, vt procedat non solùm quoad coniugalem actum, sed etiam quoad alias actiones, & obsequia, ac denique quoad totam
4 ciuilem, & vsualem communicationem. Verùm autem sicut vxor tenetur communicare cum viro excommunicato, ita etiam vir teneatur communicare cum vxore excommunicata? in quo dubio negatinam partem sequitur glosſ. *verbo vxores, in cap. quoniam multos 11. q.3.* ibique Archid.*num.1.* Henriq. *hic n.5.* Hostiens. Goffred. & S. Anton. & alij, quos refert Ricc.*d.cap.48.num.21.versic.contrarium.* Verùm contrarium, imo maritum posse communicare cum vxore excommunicata vitanda in iis omnibus, in quibus ipsa potest cum marito excommunicato vitando communicare, tenent Conar. *d.§.1. num.8.* Nauar.*in man. cap.27.num.27.versic. humile.* Vgolin. *d.cap.23.§.6.n.6.* Sanch.*d.disput.14. num.16.* Vasquez *de excommunicat. dub. 9. num. 3.* Bonacin. *d. §.2. num. 24.* Ricciul. *d. num.21.*

5 Excipiuntur tamen aliqui casus, in quibus vxor non potest communicare cum marito excommunicato. Primus est, quando excommunicatio esset lata in causa Matrimonij, de cuius valore lis pendet, tunc enim non est licita inter eos communio, quia excommunicatio est lata ad cohabitationem impediendam, Sanch.*d.disp.14.num.9.* Vgolin. *d.tab.2.cap.23.num.4. versic. postremò,* Henriq. *d. lib.13.cap.22.§.2.* Iacob. de Graff. *in aureis decis. part.1.lib.4.cap.13.num.7.* Bonac. *d.§.1. n.21.* post S.Antonin. Hostiens. Angel. Syluest. Rosel. Armil. Sot. Gregor. Lopez, & alios resoluit Ricciul. *d.c.8.num.42.* Secundus casus est in communicatione in crimine criminoso, hæc enim cùm sit mala per se omninò vetita est, adeò vt neque inter coniuges, neque inter alias, quamvis coniunctissimas personas,admittatur,vt tenent glosſ. *final. in præsenti,* Socin. *num.69. versic. item prædicta, & num.124. versic. prima hic,* Vgolin. *d.§.6.num.4.versic.quartò vxor,* Sanch.*d.disp.14.num.10.* Ricciul. *d. cap.48.n.33.* Tertius casus est in communicatione in Diuinis, illa enim neque vxori, neque liberis, neque aliis permittitur, vt rectè docent Caiet. *in summ. verbo excommunicatio,ad finem,* Armil. *eod.verb.num.44.* Bonacin. *d. §.2.num.22.* Ricciul.*d.cap.48.num.35.* Quicquid contrarium teneant Nauar.Henriq.& alij, quos refert, & sequitur Sanch. *d.disp.14.n.5.* Quartus casus est, vbi vxor nupsit excommunicato scienter, hoc enim casu non posse vxorem communicare marito tenent Soar. *d.disp.15.sect.4.num.6.* Ricciul.*d.c.48.n.13.* quamvis contrarium teneant Vgol. & alij, quos refert, & sequitur Mar. Alter. *de censur.lib.1.disput.15.cap.2.versic. sed posset,* Sanch.*d.disp.14.n.3.* Quintus casus est, vbi coniuges essent diuortio separati, Bonac. *d. §.2. n.23.* Sanch.*d.disp.14.num.11.* Ricciul.*d.cap.48.num.39.* vbi *num.43.* alterum casum refert, quando scilicet vir est excommunicatus ob hæresim, tunc enim neque vxori licebit illi communicare propter subuersionis periculum.

6 Secundò infertur liberos parentibus excommunicatis licitè communicare posse, de quo dicam commodiùs *ad cap.si verè, infrà hoc tit.*

7 Tertiò infertur seruos, & ancillas per excommunicationem domini priuari eius communicatione, imo cogi domino excommunicato communicare, vt tenent Vgol.*d.c.23.§.8.n.1.* Soar.*d.disp.15.sect.5.n.9.* Anton. Ricc.*d.lib.4.c.50.* Bonac.*d.§.2.n.25.* vt procedat quocumque titulo serui sint, & etiamsi post excommunicationem domini eius serui fiant, & in aliis famulis conductitiis, veluti nutricibus, laboratoribus,& similibus: limitantes tamen in seruis, in quos habet excommunicatus dominium, alius verò vsumfructum, & in communicatione criminis,ac in communicatione in Diuinis,& in excommunicato propter hæresim. Quod autem suprà diximus huiusmodi tertium corollarium procedere etiam in famulis, qui post excommunicationem domini ei inseruire cœperunt, difficultate non caret, Nauar.enim *c.27.n.27.* Soar.*d.disp.15. sect. 5. n.13.* ac alij ab eis citati existimant non posse huiusmodi famulos incipere post domini excommunicationem ei inseruire absque necessitate, scientes ipsum esse excommunicatum. Sed ampliatio supradicta verior est, quia *d. cap. quoniam multos,* absolutè loquitur,& hanc conditionem non requirit: nec suffragatur text.*in præsenti,* qui videtur se restringere ad illos, qui ante excommunicationem ex debito tenebantur, quia in hac parte loquitur tantum de iis, qui tenebantur obsequio familiari, non autem obsequio seruitutis adhærere.

Quartò infertur pupillum posse communicare cum 8
tutore excommunicato,quandiu existit sub illius cura, & tutela, & est commensalis; tutor enim in hoc casu sustinet personam patris: quando verò tutor separatus est à pupillo, nec est cum eo commensalis, potest pupillus communicare solùm in iis,quæ ad tutelæ munus pertinent,ita Soar.*d.sect.5.num.8. versic. denique & de pupillo,* Bonac. *d.§.2.num.33.* Anton. Ricc. *d.lib.4. cap.51.*

Quintò infertur subditos respectu iurisdictionis non 9
posse communicare superiori excommunicato, nec è contra; ratio est, quia communicatio cum vassallo non est ita necessaria ad vitam provt communicatio cum seruis, tum quia superiores respectu iurisdictionis, vt plurimum, sunt Principes, & Magnates, qui non solent excommunicari, nisi crimina sint valdè atrocia,& grauia, in quibus opus est remedio, quo illis tollatur superbiæ, & inobedientiæ fomentum.quare probat corollarium text. *in cap. non Sanctorum 15. quæst.3.* Henriq. *d. lib.13. cap.7.num.4.cap.22.num.3.* Vgolin.*d.c.23.§.9.* Soar.*d.disp.15.sect.6.* Bonac. *d.§.2. num.40.* Anton.Ricc.*d.lib.3.c.51. per totum;* imo, & in odium talium excommunicatorum iuramenta si quæ illis fiunt, relaxantur, & liberantur subditi à iuramento fidelitatis illis præstito, vt per Conar.*in cap. quamvis pactum,p.1.§.3.n.7.versic.8.& 9.in fine,* Valen. *tom.3.disp.6.q.7.punct.4.§.3.* Sayr.*in claui Regia lib.5. cap.8. num. 8. in fine.* Ex quo subinfertur clericos vti subditos non posse communicare cum Episcopo excommunicato, Conarru. *d. part.1.§.2.num.2.* Vgolin. *d.§.9.num.7.* Soar. *d. disput.15. sect.7.* Bonacin. *d.§.2. num.36.* Ricciul. *d. cap.52. num.8.* Subinfertur etiam 10
Monachos,vti Monachos subditos non posse communicare cum Abbate excommunicato, Vgolin. *sub n.8. versic.in his tamen,* Soar.*d.sect.7.n.12.* Ricciul. *d.cap.52. num.9.* aduertens, quòd si adsit alter titulus, nempè, quia sunt Clerici familiares, & seruientes Episcopo, vel Abbati, poterunt communicare in iis, quæ pertinent ad seruitium, quia tunc communicant subiectionis titulo.

Nisi articulus necessitatis immineat.] Notatur ad hoc, 11
quòd licita est communicatio cum excommunicato propter necessitatem, non solum spiritualem, sed etiam temporalem, siue pertineat ad victum, siue ad

vestitum, siue ad habitationem, etiamsi necessitas non sit extrema, sed alia, quam ex consilio tenemur subleuare, ita Vgol. *d.c.*23.§.11. Soar. *d.disp.*15.*sect.*3. *n.*8. Bonac. *d.*§.2.*n.*57. Valer.Reginald.*d.l.*32.*tract.*3. *n.*124. Ant. Ricc.*d.l.*4.*c.*55. Vnde sequitur eum, qui per metum grauem communicare cogitur cum excommunicato, excusari à peccato, censetur enim existere in graui necessitate, nec Ecclesia obligat cum tanto incommodo: ex quo patet à fortiori eum excusari, qui per vim cogitur diuinis interesse coram excommunicato, in quo casu aduertendum est eum, qui hoc modo detinetur, non teneri claudere oculos, vel obturare aures, vt tenent Henriq. *d.lib.*13.*c.*13.*num.*4. Auil.*d.disp.*15.*n.*15. Bonacin.*d.*§.2.*n.*62. Quod autem pater excommunicatus ali debeat à filio, tenent Duen. *reg.*68.*limit.*10.*circa finem*, Surd.*de aliment.tit.*1.*q.*19. *num.*13.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Excommunicatio priuat excommunicatum potestate suscipiendi, vel conferendi Sacramenta.*
3 *Excommunicatus ob percussionem Clerici, si Ordines suscipiat, deponitur ab illo Ordine, cum quo solus Papa dispensat, cum Religioso tamen, qui id aliquo modo ignoranter fecit, dispensat Prælatus.*
4 *Dispensatio est res maior, & difficilior, quàm absolutio.*
5 *Ordinis Sacramentum iure datur excommunicato, & ab excommunicato quoad caracterem, non quoad executionem.*
6 *Rigor opponitur æquitati.*
7 *Professio facta per excommunicatum tenet.*
8 *Ignorantia non præsumitur in facto proprio antiquo, si illud sit arduum, & graue.*

CAP. Cùm illorum. XXXII.

1 EXcommunicatus pro manuum iniectione in Clericum si excommunicationis non ignarus fecit se ordinari, si est Clericus sæcularis, deponendus est in perpetuum ab Ordinibus, si Regularis, ab executione Ordinis est suspensus. Qui verò ignorans ius, vel factum, sic excommunicatus recipit Ordines, si est Clericus sæcularis dispensat cum eo solus Papa, si Regularis dispensat Abbas si ignorantia est probabilis, & factum non est graue. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.*286. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*762. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. & 2. refertur ab Ant. August. *collect.*3. *Decret. lib.*5.*tit.*21.*c.*5.

2 *In excommunicatione positi, Ecclesiasticos,* &c.] Notatur ad hoc, quòd excommunicatio priuat excommunicatum potestate suscipiendi, vel conferendi Sacramenta, vt per Vgol. *de cens. tab.*2.*c.*7.*in initio*, Ægid.*de Sacram.& censur.tom.*2.*disp.*15.*n.*22. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.*32.*n.*1.

3 *Censemus in perpetuum deponendos,* &c.] Notatur ad hoc, quòd excommunicatus ob percussionem Clerici, si Ordines suscipit, deponitur ab illo Ordine, cum quo tantùm solus Papa dispensat; cum Religioso tamen, qui id aliquo modo ignoranter fecit, dispensat Prælatus, vt per Soar. *tom.*5. *de censur. disp.*31. *sect.*1. *n.*10. Ægid.*d.tom.*2.*disput.*15.*n.*41. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit.l.*30.*n.*188. Campanil. *in diuersorio iuris Canon. vnb.*11.*c.*15.*n.*4.& 5. Bernard. *in pract. c.*15. & Salzed. ibi aduertit hodie ex Concil. Trid. *sess.*24.*de reformat. c.*6. siue detur scientia, siue ignorantia Episcopum iure posse in hac irregularitate dispensare si delictum occultum sit, quòd tunc erit, quando excommunicatio occulta est, licèt celebratio ipsa publica sit. Vide latè Bonacin. *de suspension. omnibus in partendis disp.*3.*q.*1.*puncto* 6. *n.*7.

Dispensandi facultatem, &c.] Notatur ad hoc, quòd dispensatio est res maior, & difficilior, quàm absolutio, vt per Henriq. *in summ. lib.*14.*de irregul. c.*17.*in comment. lit. N, in fine.*

Absque mandato Sedis Apostol.] Notatur ad hoc, quòd Ordinis Sacramentum iure datur ab excommunicato, & excommunicato quoad caracterem, licèt non quoad executionem, vt per Conar. *in cap. alma mater, p.*1.§.6.*n.*6.

Secundùm rigorem, vel æquitatem.] Ergo rigor opponitur æquitati, vt per Tiraquel. *de retract. tit.*1.§.35. *gloss.*1.*n.*21. & æquitas præfertur rigori, Conar. *in reg. possessor. p.*2.§.6.*à num.*2. Valasc. *de iure emphyt. quæst.*5. *num.* 4. Donel. *commentar. iuris Ciuilis*, lib.13. *cap.*2. Marta *de iurisdict. part.*4. *casu* 162. *num.* 2. cum 199. Morla *in emporio iuris Ciuilis, p.*1. *tit.*1. *quæst.*11. *per totam.*

Qui si claustrales, &c.] Notatur ad hoc, quòd ingressus, & professio facta per excommunicatum tenet, quia est contractus inter Religionem, & professorem: ita Innoc. *verbo Prælatis*, Henric. *n.*4. Zabar. *n.*1. Felin. *n.*2. Butr. *n.*6. & Socin. *num.*15. *in præsenti*, item Zabar. *cons.*46. *in fine*, Conar. *de sponsal. p.*1. *c.*6. *in initio n.*3. Henriq. *in summ. lib.*13. *cap.*7.§.7. *in medio*, Regin. *disp.*14. *n.*119. Sayr. *de censur. lib.*2. *c.*9. *n.*19. Campan. *d.c.*15. *n.*6. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.*2. *q.*6. *art.*1. *vers. quod procedit, & tom.*3. *q.*17. *art.*14. Mar. *Alter. de censur. lib.*2. *disp.*7. *c.*1. *pag.*253. Ant. Ricc. *de iure pro. extra gremium Ecclesiæ existen. lib.*4. *cap.*41. *per tot.* Azor. *instit. moral. p.*1. *lib.*12. *c.*3. *q.*9. vbi etiam refert, quòd huiusmodi excommunicatus receptus, absolui potest à Superiore, siue Abbate, latè Barthol. de Vecchis *in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp.*5 *dub.*2. *per tot.* Auil. *de censur. p.*2. *c.*6. *disp.*6. *vers. de professione*, Soar. *tom.*3. *de Relig. lib.*5. *c.*4. *n.*8. & Barthol. à S. Fausto *in thesauro Relig. l.*5. *q.*210. Vtùm autem procedat quando ingressus, aut professio esset facta vigore rescripti impetrati ab excommunicato, in quo dubio vna sententia tenet nullius esse momenti, quam tuentur Felin. *hic num.*2. *vers. limita*, Calder. *cons.*12. *de regul. & cons.*4. *de rescriptis*, Socin. *in cap. licris, n.*174. *infrà hoc tit.* Sayr. *tom.*5. *disp.*15. *sect.*9. *n.*9. Barthol. de Vecchis *d.dub.*2. *n.*3. ex ea ratione, quia tali casu tota professio fundatur super rescripto, cuius cum excommunicatus sit incapax, *c.*1. *de rescript. in* 6. sequitur quòd sit incapax etiam professionis, arg. *cap. fin. de clerico excommunicato.* Alteram verò opinionem, quod scilicet professio facta per excommunicatum vigore rescripti valeat, tenent Gomez *in d.c.*1. *n.*32. Conar. *d. n.*3. *vers. etiamsi excommunicatus*, Mar. Alter. *d.c.*1. Sed prima opinio sicut est receptior, ita & verior, quam approbat vltra citatos Fr. Emman. *d.tom.*3. *q.*17. *art.*14. vbi intelligit dummodo in rescripto non sit clausula absolutionis, quæ communiter apponi solet, quam etiam sequitur Ricc. *d.c.*41. *n.*6. vbi *n.*7. declarat procedere quando receptio, seu professio fuit facta principaliter vigore rescripti, quod etiam notat Barthol. de Vecchis *d.dub.*2. *n.*3. *in fin.* aduertens *n.*4. cum Soar. *de Relig. tom.*3. *lib.*5. *c.*4. *n.*18. quòd licèt aliæ censuræ excepta excommunicatione per se non impediant in rigore ingressum Religionis, quia nec in sua formali priuatione continent talem prohibitionem, neque speciali aliquo decreto latæ inueniuntur, nec etiam subsunt

habent impedimentum irritans professionem, nihilominus possunt esse aliquando signa quòd persona indigna sit, vt ei concedatur ingressus.

8 *Nisi graue fuerit, & notabile factum*, &c.] Notatur ad hoc, quòd ignorantia non præsumitur in facto proprio antiquo, si illud sit arduum, & graue, vt per Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 23. n. 39.* Mascard. *de probat. concl. 735. n. 2.* Nec etiam ignorantia facti alieni præsumitur in factis nobilium, seu magnorum virorum, ex Menoch. *d. præsumpt. 23. n. 80.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 2. collect. 824.*

9 In gloss. *Mutilationem*, ibi, *cum excessus notorius est.* &c. Vtrùm, & quando leuis percussio Clerici facta in foro, platea, vel alio loco publico possit esse enormis propter scandalum quod oritur ex notorio excessu, vide Bellet. *disquisit. clericor. part. 1. tit. de fauore clericor. Canon. §. 3. ex n. 39.* Bonac. *de censur. disp. 4. q. 4. punct. 5. n. 2. vers. mediocres*, Marc. Ant. Genuens. *in praxi Curiæ Archiepisc. Neapol. cap. 80.* Marc. Anton. *variar. resol. lib. 3. resol. 11.*

10 In gloss. *Effusionem*, ibi, *verbum enim effusionis abundantiam significat.* Ita Tiraq. *in tract. de iudic. in rebus exiguis, vers. vndecimo, pag. 55.* Vnde statutum loquens de vulnere cum sanguinis effusione non habet locum in vulnere, ex quo modicum sanguinis effunditur, vt per Hippol. *cons. 80. n. 26.* Marc. Ant. Genuens. *d. c. 80. num. 2.*

11 In gloss. *Passus*, ibi, *sicut iniuria facta filio patrem contingit.* Notatur ad hoc, quòd pater pro iniuria facta filio agere potest nomine proprio, vide Bellacomb. *tom. 2. commun. opinion. lib. 9. tit. 25. n. 140.* latè Farinac. *in praxi crimin. q. 105. à n. 255.* vbi *n. 258.* cum Surd.

12 *decis. 89. n. 12. ante finem*, resoluit non è contra filium agere posse pro iniuria facta patri, & *n. 259.* limitat etiam in filio naturali; vnde patrem remittere posse iniuriam factam filio minori, tenent Fichar. *tom. 2. communium opinion. lib. 9. tit. 25. n. 141.* Perez *tit. 11. lib. 1. Ordinar. pag. 175.* Clar. *§. fin. q. 58. n. 22.* Bonacos. *commun. crimin. p. 2. verbo pater. fol. 58. verso*, Boër. *decis. 120. n. 1.* Pinel. *in lib. 1. C. de bonis mater. p. 3. n. 105.* Mench. *illustrium. c. 15. n. 8.* Azened. *lib. 8. num. 33. tit. 1. lib. 5. & lib. 2. n. 129. tit. 10. l. 8. nouæ recopil.* Surd. *decis. 89. n. 12.* Farin. *in praxi crimin. part. 1. quæst. 14. n. 34. cum seqq. & quæst. 105. num. 257.* Molin. *de iustit. tract. 3. disp. 2. num. 8.*

SVMMARIVM.

1 *Monialis percutiens Monialem, seu conuersum, vel Clericum sæcularem, incidit in excommunicationem, & ab Episcopo loci absolui potest, &* num. 2.

3 *Mulieres, cuiuscumque conditionis sint, si inciderint in excommunicationem propter violentam manus iniectionem in Clericum, ab Episcopo absolui possunt.*

CAP. De Monialibus. XXXIII.

1 MOniales si se ipsas adinuicem, vel conuersos, aut conuersas suas, aut Clericos percusserint, absolui debent ab Episcopo in cuius diœcesi est situm Monasterium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 287.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 763.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 21. c. 6.*

Barbos. Collect. Tom. III.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Syluest. 2
verbo absolutio, 4. n. 3. Fr. Emman. *in summ. tom. 1. c. 80. num. 17.* Mar. Alter. *de censur. tom. 1. de excommun. lib. 3. disp. 7. c. 5. vers. secundò probari potest*, Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore clericorum Canonis, §. 3. num. 4.* Bonac. *de censur. disp. 2. quæst. 4. punct. 5. num. 3. vers. quintus.*

Mulieres enim cuiuscumque conditionis sint, si 3
inciderint in excommunicationem propter violentam manus iniectionem in Clericos, possunt absolui ab Episcopo, Tiraq. *lib. 10. connubiali gloss. 1. p. 10. n. 33.* Sayr. *de censur. lib. 3. c. 21. n. 18.*

SVMMARIVM.

1 *Contractus non dissoluitur nec impeditur per excommunicationem superuenientem in eo qui tenetur aliquid præstare excommunicato.*

2 *Communicare cum excommunicato nobis licitum est quoties opera excommunicati est necessaria ad nos, vel ad nostra tuenda.*

3 *Communicare in concernentibus seruitium, quod iam persoluit, potest quis cum excommunicato.*

4 *Communicare cum excommunicato licitum nobis est quando contractus est contra illum, ad soluendum scilicet debitum, vel ad implendum promissa.*

5 *Filij parentibus excommunicatis libere communicare possunt, quamuis sint emancipati, naturales, & adoptiui.*

6 *Societatis contractus per superuenientem excommunicationem non dissoluitur.*

CAP. Si verè. XXXIV.

COntractus dissolui non potest per superuenien- 1
tem excommunicationem in aliquo ex contrahentibus, & potest alius cum eo communicare, v. g. si pepigi cum nautis Venetis, vt me transuehant, & solui partem nauli, interim isti Veneti excommunicantur, nec volunt restituere partem nauli, possum communicare cum illis ne videantur ex obstinatione sua commodum reportare, & ego ex pœnitentia damnum, & sicut iure potest quis transiens per terras excommunicatorum, vel hæreticorum emere & recipere ab illis necessaria, & sicut excusatur familia communicans cum patrefamilias excommunicato, ita ego quia in nauibus eorum sum tanquam in ipsorum familia Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Felin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 287.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 763.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 21. c. 7.*

Vobis permittimus, vt cum ipsis, &c.] Notatur ad hoc, 2
quòd quoties opera excommunicati est necessaria ad nos, vel nostra tuenda, licitum est nobis cum excommunicato communicare, vt per Angel. *verbo excommunicatio, 8. n. 6.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 15. sect. 3. n. 7.* Anton. Ricciul. *de iure person. extra greminm Ecclesiæ existen. lib. 4. c. 54. num. 1.* vbi *n. 3.* hinc infert licitum nobis esse petere consilium à Doctore excommunicato, si ab alio æquè idoneo consilium non speramus, & pari ratione posse in infirmitate vocare medicum, & aromatarium excommunicatum, si illum magis idoneum reputemus, vel de nostra complexione magis informatum.

Maiorem nauli receperint quantitatem, &c.] Notatur 3
ad hoc, quòd ille, qui seruitium stipulatus est ab eo,

quem ignorabit excommunicatum, vel ab eo, qui post stipulationem excommunicationem contraxit, & totam vel partem medicis persoluit, si quantitas soluta nequeat recuperari, poterit illi in concurrentibus seruitium communicare, vt per Anton. Ricciul. *d. lib. 4. c. 53. n. 4.*

4 *Et ab excommunicatis exigi possit*, &c.] Notatur ad hoc, quòd quando contractus est contra excommunicatum, licitum nobis est ei communicare, ad effectum cogendi illum ad soluendum debitum, & ad implenda promissa in contractu, vt per Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 1. n. 8.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 32. num. 98.* Ægid. *de Sacrament. & censur. tom. 2. disp. 14. n. 124. & 129.* Marian. Alter. *de censuris tom. 1. de excommun. lib. 1. c. 4. vers. probatur.* Ricciul. *d. lib. 4. c. 32. n. 29. & c. 56. à princip.* vbi *n. 3.* asserit procedere non solùm in coactione iudiciali, sed etiam extraiudiciali, adeò vt liceat nobis excommunicatum alloqui, aut illi nuntium, vel literas mittere, petendo debitum ab eo, nam si licet petere debitum, licita sunt etiam media necessaria, vel vtilia ad illud consequendum, quod quidem in specie censet Soar. *tom. 5. disp. 15. sect. 8 sub n. 2.*

5 *Præterea si pater fam. domus*, &c.] Notatur ad hoc, quod liberi parentibus excommunicatis licitè communicare possunt, vt per Vgol. *de censur. tab. 2. c. 23. §. 7.* Couar. *in d. cap. alma, p. 2. §. 2. n. 9.* Paul. Comitol. *respons. moral. lib. 6. q. 34. n. 4.* Bonac. *de censur. disp. 2. quæst. 2. puncto 6. § 2. n. 28.* Anton. Ricciul. *d. lib. 4. c. 49. à princip.* Primò ampliatur, vt procedat etiam in liberis emancipatis, quia dispositio *cap. quoniam multos 11. q. 3.* loquitur simpliciter de liberis, & ideò à nobis debet simpliciter intelligi non adhibita distinctione, an sint in potestate, vel emancipati; ita Vgol. *d. §. 7. num. 7.* Marian. Alter. *de censur. tom. 1. disp. 15. lib. 1. c. 1. in 1. dubit.* sed quamvis hæc opinio procedere possit in iis, quæ pertinent ad filium, vt filius est, veluti ad obedientiam, & reuerentiam erga patrem, quoad aliàs verò actiones minimè poterit communicare, præcipuè si habitet extra patris domum, quia tunc non poterit de nouo habitare, & alias similes actiones cum patre excommunicato vitando exercere, vt per Soar. *d. sect. 5. num. 3.* Bonacin. *d. §. 2. num. 28.* Paul. Comitol. *d. quæst. 34. n. 3.* Ricciul. *d. c. 49 n. 8.* Secundò ampliatur vt procedat etiam in liberis naturalibus habitantibus simul cum patre, Vgolin. *d. §. 7. sub n. 7.* Soar. *d. sect. 5. n. 4.* Mari. Alter. *d. c. 4. in 1. dub.* Ant. Ricc. *d. c. 49. n. 11.* Tertiò ampliatur, vt procedat etiam in filiis adoptiuis, dummodo sint sub cura parentum, & commensales illorum, Vgolin. *d. §. 7. n. 3.* Soar. *d. sect. 5. num. 4.* Marian. Alter. *d. c. 4. in 3. dubit.* Quartò ampliatur, vt procedat non solùm in filiis, aut liberis, sed etiam in iis, qui moraliter habentur loco liberorum, cuiusmodi sunt nurus, priuigna, hos enim cum socero, aut vitrico excommunicato, si commensales sint, communicare posse tenent Vgolin. *d. §. 7. num. 8.* Soar. *d. sect. 5. num. 7.* Bonac. *d. §. 2. num. 29.* Anton. Ricciul. *d. c. 29. num. 22.* Quintò amplia siue filij nati sint ante excommunicationem, siue post, Vgolin. *d. num. 8.* Ægid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 14. num. 127.* Anton. Ricciul. *vbi proximè num. 23.* Limita tamen in filiis spiritualibus, vt per Soar. *d. sect. 5. sub num. 8.* Bonac. *d. §. 2. num. 34.* Anton. Ricciul. *d. cap. 49. num. 20.* vbi *num. 25.* disputat vtrum sicut liberi possunt communicare cum parentibus excommunicatis, sic possent è conuerso parentes communicare cum liberis excommunicatis.

6 In gloss. *In excommunicatorum.* Notatur ad hoc, quod contractus societatis per superuenientem excommunicationem non dissoluitur, & potest socius non excommunicatus in iis, quæ pertinent ad societatem, communicare socio excommunicato, vt per Abb. *n. 10. vers. & circa societatem*, Couar. *in cap. alma mater. part. 1. §. 1. num. 8. vers. quibus suffragatur.* Vasquez *decis. 99. num. 15.* Felic. *in tract. de societ. cap. 8. num. 9.* quos refert, & sequitur Anton. Ricciul. *d. lib. 4. c. 56. num. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Prælatus potest & debet clericum subiectum incorrigibilem incarcerare, & laici extra metum excommunicationis de Prælatorum licentia capere possunt clericos, & ad iudicium ducere.*
2 *Crimina ne maneant impunita publicè interest.*
3 *Clericus suspectus de fuga potest carcerari, & ab ipso creditore capi si aufugiet cum bonis.*
4 *Prælatus potest iubere suum clericum capi etiam per laicos.*
5 *Clericus in flagranti delicto reperta an possit capi per iudicem secularem, remissiue.*

CAP. Vt famæ. XXXV.

PRælati subditorum suorum excessus corrigere debent, & postquam sunt canonicè de crimine condemnati, tenentur eos sub arcta custodia detinere si incorrigibiles, & aufugientes peiora faciant. Item laici extra excommunicationem possunt capere clericos & ad iudicium trahere etiam violenter, si opus sit, sed de mandato iudicis Ecclesiastici, cui sunt subditi, & cuius est corrigere, quia tunc non laici, sed iudex hoc facit, cuius auctoritate laici faciunt, dummodo tamen eorum violentia non amplius se extendat quàm defensio, vel rebellio exigat clericorum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Marian. Socin. Felin. Vbi *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 188.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 764.* remissiuè Ximen. *ancreuerd. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. August. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 21. c. 8.*

Publicæ vtilitatis interest ne crimina maneant impunita.] Notatur ad hoc, quòd publicè interest, & reipub. expedit, ne crimina maneant impunita, vt per Thom. de Thomas. *in floribus legum reg. 103.* Gramm. *decis. 56.* Perez *l. 4. gloss. 1. pag. 312. tit. 12. l. 2. Ordin. & l. 1. gloss. 1. pag. 148. in princip. tit. 1. l. 8.* Azeued. *l. 14. num. 1. tit. 3. lib. 3. nouæ recop. & l. 1. num. 63. tit. 1. lib. 8.* Flamin. *de resign. lib. 14. quæst. 1. num. 17.* Belle. *disquisit. clerical. part. 1. tit. de disciplicleric. §. 15. à n. 86.* Card. Tusch. *tom. 2. lit. D. conclus. 157.* Cabed. *Lusit. decis. 75. n. 1. part. 1.* Cardos. *in praxi iudicum*, verbo *delictum n. 8. & 10.*

Sub arcta custodia detineri, &c.] Notatur ad hoc, quòd clericus suspectus de fuga potest carcerari, & ab ipso creditore capi, si aufugiat cum bonis, vt per Mar. cum Anton. Genuens. *in praxi Archiepisc. Neapol. c. 3. n. 16.* nam vt clericus possit pro crimine personaliter detineri, requiritur quod ipse clericus fugitious. Clar. *lib. 5. §. final. q. 28. n. 5.*

Laici verò, &c.] Notatur ad hoc, quod Prælatus potest iubere suum clericum capi, etiam per laicos, vt per Ægid. *de Sacram. & censur. tom. 2. disp. 14. n. 191.* Et mittens manus violentas in clericum de mandato illius Prælati eum capiendo non incurrit excommunicationem, Sayr. *de censur. lib. 3. c. 27. n. 16.*

Per hunc text. est communis opinio posse secularem iudicem capere clericum in flagranti delicto reperturn,

repertum, vt ad suum iudicem ducatur, sic attestantur Anton.Gom.*tom.3.variar.c.4.n.3.* Auendan.*de exequend.mand.p.1.c.22.n.2. vers.item*, Bernard. *in pract. c.25.n.3.* vbi Salzed.*lit. D.in nouiss.edit.* Peregr. *de immun.Eccles.c.16.n.37.* Salgado *de protect. Regia tom.2. p.2. c.4. n.13.* Cald. Pereira *de manu Regia, p.1.c.10. n.6.* nec citato *in hoc loco*, Diana *resol.moral.p.1. tract.2. resol.10.* Azeued.*l.9.n.4. tit.3.lib.1. & l.5.n.9. & 11. tit.3.lib.3. nouæ recop.* Oliban. *de iure fisci.c.14.n.140.* Farinac. *in praxi crimin. p.1. q.21. à num.241.* Camil. Borrel.*in summa omnium decis.tit.43.n.126. & de præstantia Regis Catholici,c.71.n.185.& 186.* sed intellige cum Campanil.*in diuersorio iuris Canonici rub.4. n.27.* & vide dicta ad *c.2.de vita & honest.cleric.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus est qui in Clericum etiam volentem manus iniecerit, etiamsi hoc faciat in satisfactionem præcedentis iniuriæ.*
2 *Ecommunicatus est qui in clericum volentem manus iniecerit violentas.*
3 *Clericus se ipsum percutiens animo irato, & iniurioso excommunicatus est.*
4 *Canonis priuilegio non potest renuntiari.*
5 *Declaratur text.in præsenti,&* n.6. & 7.
8 *Clericum percutiens causa correctionis excommunicationem non incurrit.*
9 *Clericus consentiens in sui percussionem non est ipso facto excommunicatus, sed venit excommunicandus.*
10 *Clericus solum verbaliter depositus gaudet Canonis, & fori priuilegio.*

Cap. Contingit. XXXVI.

1 SI Clericus offendens aliquem pro satisfactione ex more patriæ suæ subiiciatur sponte verberibus adhuc verberans est excommunicatus, quia hæc iniectio manuum, quamvis non sit violenta, est saltem iniuriosa Ordini clericali, clericus autem satisfacere debet competenter iniuriam passo sine iniuria clericali itavt remaneat pars inter eos, & si de cætero aliquis Clericus præsumpserit se subiicere similibus verberibus,excommunicetur. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc.Collect.Zabar.Ioan.Andr.Host.Butr. Anch.Panorm.Felin.Marian.Socin.Viu *in ration.lib.5.iuris Pontif.pag.*288.Alagona *in compend. iuris Canon.pag.*764. remissiuè Ximen. *in concord. p.2.* refertur ab Anton. August.*collect.2. Decret. lib.5.tit.21.c.10.*

2 Collige ex text. excommunicatum esse qui in clericum etiam volentem manus iniecerit violentas, vt per Franc.Marc.*part.2.decis.*882.Franc. Molin.*de ritu nupt.lib.2. differentia* 15. *num.3.* Soar. *tom.5. de censur. disp.22.sect.2.num.*58.Anil.*eod.tract part.2.c.5.disp.3. dub.12.* Sayr.*eod.tract.lib.3.c.26. num.*18. Bonac. *eod. tract.disput.1.quæst.4.punct.2. num.1.* Carter. *in pract. crimin. fol.92. num.3.* Molin. *de iustit. tom.4.tract.3. disp.51.n.3.* Decian. *in tract. crimin. lib.4.c.3. num.4.* Aloys.Ricc.*in praxi aurea resol.*472. Balthas. Amescua *de potestate in se ipsum lib.1.c.12.n.21.* Iacob. de Graff. *in decis.aureis part.1.lib.2.c.49.n.6.& part.2. lib.3.c.5. num.29.* Carol. de Grassis *de effectibus cleric. effectu 9. n.77.* Gutier. *de iurament. confirm. p.1.c.16.à num.53.* Bellet.*disquisit.clerical.part.1.tit de fauore cleric.Canon. §.1.n.10.* Paul.Layman.*in Theologia moral.lib.1.tract.5. de excommun.p.2.c.5.num.5.in fine, vers.his adde*, hinc
3 resoluentes Clericum se ipsum percutientem animo irato,& iniurioso, excommunicatum esse maiori excommunicatione, quod etiam resoluunt Gutier. *loco citato.*Cened.*ad Decret.collect.24.n.13.& col....sect.29. n.5.* Ægid.*de Sacrament.& censur.tom.2.disp.14.n.170.* Francisc.Coriolan.Capucin. *de casibus reseruatis, §.2. casu 10.de indic.Regul.§.10.num.25.* Amescua *d.lib.1. cap.20. num.24.* Paul. Layman. *vbi supr.* Bellet. *d.§.1. n.11.* plures quos refert, & sequitur Carol.de Grassis *d.effectu 9.n.82.*Bonac. *d. punct.2.num.4.* vbi intelligit modo Clericus percutiat se ex ira, & percussio attingat gravitatem lethalis culpæ. Vnde sequitur maiori excommunicatione ligari eos, qui desperatione, vel tædio vitæ se ipsos percutiunt, aut occidunt, secus verò dicendum de Clericis, qui ob mortem parentum, vel amicorum sese alapis percutiunt, aut barbam, vel capillos euellunt, vel de illis,qui causa mortificandæ carnis, aut ex deuotione corpus suum castigant, vt per Molin. *de iustit.tom.4.tract.3.disp.*51.*n.4.* Ægid.*d.disp.14.n.168.* Bonac. *d.punct.2.n.4.vers.hinc sequitur.*

Ratio autem illa est, quia priuilegio Canonis non 4
potest clericus renuntiare, cùm non tam in fauorem Clerici ordinati, quam in fauorem totius Ordinis,clericalis fuerit introductum, tum etiam quia neminem sui ipsius dominum esse, nec membrorum suorum passim iura clament. *in l.liber homo, ff.ad leg. Aquil.* & in hoc text.cum similibus,quibus iuribus scriptum reliquit Guido Papæ *decis.*278. posse neminem se obligare ad manus amputationem, nisi quid certum fecerit, vel nisi ita sit, vt ille loquitur. Nec obstat, quod volenti, & consentienti non fit iniuria, quia respondetur hoc procedere, quando consentiens consentit in iis, quibus potest consentire, Clericus autem in hoc casu non potest consentire cum priuilegium de non percutiendo Clerico sub pœna excommunicationis concessum sit toti Ordini, & statui Clericali, cui persona priuata non potest præiudicare, & cedere,& sufficit quòd fiat iniuria statui Ecclesiastico, vt excommunicatio huiusmodi incursa censeatur, vt in text. habetur; ita respondent citati à Bonac. *d. punct.2.n.1. vers. respondeo.*

Verum contra supradictam textus conclusionem, 5
eiusque decidendi rationem non leuiter obstat quod Canon.ille,*si quis suadente*,expressè requirit vt excommunicatio ipso iure incurratur,quod iniectio manuum sit violenta,vt patet ex verbis ipsius Canon.& melius ex *c.1. sup. hoc tit.* ibi: *Quia non potest in ipsis iniectio manuum violenta notari*, quæ particula non conuenit percutienti Clericum volentem, & consentientem, iuxta *reg.scienti*,cum similibus, & fatetur text. *in præsenti*,ibi.*Huiusmodi manuum iniectio etiamsi non violenta,*&c.& magis in decisione,quæ habetur *in vers.ideo,* &c. quatenus solum prohibet ne de cætero illud fiat, vt Clerici se percutiendo laicis subiiciantur, minimè autem percutientibus volentem Clericum excommunicatio præscribitur, sed Clericos sic se percussioni subiicientes post tempora illius Canon. excommunicandos esse constitit,atque ita ex iis fundamentis non defuerunt plures, qui contra communem sententiam scripserunt negantes percutientes Clericum volentem excommunicationem illam incurrere, de qua *in d. Canon. si quis suadente*, quod alij ex meis præceptoribus Conimb.probabilem censent ante text.*in præsenti*, non ita post illud, quia putant expressè hic probari istos eam excommunicationem incurrere,de qua *in d. Canon. si quis suadente*, dum illius auctoritate factum in Bracharen.Archiepiscopatu damnat, inepta autem esset illius Canon. allegatio, nisi Pontifex intelligeret ad hanc censuram pertinere percussionem Clerici iniuriosam, licèt violenta non sit. Secundò, quia

magis fauet Ordini clericali, in cuius fauorem dixit text. *in præsenti Canon.* illum fuisse promulgatum. Tertiò, quia constantissimo scribentium consensu recepta est huiusmodi traditio: veruntamen minimè hæc distinctio defendi potest, si enim rationes quas pro ea considerant, veræ sunt, concludunt nihil de nouo Pontificem hîc statuere, sed potius secundum ius antiquum respondisse, nam si proprerea excommunicationem incurrit percutiens Clericum volentem, quia priuilegium illius Canon. toti ordini concessum est, non verò in singulorum priuatum fauorem, rectè sequitur secundùm ius antiquum, & ordinarias regulas nihil prodesse consensum priuatorum, vt percutiens excommunicationem euadat, iuxta reg. *d. l ius publicum. ff. de iustitia, & iure, & cap. si diligenti, de foro competen.* cum similibus: deinde si Pontifex interpretatur Canon. illum statuere excommunicationem non solùm ob percussionem violentam, sed etiam ob iniuriosam, frustra inter nouum ius, & antiquum fit distinctio, sic denique auctoritas Doctorum, & receptissima sententia persuadere debent, nemo ea tempora distinxerat, vt illi volunt.

6 Quare licèt rarò, & difficulter à receptis sententiis recedere consueuerim, nunquam tamen in rigore disputationis huic, de qua *suprà* acquieuisse potui, sed semper constanter existimaui, & existimo neque ante, neque post hunc text. probari iure nostro quòd percutiens Clericum volentem, excommunicationem illam ipso iure incurrat, ex prædictis rationibus, neque contraria argumenta difficilem habent solutionem: nam illud, quod priuilegiis concessis ratione honestatis, & reuerentiæ personarum ipsi nequeunt renuntiare, omissis variis solutionibus, de quibus D. Barbos. *in l. alia*, §. *eleganter*, *n.* 11. *ff. soluto Matrim.* totum est concedendum, sed ex hoc non infertur ad casum nostrum, nullum enim priuilegium datur Clericis quando volentes percutiuntur, cum potiùs contra solos iniicientes manus violentas concessum fuerit. Ad aliud verò quòd Pontifex videretur inepte considerare verba illius Canon. *si quis suadente*, explicando ad casum percussionis Clerici volentis, quasi Canon solum puniat percussionem violentam, sed etiam iniuriosam, frustraque considerare Canonem editum in fauorem totius ordinis, si casus ipse non pertinet ad censuram eo Canone statutam; Respondetur hæc omnia satis conuenire, & adaptari prohibitioni, de qua *hîc in vers. ideò*, nam si percussio violenta non esset, neque etiam iniuriosa, nulla prohibitione opus erat, sed potius actus licitus censeri debuit, quemadmodum Doctores resoluunt de illis, qui causa, disciplinæ percutiuntur, vt *in d cap. 1. supr. hoc tit.* aut causa deuotionis se percutiunt, eo quod pertinet alia ratio vt idem Canon latus sit in fauorem totius ordinis, nam si solus respiceret fauorem priuatorum, eadem percussio non redundaret in opprobrium totius ordinis, quia supponimus ipsum non tangere, ergo bene Pontifex ad effectum vt illicita, & prohibita censeatur talis percussio, considerat iniuriam toti ordini illatam, quam singuli suo consensu remittere non possunt, minimè inde sequitur excommunicationem Canon. *si quis suadente*, ipso iure incurrere.

7 Hac igitur resolutione retenta facilè etiam defenditur resolutio altera contra communem, quod Clericus se ipsum percutiens excommunicationem illam non incurrit, etiamsi iniuriosa fiat, vel illicitè, vt tenuit Fab. quem refert, & sequitur Mant. *dial.* 12 5. *vers. si seipsum vulneraret*; & ratione illa confirmatur, quod ad excommunicationem illam incurrendam requirit Canon. distinctionem personarum inter ipsum percussorem, & percutientem, quod generaliter in omnibus moralibus actionibus pro regula constituitur est *in cap. vlt. de institut. & in cap. debitum. de Baptism.* cum multis aliis.

Tamen iniuriosa videtur.] Ergo sufficit, quòd huiusmodi percussio sit iniuriosa ordini clericali, vt adstitit Ægid. *d. disp.* 14. *n.* 168. ex quo enerit percutiens Clericum causa correctionis, excommunicationem non incurrere, vt resoluit Sayr. *d. lib.* 5. *cap.* 2. *num.* 11.

Excommunicetur.] Ergo Clericus consentiens in percussionem non est ipso facto excommunicatus, sed venit excommunicandus, per Nau. *in manuali*, c. 27. *n.* 77. Soar. *d. sect.* 1. *n.* 57. Bonac. *d. punct.* 2. *n.* 3. Henric. *in summa, lib.* 5. *c.* 5. *in comment. lit. T*, vbi aduertit, quòd si Clericus pluribus actibus cum intervallo notorie subiiciat, excommunicationem incurrit ipso facto, quia in secundo ictu participat in crimine cum excommunicato notorio.

In glos. *Ordinati*, ibi, *item quid de excommunicato, deposito si verberetur, an incidat in Canonem*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Clericus solum verbaliter depositus Canonis priuilegio fruitur, vt per Gam. *de Sacram. præstan. vltimo supplicio damnatis*, 9. 5. *n.* 21. Sayr. *de censur. lib.* 5. *c.* 20. *n.* 12. Bonac. *de censuris, disp.* 4. *punct.* vnic. *n.* 3. Aloys. Ricc. *in praxi aurea, resolut.* 355. Mat. Abert. *de censur. tom.* 1. *de excommun. lib.* 2. *disp.* 1. *c.* 6. *vers. quidem*, sic eodem modo depositus verbaliter gaudet priuilegio clericali, Roland. *cons.* 4. *n.* 23. *vol.* 1. Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de fauore Clericorum pers.* §. 6. *n.* 3. Bonac. *d. n.* 3. vbi citat Valent. Sayr. Ami. & alios.

CAP. Relatum. XXXVII.

CLerici, qui percutiunt Clericos, sunt excommunicati, & ad Sedem Apost. venire compellebant, quia plus Deo, quam hominibus deferendum, sed si hoc fecerunt in fraudem, vt subtrahant se à iuitio dominorum, vel si domini propter hoc fine inculpa graue damnum incurrant, *tunc potest Episcopus* ex indulgentia & dispensatione Papæ eos absoluere, & pro labore itineris iniungenda est illis alia satisfactio, dummodo tamen percussio non fuerit enormis, & ad tollendum scandalum esset veniendum Romam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 285. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 765. tenuit Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. referrur ab Ant. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 5. *tit.* 21. *c.* 11.

Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Gama & *Sacram. præstandis vltimo supplicio damnatis*, 9. 5. *n.* 21. Vnde colliges quòd potestati alterius quilibet additus, provt sunt serui, ideſt, mancipia, possunt pro violenta manuum iniectione in Clericum ab Episcopo absolui, vt per Bellet. *disquisit. cleric. p.* 1. *tit. de fauore cleric. Canonis*, §. 3. *n.* 29.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus propter participationem cum excommunicato, licèt eum postea impugnet, ex hoc non pro absoluto non est habendus.*
2 *Absolutio necessario requiritur ad tollendam excommunicationem, quamvis excommunicatus paruerit.*
3 *Ministri Ecclesiæ non debent accipere oblatum excommunicato, vt diuina officia pro ipso faciant.*

4 Rituin

4 *Relicta in testamento ab excommunicato ad pias causas an à ministris Ecclesiæ recipi possint, ostenditur.*

5 *Excommunicati priuantur Ecclesiæ suffragiis.*

Cap. Sacris. XXXVIII.

1 EXcommunicatus quia communicauit cum excommunicatis, & in se reuersus de mandato Ecclesiæ, illos excommunicatos impugnat, ex hoc solo pro absoluto non est habendus nisi priùs absoluatur, nec si in bello moritur, pro eo est orandum, vel offerendum, nisi postquam constiterit per euidentia signa de eius pœnitentia defunctus absoluatur iuxta formam *cap. à nobis, eod.* Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mari. Soc. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pont. pag.* 289. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 765. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 21. cap.* 12. & alia pars est suprà *in cap. sacris, de sepultur.* & in alio sic incipien. *de his, quæ vi.*

2 *Non tamen priusquam absolutionis gratiam,* &c.] Notatur ad hoc, quod absolutio necessariò requiritur ad tollendam excommunicationem, quamvis excommunicatus pœniteat, vt per Couar. *in cap. alma mater. p.* 1. §. 11. *n.* 5. & plures, quos refert, & sequitur Ant. Ricc. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existen. lib.* 4. *c.* 65. *n.* 12. cum Couar. *d.* §. 11. *sub n.* 4. & Nauar. *in manuali, c.* 26. *n.* 32. atque aliis, extendit per hunc text. vt procedat, etiamsi excommunicatus sit mortuus, & moriens ostenderit signa pœnitentiæ, & *n.* 21. pariter per text. *in præsenti*, extendit, vt procedat, quamvis excommunicatus pœnitens erroris pugnauerit de mandato Ecclesiæ contra alios excommunicatos, & in hoc bello decesserit, non adhuc nisi sequatur absolutio, remanet absolutus.

3 *Vel oblationes,* &c.] Notatur ad hoc quòd Ecclesiæ ministri non debent accipere oblatum ab excommunicato, vt Diuina officia pro ipso faciant, vt per Vgol. *de censur. tab. 2. c.* 9. §. 4. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 32. *num.* 14. ampliantes procedere etiamsi non ille, sed alius pro illo offerat, & etiamsi offerat

4 simpliciter, vel in eleemosynam. Vtrùm autem relicta in testamento ab excommunicato ad pias causas ab Ecclesiæ ministris recipi possint? quæstio est ad præsens institutum non contemnenda: in qua resoluendum est, quòd quando sint relicta mortuaria, quæ dantur pro anima, vel sub onere celebrandi suffragia, tunc huiusmodi relicta non valent, nec recipienda sunt ab Ecclesia cum pro excommunicato non sit orandum, vt per Innoc. *in cap. cum voluntate, hoc tit. sub num. 1. vers. mortuaria autem*, vbi Ioan. Andr. *sub n.* 4. *vers. mortuaria verò*, Abb. *in rubr. de testam. sub num.* 11. Campeg. *de Dote, par. 1. quæst.* 47. *num.* 4. Quando verò aliquid relinquitur Ecclesiæ simpliciter sine aliquo onere, tunc relictum huiusmodi valet, & potest Ecclesia illud recipere, quia ex parte excommunicati, si potest testari ad vsus profanos, poterit multò magis ad vsus pios: respectu verò Ecclesiæ, cum ea non obligetur ad orandum, potest recipere sine scrupulo, cum possit accipere eleemosynas ab excommunicatis, vt citius Deus eorum corda illustrare dignetur, ita ex Abb. & Franch. resoluit Anton. Ricc. *d. lib.* 4. *cap.* 58. *num.* 15. & 16. vbi *num.* 17. idem dicendum putat si relictum sit sub onere faciendi aliquod opus pium citra suffragium, veluti si sit relictum Ecclesiæ aliquid ab excommunicato sub onere alendi, seu maritandi puellas, hoc enim est perinde ac si esset relictum pauperibus, quibus excommunicatus relinquere potest.

Vel orationes Domino porrigendæ, &c.] Notatur ad 5 hoc, quòd excommunicati priuantur Ecclesiæ suffragiis, vt per Ægid. *de Sacramen. & censur. tom. 2. disp.* 14. *n.* 56, & 59. Valer. Reginald. *d. lib.* 32. *n.* 9. Vasq. *tom.* 4. *in 3. part. tract. de excommunic. dub.* 2. Bonac. *de censuris, disp.* 1. *q.* 2. *punct.* 1. *in princip.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus semel debet vitari semper vt excommunicatus nisi legitimè probet se fuisse absolutum.*

2 *Excommunicato dicenti se absolutum non adhibetur fides.*

3 *Absolutio ab excommunicatione an probetur per cedulam Confessarij.*

4 *Excommunicatus qui fuit olim, etiam hodie excommunicatus præsumitur.*

5 *Excommunicatus semel, debet semper vitari donec probetur absolutus.*

6 *Excommunicatum quem semel sciui, debeo semper vitare donec de absolutione mihi legitimè constiterit.*

7 *Cardinali asserenti aliquid sibi commissum plena fides adhibetur, licèt non ostendat literas sui mandati.*

Cpa. Sicut. XXXIX.

EXcommunicatus, v. g. ab Episcopo semper habebi- 1
tur excommunicandus & vitandus, donec constiterit de eius legitima absolutione vel per literas Papæ, vel delegati à Papa, vel alio modo legitimo. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mari. Soc. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 290. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 765. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. & 2. refertur ab Ant. Aug. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 21. cap.* 13.

Super absoluoione sua literas, &c.] Notatur ad hoc, 2
quòd non adhibetur fides excommunicato dicenti se absolutum, vt per Mascard. *de probat. concl.* 11. *num.* 1. Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 37. n.* 2.

Aut alio modo legitimè, &c.] Ergo non sufficit pro- 3
bare se esse absolutum ab excommunicatione per cedulam Confessarij, nisi duo testes adsint, qui probent excommunicatum absolutum, & parti satisfecisse, vt per Fr. Emman. *in addit. ad Bullam Cruciatæ*, §. 9. *n.* 51. *fol.* 106.

Vt peius habeas, &c.] Notatur ad hoc, quòd, qui olim 4
fuit excommunicatus, hodie etiam excommunicatus præsumitur, vt per Mascard. *d. cõcl.* 12. *n.* 2. & *concl.* 704. *à n.* 1. Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt.* 70. *per totã*, Aloys. Ric. *in collect. decis. p.* 4. *n.* 1117. Et ideo semel excõmunicatus semper debet vitari, donec probetur absolutus, Viu. *dec.* 98. Cou. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 2. *n.* 6. Nauar. *in manu. c.* 27. *n.* 36. latè Mar. Alter. *de censur. tom.* 1 *de excommun. lib.* 1. *disp.* 11. *c.* 3. *vers. sed dubitari*, vbi limitat quando aliquis non fuit excommunicatus simpliciter, sed sub conditione: vel quando communi opinione ab omnibus reputabatur absolutus, aut esset elapsum aliquod temporis spatium ab ipsa excommunicatione ita longũ, vt attenta qualitate personæ præsumendũ esset probabiliter illum iam fuisse absolutũ.

Et facias euitari.] Notatur ad hoc, quòd tenetur 6
vnusquisque euitare illum, quem semel sciuit esse excommunicatũ, nisi de absolutione sibi legitimè constiterit, vt per Tiraq. *de pœnis temper. causa* 51. *n.* 33.

In gloss. *Literas I.* Notatur ad hoc, quod Cardinali 7
asserẽti aliquid sibi commissum plena fides adhibetur, licèt

licèt non ostendat literas sui mandati, vt per Mascard. *de probat.concl.* 140.*à princ.* Farin.*in praxi crim.part.*2. *q.*63.*n.*55.*cum seqq.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus ab Episcopo quando appellat ad Metropolitanum, ab eo potest absolui, Metropolitanus tamen volens suo suffraganeo deferre, potest illum sibi remittere absoluendum.*
2 *Excommunicationis sententia per appellationem non suspenditur.*
3 *Excommunicatio lata post sententiam est nulla.*
4 *Expressio relatiua non sufficit cùm quid patenter fieri debet.*
5 *Excommunicatus iniustè debet euitari.*

CAP. Per tuas. XL.

1 EXcommunicatus ab Episcopo quando appellat ad Metropolitanum, si vult probare excommunicationem esse nullam, quia fuit lata post legitimam appellationem, vel continebat errorem intolerabilem patenter, est admittendus ad horum probationem, licèt absolutionem non petat, sed donec de illis constiterit in aliis est vitandus, quamvis Sedes Apost. consueuerit tales absoluere ad cautelam; in aliis verò, nisi imploret gratiam absolutionis non est audiendus; si verò humiliter petat absolutionem, Metropolitanus debet illum absoluere. Sed si vult suo suffraganeo deferre, ad illum remittere debet, & si suffraganeus non vult illum absoluere secundùm formam iuris, Metropolitanus absoluere tenetur, sumpta cautione quòd parebit suo mandato, deinde causam audiat, & decernat secundùm ius. Verùm si Episcopus suum subditum communicasset propter manifestum excessum, Metropolitanus non debet illum absoluere, nisi quando suffraganeus requisitus malitiosè deneganit absolutionem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 290. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 765. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Aug. *collect.* 3. *Decret. lib.* 5. *tit.* 21. *c.* 14.

2 Collige ex text. in prima eius parte sententiam excommunicationis per appellationem subsequentem non suspendi, vt per Capel. Tholos. *decis.* 300. Nauarr. *in manuali, c.* 25. *n.* 124. Mari. *de ordine iudic. p.* 6. *tit. de appell. n.* 178. Rebuff. *in concordatis tit. de excommunicatis non vitandis, vers.* 54. Gutier. *Canon. l.* 1. *c.* 1. *num.* 90. *&* 95. Farin. *in praxi crimin. q.* 101. *limit.* 13. *n.* 68. multipliciter ampliat, & limitat Ant. Ricc. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 4. *c.* 64. *à princip.* Iudex autem appellationis statim absoluere potest à censura lata per iudicem à quo appellatur, si constiterit sententiam excommunicationis esse iniustam, vt etiam in hoc text. habetur, provt ex eo colligit Bellet. *disquis. cleric. p.* 1. *tit. de fauore Clericorum Canonis*, §. 5. *num.* 29.

3 *Nos igitur credimus*, &c.] Notatur ad hoc, quòd excommunicatio lata post sententiam est nulla, vt per Couar. *pract. c.* 25. *num.* 2. *vers. illud tamen*, Ricc. *d. c.* 64. *n.* 37. Scacc. *de appellat. q.* 17. *limit.* 41. *n.* 54. Villalob. *in sum. tract.* 16. *diffic.* 13. *n.* 3. *&* 4. Salgado *de protect. Regia tom.* 1. *p.* 2. *c.* 5. *n.* 21. vbi *n.* 22. subdit hoc adeò verum esse vt excommunicatus, aut alia censura affectus si Clericus est, potest eadem appellatione pendente absque aliqua irregularitate celebrare & prosequi officium suum in diuinis. Et qui allegat excommunicationem nullam fuisse, quia lata post appellationem aut errorem manifestum habere, & petat absolutionem ad cautelam, absoluendus equidem est, non simpliciter, sed ad cautelam, vt per Couar. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 12. *n.* 7.

Fuisse patenter expressum, &c.] Notatur ad hoc, quòd expressio relatiua non sufficit, cùm quid patenter fieri debet, vt per Tiraq. *de iure matrim. glos.* 5. *num.* 200.

Ad cautelam.] De absolutione ad cautelam late Ricc. *d. lib.* 4. *c.* 87. *per totum.*

In aliis euitari debet, &c.] Notatur ad hoc, quòd iustè excommunicatus debet euitari, vt per Nauarr. *in manu. cap.* 27. *num.* 2. *&* 3. Soar. *de censur. disput.* 4. *sect.* 7. *num.* 41. *&* 43. Bellet. *disquis. cleric. part.* 1. *tit. de fauore Clericorum Canonis*, §. 5. *num.* 4.

SVMMARIVM.

1 *Papa si literis suis excommunicatum salutat, non propter hoc eum absoluit.*
2 *Communicatio cum excommunicatis etiam per Epistolam non est licita.*
3 *Absolutus non videtur excommunicatus si Papa eum salutet, vel cum eo communicet.*
4 *Papæ an liceat communicare cum excommunicatis sine causa, remissiuè.*

CAP. Si aliquando. XLI

PApa quando cum suis literis salutat excommunicatum à Sede Apost. non propter hoc eum absoluit, quia contingit huiusmodi literas impetrari per ignorantiam, negligentiam, & nimiam occupationem, aut subreptionem. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mar. Soc. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 291. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 766. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Augustin. *collect.* 2. *Decret. lib.* 5. *sub tit. de rescript. n.* 21.

Nostræ literæ cum salutationis alloquio, &c.] Notatur ad hoc, quòd non est licita communicatio cum excommunicatis etiam per epistolam, vt per Coim. *in pragmat. Sanct. tit. de elect. verbo literas, fol.* 108. Couar. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 2. *n.* 1. Soar. *tom.* 3. *de censur. disp.* 15. *sect.* 1. *sub num.* 2. Anton. Ricc. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib.* 4. *cap.* 43. *num.* 5.

Non propter hoc excommunicatum, &c.] Notatur ad hoc, quòd excommunicatus non videtur absolutus ab excommunicatione si Papa eum salutet, vel cum eo communicet, vt per Menoch. *de præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 20. *n.* 38. Sed difficultate non caret hæc resolutio, quia, vt *infrà* dicetur, Papa cum excommunicato sine causa communicans peccat, quo dato vt excludamus peccati coniecturam, iuxta reg. *cap. ejsdem, de regulis iuris*, videbatur dicendum, quòd Papa communicans cum excommunicato eum vult absoluere. Vnicans cum excommunicato eum vult absoluere. Vnde necesse est vt dicamus text. *in præsenti*, loqui de necesse est vt dicamus text. *in præsenti*, loqui de Pontifice ignoranter communicante cum excommunicato, in quo casu nulla potest considerari culpa communicato, in quo casu nulla potest considerari culpa cultas est circa *Clem. vlt. hoc tit.* vbi dicitur quod Papa scienter cum excommunicato communicans non videtur eum absoluere, sed omissis multis, quæ de illius intellectu tradunt DD. *ibi*, Caiet. 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 6. *in resp. ad* 7. Couar. *d.* §. 1. *num.* 2. Vgolin. *de censur.*

tab.1.c.20.§.2.n.2. & alij, de quibus Henric. *lib.14. c.20.§.2. lit.O, cum seqq.* recurrere oportet ad distinctionem, de qua *infrà*, nam si Papa ex iusta causa participet cum excommunicato, non peccat, subindeque non possumus ex illa ratione colligere absoluere voluisse excommunicatum, si verò nulla subest causa & non vult absoluere, peccat ex prædicta resolutione, vt in terminis post Guillelm. & alios antiquiores
4 concludit Imol. *in d.Clem.vlt.n.5.* Vtrùm autem Summo Pontifici liceat absque aliqua culpa communicare cum excommunicato sine causa, vide Couar. *d.§.1.n.3.* Vgol. *de censur. tab.1.c.2.§.2.à n.2. & tab.2.c.23.§.12. n.3.* Soar. *eod. tract. disp.7. sect.6.à n.15.* Sayr. *eod.tract. lib.2.c.15.n.14.* Auil. *eod.tract.p.2.c.6. disp.9.dubit.1. concl.3.cum seqq.* Cuius quæstionis resolutio deprehenditur ex alia generali Doctorum controuertentium, vtrùm Princeps lege sua ita obligetur, vt contrafaciens peccatum committat, quæ opportunius tractatur in materia de legibus, illud ad nostrum propositum annotare sufficiat, veriorem esse Theologorum, & nostrorum communem sententiam, quæ partem tuetur affirmatiuam, docens Principes suis legibus obligari quoad vim directiuam, id est, quatenus est regula communis dirigens, & ordinans membra Reipubl. tanquam partes in suum totum, ex text. *in cap. regula 3. dist.* & quatenus lex continet id, quod iustum, est, & æquum, & totius Reip. bono, & statui magis conueniens, atque ita probat text. *in cap. iustum 9. dist. & in l. digna vox, C. de legib. & in l. ex imperfecto 23.§.vlt.ff. de legatis 3.* text. opt. *l.3.C. de testam.* adducit multa ex bonis Auctoribus Iustus Lipsius *lib.2. politic. c.10.* Neque obstat ratio ex *l.pen.ff. de arbitr. & l.si quis 22. in princ. ff. de legat.3.* quòd nemo sibi ipsi potest legem imponere, à qua non possit recedere, quæ etiam quoad effectum, de quo agimus, videbatur vrgere; nam facilè respondetur in his terminis Principem non tam lege sua obligari, quàm lege naturali, quæ præcipit, vt Princeps illud in suis actibus obseruet, quod æquitas, & rationis honestas præscribit, & quod in subditis suis iustum, & Reipubl. conueniens constituit, vt benè inquit text. *in c. iustum.* Quare iuxta hanc receptissimam doctrinam peccare Papam, qui sine iusta causa cum excommunicato communicat, resoluunt Couar. *d.§.1.n.5.* Soar. *tom.4. disp.5. sect.4.n.5.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus à pluribus Prælatis ob plures causas non est communioni restituendus, licèt de vna causa velit satisfacere, & non valet absolutio tacitis aliis causis impetrata.*
2 *Excommunicans à pluribus iudicibus ab eisdem absolui debet.*
3 *Absolutio ab excommunicatione obtenta ex falsa causa est nulla.*
4 *Absolutio vna non prodest duabus excommunicationibus.*

CAP. Officij. XLII.

1 EXcommunicatus à pluribus Prælatis, qui in ipsum ius habent, propter plures excessus non est absoluendus, licèt velit vni Prælatorum de vno excessu satisfacere, & subreptitia absolutio non prodest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Henric. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mari. Socin. Vivian. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.291.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.766.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect.3. Decret. lib.5. tit.21. c.51.* & est pars huius text. *in cap. officij, supra de pœnitentiis, & remiss.*

Multa, quæ ad materiam huius text. facere possunt, 2
dixi ad *cap. cùm pro causa 23. sup. hoc tit.* Et circa huius text. conclusionem quòd excommunicatus à pluribus iudicibus ab eisdem absolui deberet, vide Perez *l.1. vers. decimæ, pag.181. tit.5. lib.8. Ordin.*

In gloss. *Excommunicationis*, ibi, *excommunicatus ite-* 5
rum, &c. Notatur ad hoc, quòd absolutio ab excommunicatione obtenta ex falsa causa est nulla, nec prodest excommunicato, vt per Perez *l.1. tit.5. lib.7. Ordinam. pag.181.* Couar. *in cap. alma mater, p.2.§.11.n.14.* Nauar. *in manuali, c.27.n.38.* latè Mari. Alter. *de censur. tom.1. de excommunic. lib.4. disp.5.c.3.* & vide dicta *ad cap. ex parte 5. de offic. iudicis ordin.*

In ead. gloss. ibi, *Sed qualiter*, &c.] Notatur ad hoc, 4
quòd vna absolutio non prodest duabus excommunicationibus, vt per Tiraq. *de retract. tit.2. gloss.1.n.21.* Couar. *variar. lib.2.c.10.n.8. vers. quartum*, Perez *d.l.1. pag.180.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatis & interdictis licitè potest verbum Dei prædicari.*
2 *Prædicatio Verbi Diuini tempore cuiuscumque interdicti licita est.*
3 *Prædicare excommunicatis Verbum Dei licitum est.*
4 *Excommunicato licitum est sacræ interesse Concioni.*
5 *Excommunicatus non potest ingredi Ecclesiam tempore, quo Diuina celebrantur.*
6 *Interdicti tempore licitum est administrare Sacramentum Baptismi paruulis, & adultis.*
7 *Confirmationis Sacramentum tempore interdicti licitè conferri potest tam paruulis, quàm adultis, tam in Ecclesia interdicta, quàm in loco generaliter interdicto.*

CAP. Responso. XLIII.

PRædicare Verbum Dei licitum est coram excom- 1
municatis, & interdictis, non autem celebrare diuinum Officium. Tempore generalis interdicti licitum est baptizare, & confirmare pueros in fronte. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.292.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.676.* remissiue Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. August. *collect.3. Decret. lib.5. tit.21. c.16.*

Quibus prædices Verbum Dei, &c.] Notatur ad hoc, 2
quòd prædicatio Verbi Diuini tempore cuiuscumque interdicti licita est, vt per Henriq. *in summ. lib.13. de excommun. c.44.§.2. vers. quinto*, Vgolin. *de censur. tab.5. c.8. in princip. n.5.* Sayr. *eod. tract. lib.5. c.5. n.43.* Prædicare enim non est actus sacri Ordinis, vt per Nauar. *in manuali, cap.27. num.65. & cons.2. de temp. ordinat. in antiq.* Zerol. *in prax. Episc. p.1. verbo prædicatio*, §.10. remissiuè Sayr. *vbi proximè*, & ideo licitum est nobis 3
prædicare excommunicatis verbum Dei, vt per Abb. *hic n.3.* Anton. Ricc. *de iure personarum, lib.4. cap.55. num.3.*

Apud aliquam Ecclesiam conuocare, &c.] Ergo ex- 4
communicato licitum est sacræ concioni interesse, potestque absque peccato Ecclesiam ingredi ad eam audiendam, vt per Soar. *tom.5. de censur. disput.12. sect.2. num.4. & 5.* Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.32.*

lib.32.n.21. latè Mar. Alter. *de censur. tom.1. de excommun. lib.1. dist.10. c.3. col 2. vers. si quis quærat, lit. C,* vbi respondet obiectis in contrarium, asseritque S. Aug. *epist.187. ad Bonifacium,* interdixisse excommunicato introitum Ecclesiæ, ne ibi perciperet Sacramenta, & audiret diuina Officia, non ad alium finem. Non licèt autem excommunicato sine peccato aliis concionari, quia cessat ratio, nam qui aliis concionatur, non suam, sed aliorum salutem quærit, in quo casu non est licitum excommunicatis cum aliis communicare, nisi in extrema, aut graui necessitate, Valer. Reginald. & Mar. Alter. *loc. cit.* Soar. *d. sect. 2. n. 4.* Squill. *de obligat. cleric. p. 3. n. 9.*

5 *Dummodo contra formam,* &c.] Notatur ad hoc, quòd excommunicatus non potest ingredi Ecclesiam eo tempore, quo Diuina celebrantur, vt per Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 5. n. 7. col. 3.* Valer. Reginald. *d. lib. 32. n. 21.* Alio verò tempore sine peccato Ecclesiam ingredi potest, & *ibi* orare, & horas Canonicas recitare solus, & sine socio, Mari. Alter. *d. disp. 10. c. 5.*

6 *Præter Baptismа parvulorum,* &c.] Quòd autem tempore interdicti licitum erat administrare Sacramentum Baptismi paruulis, iuxta hunc text. & etiam adultis, iuxta *cap. quoniam, hoc tit. lib. 6.* dixi ad *cap. non est vobis 11. n. 7. de sponsal.* vbi etiam *n. 8. de Sacram. Pœnitentiæ.*

7 *Ad Confirmationem in frontibus,* &c.] Notatur ad hoc, quòd Confirmationis Sacramentum licitè conferri potest tempore interdicti tam paruulis, iuxta text. *in præsenti,* quàm adultis, iuxta *c. quoniam, hoc tit. lib. 6.* & tam in Ecclesia speciatim interdicta, quàm etiam in interdicti tempore generalis loci, atque etiam solemniter vt est receptissima omnium scribentium traditio, passim horum iurium auctoritate adæquantium duo Sacramenta Baptismum, & Confirmationem, ita Cou. *in d. cap. alma mater. p. 2. §. 2. vers. idem,* Nauar. *in manu. c. 7. n. 178.* Tolet. *in sum. lib. 1. c. 53.* Henriq. *in summ. lib. 3. de Confirmat. c. 6. n. 7.* Vgol. *de censur. tab. 5. c. 7. §. 5.* Savr. *eod. tract. lib. 5. c. 7. n. 6.* Auil. *eod. tract. p. 5. disput. 4. sect. 1. dub. 4. concl. 2.* Soar. *tom. 3. disp. 26. sect. 1. à num. 7.* Valer Reginald. *d. lib. 32. tract. 3. n. 24.* Bonac. *de censur. disp. 5. punct. 2. §. 1. n. 4.* Ratio huius decisionis desumi potest ex *d. cap. quoniam,* ibi, *propter moræ periculum,* quamvis enim hoc Sacramentum regulariter loquendo necessitatis non sit, est tamen complementum Baptismi, per illud enim baptizatos plenè fieri Christianos dicit Vrbanus Pontifex *in princip. dist. 5.* & alij sancti Patres, quos refert Henriq. *d. lib. 3. c. 1. §. 2. iuncta lit. H,* & iuxta sanum sensum contra hæreticos benè explicat Soar *tom. 3. disput. 34. sect. 2.* non quòd prima gratia per Confirmationis Sacramentum conferatur, & ante Confirmationem Baptismus culpam originalem non remittat, quia est pernersus aliquorum Hæreticorum error, sed qui per Confirmationem Baptismalis gratia roboratur, & confirmatur ad benè operandum, constantérque credendum, & fidem Christianam firmiter confitendum: quia verò ad hoc Sacramentum, sicut & ad Baptismum conferendum Chrisma necessarium est, & iuxta Ecclesiæ morem in Cœna Domini solum confici potest, & veteri amplius vtendum non est, ideo concesso vsu Baptismi, & Confirmationis tempore interdicti, expediens, & necessarium fuit Chrismatis etiam confectionem concedi, vt ait text. *in d. cap. quoniam.* Verum tamen est illum, qui dedit causam interdicto, aut qui est speciali & personali interdicto ligatus, non posse ad hoc Sacramentum admitti, nisi prius præstiterit condignam satisfactionem ab Ecclesia præscriptam, vt aduertit Bonac. *d. §. 1. n. 4.* vbi *n. 6.* resoluit personaliter interdictum interdicto generali personali, qui causam non dedit interdicto huiusmodi Sacramentum ministrare posse, non verò illum, qui specialiter interdictus est, vel causam dedit interdicto.

SVMMARIVM.

1 *Coniux si certò sciat impedimentum Matrimonij non debet reddere debitum, sed potius excommunicationem pati: si autem hoc credat ex causa probabili & discreta, potest reddere debitum, non autem exigere, sed si ex leui, & temeraria causa, deposita conscientia potest reddere, & exigere.*

2 *Condemnatus vt debitum coniugale reddat fœminæ, si certò sciat eius vxorem non esse, nequaquam tenetur, nec potest sententiæ stare.*

3 *Debitum reddere non potest coniux conscius impedimenti dirimentis.*

4 *Coniugij ad licitum vsum prius deponendus est scrupulus, seu temerarium dubium.*

5 *Debitum petere non potest coniux dubius de valore Matrimonij, tenetur tamen reddere, incolpate vt ibi.*

CAP. Inquisitioni. XLIV.

CONiugum alter si certum sciat impedimentum coniugij, quamvis illud probare non possit, non debet reddere, & si cogatur ab Ecclesia, potius debet humiliter subire sententiam excommunicationis quàm per copulam peccare mortaliter. Si verò certò adesse impedimentum ex causa probabili, & discreta licèt non euidenti & manifesta, potest reddere, sed non petere. Si denique credit ex leui & temeraria dulitate, tunc ad consilium sui Pastoris debet conscientiam deponere, ac debitum reddere & petere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innocent. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Felin. Panorm. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 281.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 767.* remittit. Ximen. *in concord. p. 2.* refertur ab *Ant. Augustin. collect. 5. Decret. lib. 5. tit. 21. c. 17.*

Probat hic text. quòd condemnatus, vt debitum coniugale reddat fœminæ, si certò sciat eius vxorem non esse, nequaquam tenetur, imo nec potest sententiæ stare, & ita potius propriam scientiam, quàm iudicis publicam auctoritatem sequi debet, vt per Couar. *lib. 1. variar. c. 1. n. 2. vers. quinto,* Valer. Reginald. *in præfori pœnit. lib. 31. n. 72.* Couar. *de sponsal. 2. 6. 2. 2.* S. Thom. *2. 2. q. 104. art. 5. & q. 105. a princip.* Nauar. *in cap. si quis autem, n. 81. de Pœnit. dist. 7.* quamvis enim Ecclesia secundùm allegata, & probata iubeat fieri plenariam restitutionem, dum de impedimento non constat in foro exteriori, neque illud existere præsumitur, nisi probetur, nihilominus in Conscientia tali præcepto obedire non tenetur, nec potest.

Quam per carnale commercium, &c.] Notatur ad hoc, quòd conscius coniux impedimenti dirimentis non potest debitum reddere, vt per Sanch. *de Matrim. lib. 2. disp. 39. n. 5.* Gutier. *eod. tract. c. 50. n. 4.* Ægid. *de Sacram. & censur tom. 2. disp. 34. dub. 10. n. 96.* Bonac. *de Matrim. q. 4. punct. 4. n. 16.* vbi *n. 17.* resoluit coniugem scientem Matrimonium esse inualidum ob impedimentum dirimens, non posse reddere debitum coniugi ignoranti impedimentum, seu inualiditatem Matrimonij, etiamsi per excommunicationem compellatur ab Ecclesia reddere, aut etiamsi sequantur grauissima incommoda, scandala, & vitæ periculum, vt colligitur ex text. *in præsenti.* Neque obstat excommunicatio, qua compellitur ab

ab Ecclesia reddere, cùm iuxta veriorem sententiam huiusmodi excommunicatio non liget coram Deo, ex ea ratione, quia excommunicatio iniusta, quæ nititur falsa præsumptione, non ligat, tum quia excommunicatio supponit peccatum mortale, quod non adest in præsenti, ita tenent plures, quos refert, & sequitur Gutier. *d. tract. de matrim. c.* 49. *n.* 1. & Bonac. *d. n.* 17. ampliantes hoc verum esse etiamsi Matrimonium sit inualidum ob impedimentum iure humano inductum, contra Henriq. *in summa, lib.* 12. *c.* 33. *n.* 2. *in comment. lit. K.*

4 *Temeraria credulitatis*, &c.] Notatur ad hoc, quòd ad licitum coniugij vsum priùs deponendus est scrupulus, seu temerarium dubium explodendum, vt per Sanch. *in præcepta Decal. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 79.

5 *Debitum quidem reddere potest.*] Notatur ad hoc, quòd coniux dubius de valore Matrimonij non potest petere debitum antequam adhibuerit debitam diligentiam ad assequendam veritatem, tenetur tamen reddere alteri coniugi petenti, qui non dubitat de Matrimonij validitate, ita Sanch. *lib.* 2. *disp.* 41. *n.* 42. Bonac. *d. punct.* 4. *n.* 3. Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 2. *c.* 18. *q.* 5. Sayr. *in claui Regia, lib.* 1. *c.* 13. *à n.* 25. Poterit tamen post debitam diligentiam factam, ex qua veritas nondum comperta est, non solùm reddere, sed etiam petere, vt resoluunt Socin. *in* 4. *de Iustit. q.* 5. *art. vltim.* Valent. *tom.* 4. *disp.* 10. *q.* 6. *punct.* 2. Valer. Reginald. *d. lib.* 31. *n.* 199. Ægid. *d. disp.* 34. *dub.* 10. *n.* 105. Sanch. *d. lib.* 2. *disp.* 41. *n.* 46. quicquid dicant Rebell. *de oblig. iustit. p.* 2. *lib.* 2. *q.* 16. *sect.* 2. *n.* 11. Gutier. *de matrim. c.* 49. *n.* 28. Si verò suboriatur scrupulus ex leuibus indiciis de validitate Matrimonij inter vtrumque coningem post illud ab iisdem bona fide contractum, poterit vterque ad inuicem petere, & reddere, ex resolutis per Henriq. *lib.* 11. *c.* 15. *n.* 13. Sanch. *d. disp.* 41. *n.* 42. Ægid. *d. disp.* 34. *dub.* 10. *n.* 10. Gutier. *d. c.* 49. *n.* 23. Bonac. *d. punct.* 4. *n.* 2.

Cap. Contingit. *ij.* XLV.

1 CLerici qui non gestant Tonsuram, vel habitum clericalem, & tractant negotia sæcularia, non amittunt priuilegium clericale, nisi sint ter admoniti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mar. Soc. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 294. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 767. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Auil. *de censur. p.* 2. *c.* 5. *disp.* 2. *dub.* 13. *casu* 4. Bonac. *in simili tract. disp.* 2. *q.* 4. *punct.* 4. *n.* 6. Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effectu* 9. *num.* 126. Layman. *in Theolog. moral. lib.* 2. *tract.* 5. *p.* 2. *c.* 5. *n.* 4. *vers.* 4. Alia de materia huius text. & an hodie requiratur trina monitio vt Clericus in minoribus amittat priuilegium fori, vide quæ dixi *ad cap. in audientia* 25. *sup. hoc tit.*

3 *Priuilegium meretur amittere*, &c.] De hoc priuilegio dixi *in cap. tuarum, n.* 25. *sup. de priuilegiis.*

4 *Frustrà legis auxilium inuocat*, &c. de hoc principio multos citaui DD. *ad capit. bonæ* 23. *supra de electione.*

5 *Si se ipsos contempserint emendare.*] Notatur ad hoc, quòd vt sit locus declaratoriæ, necessariò exigitur contumacia, vel inobedientia, vt per Oldrad. *con.* 227. *in princip.* Cassad. *decis.* 12. *n.* 2. *de rescript. & decis.* 5. *n.* 7. *de constit.* & fuit resolutum *in Calaguritana præeminentiarum* 29. *Nouembris* 1596. coram bonæ mem. Penia, *& in Meleuitana præsenti iuris votandi* 10. Martij 1617. coram Cardin. Sacrato, *& in Toletana admissionis* 2. *Decembr.* 1619. coram bonæ mem. Vbaldo, *& in Leo-Tarbos. Collect. Tom. III. dien. Canonicatus S. Pauli* 8. *Aprilis* 1622. coram R. P. D. Merlino.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicati à denuntiatione repellitur qui non præmonuit, & ei communicauit.*
2 *Excommunicationis exceptio in qualibet parte litis opponi potest, etiam post conclusum in causa.*
3 *Excommunicatum repellere debet iudex ex officio suo, etsi reus nihil dicat, si sit publicè denuntiatus.*

Cap. In præsentia. XLVI.

EXcommunicationem obiicere non potest, qui non 1
præmonuit, nec imposuit, imò cum eo in mensa, vel in Diuinis communicauit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. Andr. Host. Butr. Anchar. Felin. Panorm. Mar. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 294. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 767. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 4. *Decret. lib.* 5. *tit.* 15. *cap.* 2.

In gloss. *Irritandum*, ibi, *exceptio excommunicationis* 2
in qualibet parte litis opponi potest. Ita Ordinatio Regia Lusitanorum *lib.* 3. *tit.* 49. §. 2. *in fine*, Soar. de Pace *in tom.* 1. *p.* 1. *tempore* 5. *num.* 59. Peregr. *de iure fisci, lib.* 3. *tit.* 11. *n.* 14. Muscatel. *in praxi aurea crimin. p.* 3. gloss. *Similes, n.* 2. etiam post conclusum in causa, Surd. *de alim. tit.* 8. *priuil.* 83. *n.* 4. Amat. Roder. *in sua pract. c.* 5. *num.* 72.

In ead. gloss. ibi, *& iudex ex officio suo, etsi reus nihil* 3
dicat, repellere debet excommunicatum. Ita etiam disponit Ordinatio Regia Lusitan. *d. tit.* 29. §. 4. *propè finem*, & resoluunt Peregr. *d. tit.* 11. *n.* 16. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 22. *n.* 36. intellige de publico excommunicato, nam dum non est publicatus, & denuntiatus à iudice, hodie vitandus non est, iuxta *Extrauagan. Ad euitanda Martini V. Summi Pontif.* de qua multa tradunt Perez *l.* 1. *vers. hodie tamen, tit.* 5. *lib.* 8. *Ordin. pag.* 177. Gutier. *Canonic. lib.* 1. *c.* 1. Zerol. *in praxi Episc. p.* 1. *verbo excommunicatio*, §. 3. Soar. de Pace *d. temp.* 5. *a n.* 70. Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 2. *q.* 61. *art.* 2. Azor. *institut. moral. p.* 1. *lib.* ...*c.* 13. Paul. Comitol. *respons. moral. lib.* 1. *q.* 57. *n.* 12. *& lib.* 6. *q.* 35. Sanch. *in præcepta Decal. lib.* 2. *c.* 9 *n.* 5. Cened. *ad Decretum collect.* 19. *n.* 2. *& ad Decret. collect.* 42. *num.* 7. Bonac. *de censur. disp.* 2. *q.* 2. *puncto* 1. §. 1. *n.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus est dolosè permittens Clericum percuti ex quo prohibere potuit, & non prohibuit, intellige vt ibi*, & n. 2.
3 *Agentes, & consentientes pari pœna puniuntur.*
4 *Delicto committendo obuiare tenetur quis, si commodè potest absque proprio periculo.*

Cap. Quantæ. XLVII.

EXcommunicatus est dolosè permittens Clericum 1
percuti, ex quo prohibere poterat, & non prohibuit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mar. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 295. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 767. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 4. *Decret. l.* 5. *tit.* 15. *c.* 3.

2 Hanc eandem conclusionem ex hoc text. desumunt Caiet. *verbo excommunicatio* 10. Soar. *tom. de cens. 22. sect. 1. n. 38.* Ludou. Beja *p. 1. casuum conscientiæ casu 60.* Sayr. *in claui Regia, lib. 10. tract. 2. c. 14 n. 2. & de censur. lib. 3. c. 26. n. 24.* Baptista Costa *de retr. tract. c. 2. num. 8.* Carol. de Grassis *de effectibus clericalib. effectu 9. n. 61. cum seqq.* Alij verò prædictam conclusionem accipiunt eo tantùm casu, quo quis tenetur ex iustitia impedire, non ita tamen quando tenetur ex sola charitate obstare, ex quorum numero sunt Nauar. *in manuali, c. 27. n. 78.* Henriq. *in summa, lib. 14. c. 12.* Molin. *de Iustit. tom. 4. disp. 33. memb. 5. n. 6.* Auil. *de censur. p. 2. c. 5. disp. 3. dub. 3.* quos refert & sequitur Bonac. *de censur. disp. 2. q. 4. punct. 3. n. 5.* quibus adde Paul. Layman. *in Theolog. morali, lib. 1. tract. 5. p. 2. c. 5. n. 6.* sic intelligentes text. *in præsenti*: sed prior opinio verior, & literæ text. magis conformis. Vtrùm, & quando rat. m habens percussionem Clerici incurrat maiorem excommunicationem, vide Soar. *d. sect. 1. num. 55.* Molin. *d. disp. 33. & eod. tom. 4. disp. 52. n. 4.* Sayr. *d. c. 26. num. 52.* Bonac. *d. puncto 3. n. 7.* cum aliis citatis *in collect. ad cap. si quis suadente 17. q. 4. num. 44.* vbi *n. 48.* de præstante auxilium, vel consilium percutienti clericum.

3 *Fauentes, & consentientes*, &c.] Notatur ad hoc, quod agentes & consentientes pari pœna puniuntur, si consentientes cooperentur ad delictum, saltem præstando auctoritatem; vt per Auiles *ad c. 1. Prætor. n 7. fol. 58. verso*, Flores de Mena *variar. lib. 2. quæst. 18. num. 41.* & alios relatos *ad cap. 1. supra de officio delegati.*

4 *Eos delinquentibus fauere*, &c.] Notatur ad hoc, quod tenetur quilibet, si possit absque periculo, & commodè id valeat efficere, delicto committendo obuiare, proximumque ab iniuria defendere, vt per Couar. *in reg. peccatum, p 2. §. 3. n. 4.* Perez *l. 1. gloss. 1. pag. 67. tit. 3. lib. 1. Ordin.* Gutier. *Canon. lib. 2. c. 6. num. 104. cum seqq.* & latè dixi ad *cap. sicut dignum, §. illi etiam sup. de homicidio.* vbi multipliciter explicaui.

5 In gloss. *Interpretans.*] Circa materiam huius gloss. vide facta *in d. §. illi etiam.* Et quatenus dicit pro defensione alterius licitum esse accipere pecuniam, vide Couar. *d. §. 3. n. 4. vers. hic profectò*, Farin. *in praxi crim. p. 5. q. 125. n. 275.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Monitio & citatio præmittenda est ad excommunicationem ferendam.*
3 *Excommunicari quis non potest pro peccato præterito, nisi prius moneatur.*
4 *Monitiones præcedentes excommunicationem debent esse tres, vel vnica, quæ tres complectatur.*
5 *Excommunicatio tenet, licèt in ea ordo iudiciarius non seruetur.*
6 *Excommunicari absque monitione in quibus casibus quis possit, ostenditur.*
7 *Excommunicationis sententiam non præmissa competenti admonitione in aliquem promulgans, quam pœnam incurrat, ostenditur.*
8 *Absolutio datur absque partis citatione vbi periculum est in mora.*
9 *Excommunicans, vel suspendens aliquem iniustè, tenetur ei resarcire damnum, & interesse.*
10 *Excommunicatus iniustè potest iurisdictionem Ecclesiasticam vbique exercere.*

CAP. Sacro. XLVIII.

PRælatus excommunicare non potest nisi præmissa competenti monitione coram personis idoneis per quos si necesse fuerit, possit monitio probari; verò contra præsumpserit, ingressus Ecclesiæ prohibitus mensem vnum ei interdici debet, etiamsi excommunicatio sit iusta, & aliis pœnis erit mulctandus, si non expedire iudicabitur. De excommunicante sine manifesta, & rationabili causa, & requisito humiliter non curante absque grauamine processum reatus, potest gratus conqueri apud superiorem, qui si non est periculum in mora, illum remittere debet cum suo mandato ad executorem ab eo absoluendum in certum terminum competentem, alioquin ipse poterit se, vel per alium absoluat recepta cautione sufficienti. Quando verò contra exequutorem constat de excommunicatione iniusta, excommunicator condemnatus debet ad interesse excommunicato, & arbitrio superioris puniri pro qualitate culpæ, quia est grauis culpa excommunicare insontem, nisi error ex causa probabili, maximè si sit bonæ opinionis. Si conquerens nihil rationabile probet contra sententiam excommunicationis, debet & ipse ad interesse condemnari, & arbitrio superioris puniri, nisi probabilis error ipsum excusset, & compelli per cautionem receptam satisfacere id, pro quo fuit excommunicatus, vel reduci in executionem donec satisfecerit. Denique si excommunicator cognoscens iniustam esse paratus reuocare sententiam, & excommunicatus appellat, non est audiendus, nisi error fuerit, quo meritò dubitatur, & tunc absoluat acceptatione quòd coram iudice appellationis, vel eius delegato parebit iuri, & sic non subiacebit pœnæ scriptæ, & caueat ne mentiatur malitiosè in præiudicium alterius. Colligunt ex Ordin. Abbatis Ant. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Ancha. Panorm. Felin. Mari. Socin. Vinian. *in ratione iuris Pontif. pag. 295.* Alagona *in compend. iur. Canon. pag. 768.* remissiuè Calal. *in summ. & Clemen. in concord. part. 1. & 2. deliuitur ex Concil.* generali Lateranen. sub Innoc... *cap. 17.* referun. ab Anton. August. *collect. 4. Decretal. lib. 5. tit. 14. cap. 5.*

Nisi competenti admonitione præmissa.] Notatur ad hoc quòd præmittenda est monitio, & citatio ad excommunicationem ferendam, vt per Couar. *in Clem. alma mater, p. 1. §. 9. n. 4.* Nauar. *in manuali, c. 27. n. 1. & cons. 4. sub hoc tit. n. 1. in antiquis*, Tolet. *in Sum. lib. 1. c. 9.* Gutier. *Canonic. lib. 2. c. 16. à princ.* Vgol. *de sur. tabul. 1. c. 18. à princip.* Soar. *eodem tract. d. sp. 1. sect. à princ.* Auil. *eodem tract. disp. 1. c. 5. dub. 7. cum seqq.* Bellet. *eodem tract. lib. 1. c. 7. n. 14. & c. 12. n. 5.* Bellet. *de sup. clerical. p. 1. tit. de fauore Clericorum Canon. 3. 4. num.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæst. 53. art. 3.* Caudal. *praxi iudicum, verbo excommunicatio, num. 1.* Farinac. *fragment. crimin. p. 1. lit. E, num. 18.* Et excommunicatio pro culpis præteritis non debet ferri nisi præmissis dentibus tribus monitionibus cum suis intervallis, tenent Miranda *in manuali Prælatorum, tom. 2. quæst. art. 3. concl. 3.* Praxis Episcopalis *part. 1. verbo excommunicatio*, non potest enim quis excommunicari pro peccato præterito nisi priùs moneatur, *cap. Romana §. caueant, hoc tit. lib. 6.* Conar. *d. §. 9. n. 1. & 10. & num. 11.* Soar. *tom. 5. disp. 4. sect. 5. à num. 6.* Bellet. *d. §. 4. num. 11.* & huiusmodi conclusio rectè intelligitur quoad pro præteritis culpis lata est excommunicationis sententia, secus si pro futuris, quia tunc nulla est necessaria monitio, vt per Innoc. Ioan. Andr. &

hic, Lap. & alios, quos refert, & sequitur Rendina *in promptuario recept. sentent. tit.* 41. *num.* 11. *tom.* 1.

4 Monitiones autem debent esse tres, vel vnica, quæ tres complectatur, *cap contingit, il.* 2. & *ibi* gloss. *verbo tertiò, sup. hoc tit. text. in præsenti*, Couar. *d.* §. 9. *num.* 5. Henriq. *consil.* 58. *ex n.* 6. Bellet. *d.* §. 4. *n.* 21. vbi aduertit, quòd in prima monitione, siue citatione præfigitur terminus ad quid faciendum, siue ab eo abstinendo: in secunda verò alius terminus ad dicendum, & allegandum causam, quare non debeat excommunicari, seu in excommunicationem comminatam incursus declarari: in tertia denique vt compareat ad videndum, ad audiendum se excommunicari, & successiuè excommunicatum declarari, & pro excommunicato publicè denuntiari, cædulones decerni, & affigi ad loca solita, & consueta ciuitatis, &c. quæ quidem

2 monitiones nunquam præsumuntur ex resolutis per Roder. Soar. *alleg.* 13. *n.* 8. Notandum tamen est, quòd illæ tres monitiones, quæ fieri debent in excommunicatione comminatoria, continere debent congruum tempus per aliquot dierum interuallum, Felin. *hic num.* 1. *vers. nota, & gloss. hic verbo competenti*, Couar. *d.* §. 9. *n.* 5. Granat. *ad Vestr. in pract. Ciuili, lib.* 7. *cap. fin. n.* 29. Sayr. *d. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 32. & 33. Bellet. *d.* §. 4. *n.* 39. vbi etiam cum Hostiens. dicit huiusmodi tempus, seu interuallum inter monitionem & monitionem esse arbitrarium iudici. An autem hæc monitio fieri debeat personaliter, & non ad domum, vide Bellet. *d.*

5 §. 4. *à num.* 44. Farinac. *d. lit. E. n.* 16. Et quamvis monitiones prædictæ omissæ fuissent, ordoque excommunicandi iudiciarius non seruetur, tenet tamen excommunicatio, licèt non sit rectè lata, gloss. *hic verbo iusta*, & Felin. *num.* 3. & Abb. *num.* 9. Couar. *d.* §. 9. *num.* 7. Sayr. *d. cap.* 12. *num.* 26. Gutier. *canon. lib.* 1. *c.* 5. *num.* 4. Gabr. *commun. lib.* 2. *tit. de cit at. concl.* 1. *num.* 155. Rendina *in prompt. tit.* 41. *num.* 5. Bellet. *d. tit. de fauore clericorum Canonis*, §. 41. *n.* 18. quamvis non desint qui contrarium teneant, videlicet Vict. *in summ. de excommun. num.* 6. Soar. *de censuris, disp.* 3. *sect.* 12. *num.* 3. Sot. *in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 1. *art.* 2. *concluf.* 3. quorum opinio probabilis, & in puncto iuris verior est, vt dixi *ad cap.* 26. *de appellat.* vbi latè, & *ibi* dictis adde Mar. Alter. *de censuris, tom.* 1. *de excommun. lib.* 3. *disp.* 3. *c.* 3. 4. & 5.

Sed distinctione opus esse probabilius nunc mihi videtur, nam vel agitur de monitione Canonica, id est, trina, de qua in hoc text. & certissimum est quòd sine illa valent censuræ, quamvis iniustæ sint, vt ex text. *in cap. Romana, vers. sed nec, hoc tit. lib.* 6. notauit *ibi* gloss. *verbo iniusta*, & gloss. *verbo probari possit*, *in præsenti, cum similibus*, quas refert, & communiter receptas testatur Couar. *d.* §. 9. *n.* 7. Vgolin. *de censuris, tab.* 1. *cap.* 18. *n.* 4. Gutier. *canonic. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 4. & *lib.* 2. *c.* 16. *à princip.* Soar. *de censuris, disp.* 3. *sect.* 12. *à princip.* & *n.* 3. A qua tamen generali doctrina excipiuntur aliqui casus, in quibus lex Canonica specialiter decernit nullas esse censuras prolatas sine trina monitione. Primus est quando iudex maiorem excommunicationem profert in participantes cum excommunicato, vt decidit *in cap. statuimus, hoc tit. lib.* 6. explicant Nauar. *in man. c.* 27. *n.* 4. *vers. quintus*, & post Vgolin. Gutier. *d. c.* 4. *n.* 31. Soar. *n.* 4. *dictis locis*. Secundus, quando causa alicni delegato committitur adiecta clausula, vt Canonica monitione præmissa censuras proferat, quamvis enim quando simpliciter causa delegatur, verior sit sententia contra nonnullos, quod censuræ à delegato prolatæ sine trina monitione valeant, vt communis de Ordinariis resoluit, vbi tamen clausula illa adiicitur, censetur superior delegans formam præscribere, qua omissa annullatur sententia, iuxta reg. text. *in cap. cum dilecta, de rescript.* ex quibus cum communi sententia ita resoluit Couar. *num.* 8. & post Nau. Vgolin. *n.* 4. Soar. *n.* 6. *dictis locis*, qui satisfaciunt argumento ex reg. quòd ea, quæ tacitè insunt si exprimantur, nihil operantur, de qua *in l.* 3. *ff. de leg.* 1. *cum similibus*.

Quando verò agitur de vna monitione, vtrùm scilicet valeant censuræ, hoc est, nulla omnino monitione præcedente, tota est controuersia: partem enim affirmatiuam, quòd valeant, tenere videntur Nau. *d. c.* 27. *n.* 11. Vgolin. *d. n.* 4. Pro quibus primò facit doctrina glossarum *in præsenti, & in d. c. Romana*, deinde vrget text. *in c. cum sit Romana*, §. *vlt. de appellat* dum inquit Apostolum Paulum excommunicasse quendam absentem, & irrequisitum. Tandem facit text. difficilis *in cap illud, de clerico excommun.* ibi, *monitione non præmissa*, iuncto fine, vbi clarè probatur excommunicationem sic latam valuisse. Sed contraria sententia verior, & receptior est, vt docent Vict. *in summ.* §. 335. Viuald. *in candelabro aureo*, vbi *de excommunic. n.* 115. & 118. Henriq. *c.* 17. §. 3. Gutier. *d. c.* 16. *n.* 18. Sà *verbo excommunicatio, n.* 7. Soar. *sect.* 12. *num.* 6. *dictis locis*, & efficaci ratione ostenditur, quia censuræ omnes contumaciam requirunt necessariò ex principiis in materia censurarum, quæ sanè non aliter potest apparere, quàm si monitus ab Ecclesia eam non audiat, vt ex dictis constat. Neque contrarium voluit Nauar. intelligitur enim secundùm Viuald. quod loquatur de trina monitione sine qua censuras valere concedimus, patetque ex eod. Nau. *d. n.* 11. benè resoluente nullum esse præceptum iudicis pro exequutione sententiæ inbentis solnere sub excommunicatione ipso facto intra certum terminum, si non adiiciatur clausula iustificatiua, quam vsus Ecclesiæ obseruat, vt intra eundem terminum proponat iustas causas, si quas habuerit contra tale præceptum; quod etiam plenè resoluit idem Nauar. *in cap. cum contingat, causa* 1. *nullit. num.* 4. iunctis resolutis *causa* 5. *n.* 9. Gutier. *canon. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 18.

Non obstat *d. cap. cùm sit Romana*, §. *vlt.* nam omissa responsione Butr. Felin. & aliorum, quos refert Couar. *d.* §. 9. *num.* 6. existimantium peccatum ibi fuisse notorium, ac proinde monitionem necessariam non esse; melius respondetur D. Paulum prius, sæpiusque monuisse Corinthium illum notoriè in fornicatione perseuerantem, quòd S. Thomas colligit ex verbis eiusdem Pauli *ead. epist.* 1. *ad Corinth.* 5. vbi post illa verba: *Ego quidem absens corpore*, &c. *tradere huiusmodi hominem Satanæ*, inferiùs addit, *scripsi vobis in epistola ne commisceamini fornicariis*, & infrà, *nec cibum sumere*, atque ita apertè mentionem facit alterius epistolæ in qua excommunicandum fornicarium illum monebat, quod etiam Vgolin. confirmat ex verbo, *irrequisitum*, quo Pontif. vtitur *in d.* §. *vlt.* quod natura sua repetitionem, seu reiterationem importat. Nec etiam obstat difficilior text. *in d. cap. illud*, respondent enim DD. communiter contumaciam ibi fuisse notoriam; vt per Couar. *d. num.* 6. Ego verò aduertendum duxi excommunicationem ibi latam fuisse non ab Episcopo executore, sed ab ipso Romano Pontif. cum clausula, nisi infra viginti dies, vt ex text. ibi, *Nisi dictus Episcopus infra viginti dies*, &c. eum excommunicatum publicè denuntiaret, quæ clausula, *nisi infra viginti dies*, sufficienter habet monitionem, resoluunt DD. de clausula iustificatiua agentes, atque ideo quamvis pars allegaret defectum monitionis, Pontifex in decisione ad id minimè attendit, sed solùm dubitandi rationem ponit in modo probationis, quod scilicet sententia ad partis notitiam peruenerit per solam famam.

6 Dantur tamen aliqui casus, in quibus excommunicari quis potest absque monitione. Primus est, quando fertur excommunicatio ab Episcopo, non vt iudex, sed vt pars ad defensionem iurium Episcopalium, scilicet contra occupantem res Ecclesiæ, siue turbantem iura Ecclesiæ, ita Felin. *hîc num.6. & in cap. cùm sit Romana, num.16.de appellat.* Innoc. *in cap. venerabili, n.3.& 4.* vbi etiam Abb. *num.3.* & Butr. *de censibus,* Lap. *allegat.73.* Secundus quando fertur excommunicatio contra occultantes iniustè bona, & terras Ecclesiæ Romanæ, Host. & Felin. *in c.cùm olim, de iudic.* Tertius, quando iudex Ecclesiasticus præcipit aliquid, quod ad eius officium pertinet, si non pareatur potest excommunicare absque alia monitione facienda super emendatione criminis commissi, quia verè ille contumax est, satis enim monet iudex eo ipso, quòd iustè aliquid præcipit, vel prohibet, ita Innocent. *in cap. ex parte, num.4. de verborum significat.* Franch. *in d.cap. Romana, §. fin.* Auila *de censuris, part.2. cap.5. disp.1.dub.10.§. ex dictis,* Coriolan. Capuccin. *de casib. reseruat. part.1. sect.1. art.25. num.13.* vbi *n.12.* cum Ludouic. Mirand *in manuali Prælatorum, tom.2.q.35. art.3. conclus.3.* idem dicit de excommunicatione lata à Prælatis per modum præcepti. Quartus quando periculum est in mora, potest quis excommunicari sine monitione, gloss. *verbo temerarius, in cap. cùm medicinalis, hoc tit. lib.6.* Felin. *hîc n.4.* Nauar. *in cap. cùm contingat quinta causa nullitatis, n.1. de rescript.* Quintus quando delictum est commissum in præsentia iudicis, Felin. *hîc num.7. & 8.* Butr. *in cap. ad Apostolica, colum.1. de except.* Sextus quando iudex excommunicat excommunicatum à iure, *cap. reprehensibilis,* & *ibi* Abb. *num.6. & 7. de appellat.* Couar. *d.§.9. num.5. vers. trina verò monitio,* in his enim casibus, quibus generali sententia, seu statuto fertur excommunicatio, sufficiens reperitur monitio cùm lex, statutum, seu sententia semper clamet, & moneat subditos à peccato illo abstinere, *l. Adriani, C. de hæretic.* quo pacto intelligenda est communis DD. resolutio asserens pro furtis occultis per generalem sententiam censuras sine monitione ferri posse, vt docuerunt Innoc. *in præsenti,* & Felin. *num.5.* Nauar. *de causa 5. nullit.* Gabr. *commun. lib.2. sub tit. de citat. conclus.1. n.155.* Vgolin. *d. cap.18. num.2. ad fin.* Qua etiam ratione beneficiarius non soluens pensionem in termino in Bullis præfinito sine alia monitione excommunicationem ipso facto apponi solitam incurrere debuit, quia dies illa monet, & interpellat, *cap. potuit, in fine, de locato,* quamvis stylus Curiæ obseruet, vt non censeatur incursa, nisi pensionarius declarauerit, vt testatur Cassad. *decis.1. num.3. de locato,* Nauarr. *in man. cap.23. n.104. & cap.27. num.15.* Salzed. *ad Bernard. in pract. cap.33. lit. R, vers. erit similiter.* Ex dictis etiam facilè intelligitur difficilis text. *in d. cap. reprehensibilis,* ibi *nisi fortè,* &c. vt scilicet intelligat de censuris à Canone ipso iure prolatis, in quibus specialis monitio necessaria non est, sed sufficit illa generalis, dum lex semper clamat, & monet, vt optimè interpretatur Couarr. *d. num.5. vers. trina,* Vgolin. *d.cap.18. num... vers.3.* quicquid anxiè in illius interpretatione laboret Soar. *tom.5. disp.3. sect.10. à num.13.* Septimus, quando Prælatus Regularis excommunicat subditum suum, quia illum corrigens non procedit vt iudex formaliter, Felin. *hic num.7. vers. quintò fallit,* & Lap. *d. allegat.73.* Et aliqua circa hanc materiam habes *ad c.26. de appellat.*

7 *Ingressum Ecclesiæ per mensem,* &c.] Notatur ad hoc, quòd præsumens sententiam excommunicationis promulgare in aliquem, nisi competenti admonitione præmissa, & præsentibus personis idoneis, per quas si necesse fuerit probari possit monitio, etiam iusta fuerit excommunicationis sententia, interdicti & ingressus Ecclesiæ per mensem vnum præmanet incurrit, vt per Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.32. tract.3. n.68. vers. secundò,* vbi etiam adnotat verbum, *præsumpserit,* de quo *in præsenti,* indicare quid ad hoc incurrendum requiratur vt iudex ex eius scientia, directáque voluntate agat.

Qui si absque periculo moræ, &c.] Notatur ad hoc, quòd vbi periculum est in mora, absolutio datur absque partis citatione, ita gloss. *verbo non relaxes, vers. nisi periculum, in c.3. de officio Ordinary,* Franch. *in cap. qua fronte 25. de appellat. sub n.31. vers. & hoc nisi periculum,* vbi etiam Butr. *sub n.11.* Imola *n.9.* ac alij quos refert, & sequitur Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib.4. c.7. n.5.*

Cumque aduersus excommunicatorem, &c.] Notatur ad hoc, quòd excommunicans, vel suspendens alium quem iniustè, tenetur ei resarcire damnum, & interesse, vt per Perez *tit.5. lib.8. Ordin. pag.181.* Farinac. *d. lit. E. à n.42.* Sayr. *d. lib.1. c.18. num.16.* Monet. *de distribut. quotid. part.2. quæst.15. num.45.* vbi intelligit de expensis litis, & aliis similibus: vel etiam de fructibus, & distributionibus quotidianis, duplex enim actio competere poterit huic iniustè excommunicato, altera contra excommunicantem, & suspendentem iniustè, altera verò contra eos, qui reddita iniustè, iusmodi perceperunt, neque enim nouum plures actiones pro eadem re contra plures personas simul competere posse, vt constat ex *l. etiam, & l. fin. C. tutor & cur. d.3. ff. eod.* latè Anton. Ricciul. *d. lib.4. c.10. num.33.*

SVMMARIVM.

1 *Hæretici, & quicunque violatores Ecclesiasticæ libertatis excommunicantur.*

2 *Excommunicationem incurrunt qui seruari fecerint statuta edita, & consuetudines introductas contra Ecclesiæ libertatem.*

3 *Statutum, quòd exceptio excommunicationis opponi non possit, inualidum est.*

4 *Statuta vel consuetudines facientes seruari contra libertatem Ecclesiasticam sunt excommunicati.*

CAP. Nouerit. XLIX.

Honor. III.

HÆretici omnes vtriusque sexus, fautores & receptatores, & defensores eorum excommunicantur, item & ij, qui faciunt seruari statuta edita, & consuetudines introductæ contra libertatem Ecclesiæ, necnon & statutarij, & scriptores statutorum, Potestates, Consules, & Rectores, Consiliarij locorum, vbi huiusmodi statuta, & consuetudines editæ fuerint, vel seruatæ, & ij, qui secundùm illa præsumpserint iudicare, vel in publicam formam scribere instrumenta. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collecata. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collecata. Zabarel. Ioan. Andr. Casal. *in summ.* Host. Butr. Antoch. Felin. Mari. Socin. Vivian. *in ration. lib.5. iuris Pont. pag.296.* Alagona *in compend iuris Canon. pag.* [illegible] missinè Ximen. *in concord. p.1. & 2.*

Necnon & qui de cætero, &c.] Excommunicatur omnes hic, qui de cætero seruari fecerint statuta edita, & consuetudines introductas contra Ecclesiæ libertatem, de qua excommunicatione latè Mat. Alber-

de cens. tom. 1. lib. 5. disp. 16. c. 4. vbi aliquas quæstiones ad materiam huius text. resoluit, & ostendit in quo differat excommunicatio lata in hoc text. ab excommunicatione Bullæ in Cœna Domini.

3 *Contra Ecclesiæ libertatem*, &c.] Notatur ad hoc, quòd non valet statutum, quòd exceptio excommunicationis opponi non possit, quia esset contra libertatem Ecclesiasticam, vt per Rebuff. *in tract. except. n.* 208. Quare minus piè exceptio excommunicationis non admittitur apud illos, de quibus Couar. *lib. 1. var. c. 18. n. 5.* Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 1. glos. 9. n. fin.* Rebuff. *vbi proximè, n. 207. & in declarat. arboris, n. 5. & de reprobat. testium, n. 202.* Azeued. *l. 2. n. 8. tit. 8. lib. 4. nouæ recop.*

4 *Vel seruat.*] Notatur ad hoc, quòd facientes seruari statuta, vel consuetudines contra Ecclesiasticam libertatem sunt excommunicati, vt per Nauar. *in manuali, c. 27. n. 118.* Clar. *in §. fin. q. 77. n. 28.*

SVMMARIVM.

1 *Fratres Hospitalis Hierosolymitani excommunicati pro iniectione manuum in clericum absolui possunt per eorum Priorem, nisi excessus fuerit difficilis, & enormis.*

2 *Regulares sese percutientes per eorum Prælatos absolui possunt, nisi excessus extiterit enormis.*

3 *Magister, & Fratres Hierosolymitani, si sint Sacerdotes, possunt suos subditos sese percutientes absoluere.*

4 *Absolutio ab Excommunicatione quoad forum iudiciale dari potest ab illo, qui iurisdictionem habet, licèt presbyter non sit.*

5 *Statuaria depositio, seu lex muncipalis loquens in vxore, habet locum in sponsa.*

Cap. Canonicas. L. *Honor. III.*

1 FRatres Hospitalis Hierosolymitani si se inuicem percusserint, & excessus non sit difficilis, & enormis, non sunt mittendi Romam, sed eorum Prior, qui solet esse Presbyter, eos absoluere potest. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Felin. Mar. Soc. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif pag.* 297. Alagona *in compend. iuris Canon pag.* 769. remissiuè Ximen. *in concord. p. 2.*

2 Probat hic text. Regulares sese percutientes per eorum Prælatos absolui posse, nisi excessus extiterit enormis, vt per Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore clericorum Canonis, §. 3. n. 3.*

3 *Nos ergo ad vos.* &c.] Notatur ad hoc, quòd Magister, & fratres Hierosolymitani, si sunt Sacerdotes, possunt suos subditos sese percutientes absoluere, vt per Syluest. *in summa, verbo absolutio 4. n. 3.* Bellet. *d. §. 3. n. 6.*

4 *Præsbyter esse debet.*] Intelligitur de absolutione quoad forum pœnitentiale, vt per Couarr. *in cap. alma mater, p. 1. §. 11. n. 10.* nam quoad forum iudiciale dari potest absolutio ab excommunicatione ab illo, qui iurisdictionem habet, licèt Presbyter non sit, quia excommunicatio est iurisdictionis, Abb. *in cap. ab excommunicato, n. 16. de rescript.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de fauore clericorum Canonis, §. 4. n. 54.*

5 In glos. *Duximus*, ibi, *intelligendum est de sponsa.* Notatur ad hoc, quòd dispositio statutaria, seu lex municipalis loquens in vxore habet quoque locum in sponsa, vt per Tiraq. *de iure mariti, glos. 2. n. 1.* Cald. Pereira *in l. si curatorem, verbo læsis, n. 127. vers. ex quo eleganter.*

Cap. Super eo. LI.

MOnachi nonnulli Græci excommunicati ob per 1
cussionem clericorum, qui non poterant induci ad iurandum secundùm formam *c. ex tenore, eod.* possunt pro illa vice absolui cum sola promissione manuali, quia aliquando consideratis circunstantiis locorum, & qualitatibus temporum aliquid detrahendum est seueritati. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Mari. Socin. Vinian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 297. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 770. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.*

SVMMARIVM.

1 *Absolui quis potest ad cautelam, præstita cautione, de parendo mandatis Ecclesiæ, vbi dubitatur de viribus sententiæ*, & n. 2.

3 *Archiepiscopus potest Episcopum suspendere, interdicere, & excommunicare.*

Cap. Venerabili. LII.

EPiscopus quando fert sententiam, v. g. suspensio- 1
nis contra aliquem, Papa solet illam relaxare ad cautelam, præstito iuramento per ipsum condemnatum quòd parebit mandatis Episcopi, quando Episcopo constabit de causa culpabili, ob quam est lata sententia. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Host. Butr. Anch. Panorm. Felin. Mari. Socin. Vinian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 297. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 770. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1.*

Probat hic text. vbi dubitatur de viribus sententiæ, 2
posse quem absolui ad cautelam præstita cautione de parendo mandatis Ecclesiæ, vide Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existent. lib. 4. c. 67. n. 55.* vbi etiam dicit huiusmodi cautione præstita litigandum esse super veritate rei, & si fuerit repertus culpabilis, compelletur satisfacere, aliàs absoluetur in totum.

In præfatum Episcopum ab eodem Archiepiscopo, &c.] 3
Notatur ad hoc, quòd Archiepiscopus potest Episcopum suspendere, interdicere, & excommunicare, vt per Dec. *in c. 1. de iudic. n. 29. in 2. lect.* Lancel. Conrad. *in templo omnium iudicum, lib. 2. c. 4. sub n.* 18. Bottæ. *in synodo, p. 1. num.* 45. *cum seqq.* Stephan. Quarantam *in summa Bullarij, verbo Archiepiscopi auctoritas, num.* 8.

SVMMARIVM.

1 *Officiales laicorum in quibus sunt statuta contra libertatem Ecclesiasticam excommunicantur, nisi &c.*

2 *Consuetudo, quæ est contra libertatem Ecclesiæ, vel eidem onerosa, non valet.*

3 *Consuetudini vti reprobæ quando derogatur, censetur quoque consuetudini futuræ derogatum.*

Cap. Grauem. LIII.

COnsiliarij, & officiales ciuitatis si non delent 1
de libris suis statuta contra libertatem Ecclesiasticam, & futurum non cauent, excommunicandi

sunt, & statuarij si habeant feuda Ecclesiastica, illis priuari debent. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mar. Soc. Viu. *in ration. lib. 5 iuris Pontif. pag.* 298. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 770. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

2 *Ecclesiasticæ libertatis*, &c.] Notatur ad hoc, quòd consuetudo quæ est contra libertatem Ecclesiasticam, vel eidem onerosa, non valet, ita Duen. *reg.* 143. Bero. *consil.* 31. *n.* 12. *vers. præterea, & n.* 17. *vol.* 1. Ioan. Lup. *in tract. de libertate Ecclesiast. q.* 6. *n.* 4. & 5. Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de exempt. cleric. ab oneribus publicis*, §. 1. *n.* 10. & iterum *tit. de fauore clericorum personali*, §. 3. *n.* 23. aduertit *ibi* post Conar. *lib.* 3. *var. c.* 13. *concl.* 4. &

3 Azor. *instit. moral. p.* 1. *lib.* 5. *c.* 18. *in fine*, quòd quando etiam simpliciter à lege derogatur consuetudini vti reprobæ, & malæ, censetur quoque consuetudini futuræ derogatum.

4 In gloss. *Priuatos*, ibi, *ipso iure*, &c. Vide Tiraquel. *in l. si vnquam, verbo reuertatur, n.* 33. *C. de reuocandis donat.*

SVMMARIVM.

1 *Communicare cum excommunicatis licitum est in iis quæ ad eorum correctionem, absolutionem, & salutem animarum pertinent*, & n. 2.
3 *Prædicator accipere potest necessaria ad sustentationem vitæ, & studiorum suorum.*
4 *Ecclesiæ ministri non debent accipere etiam datum in eleemosynam ab excommunicato.*
5 *Clericum percutiens zelo bono, scilicet correctionis causa, excommunicationem non incurrit.*
6 *Pater absque incursu excommunicationis potest filium Clericum verberibus afficere.*
7 *Clerici seniores ex officio quod habent in Ecclesia, possunt cum moderamine corrigere, & verberare Clericos in minoribus Ordinibus constitutos in Ecclesia officium turbantes.*
8 *Magister, vel Prælatus potest corrigere Clericum causa correctionis sine periculo excommunicationis.*

Cap. Cum voluntate. LIV.

Gregor. IX.

1 ALloquens cum excommunicato de pertinentibus ad absolutionem, vel ad salutem animæ, licèt interponat alia verba incidenter, vt apud eum magis proficiat, non fit excommunicatus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mari. Socin. Vinian. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 298. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 770. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2.

2 Probat hic text. licitum esse communicare cum excommunicatis in his, quæ ad eorum correctionem, absolutionem, & salutem animarum pertinent, vt per Conar. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 1. *in fine.* Nauar. *in manuali, c.* 10. *n.* 3. Ant. Ricc. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existent. lib.* 4. *c.* 55. *n.* 1. Mar. Alter. *de censuris, tom.* 1. *de excomm. lib.* 1. *disp.* 9. *c.* 1. *vers. excommunicatus.*

§. Prædicatores.

Prædicatores qui penes excommunicatos, vel detentores rerum alienarum prædicant, vel audiunt Confessiones, licitè possunt eleemosynas ab illis expendere, præsertim si aliàs non valeant se sustentare in illo loco, quia quasi gerunt curam, vel causam illorum dominorum. Colligunt Doctores *in prime. sext. citati.*

Præsertim cum aliàs non valeant, &c.] Notatur ad hoc, quòd Concionator accipere potest necessaria ad sustentationem vitæ, imò & studiorum suorum, & consuetudo habeat, vt per Soar. *tom.* 1. *de Religione, l.* 4. *de simonia, c.* 18. *n.* 23. Valer. Reginald. *in præsens pœnit. lib.* 23. *n.* 216.

Eleemosynas licitè, &c.] Ergo Ecclesiæ ministri non debent accipere etiam datum in eleemosynam ab excommunicato, quia in præsenti hoc tanquam principium conceditur Prædicatoribus, vt aduertit Valer. Reginald. *in d. praxi fori pœnit. lib.* 32. *n.* 14. quod bene explicat Mar. Alter. *de censuris, tom.* 1. *de excomm. lib.* 1. *disp.* 12. *c.* 4. *vers. probatur secundò.*

§. Si qui.

Probat hic §. percutientem Clericum zelo bono, scilicet correctionis causa, excommunicationem non incurrere, vt per Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effectu* 9. *n.* 224. Bellet. *disquisit. clerical. p.* 1. *tit. de fauore clericorum Canonis*, §. 2. *n.* 3. vbi intelligit, dummodo correctio sit moderata, aliàs secus. Vnde patrem absque incursu excommunicationis posse filium Clericum verberibus afficere, tenent Menoch. *de præsumpt. lib. præsumpt.* 14. *n.* 6. Azor. *instit. moral. p.* 2. *lib.* 12. *c.* 21. &. Aloys. Ricc *in praxi aurea resol.* 453. *n.* 4. Bellet. *d.* §. *n.* 5. vbi secus tenetur quando filius est Clericus ille. Vide tamen quæ dixi *in collect. ad cap. si quis iudente* 17. *q.* 4. *n.* 67. *&* 68. Sic etiam sine periculo excommunicationis Clericos seniores ex officio, quod habent in Ecclesia, posse cum moderamine corrigere Clericos in minoribus Ordinibus constitutos in Ecclesia officium turbantes, & illos verberare & expellere, tenent *hic* gloss. *verbo in minoribus Ordinibus*, & Host. *n.* 7. *&* 8. Bart. *in tract. de carcer. n.* 22. quos refert Bellet. *d.* §. 2. *n.* 4. Carol. de Grassis *d. effectu* 9. *n.* 21. Sic etiam Magistrum, vel Prælatum posse percutere Clericum etiam in sacris constitutum causa correctionis sine periculo excommunicationis, tenent Malcard. *de probat. conclus.* 996. *n.* 19. Bellet. *d.* §. *n.* 7. nam Abbas Monachum suum corrigere potest, & debet, vt per Menoch. *de arbitr. casu* 364. *n.* 11. *&* 12.

In gloss. *Causam*, in fin. ibi, *& est argumentum quod ille, qui gerit*, &c. ita explicat Bobadil. *in sua politica, lib.* 1. *c.* 12. *n.* 56.

SVMMARIVM.

1 *Communicans excommunicato in crimine damnato incidit in excommunicationem maiorem.*
2 *Clericus carnaliter cognoscens mulierem excommunicatam propter suum concubinatum, vel alterius Clerici, aut Laici, dicitur in crimine communicare, ac proinde maiori ligatur excommunicatione.*
3 *Communicans cum excommunicato maiori excommunicatione in crimine, propter quod fuit excommunicatus, maiorem incurrit excommunicationem.*

Cap. Si concubinæ. LV.

COmmunicantes cum criminosis in eodem crimine incidunt in eandem sententiam criminoforum, v. g. concubinæ Clericorum fuerunt excommunicatæ, quia non recesserunt à Clericis concubitum communicatæ, quia non recesserunt à Clericis concubinariis, qui accedunt ad ipsas, sunt quoque excommunicati

municati, quia participant criminosis in crimine. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Felin. Marian. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 300. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 771. remissiuè Ximen. *in concord p.* 1. & 2.

2 Collige ex text. clericum carnaliter cognoscentem mulierem excommunicatam propter suum concubinatum, vel alterius clerici, dici in crimine communicare, ac proinde maiori ligari excommunicatione, vt per Iul. Lauor. *de Iubilæo, & Indulgent, part. 2. c. 21. num.* 14. & 15. Anton. Ricciul. *de iure person. extra gremium Ecclesiæ existen. lib. 4. cap. 45. num. 6.* vbi *n.* 8. resoluit clericum si rem habeat cum muliere excommunicata propter concubinatum laici dici communicare in crimine criminoso, ex ea ratione, quia in materia honestatis dispositio loquens de laicis comprehendit etiam clericos, *cap. cum ab omni specie, de*
3 *vita, & honestate clericorum*; tum etiam quia in hac materia excommunicatio nititur in causa, nempe in fornicaria coniunctione, quæ operatur, vt extendatur de persona ad personam, gloss. *in præsenti*, ibique Butr. *n.* 5. Quòd verè communicans cum excommunicato maiori excommunicatione, vtcunque contingat communicatio, si ea sit in crimine, propter quod alter fuit excommunicatus, maiori ligatur excommunicatione, tenent Couarr. *in cap. alma mater, p.* 1. §. 3. *n.* 5. Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 32. & *n.* 112. Henriq. *in summa lib.* 13. *c.* 9. *in comm. lit. D*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnitent. lib.* 32. *num.* 96. qui aduertunt ad talem excommunicationem incurrendam requiri primò, vt quis in crimine participet post ipsam commissio, ac post incursam propter ipsum excommunicationem, secundò, vt participet post denuntiationem nominatim factam eius, qui illam incurrit, tertio, vt scienter participet, seu vt sciat factam esse denuntiationem.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus minori excommunicatione potest excommunicatum absoluere.*

2 *Absoluere à censuris, & peccatis, & actus iurisdictionis exercere potest minori obstrictus excommunicatione.*

3 *Sententia excommunicationis lata à iudice, qui sit nominatim excommunicatus, & publicè denuntiatus ad præscriptum Concil. Constantiens. est nulla.*

Cap. Duobus. LVI.

1 DVobus collata potestas vt à minore excommunicatione, si in ipsam inciderunt inuicem se absoluant, vtroque ligato vinculo excommunicationis huiusmodi non expirat. Explicant Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Felin. Mari. Socin. Vivian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 300. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 771. remissiue Ximen. *in concord. p.* 2.

2 Collige ex text. obstrictum minoris excommunicationis vinculo posse alios absoluere à censuris & peccatis, & actus iurisdictionis exercere, vt per Vgolin. *de censur. tab. 3. cap* 12. Sayr. *eod. tract. lib.* 2. *c.* 23. *n.* 14 quos refert, & sequitur Bonac. *eod. tract. disp.* 2. *q.* 3.
3 *n.* 11. Sententiam verò excommunicationis latam à iudice, qui sit nominatim excommunicatus, & publicè denuntiatus ad præscriptum Concilij Constantiensis, vel sit publicus clerici percussor, esse nullam, & inualidam tenent D. Thom. *in* 4. *dist.* 18. *q.* 2. *art.* 2. Syluest. *verbo excommunicatio* 2. §. 1. *casu* 2. Couar. *in cap. alma mater. p.* 1. §. 11. *n.* 4. vide citatos *ad cap. vltim. d. n.* 3. *de ordinatis ab Episcopo*, latè Mar. Alter. *de censur. tom.* 1. *de excommun. lib.* 3. *disp.* 7. *c.* 4. statim in principio, vbi *col.* 2. *in versic. sed tota*, disputat quando Prælatus est occultè excommunicatus, vel si sit publicè excommunicatus, & denuntiatus in alia ciuitate, tamen vbi fungitur officio ignoratur communiter excommunicatio, ac tunc temporis si ferat excommunicationis sententiam in aliquem, talis excommunicatio sit valida?

SVMMARIVM.

1 *Interdicti tempore licitum est singulis hebdomadis Missarum solemnia celebrare causa renouandi corpus Domini nostri IESV-CHRISTI pro infirmis, si tamen necessitas vrgeat, non semel, sed pluries in hebdomada*, & n. 2.

3 *Concessio huius text. in quo differat à concessione*, cap. alma mater, §. adiicimus, hoc tit. lib. 6. *ostenditur.*

Cap. Permittimus. LVII.

MInistris Ecclesiæ licet interdicti tempore semel 1
in hebdomada solemnia Missarum celebrare causa conficiendi corpus Christi, quod datur morientibus in pœnitentia, non pulsatis campanis, submissa voce, ianuis clausis, exclusis interdictis, & excommunicatis. Collignt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Felin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 300. Alagon. *in compend. iuris Canon. pag.* 771. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1.

Collige ex text licitum esse singulis hebdomadis 2
interdicti tempore Missarum solemnia celebrare causa conficiendi, seu renouandi corpus Domini nostri Iesv-Christi, pro infirmis, imò ex hac ratione necessitatis pro infirmis, si ea vigeat, non semel, sed pluries in hebdomada licitum est Eucharistiam conficere, vt post Sylvest. notant Nauar. *in man. cap.* 27. *num.* 173. Henriq. *in summ. lib.* 15. *cap.* 44. §. 3. Auil. *de censur. p.* 5. *disp.* 4. *sect.* 2. *dub.* 1. *concl.* 3. Sayr. *eod. tract. lib.* 5. *c.* 5. *n.* 6. benè aduertens errare gloss. *in præsenti*, dum scribit 3
prædictam huius text. decisionem hodie in nihilo seruire post decisionem text. *in cap. alma mater, §. adiicimus, hoc tit. lib.* 6. quod concedit vt singulis diebus liceat celebrare cum moderamine, de quo *ibi*; sed non aduertit gloss. concessionem *d. vers. adiicimus*, procedere solùm, quando locus generaliter interdicitur, vt *ibi* notauit *gloss.* communiter recepta *verbo Ecclesiis*: at verò text. *in præsenti*, procedit etiam in Ecclesia specialiter interdicta, vt bene, & melius contra gloss. *hic* notant Nauar. Henriq. & alij *citatis locis*. Notabis tamen concessionem, de qua hic, solum fieri Ecclesiæ ministris, & consequenter alios extraneos Clericos, etiam de proprij Parochi licentia ibi ad Missam celebrandam admittendos non esse: insuper solùm fieri pro Ecclesiis, in quibus Eucharistia in sacrario pro infirmis solet seruari, vt bene resoluit Sayr. *d. cap. 5. num.* 8. & 9. contra Henriq. quem minimè contrarium asserere existimo, nam quando Parochus facit per Vicarium, vt Henriq. loquitur, Vicarius ille de numero Ecclesiæ censendus est. Quæ omnia ex prædicta necessitatis ratione similiter procedere in cessatione à diuinis latè

explicat Soar. *tom. 5. de censur. disp. 39. sect. 2. à num. 19.* Deinde per *d. §. adiicimus*, tempore interdicti generalis loci concessum est, vt singulis diebus in Ecclesiis, & Monasteriis Missæ celebrentur, atque etiam alia diuina Officia, sicut prius, submissa tamen voce, ianuis clausis, campanis non pulsatis, excommunicatis, & interdictis exclusis. Conceditur postea *in vers. in festiuitatibus*, quod in natali Domini, Paschate, Pentecoste, & Assumptione Beatissimæ Virginis pulsentur campanæ, & ianuis apertis alta voce diuina Officia solemniter celebrentur, excommunicatis prorsus exclusis, sed interdictis admissis, in quibus omnibus explicandis, vide Nauar. *d. c. 27. n. 173. cum seqq.* Couar. *in d. cap. alma mater, p. 2. §. 4.* Henriq. *d. lib. 13. c. 46.* Vgolin. *de censur. tab. 5. c. 8. §. 1. cum seqq.* Sayr. *d. c. 5. à n. 18.* Anil. *disp. 4. sect. 2. dub. 2. cum seqq.* Soar. *d. tom. 5. disput. 34. sect. 1. à n. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Clerico quem verberauit satisfaciens non potest propter hoc ab Episcopo absolui, nisi in certis casibus hic expressis.*
2 *Clericos percutientes qui possint ab Episcopo absolui quales sint, ostenditur.*
3 *Impeditus legitimè iudicatur qui nequit se ipsum præsentare superiori.*

CAP. Quamvis. LVIII.

1 MAnus violentas in Clericum iniiciens, licèt satisfaciat pro sua facultate iniuriato, non ideo potest absolui ab Episcopo, sed debet mitti ad Sedem Apost. exceptis his casibus, videlicet imminente periculo mortis, infirmitate, inimicitia, vel inopia, ætate puerili, vel senili, fragilitate sexus, vel alia corporis impotentia, aut quolibet alio Canonico impedimento quo Romam non possit ire; qui verò temporali impedimento laborant, exceptis pueris, solet illis iniungi sub iuramento præstito secundùm formam Ecclesiæ, vt cessante impedimento adeant Sedem Apostol. & humiliter suscipiant mandatum ipsius. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 301.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 772.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Recensentur in præsenti quædam personæ quæ ob violentam manuum iniectionem in Clericos absolui possunt ab Episcopo, de quibus *supra in hoc tit.* variis in locis mentionem feci: in primis de muliere dixi *ad cap. mulieres 6.* de pueris *ad c. 1.* de habentibus capitales inimicitias, aliasve iustas excusationes *ad cap. de cætero 11.* de senibus, valetudinariis, membris destitutis, & pauperibus *ad cap. ea noscitur 13.* & de constitutis in mortis articulo, *ad c. de his 26.* qui si conualescant, ita absoluti de nouo non sunt absoluendi, quia cum fuerint semel, & ritè absoluti, non erunt de eadem re iterum absoluendi, sed solùm in illis casibus vbi ob impedimentum, & causa necessitatis absoluuntur iniuncta pœnitentia, quod si periculum euaserint, accedant ad Sedem Apostolicam, vel ad eum, qui potest illos absoluere, eius mandatum humiliter suscepturi, ita Polyd. Ripa *in tract. de actis in artic. mortis, c. 35. n. 2.* Carol. de Grassis *de effectibus clerical. effectu 9. n. 155.*

3 *Siue quolibet impedimento.*] Notatur ad hoc, quòd legitimè impeditus iudicatur, qui nequit se ipsum præsentare superiori, vt per Sanch. *in præcepta Decal. lib. 2. c. 13. n. 14.* vide aliqua ad *cap. quia diuersitas de concess. prabend.*

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio simpliciter lata intelligitur de maiori, & n. 2.*
3 *Excommunicatus minori excommunicatione priuatur perceptione Sacramentorum.*

CAP. Si quem. LIX.

EXcommunicatio simpliciter lata intelligitur de maiori. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Felin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 772.* remissiuè Ximen. *in concord. part. 1. & 2.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. deliumunt Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 8. n. 5.* Nauar. *in manu. c. 27. n. 1. & in tract. de datis, & prom. not. 4. n. 8.* Henriq. *in summ. lib. 13. c. 2. n. 2.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo excommunicatio, n. 33.* Soar. *tom. 5. de censur. disp. 8. sect. 2.* Bonacin. *eodem tract. disp. 2. quæst. 1. punct. 2. n. 2.* de Sousa *in relectione de censuris Bulla Cœnæ, cap. 3.* Campanil. *in diuersorio iuris Canon. rubr. 11. cap. 1.* Monet. *de distribut. quotidian. part. 2. quæst. 15. num.* Fr. Ludouic. de Miranda *in man. Prælatorum, tom. quæst 35. art. 4. conclus. 1.* Valer. Reginald. *in praxi pœnit. lib. 32. tract. 2. n. 21. versic. at verò*, bene Ricciul. *de iure personarum, lib. 4. cap. 31. num. 14. & 37.*

Quæ à perceptione Sacramentorum, &c.] Notatur hoc, quòd excommunicatus minori excommunicatione priuatur perceptione Sacramentorum, vt per Sanch. *d. tom. 4. disp. 24. sect. 3. n. 3.* Bonac. *d. disp. 2. q. 1. p. 2.* soluentes non solùm ipsum excommunicatum minori excommunicatione peccare mortaliter recipiendo Sacramenta, sed etiam & ministrantem illi graviter peccare, nisi excusetur ratione ignorantiæ, & scandali, vel alterius mali vitandi.

SVMMARIVM.

1 *Pueri qui in Canonem incidunt sententia promulgatæ, siue ante, siue post pubertatem, possunt diœcesanus Episcopis absolui, & n. 2.*
3 *Punitur quis mitius ob fragilitatem ætatis.*
4 *Puer doli capax puniri potest.*

CAP. Pueris. LX. & fin.

PVeri excommunicati ob percussionem, etiamsi post pubertatem postulent absolui, potest Episcopus absoluere, quia rigor est mansuetudine temperandus propter defectum ætatis in qua fuit commissa. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Felin. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 302.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 772.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. deliumunt Sylvest. *verbo absolutio 4. num. 3. vers. 5.* Beller. *disquisit. Canon. verbo* cal. *part. 1. tit. de priuilegio Clericorum Canonici, num. 20.*

Cum propter defectum ætatis, &c.] Notatur ad hoc, 3
quòd mitiùs quis punitur ob fragilitatem ætatis, vt per Duen. *regul.* 259. Tiraquel. *de pœnis temp. causa* 7. Gomez *tom.* 3. *var. c.* 1. *à n.* 62. Clar. §. *fin. q.* 60. *n.* 3. Cald. Pereira *in l. si Curatorem, verbo, vel aduersarij dolo, à n.* 50. Molin. *de iustit. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 36. *n.* 6. Aloys. Ricc. *in collect. decis. p.* 5. *collect.* 1845. *& in praxi rerum fori Ecclesiast. decis.* 600. *n.* 1. *in* 1. *edit.*

In gloss. Ætatis 1. ibi, *doli capacibus.* Notatur ad 4
hoc, quòd puer doli capax puniri potest, vt per Duen. *reg.* 259. *vers. limita tertiò.*

De Verborum significatione.

TIT. XL.

SVPER hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Petrus de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Ioan. de Londris *in breuiario sanctorum Canon. fol.* 184. *verso*, Martin. Mesnart. *in epitome Decret. fol.* 206. *verso*, Goffred. & Host. *in sum. huius tit.* Alex. Cassan. & Anast. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret. sub hoc titulo.*

SVMMARIVM.

1 *Nouale est ager nunc primum præcisus*, & n. 2.

CAP. Innouare. I.

1 NOuale est ager nunc primum præcisus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 330. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 788. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. desumitur ex D. Hieron. *super Ozeam, c.* 10. & sunt verba glossæ interlinearis.

2 Hanc eandem concl. ex hoc text. desumunt Monet. *de decimis, c.* 4. *q.* 3. *n.* 50. vbi infert ad illam quæstionem, an & quando de noualibus soluenda sit decima, de quo suo loco dicemus, & quid sit nouale, vide latiùs *ad cap. quod per nouale* 21. *infra hoc tit.*

SVMMARIVM.

1 *Patris appellatione venit auus.*
2 *Parentum appellatione ascendentes omnes vtriusque sexus continentur.*
3 *Filiorum appellatione continentur nepotes, quando datur eadem ratio.*
4 *Indicia & coniecturæ faciunt plenam probationem in ambiguis statutorum.*

CAP. Nam & Rex. II.

1 PAtris nomine venit auus, & proauus in scriptura. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 330. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 788. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. desumitur ex D. Hieronymo *super Daniel. c.* 5. & refertur ab Ant. August. *collect.* 3. *Decret. lib.* 5. *tit.* 36. *c.* 1.

Quòd patris appellatione veniat auus paternus 2
probatur ex *l. iusta interpretatione* 201. vbi *gloss. verbo auus*, & Rebuff. *col.* 2. *in princip. pag.* 636. *ff. de verbor. signif.* Boër. *decis.* 17. *n.* 7. Ascan. Clem. *de patria potestat. effectu* 1. *n.* 22. Surd. *de aliment. tit.* 6. *q.* 8. *n.* 16. Stephan. Gratian. *discept. forens. tom.* 5. *c.* 977. *n.* 4. quos refero ego ipse *in tract. de appellat. verborum vtriusque iuris signif. appellat.* 190. *n.* 1. *&* 2. limito vbicumque de alio agitur. Parentum verò appellatione proprio vocabulo continentur omnes vtriusque sexus ascendentes vsque ad tritauum, *l.* 4. §. *parentes, ff. de in ius vocando, l. Iurisconsultus*, §. *parentes. ff. de gradibus*, Sebast. Medic. *reg.* 2. *num.* 9. Flamin. Paris. *de confident. benef. q.* 32. *n.* 42. Ferret. *in constit. Cathalon. gloss.* 1. *n.* 430. Fusar *de substit. q.* 365. *n.* 5. plures quos refero ego ipse *vbi suprà appellat.* 185. *n.* 1. Sic & eodem modo filiorum appellatione continentur nepotes, non ex propria significatione sermonis, sed ex interpretatione, Fusar. *de substitut. q.* 319. *n.* 7. *&* 12. Rota *in Romana, seu Prænestina fideicommissi de columna* 2. *May* 1625. coram bonæ mem. Vbaldo, Menoch. *cons.* 197. *à n.* 81. Menoch. *cons.* 328. *n.* 4. *& de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 94. *n.* 1. vbi *à num.* 3. *cum seqq.* refert coniecturas, ex quibus colligitur nepotes non contineri, quod etiam disputat Valasc. *consult.* 140. *per totam*, sic etiam ex vsu loquendi Sayr. *in claui Regia. lib.* 3. *c.* 8. *n.* 6. 3

Notatur etiam text. ad hoc, quòd in obscuris, & 4
ambiguis statutorum, vel cuiuslibet alterius Legalis dispositionis indicia, & coniecturæ faciunt plenam probationem, vt per Mascard. *de probat. conclus.* 1124. *num.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Natus non videtur qui confestim mortuus est*, & num. 2.
3 *Factum non dicitur quod non durat factum.*
4 *Factum non reputatur id, quod non habuit effectum.*

CAP. Nam & ego. III.

PVer, qui natus statim moritur, dicitur ac si non 1
fuisset, & secundus vocatur vnigenitus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 331. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 788. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. desumitur ex D. Hieronymo *in parabolis Prouerb. c.* 4. & refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 36. *cap.* 2.

Collige ex text. natum non videri, qui confestim 2
mortuus est, vt per Tiraq. *in l. si vnquam, verbo suscepit, n.* 167. *& de iure primog. q.* 2. *n.* 12. *& de indic. in rebus exiguis, vers.* 83. Sanch. *de Matrim. lib.* 3. *disp.* 18. *num.* 6.

Notatur ad hoc quòd factum non dicitur, quod 3
non durat factum, Hieronym. Portoles *in tract. de consortibus & fideicommisso legali, c.* 1. *num.* 25. Brunor. à Sole *in locis commun. verbo factum, num.* 16. Surd. *de aliment. tit.* 7. *q.* 10. *n.* 9. *cum seqq.* Osasch. *cons.* 5. *num.* 34. latè Ioan. Baptista Costa *de facti scient. & ignor. inspect.* 14. *per tot.* Gonzal. *ad reg.* 8. *Cancellariæ gloss.* 63. *n.* 24. *cum seqq.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap.* 115. *n.* 33. *& cap.* 132. *num.* 27. *cum seqq.* Farinac. *in praxi crimin. part.* 4. *cons.* 90. *num.* 72. Menoch. *cons.* 334. *num.* 19. vbi intelligit, quando actus habet tractum successiuum,

refero

refero ego ipse *Axiom.93. num.14.* Et pari sunt non fieri vel ita fieri quod non duret factum, Anton. Monach. *Bononien.decis.40.punct.7.n.18.* Et factum non reputatur id, quod non habuit effectum, Surd. *cons.436.num.14.*

4 Intellige Axioma supradictum vt non vendicet sibi locum quando non staret per auctorem facti, quominus duret, quoniam etiam non factum habetur pro facto cùm non stat per eum, qui facere debet quominus faciat, Decian. *cons.72.n.26.volum.3.* Ioan.Bapt. Costa *d.inspect.11.n.9.* Bero *cons.127.n.17.vol.2.* asseuerans quòd ista reg. non pertinet ad factum necessarium.

SVMMARIVM.

1 *Dictio*, antequam, *non semper implicat*, & n.2.

CAP. Quòd dicitur. IV.

1 DIctio, *antequam*, non semper implicat. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Ioan. Andr.Host.Butr.Anchar.Panorm. Mar. Socin. Viu. *in ration.lib.5.iuris Pontif. pag.331.* Alagona *in compend. iuris Canon.pag.788.* remissiuè Ximen. *in concord.p.2.* desumitur ex D.Hieronymo *super Matth.c.1.*

2 Collige ex text.dictionem, *antequam*, non semper implicare, vt refert Octavian. Vulpel. *de præpositione & aduerb.seu coniunctionum significatione, in dict.antequam, pag.11.* vbi ex hoc text. colligit dictiones negantes actum certo tempore non ponere implicatiuè actum alio tempore, & ideò saluari posse testem à pœna falsi, qui dixerit, quod antequam Titius veniret ad prandium, filius percussit Sempronium, si probetur Titium ea die ad domum non venisse, refero ego ipse *in tract.de dictionib.vsufreq.dict.37.*

SVMMARIVM.

1 *Primogenitus dicitur ille, qui primò natus est, etiamsi eum nullus frater sequatur*, & n.2.

3 *Regulæ Cancellariæ reseruatio de dignitatibus maioribus, & principalibus locum habet vbi est tantum vna dignitas.*

4 *Dictio*, donec, *quos effectus habeat, remissiuè.*

CAP. Ioseph. V.

1 MAria peperit primogenitum, id est, vnigenitum quia in Scriptura, id quod primò nascitur, licèt non sequatur secundum, dicitur primogenitum. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Ioan. Andr.Host.Butr.Anch.Panorm.Mari.Socin. Viuian. *in ration.lib.5. iuris Pontif. pag.331.* Alagona *in compend. iuris Canon.pag.788.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1.* desumitur ex D. Hieron. *super Matth. c.1.* & refertur ab Anton.August. *collect.1. Decret.lib.5.tit.36.c.4.*

2 Collige ex text.primogenitum dici illum, qui primò natus est, etiamsi eum nullus frater sequatur, vt per Cosm. *in pragmaticis sanction. in procem. §. in qua quidem, verbo primogenitum, fol. mihi 17.* Tiraq. *de iure primogen.in præfat.n.74.cum seqq.& q.1.n.3. cum seqq. & q.3.in princ.& q.34.n.25.* Menoch. *cons.97.n.51.& cons.328.n.5.*

3 In gloss. *Mos*, in addit. ibi, *prius enim non solùm is intelligitur, qui antè aliquem est, sed etiam is ante quem nullus est.* Vnde inferes ad illam quæstionem, an de seruatio regulæ Cancellariæ de dignitatibus maioribus, & principalibus locum habeat, vbi est tantum vna dignitas? in qua pars affirmatiua tenetur à Simoneta, & Mandos. quos contra Gomez, & Zerol. refert & sequitur Nicol.Garc. *de benefic.part.4.c.1.num.16.* vbi attestatur sic decidisse Rotam *in vna Turonen. Archipresbyteratus 7. Maij 1574.* cuius principium quia ad materiam huius textus facit, referre operæ pretium duxi, & sequitur. Fuit conclusum per omnes dominos, quod regula tertia reseruatoria maiorum dignitatum post Pontificalem in Ecclesia Cathedrali comprehendit Archipresbyteratum, qui est prima dignitas in Cathedrali Ecclesia Tutritana, quia hoc verbum *maiores*, quod est comparatiuum, ex tali natura præsupponat positiuum, *l.1.* vbi DD. *ff. de verborum obligat.* tamen ponitur etiam pro positiuo, gloss. *in l.vnic.verbo melius*, vbi Decius *n.53. C. de ea, quæ interest*, Paris. *cons.115.n.14. volum.1.* etiamsi essent in materia stricta, vt dicit Tiraq. *de iure primogen. quæst.72.num.5.* sicut dicitur de verbis, *optimus, maximus, supremus*, & *proximus*, quæ licèt sint superlatiua, & præsupponant etiam positium, *l.* vbi verba *ff. hoc tit.* tamen ponuntur etiam pro positiuo, & verificantur etiamsi nullus præcedat, vel subsequatur, *l. proximus, de verborum signific. l.18.* proximi, vnde *cognati*, vt latè per Alciat. *in d. l. proximus*, vbi etiam subdit non seruari de iure, quòd semper requiratur positiuum, & inde infert ad primogenitum, qui dicatur, etiamsi is solus sit filius, de quo etiam vide Tiraq. *in d.tract.de primogen.q.1. n.3. &c.* Hac tenùs decisione.

In gloss. *Donec*, de hac dictione, & quis sit eius effectus, ac de aliis similibus, quandiu, quousque, quequo, vide Cosm. *in pragmaticis sanctionem, in collat. §. quod si quis, verbo donec, pag.212.* Cent. *singul.46.num.2.* Cardin.Tusch. *tom.2.lit.D.concl.2. num.2.* quos refero ego ipse *de dictionibus vsufrequ. dict.93.*

SVMMARIVM.

1 *Verba sunt intelligenda non secundùm quod sonant, sed secundum mentem proferentis*, & n.2.

3 *Verba debent seruire intentioni, non intentio verbis.*

4 *Verba pendent à mente, non autem mens a verbis.*

CAP. Intelligentia. VI.

VErba non sunt intelligenda vt sonant, sed secundùm mentem intelligentis, seu secundùm eam in quibus dicuntur, quia non res sermoni, sed sermo rei est subiectus. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq.Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.331.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.789.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* desumitur ex D.Hilarium *lib.4.de Trinitate*, refertur ab Anton. August. *collect. Decretal.lib.5. tit.36. c.5.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. desumunt Nav. *in man.cap.23.num.38. & ad cap. humanæ aures 22. q.5. num.10. & 11.* Cosm. *in pragmaticis sanct. tit. de elect. verbo, mens, pag.141.* Tiraquel. *in l.si vnquam, verbo donec, pag.141.* Tiraquel. *in l.si vnquam, verbo libertis, num.48. C. de reuocandis donat.* Surd. *cons.417. num.35.* Perez *l.3. gloss.2. pag.471. tit.1. lib.5. Ordinam.* Francisc. Sousa *de largit. muner. fund.3. num.19.* Gonzales *ad reg.8. Cancellariæ, gloss.48. num.45.* Francisc. Molin. *de ritu nuptiarum, lib.3 quæst.85. num.50. & alij*

per

per me citato *de Axiom.iuris vsufrequent. Axiom.* 222.
3 *n.*1. Verba enim debent inseruire intentioni, non intentio verbis, Tiraq. *in l. si vnquam, verbo libertis, à n.*47.*& de retract. tit.*1.§.32. *gloss.*1.*n.*34.*&* 35.Card. Mantic.*de coniect.vltim.voluntatum, lib.*3.*tit.*3.*num.*9. Brunor.à Sole *in locis commun. verbo verba, n.*20. Ego
4 ipse *d.Axiom.*222.*n.*3. Et verba pendent à mente,non autem mens à verbis, Menoch.*cons.*97.*n.*44.Et verba se habent vt corpus, & superficies, ratio autem, ac mens vt spiritus, & anima, Gonzales *dict. gloss.* 48. *num.*56.

Cap. Nihil obstat. VII.

Diuersitas narrandi rem non nocet si res est eadem vt in Euangelistis, qui eo ordine dixerunt, quo Deus voluit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect.Zabar.Io.Andr.Host.Butr.Anch. Panor.Mari. Socin.Viu *in ration.lib.*5.*iuris Pontif.pag.*331.Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*789. remissiuè Ximen. *in concord.p.*2.desumitur ex D.August.*in libris de consensu Euangelistarum*, refertur ab Ant. Aug. *collect.*1. *Decret.lib.*5.*tit.*36.*c.*6.

SVMMARIVM.

1 *Sensum, non verba considerare debemus*, & n.2.
3 *Verborum à proprietate non receditur vbicunque de mente dubitatur.*
4 *Verba in potiori significatu sunt accipienda.*

Cap. Propterea. VIII. *Gregor.*

1 Epistolam interpretãs debet reddere sensum sensui, non verbum verbo,ne amittatur sensus.Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Ioan.Andr. Host.Butr. Anchar. Panorm. Mari.Socin. Felin.Viu.*in ration.lib.*5. *iuris Pontif.pag.*332. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*789. remissiuè Ximen. *in concord.p.*1. *&* 2.desumitur ex D.Greg.*lib.*1.*epist.*28.*registri*,refertur ab Ant.Aug. *collect.*1.*Decret.lib.*5.*tit.*36.*c.*7.
2 Vide quæ dixi *ad cap.intelligentia* 6.*sup.hoc tit.*
3 *Non verbum ex verbo*, &c.] Vbicunque verò de mente dubitatur, & verborum proprietate non receditur, *l.non aliter, in princip.*69.*ff.de legatis* 3. Cardos. *in praxi iudic.verbo verum, n.*8.Francisc. Molin.*de ritu nupt.lib.*1.*comp.*20.*n.*7. Monet.*de distribut.quotidianis,*
4 *p.*2.*q* 11.*n.*100. & tunc in potiori significatu sunt accipienda, & secundùm sensum grammaticalem, *l.*1. §.*qui in perpetuum, ff.si ager vectigal.* Menoch.*de præsumpt.lib.*3.*præsumpt.*39.*à num.*8. Surd.*cons.*230.*n.*20. Card. Tusc.*lit.V, concl* 98.*&* 101. cum aliis citatis *in bello de principiis vtriusque iuris, lit.V,n.*15.

Cap. Quamvis. IX.

1 Præpositus quàm propriè vocetur qui præest, tamen vsus obtinuit vt Præpositus dicatur qui habet quandam enram Prioratus super alios.Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect. Zabarel. Ioan.Andr. Host.Butr. Anch. Panorm. Mari.Socin.Viu. *in ration. lib.*5. *iuris Pontif. pag.*332. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.*89. remissiuè Ximen. *in concord. p.*2 desumitur ex D. Isidoro *lib.*10. *etymologiarum*, & refertur ab Ant. August. *collect.*1. *Decret.lib.*5.*tit.*37. *cap.*8.

Refert hic text. quis propriè sit Præpositus, de 2
quo vide Lancel. Contad. *in templo omnium iudicum, lib.*2.*cap.*10.*per totum*, Azor. *instit.moral. part.*2.*lib.*2. *cap.*18.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text.refertur.*
2 *Forus non reperitur in masculino genere quando significat locum iudicij.*
3 *Causa propriè dicitur ipsum ius deductum in iudicio.*
4 *Verbum* negotiari, & negotiatoris, *generalius est verbo* mercari, *seu* mercatoris.
5 *Iurgium dicitur quasi iuris guarrium.*
6 *Iudicio in omni tres personæ requiruntur,iudex,actor, & reus.*
7 *Serui non possunt esse testes.*
8 *Seruus testis esse potest vbi communi opinione reputatur pro libero, & in exceptis criminibus, vel vbi veritas aliter haberi non potest.*
9 *Fœmina testis esse non potest nisi in defectum probationis.*
10 *Mulieres admodum notabiles,inconstantes, & variabiles sunt.*

Cap. Forus. X.

Forus est locus litium, dicitur à fando vel foraneo 1
Rege, & constat causa, lege, iudicio. Causa est negotium, quod dum proponitur est causa,dum discutitur iudicium, dum finitur iustitia. In omni negotio requiritur iudex, accusator, reus, tres testes; in testibus consideratur conditio, id est, vt sit liber, non seruus: natura, id est,vt sit vir,non fœmina: vita, id est,sit innocens, & integer actu. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr,Host. Butr. Anch. Panorm.Mari.Socin.Viuian.*in ration.lib.*5. *iuris Pontif.pag.*332. Alagona *in compend.iuris Canon. pag.*789.remissiuè Casal.*in annot.*& Ximen.*in concord. p.*1.*&* 2.desumitur ex D.Isidoro *lib.*10.*etymologiarum, c.*5.& refertur ab Ant. August. *collect.*1. *Decret. lib.*5. *tit.*36.*c.*10.

De significatione nominum lis, causa, quæstio, controuersia, differentia, discordia, quid importent, & an, & quando inter se differant, vide Marant. *de ordine iudic.in* 5. *part.princip.n.*96. *vers. quartus terminus est causa,* Sigism. Scac. *in tract. de iudic. causarum ciuil. crimin.* &c.*lib.*2.*c.*2.*q.*3. Seraphin. *decis.*737.remissiuè Buccaron. *de different. inter iudicia ciuilia, & crimin.differ.*163.

Forus.] Apud Latinos auctores,Thesaurum linguæ 2
latinæ, & Calepinum non reperitur forus in masculino genere,quando significat locum iudicij,vt ex multis comprobo ego ipse *in meo Dictionario Lusitanico-Latino, pag.*867. quod Bracharæ decimo octauo ætatis meæ anno in lucem edidi:nostri etiam legum professores hoc ipsum aduertunt, text. hunc referentes,vt videre est apud Cottam *in memorab. verbo, forum,* Parlador. *rerum quotidianarum, lib.*2.*cap.fin.p.*2.§.3.*n.*10. Non. Marcell. *de lingua latina in verbo forum*, Alciat. *disiunct.lib.*2.*cap.*2. Sigon.*de antiquo iure Italiæ, lib.*3. *c.*15.Franc.Palet.*in sua historia fori Romani,lib.*1.*c.*1.& vide dicta ad *rubr.de foro compet.*

Causa est dum discutitur,] Notatur ad hoc, quòd 3
proprie dicitur causa ipsum ius deductum in iudicio, vt per Marant. *de ordine iudiciorum, p.*5.*tit. & omnia stant durante instantia, num.* 66. Et dicit Anton.Gallec.

*lib.*1.

lib.1. de exerc.iur. perit.n.58.in fine, quòd vocabulum hoc causa est vt genus, cuius sunt species, finis, & forma, id est, ratio legis, & Sfort. Odd. *de in integ. restit.p.1.q.3. art.13.n.87. in fine*, videtur velle quod nomen, seu vocabulum hoc *causa*, propriè & strictè ad ciuilem controuersiam referatur.

Quæ dum proponitur causa est, dum discutitur iudicium.] Ergo causa à iudicio distinguitur cùm illa dicatur antequam in iudicium deducatur, seu discutiatur, & cùm discutitur sit iudicium, dum definitur iustitia, quòd est contra ea, quæ resolnimus ad *rubr. de causa possess. & propr. verbo causa, in fine*. Sed omissis variis antiquorum opinionibus, dum alij, vt est gloss. *in l. causas, C. de transact.* pro intellectu eiusdem text. dum causat, & lites tanquam aliquid diuersum ponit, arbitrantur causas dici post litem contestatam, litem verò ante contestationem, quam sequuntur Butr. & Bald. *ibi*. Alij verò vt Bart. & omnes communiter, teste Alciat. *lib.2. disputt. c.24.* quem sequitur Azin. *in praxi*, §.1. *c.1. ex n.1.* ex diametro contrarium scribunt, scilicet causas ante contestationem, postea verò dici lites; sed meritò improbant idem Alciat. & Azini. Faciliùs, & veriùs respondetur cum eisdem verum sensum Isidori *in præsenti*, esse quòd iudicium propriè solùm dicitur de negotio postquam coram iudice inter litigantes discutitur, est enim actus trium personarum, Iudicis, Actoris, & Rei, vt scribentes omnes adnotarunt *in rubr. de iudic.* Præcipuè Rip. & Dec. & post eos Nau. *à n.15. ibi*, Marant. *de ordine iudic. p.2. à princip.* Petr. Gregor. *syntagm.iur. lib.47. cap.3.* Soar. de Pace *in pract. tom.1.in prælud.annot.3.* la è Peregr. *variar.lib.2.n.38. cum seqq.* At verò causa generaliùs sumitur, & dicitur non solùm postquam negotium in iudicio discutitur, vt *in cap. cum olim*, ibi, *causa prædictis iudicibus, cap. vlt. causa, quæ inter Patriarcham*, &c. *de causa possess. & propr.* sed etiam ante, quia est materia, & origo ipsius iudicij secundùm Alciat. *dicto loco*, Petr. Gregor. *d. lib.47. cap.7. num.2.* Peregr. *d. lib.2. n.44.* & hanc esse Bart. & communem resolutionem concludit, & sequitur Padil. *in d. l. causas*, *n.7.* sicut etiam litem non impropriè dici tam post contestationem quàm antea, bene comprobat Alciat. *d. c.24. & in l.litis 36 ff. de verb. signif.* vbi sequitur Rebuff. tum ex eo text. vbi lis dicitur actio quæcumque quæ in rem competit, vel in personam, tum quia frustra diceretur lis contestata si ante contestationem nunquam lis esset, tum denique ex eleganti Cornelij Frontonis auctoritate, lis nascitur, pertinacia efficit controuersiam, seu magis iudicium, ita vt quod de causa scribit Isidor. *in præsenti*, liti quoque quòd sit materia negotij conueniat secundùm Frontonem, neque discrepat litis etymologia quam *in vers. lis*, ponit idem Isidor. à contentione limitis, iuxta illud quod Virgil. refert.

Limes erat positus litem vt discerneret agri,

Indéque litem & causam, & si nominibus sint distincta, re tamen ipsa, & effectu idem esse comprobat, & explicat Donel. *in l. postquam liti, num.5. C. de pactis.*

4 *Negotium autem in causis*, &c.] Notatur ad hoc quòd verbum *negotiari*, & *negotiatoris*, generalius est verbo *mercari*, seu *mercatoris*, vt per Stracham *de mercat.p.1.n.5.*

5 *Iurgium dicitur quasi iuris garrium.*] Vide Cosm. *in pragmaticis sanctionum, tit. de collat.* §. *cui rei, verbo iurgia, fol.169. verso.*

6 *In omni quoque negotio*, &c.] Notatur ad hoc quòd in omni iudicio tres personæ requiruntur, iudex, actor, & reus, vt per Ordinationem Regiam Lusitanorum, *lib.3. tit.20. in princ.* Perez *ad rubr. tit.3. gloss. vers. quæro, & vers. contra definitionem*, Lara Ord. *pag.439. & ad rubr. tit.11. gloss.1. vers. quæritur verum pag.669. eod. lib.3.* Soar. de Pace *d. praxi in princ. annot.3. per totam*, Stephan. Gratian. *discept. forens. n.29.* Cardos. *in praxi iudicum, verbo iudicium*, Mendez à Castro *in praxi Lusitana, lib.1. c.1. n.1.* Ludouic. Miranda *de ordine iudiciario, quæst.1. concluf.3. & art.2.* Camill. Borrell. *de compromiss. glossi.1. n.54. & in summa omnium decis. tit.14. de iudiciis, n.10.* Cæsar. Argel. *de contradictore legitimo, n.1. num.28.* Buccaron. *de different. inter iudicia ciuile & crimin. different.164. num.1.* vbi *num.2.* subdit hoc procedere in ciuilibus, seu quoad iudicia ciuilia, non autem in criminalibus, in quibus iudicia quandoque ex duobus tantum, videlicet, iudice, & reo constituuntur.

Non seruus.] Notatur ad hoc quòd serui non possunt esse testes, Ordinatio Regia Lusitanorum *lib.3. tit.5.§.3.* apud Castellanos *lib.13. tit.16. p.3.* vide Nep. de Monte Albano *de testibus, n.70.* Nau. *n.13.* Farin. *in praxi crim.q.55. à n.165.* Mascard. *de probat. concl.1358. à n.14.* vbi *n.43.* de liberto. Limita primò non procedere in eo seruo, qui communi opinione reputatur pro libero, vide Campeg. *de testibus, reg.111. limit.1.* Mascard. *d. concl.1358. n.17.* Farin. *d.q.55. n.169.* Limita secundò vbi veritas haberi non potest, vide Mascard. *d. concl.1358. n.18.* Farin. *d.q.55. n.172.* Limita tertiò in exceptis criminibus, vide Nell. *de testib. c.33. num.3. nisi in criminibus exceptis*, Mascard. *d. concl.1358. n.* Farin. *d.q.55. n.173.* vbi *n.175.* etiam limitat in eo qui actu est liber, & potentia seruus, & *n.178.* seruo facto libero, qui potest testificari de his, quæ antea vidit de seruitute.

Non fœmina.] Notatur ad hoc quòd fœmina non esse non potest, quod gloss. *hic* intelligit in criminali causa, de quo vide Clar. *in §. fin. quæst.24. num.27.* Morl *in emporio iuris, p.1. tit.11. num.78.* Amat Rota *in pract. cap.9. num.27.* Soar. *recept. sentent. lib.II. num.143.* Mascard. *de probat. concluf.752. num.1. & concluf.1358. num.30.* Bonacos. *comment. crimin. verb. mulier, fol.117. & p.2. eod. verbo, fol.52.* Menoch. *de præs. lib.6. præs.37. à n.46.* Martin. Delr. *disquisit. magic. lib.5. q.12. pag. mihi 452.* Farin. *in praxi crim. q.59. princ. & conf.36. n.14. & 16.* Rebuff. *de reprobat. testium, num.354.* Potest tamen in defectum probationis admitti, Alex. Trentacinq. *var. lib.2. tit. de testib. resolut. num.3.*

Nam varium, &c.] Notatur ad hoc quòd mulieres admodum mutabiles, & inconstantes, & variabiles sunt, earúmque consilium inualidum, fragile, & infirmum est, vt per Tiraq. *l.1. connub. p.1. gloss.1. n.13. cum seqq. & l.9. gloss.1. p.9. num.129. cum seqq.* Perez *ad rubr. tit.4. gloss.1. pag.110. lib.1.* Ordinam. & *l.1. gloss. pag.86. tit.2. lib.5.* Menoch. *de præs. lib.6. præs.38. num.44.* Azeued. *l.7. n.20. tit.9. lib.3. nouæ recop.* Martin. Delr. *disquisit. magic. lib.5. q.13. pag.453.*

Cap. Pactum. XI.

PActum dicitur inter partes ex pace conuentio, scriptura legibus, & moribus comprobata. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Marc. Socin. Vin. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.333.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.789.* remittitur Ximen. *in concord. p.2.* desumitur ex D. Isidoro *etymologiarum lib.5. c.24.* & refertur ab Ant. August. *collect.1. Decret. lib.5. tit.36. c.11.*

Pactum

2 Pactum quid sit, & vnde dicatur, latè Mendoc. *in disp. suis, lib.* 1. *c.* 4. *n.* 55. *&* 60.

3 *Ex pace.*] Notatur ad hoc quòd dictio, *ex*, denotat causam proximam, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa, limit.* 20. *n.* 29. & plures quos refero *de dict. vsufr. dict.* 115. *n.* 1.

Cap. Ius dictum. XII.

1 IVs dictum est à iure, & id iure possidetur, quod iustè, quod bene, malè autem possidetur, quod quis vel suis malè vtitur, vel aliena præsumit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 333. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 789. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. desumitur ex D. Isidoro *etymologiar. lib.* 5. *c.* 25. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 36. *cap.* 12.

2 *Iure possidetur quod iustè*, &c.] Nam iustè possidet, qui auctoritate iudicis possidet, *l. iustè possidet* 11. *ff. de acquir. possess.* Ias. *in l. clam possidere*, §. *qui ad nundinas, n.* 20. *ff. eod. & in l. si quis id, quod, n.* 33. *ff. de iurisd. omnium iud.* Tiraq. *l.* 9. *connub. in princ.* & iustè dicitur, & bene fieri, quod auctoritate legis fit, Pichard. *in rubr. Instit. de inoffic. testam. n.* 9. Marc. Anton. Genuens. *in pract Eccles. q.* 46. *n.* 4. Ego ipse *de Axiom iuris vsufreq. Axiom.* 136. *n.* 12.

SVMMARIVM.

1 *Oblationis nomine continetur quicquid fidelis offert Ecclesiæ, & à secularibus possideri non debet.*
2 *Decimæ in bonis Ecclesiæ numerantur.*
3 *Decimæ, oblationes, & primitiæ differunt.*

Cap. Causa. XIII. *Pasch.*

1 OBlationes, primitiæ, & decimæ non possunt dari indici sæculari, & qui sic accipit, est raptor, & sacrilegus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 333. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 789. remissiuè Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Ant. August. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit.* 36. *c.* 13.

2 *Præcipuè numerantur*, &c.] Notatur ad hoc, quòd decimæ in bonis Ecclesiæ numerantur, vt per Rebuff. *in tract. de decimis, q.* 9. *n.* 9.

3 *Oblationes verò dicimus*, &c.] Notatur ad hoc, quòd oblationum appellatione continetur quicquid fidelis offert Ecclesiæ, vt per Oldrat. *cons.* 283. *in fin.* Isidor. Moscon. *de maiest. milit. Ecclesiæ, lib.* 1. *p.* 3. *c.* 3. *pag.* 445. Card. Tusch. *tom.* 5. *lit. O, concl.* 11. *n.* 1. quos refero ego ipse *de appellatiua verborum vtriusque iuris signific. appellat.* 172. *ex n.* 1.

Hæc tria, scilicet decimæ, oblationes, & primitiæ differunt, quia decimæ sunt quota pars frugum, & aliorum licitè acquisitorum debita ex præcepto Ecclesiæ ministris. Oblationes autem quicquid Deo, vel Ecclesiæ, eiúsve ministris voluntariè exhibetur, regulariter loquendo, at verò primitiæ sunt solùm primæ quæ nascuntur fruges, seu prima frugum pars, vide Rebuff. *d. tract. de decim. p.* 1. *n.* 17. *cum seqq.* Tyndar. *eod. tract. à n.* 84. & alios plures quos refert Monet. *eod. tract. c.* 2. *n.* 9.

4 Cætera, quæ hìc desiderari possunt, vide *ad cap. Barbos. Collect. Tom. III. ex transmissa, supr. de decimis*, & plura de oblationibus dixi *de officio Episcopi, p.* 3. *alleg.* 80. *ex n.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos solus potest Sacramentum Extremæ-Vnctionis infirmo conferre.*
2 *Extremæ-Vnctionis minister proprius est Sacerdos.*
3 *Declaratur auctoritas Iacob.* 5. Inducat Presbyteros, *&c.*
4 *Annus bissextus ideo appellatur, quia intercalatur vnus dies, & bis dicimus* 6. *Kalend. Martij.*
5 *Annus bissextus si sit in tempore retractus biduo pro vno die censendus est.*
6 *Vnctionis Extremæ Sacramentum vrgente necessitate licite potest à pluribus Sacerdotibus conferri.*
7 *Dies duo in mense bissextili pro vno cedunt in fauerabilibus, secus in odiosis.*

Cap. Quæsiuit. XIV.

Alex. III.

SAcerdos vno præsente Clerico, & etiam solus potest vngere infirmum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 334. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 790. remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p.* 2. refertur ab Anton. August. *collect.* 1. *Decret. lib.* 5. *tit.* 36. *c.* 9. & est post Concil. Lateran. sub Alex. III. *p.* 50. *c.* 21. 1

Quod Sacerdos, &c.] Nam proprius minister Sacramenti Extremæ-Vnctionis est Sacerdos, quod nouè definiit Concil. Trid. *sess.* 14. *c.* 3. *de Extrema-Vnctione*, & referunt Henriq. *in summ. lib.* 3. *c.* 13. §. 2. Petr. de Ledesma *in summ. p.* 1. *tract. de Sacramento Extremæ-Vnctionis, c.* 5. Prax. Episc. *p.* 1. *verbo Extrema-Vnctio*, §. 2. Sayr. *de Sacram. in genere, lib.* 2. *c.* 2. *q.* 3. *art.* 2. *vers. de Sacram. in med.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom.* 3. *q.* 79. *art.* 1. Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib.* 28. *à n.* 60. Ægid. *de Sacram. tom.* 2. *disp.* 19. *à n.* 17. Soar. *de Sacram. disp.* 33. *sect.* 1. *num.* 5. Bonac. etiam *de Sacram. disp.* 7. *quæst. vnic. puncto* 4. *n.* 1. *cum seqq.* qui obseruat non quemlibet Sacerdotem posse licitè administrare hoc Sacramentum, nisi habeat iurisdictionem, & ab Ecclesia non impediatur, ac propterea grauiter peccare administrando hoc Sacramentum, illum, qui non est proprius Sacerdos, vel Parochus, aut qui facultatem non habet à proprio Parocho. 2

Et etiam solus.] Non obstat locus Iacobi 5. *Inducat Presbyteros*, &c. quia sensus est, inducat Presbyteros, id est, aliquem ex Presbyteris, & vsus Ecclesiæ indicat, & patet à simili ex illo *Matth.* 27. vbi dicitur latrones improperasse Christo, id est, vnum ex latronibus, constat enim tantummodo duos latrones cum Christo fuisse crucifixos, & vnum tantum improperasse, vt patet *Lucæ* 23. vide Valer. Reginald. *d. lib.* 38. *num.* 62. Nald. *verbo Extrema-Vnctio, num.* 6. Francisc. Petigian. *dist.* 23. *quæst. vnic. art.* 3. *vers. quoad c.* 3. & alios apud Bonac. *d. puncto* 4. *n.* 7. *versic. neque obstat.* 3

§. Festum.

In anno bissextili seruari debet loci consuetudo circa idem S. Matthiæ festandum. Colligunt Doctores *in princ. text.* citati. 1

4 *Vt nec pro biſſexto*, &c.] Notatur ad hoc, quòd ideò appellatur annus biſſextus, quia intercalatur vnus dies, & bis dicimus 6. Kalendas Martij, vt probat text. *in l.* 3. §. *minorem*, *ff. de minor.* & *ibi* gloſſ. *verbo intercalatur*, id eſt, de medio tollatur poſterior dies Kalendarum, de quo Budæ. *in poſter. annotat. ad Pandectas, pag.* 258. Et in anno biſſexto ſecundùm ius duo dies debent pro vno reputari, & ſic quoad annum probationis debent etiam computari pro vno, nam annus probationis non debet eſſe annus ſolaris, & naturalis, qui neceſſariò continet 365. dies, & ſex horas, ſed debet eſſe annus ciuilis, & politicus, cuius dies eſt 24. horarum, ita Fr. Emman. *quæſt. Regul. tom.* 4. *q.* 15. *art.* 5.

5 *Nec pro quolibet alio*, &c.] Notatur ad hoc, quòd ſi biſſextus ſit in tempore retractus, biduum pro vno die cenſendum eſt, vt per Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloſſ.* 10. *n.* 123.

6 In gloſſ. *Etiam ſolus* 1. ibi, *hoc intellige in neceſſitate*, &c. Notatur ad hoc, quòd vrgente neceſſitate Sacramentum Vnctionis licitè poteſt à pluribus Sacerdotibus conferri, vt per Bonacin. *d. punct.* 4. *num.* 7. vbi intelligit, modò vnuſquiſque vngat independenter ab alio.

7 In gloſſ. *Qui duo.* Notatur ad hoc, quòd in menſe biſſextili duo dies pro vno cedunt, ſecus in odioſis, vt per Sanch. *de Matrim. lib.* 2. *diſp.* 24. *n.* 18.

SVMMARIVM.

1 *Sententia diffinitiua ferri poteſt per verbum* ſtatuto, *&* n. 2.
3 *Diſpenſatio extenditur ad id, quod concedens intendit quoties conſtat de concedentis intentione.*

CAP. In his. XV. *Cœleſt. III.*

1 VErbum, *ſtatuto*, & verbum, *præcipio*, ſignificant ſententiam diffinitiuam, quia intentio, & non verba ſunt conſideranda. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Bellam. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Vin. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 335. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 790. remiſſiuè Ximen. *in concord. p.* 1. *&* 2. refertur ab Ant. Auguſt. *collect.* 3. *Decret. lib.* 5. *tit.* 23. *cap. vnic.*

2 Collige ex text. per verbum *ſtatuto*, poſſe diffinitiuam ſententiam ferri, vt per Coſm. *in pragmat. ſanct. tit. de elect. cap. ſicut*, §. *quibus hoc verbo ſtatuit, pag.* 77. metipſum *de diction. vſufreq. diction.* 384. *n.* 2.

3 *Cum non intentio*, &c.] Notatur ad hoc, quòd quoties conſtat de concedentis intentione, diſpenſatio extenditur ad id, quod concedens intendit, vt per Sanch. *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 1. *n.* 11.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium Principis latiſſimè interpretari debet.*
2 *Dictio*, ſicut, *denotat omnimodam ſimilitudinem.*
3 *Beneficia Principum ſunt latiſſimè interpretanda.*
4 *Diſtributiones non debentur intereſſentibus, ſi ſtatutum, aut conſuetudo Eccleſiæ, vel priuilegium contrarium operetur.*

CAP. Olim. XVI. *Innoc. III.*

1 BEneficium Principis latiſſimè eſt interpretandum, v.g. ſi dicit, prouideas huic, ſicut vni ex reſidentibus, intelligitur etiamſi non reſideat. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Bellam. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Soc. Vin. *in ration. lib.* 5. *iuris Pontif. pag.* 790. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 335. remiſſiuè Coſal. *in concord.* & Ximen. *in concord. part.* 1. & 2. refertur ab Auguſt. *collect.* 1. *Decretal. lib.* 5. *tit. de reſcript. cap.* 6.

Sicut vni.] Hæc dictio, *ſicut*, denotat omnimodam ſimilitudinem, vt per Tiraq. *de utroque primog. q.* 40. *n.* 1. Brunor. à Sole *in locis communib. verbo dictio, num.* 3. Card. Tuſch. *tom.* 2. *lit. D, concluſ.* 374. *à num.* 1. & alios quos refero ego ipſe *de dictionib. & claus. dictio. num.* 1.

Cum beneficia Principum ſint interpretanda latiſſimè. Vide Tiraq. *de nobilit. c.* 27. *n.* 59. Cottam *in memoriali verbo priuilegia, pag.* 704. Burg. de Pace *conſ.* 15. *n.* 7. Menoch. *de præſumpt. lib.* 3. *præſ.* 103. *num.* 21. Sanch. de *Matrim. lib.* 8. *diſp.* 1. *num.* 4. Valaſc. *conſult.* 58. *num.* 21. Cardoſ. *in praxi iudicum, verbo beneficia, n.* 67. Monet. *de diſtribution. quotidianis, p.* 2. *queſt.* 14. *num.* 6. & 7. & plures per me citatos *de Axiom. iuris vſufreq. Axiom.* 36. *n.* 1. Si tamen detur tertij præiudicium beneficia Principum ſtrictam recipiunt interpretationem ex reſolutis per Pinel. *in l.* 2. *C. de reſcindenda venditione p.* 1. *c.* 2. *in princ. & n.* 8. Molin. *de primog. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 24. Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo priuilegium, num.* 15. Cald. Pereira *de nominat. empt. q.* 2. *n.* 56.

Quod præbendam, &c.] Notatur ad hoc, quòd diſtributiones non debentur præſentibus, ſiue reſidentibus in Eccleſia, ſi conſuetudo, aut ſtatutum Eccleſiæ, vel priuilegium contrarium operetur, vt per Coſm. *in pragm. ſanct. p.* 2. *verbo diſtribut. fol.* 134. & videtur ad *cap. porrò, n.* 12. *in fine de priuilegiis.*

Notari paſſim ſolet text. hic ad hoc quòd Canonico, vel beneficiario abſenti ex cauſa ſtudij debitur quotidianæ diſtributiones, vbi in eis tantum conſiſtit præbenda, & nulli alij ſunt fructus groſſi, vt per gloſſ. *pen. in cap.* 1. *de clericis non reſid. lib.* 6. gloſſ. *cap. licet* 32. *de præbend.* vbi Abb. & alij communiter. Rebuff. *de priuileg. ſcholar. priuileg.* 11. *num.* 12. Horat. Luc. *eodem tract. priuileg.* 98. *verſic. primò limita*, Ayt. *conſil.* 135. *num.* 24. Pariſ. *conſil.* 32. *à num.* 7. *lib.* 4. Benin. *de priuileg. Iuriſconſult. part.* 1. *priuileg.* 15. *num.* 8. Licet enim hæc ſententia vera ſit ex aliis fundamentis, de quibus per citatos, & ex nonnullis Illuſtriſſ. Caſtil. S. Concil. Trident. declarationibus, tamen non probatur in hoc text. qui non agit de priuilegio, quo beneficij fructus concedebantur abſenti, ſed de lucris ad beneficium Eccleſiaſticum, & de mandato Pontificis, qui magiſtro iam Canonico in Eccleſia in qua non erant præbendæ diſtinctæ, aut numeratæ, vt benè aduertunt *d. gloſſ. pen.* & ferè omnes citati, mandauerat conferri præbendam de communibus prouentibus eiuſdem Eccleſiæ, perinde ac illam habeant alij Canonici infermientes, quòd ſi hi conferre nollent, ad mandati executionem deputantur executorem, cui Decretalis hæc dirigitur; quia verò Canonici non benè interpretantur mandatum contendentes per illud magiſtro non deberi ea quæ victu, & veſtitu conſiſtebant, de quibus Papa ſpecialiter non egerat in mandato, reſpondet etiam hos deberi ſicut vni ex aliis infermientibus Canonicis cum Principum beneficia latiſſimè ſint interpretanda, ſic ſanè nec text. dicit Magiſtrum abſentem fructus aliquos percepturum, nec vllum eſt verbum de priuilegio ea in re conceſſo, imò ferè omnia, quæ ſunt in text. agunt de mandato ad collationem ad præbendam, quòd cùm non emanauerit contrarius commandam, non priuilegium, ſed beneficium Principis eſt, & ne-

Diſſimum

latissimam recipit interpretationem. Quòd si obiicias mandatum,& literas huiusmodi ad Ecclesiasticum beneficium, quantumvis beneficium Principis dicantur, tanquam odiosas ob ambitionem fuisse restringendas *in cap.quamvis 4.in princ.de præbend. lib.6.* Vel potest hic text. intelligi de mandato circa præbendam conferendam ei,qui iam erat in Canonicum receptus, in qua specie odium, & ambitio cessare videntur; quia viget maximè æquitatis ratio, ex oppositio sequitur absurdum, vt apertè probat *cap. relatum 9.in fine, & cap.dilectus 19.versic.quia verè, de præb.* Vnde iuxta prædictum intellectum non probat text.ille Canonico, vel beneficiario absenti ex causa studij deberi quotidianas distributiones, vbi in eis tantùm consistit præbenda, & nulli sunt fructus grossi.

5 In gloss.*Manualia*,ibi,*fortè,quæ dantur singulis diebus*,&c. De intellectu huius glossæ, & resolutione illius quæst. an absens in seruitio Papæ, vel Episcopi quotidianas lucretur distributiones, vide Monet. *de distrib.quotid.p.2.q.9.n.14.*

SVMMARIVM.

1 *Interdictum generare dicitur quod fertur non solum in prouinciam, sed etiam in villam, vel castrum.*
2 *Interdictum generale locale dicitur, quod sub nomine collectiuo vniuersitatis plurium locorum profertur.*
3 *Interdictum speciale locale est quando aliquis particularis locus interdicitur.*
4 *Interdictum vnius parochiæ ciuitatis an sit particulare ostenditur.*
5 *Portugalliæ Regno an tempore interdicti generalis concedatur diuinorum celebratio, ianuis clausis, ostenditur.*

Cap. Cùm partibus, XVII.

1 INterdictum generale dicitur non solum cum Regnum, vel tota prouincia interdicitur, sed etiam cùm villa,vel castrum, quæ etiam vocantur terræ, & priuilegiati eodem modo se habeant in iis, sicut in Regnis. Colligunt ex Ordin. Abb.antiq. Innoc. Collect.Zabar.Ioan.Andr.Host.Butr.Anch.Panorm. Mari. Socin.Viu.*in ration.lib.5.iuris Pontif.pag.335.*Alagona *in compend. iuris Canon. pag.709.* remissiuè Ximen. *in concord.p.1.& 2.*refertur ab Ant. August.*collect.3. Decret.lib.5.tit.23.c.1.*

2 Collige ex text. generale dici interdictum locale, quod sub nomine collectiuo vniuersitatis plurium locorum profertur, ita vt plura loca sub se contineat, quæ scilicet ibi sunt, vel esse possunt, veluti quando interdicitur Regnum, Prouincia, Ciuitas, Villa,seu Castrum,vt per Couar.*in c.alma mater, p.2.§.1.num.9.* Nauar.*in man.c.27.num.166.* Vgol. *de censur. tab.5.in princ.* Henric.*in summa lib.13.c.1.§.3.* Tolet. *in summ. lib.1.c.51.num.5.* Monet.*de distribut. quotid. p.2.q.16. n.12.*Auil.*de cens.p.5.disp.1.dub.1.concl.2.* Soar.*tom.5. disp.32.sect.2.n.4.* Ludouic.Mirand.*in manuali Prælatorum,tom.2.q.37.art.2.concl.1.* Bonac.*de censur.disp.5.*
3 *punct.1.n.5.* pariter resoluentes speciale, seu particulare interdictum locale esse, quando aliquis particularis locus,veluti Ecclesia D. Petri,interdicitur, vt si plures Ecclesiæ particulares Ciuitatis non nomine collectiuo interdicantur. Vnde infertur meritò recentiores reprehendere Felin.*in cap. sanè, n.3. de officio delegati*, quem sequitur Couar.*d.§.1 num.9.*qui voluerunt dictum interdictum vnius Parochiæ ciuitatis, in qua plures sunt, particulare esse, & ideò pro debito pecuniario sine auctoritate Romani Pontificis relaxari posse contra *reg. text. in Extrauag. prouidè, de sentent. excommun.inter communes*, quæ prohibet interdictum locale generale ferri pro debito pecuniario, secundùm communem intellectum,vt per Nau. *d.c.27.num.168.* Duen.*reg.253.*Soar.*disp.36.sect.3.n.8.*& solùm contradicere Couar.dum putat procedere etiam in interdicto locali particulari, testatur Sayr. *lib.5.c.11.à n.17.* sed Couar. sequitur Henriq. *d.lib.13 c.50.§.3.*Contra eos non obstat, quòd Parochia nomen est collectiuum iurium locorum, continet enim locum sacrum, & in vtroque diuina fieri prohibet, eius interdictum, vt meliùs considerat Nauar.*vbi proximè*, Vgolin. *d.c.6.in princ.* Henriq. *c.51.§.3.* post alios Sayr.*c.2.n.9.*& latè Soar. *disp.32.sect.2. à n.5.* Benè aduertens sine dubio hanc posteriorem sententiam veram esse si parochia sumatur pro toto ipsius ambitu, quamvis prior vera sit, si nomine parochiæ solum ipsius templum intelligatur. Ad argumentum verò quòd vna parochia ciuitatis non sit vnum tantum, sed pars illius, vnde videtur interdictum particulare;respondetur,quòd ad hoc, vt interdictum generale locale dicatur, non requiritur,quòd ciuitas tota interdicatur,sed sufficit quòd totus ambitus alicuius loci interdicatur,siue magnus sit, siue paruus, ita vt in nulla eiusdem parte licitum sit celebrare, siue consecrata sit, siue prophana, quod in parochia reperitur, vt diximus. Vnde per contrarium particulare erit interdictum,licèt omnes Ecclesiæ ciuitatis interdicantur,quia non subiicitur interdicto totus ambitus loci, in quo Ecclesiæ sunt, & extra Ecclesias sacra fieri, vel eis interesse licitum esse, vel priuato Oratorio, vel Altari portatili, licèt aliàs, vt post Nau. Couar.Vgolin.Henriq. & plures alios optimè explicat Sayr.*d.c.2.n.13.* Auil.*d.concl.2. versf.sequitur* 2. ex illa ratione aduertentes sequi idem esse resoluendum,licèt interdicantur omnes Ecclesiæ regni, vel mundi,valdéque adnotandum admonent ad plures effectus, tam *d. Extrauag.prouidè*, quàm *d.c.alma*, quàm etiam priuilegiorum ad interessendum Sacris tempore generalis interdicti, iuxta text. *in præsenti.*

Illud valdè notabile est priuilegium, quod recenser 5
Card.Tusch.*tom.4.lit.I,concl.278. num.6.* vt in nostro Regno Portugalliæ concessa sit diuinorum celebratio tempore interdicti generalis ianuis clausis,&c. putans id expressè probari in hoc text. argum. sumpto ex superscriptione ibi Colubrien. & aliis Episcopis in Regno Portugalliæ constitutis, iuncto princ text. *in partibus vestris*, cum aliis, quæ sequuntur, sed salua pace tanti viri, text. *in præsenti*, minimè hoc probat, nam in Portugalliæ partibus sæpè diuersa loca interdicto supponi apertè narrat, minimè, verò, quod pro toto regno concessum sit, vt tempore interdicti generalis celebrentur diuina; imo contrarium manifestè supponit, dum significat hanc gratiam aliquibus specialiter fieri in eisdem partibus, illis verbis, cùm illi, qui ab Ecclesia Romana decorati priuilegio meruerunt,&c.non est ergo priuilegium generale pro regno, sed singulare pro personis, quæ eo decorari à Sede Apost. meruerunt.

SVMMARIVM.

1 *Papa quando concedit, vt Episcopus possit disponere de rebus clericorum decedentium ab intestato, intelligitur etiam, & canonicorum.*
2 *Canonici etiam Regulares veniunt appellatione clericorum in lata significatione.*

Cap. Cùm tibi. XVIII.

1 PApa quando concedit vt Episcopus possit disponere de rebus clericorum decedentium ab intestato, intelligitur etiam & Canonicorum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 336.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 790.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Ant. Aug. *collect. 1. Decret. lib. 5. tit. 23. c. 2.* est pars suprà *c. cùm tibi, de testam.*

2 Collige ex text. clericorum appellatione Canonicos venire, vt per Abb. *hic n. 1. & 3.* Felin. *in cap. non dubium, n. 1. de sententia excommun.* Bero. *cons. 3. n. 29. & seqq. volum. 3.* Aloys. Ricc. *in praxi aurea resolut. 192. n. 1.* Bursat. *cons. 287. n. 6. volum. 3.* Azor. *instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 11. q. 15.* Bellet. *disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina cleric. §. 2. n. 4.* vbi *n. 28.* per text. *in cap. sedes de rescript.* limitat in materia stricta, ego ipse *appellat. 61. n. 3.* Quòd autem Canonici Regulares D. Augustini veniant appellatione clericorum, tenent D. Thom. *2. 2. q. 189. art. 4. respons. ad 2. argum.* Port. *cons. 164. n. 23. 88. & 93.*

SVMMARIVM.

1 *Iurans obedire Prælato, & Ecclesiæ, non clero diœcesano, sed Capitulo Cathedralis Ecclesiæ obedire tenetur.*
2 *Curatus quilibet iurat Episcopo, quòd erit illi, suis successoribus, & sanctæ Sedi Apostolicæ, fidelis & obediens.*
3 *Cathedralis Ecclesia in odiosis non venit appellatione Ecclesiarum ciuitatis.*
4 *Mandatum de prouidendo habens in aliqua Ecclesiarum ciuitatis, vel diœcesis, non poterit prouidere in Cathedrali.*
5 *Dispensatus à Papa ad beneficia obtinenda non potest habere canonicatum in Cathedrali.*
6 *Ecclesia varias habet significationes.*

Cap. Cùm Clerici. XIX.

1 IVrans esse fidelis, & obediens Episcopo, & clero Ecclesiæ, v. g. Placentinæ, non intelligitur clericus totius diœcesis, sed Capituli Cathedralis Ecclesiæ, principaliter verò obligatur Episcopo tanquam capiti. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 336.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 791.* remissiuè Casal. *in annot.* & Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 23. c. 3.*

2 *Iuramentum præstant*, &c.] Notatur ad hoc quòd quilibet Curatus iurat Episcopo, qnòd erit illi, & suis successoribus fidelis, & obediens, & sanctæ Sedi Apostolicæ, vt per Rebuff. *in praxi beneficiali tit. requisita in literis collat. n. 2.*

3 *Ecclesiæ Cathedralis*, &c.] Notatur ad hoc quòd appellatione Ecclesiarum Ciuitatis, aut diœcesis simpliciter non includitur Ecclesia Cathedralis, & è contra in odiosis, & materia stricta, Felin. *in cap. in nostra, corol. 39. n. 40. de rescript.* Oldrad. *cons. 183.* Couarr. *in cap. alma mater p. 2. §. 1. num. 4. in fine.* Ego ipse *in tract. de appellatina verb vtriusque iuris signific. appell. 85. num. 3.* in fauorabilibus verò appellatione Ecclesiæ venit Cathedralis, vt dixi *ibid. num. 7.* sic etiam quando dispositio est fauorabilis appellatione quorumcumque beneficiorum, venit Cathedralis, Rota *decis. 80. n. 1. lib. 3. p. 3. diuers.* Verum habens mandatum de prouidendo in aliqua Ecclesiarum ciuitatis, & diœcesis, non poterit prouidere in Ecclesia Cathedrali, quia cùm propter ipsius honorem, & præeminentiam sit qualificata, sub generalitate beneficiorum non includuntur beneficia consistentia in Ecclesia Cathedrali, Rota *decis. 8. de conces. præbenda in nouis, & decis. 35. eod. tit. in antiquis*, Gomez *de expect. n. 94. in fine & n. 95.* Quemadmodum dispensatus à Papa ad beneficia obtinenda non potest habere Canonicatum in Cathedrali, nisi aliud exprimatur, *cap. quamuis de præbend. in 6.* Rebuff. *in praxi benef. tit. de dispensat. num. 1.* Quamvis in literis fiat specialis mentio de Cathedrali, Staphil. *de literis gratiæ, tit. de modo & forma imperr. §. circa 3. n. 6.* Flamin. Paris. *de resignat. benefic. lib. 10. q. 2. n. 25.*

In gloss. *Ecclesia*, ibi, *hoc nomen Ecclesia varias habet significationes*, &c. De hoc vide quæ dixi ad *rubr. de Eccles. ædificand.*

SVMMARIVM.

1 *Censuræ Ecclesiastica appellatione comprehendit excommunicatio, suspensio, & interdictum.* Num. 2.
3 *Interdictum est censura Ecclesiastica prohibens vsum quorundam diuinorum, & Ecclesiasticam sepulturam, quæ talia sunt.*
4 *Interdictum, & cessatio à diuinis differunt.*
5 *Suspensio est censuræ Ecclesiastica qua aliquis clericus, ad aliquod tempus determinatum, vel perpetuo ob culpam à superiore prohibetur suis Ordinis exercitium in totum, vel in partem.*
6 *Excommunicatio quid sit, ostenditur.*

Cap. Quærenti. XX.

CEnsuræ mentio quando fit in literis Apost. intelligitur excommunicatio, suspensio, interdictum. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Imbarel. Ioan. Andr. Host. Butt. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Viuian. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 336.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 761.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 23. c. 4.*

Hanc eandem conclus. ex hoc text. defendunt Nau. *in man. c. 27. n. 1.* Henriq. *in summa lib. 13. de excommunic. c. 6.* Soar. *de censur. tom. 5. disp. 1. sect. 3.* Aula *eod. tract. p. 1. disp. 2. dub. 5.* Bonacin. *eod. tract. q. 1. punct. 1. n. 4.* Flamin. *de resignat. lib. 5. q. 6. n. 69.* Ego ipse *in tract. de appellatina verbor. vtriusque iuris significat. appell. 1. num. 1.* Salgado *de protect. Regia, tom. 1. part. 2. cap. 5. num. 1.*

Discretus iudex, &c.] Notatur ad hoc quòd censuras ferre possunt omnes, & soli illi, qui Ecclesiasticam habent iurisdictionem fori exteriotis, S. Thom. *in 4. dist. 18. q. 1. ad 3.* Abb. *in c. ab excommun. 5. de rescr.* Cou. *in c. alma mat. p. 1. §. 11. n. 1.* Nau. *in man. c. 27. n. 5.*

Vgolin.

Vgolin. *de censur. tab. 1. c. 2. §. 19. à n. 1.* Valent. *tom. 4. disput. 7. sect. 17. punct. 4.* Soar. *tom. 5. disput. 2. sect. 2. à num. 6.*

3 *Non solùm interdicti.*] Interdictum est censura Ecclesiastica prohibens vsum quorundam Diuinorum, & Ecclesiasticam sepulturam, qua talia sunt, vt colliges ex iis quæ resoluunt Couar. Nauar. & alij nouiores, quos refert Sayr. *de censur. d. lib. 5. cap. 1. num. 7.* Vgol. *eod. tract. tab. 5. cap. 18. in princip.* Soar. *eod. tract. tom. 5. disp. 32. sect. 1. num. 4.* Auil. *eod. tract. p. 5. disp. 1. in princ.* Bonacin. *eodem tract. disput. 5. punct. 1. num. 1.* Valent. *tom. 4. disp. 7. q. 18. punct. 2.* Monet. *de distribution. quotid. p. 2. q. 16.* Vnde cùm interdictum sit censura Ecclesiastica, cessatio verò à diuinis non ita, differre inter se tenuerunt Nauar. *d. c. 27. n. 164. & 168.* Henriq. *lib. 13. cap. 52. in princip. iuncta lit. Q.* Valent. *d. disp. 7. q. 19. punct. 1. in princip.* Iacob. de Graff. *in aureis decision. p. 1. lib. 4. cap. 28. num. 2.* Sayr. *d. lib. 5. c. 17. à num. 8.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 2. quæst. 115. art. 2.* Soar. *tom. 3. disput. 29. à princip. & omnino n. 14.* Bonacin. *d. tract. de censur. disput. 6. punct. 1. num. 4.* Monet. *d. quæst. 16.* contra Scot. *in 4. distinct. 22. q. 3. art. 1.* & Conarru. *in cap. alma mater, part. 2. §. 2. in princ.* & alios qui censuram Ecclesiasticam esse contendunt.

5 *Sed suspensionis.*] Suspensio est censura Ecclesiastica, qua alicui Clerico (vt Clericus est) per aliquod tempus determinatum, vel perpetuò ob culpam à superiore, prohibetur sui Ordinis exercitium in totum, vel in partem, vt per Nauar. *d. cap. 27. n. 151.* Sayr. *de censur. lib. 4. cap. 1. num. 13.* Vgol. *eod. tract. tab. 4. cap. 10.* Henriq. *d. lib. 13. cap. 31. num. 2.* Valent. *tom. 4. disput. 7. q. 18. num. 1.* Soar. *d. tom. 6. disp. 25. sect. 1. num. 2.* Auil. *eod. tract. p. 3. disp. 1.* Bonac. *d. tract. disp. 3. q. 6. punct. 2. num. 1.* Aldret. *de religiosa discipl. tuenda l. 2. cap. 27. num. 3.*

Aduertendum tamen est duobus modis ferri suspensionem, fertur enim aliquando in puram vindictam criminis, aliquando verò propter solam contumaciam, & sub ratione medicinæ, vt quis à peccato resipiscat; prioris exemplum adducitur ex text. *in c. cum in cunctis, §. fin. de elect.* vbi eligentes scienter indignum per triennium suspenduntur, & *in cap. 2. de rebus Eccles. lib. 6.* vbi similis pœna imponitur Prælatis, qui bona Ecclesiastica laicis subiiciunt, & in multis aliis, quæ latè adducit Nauar. *d. cap. 27. à n. 154.* Vgolin. *de censur. tab. 4. cap. 3. per totum.* Posterioris exemplum est *in cap. nullus, in cap. præter, 32. dist.* vbi ipso iure suspensus est Sacerdos notorius fornicator quousque pœniteat, *c. si quis Presbyter 81. distinct.* ex quibus ita colligunt DD. communiter resoluentes sic suspensos celebrantes fieri irregulares, per text. *ibi in cap. vestra, & in cap. vltim. de cohabit. cleric.* vt testatur Bernard. & Salzed. *in pract. cap. 82. num. 2.* Henriq. *d. lib. 13. cap. 36. §. 1. in princ.* Soar. *disput. 31. sect. 4. à n. 4.* quamvis contradicat Gutier. *canonic. lib. 2. cap. 7. n. 85.* Inter hos autem modos ea est maxima differentia, nam in priori suspensio lata in vindictam culpæ sine ad tempus certum, sine in perpetuum censura Ecclesiastica non est, sed solummodo quando modo posteriori, scilicet sub ratione medicinæ profertur. Ratio est facilis ex dictis circa censuræ definitionem, in qua necessariò requiritur quòd *feratur principaliter ad subditi correctionem*, quod licèt conueniat posterioribus suspensionibus, minimè conuenit prioribus, atque ita post Innoc. Abb. atque alios distinguunt Vgolin. *d. tab. 4. cap. 5. §. 2.* Soar. *disput. 25. sect. 1. à n. 2. & seq. & sect. 2. à num. 3.*

6 *Excommunicationis.*] Excommunicatio est censura Ecclesiastica, qua homo baptizatus priuatur aliquibus bonis communibus, videlicet participatione Sacramentorum, communibus Ecclesiæ suffragiis, & consortio fidelium, vt per Nauar. *d. cap. 27. num. 1.* Valent. *d. disput. 7. q. 17. punct. 1.* Soar. *d. tom. 5. disput. 7. sect. 1.* Vasquez *tom. 4. in 4. part. tract. de Excommun. dub. 1. n. 7.* Bonac. *eodem tract. de censuris, disp. 2. q. 1. punct. 1. num. 2.*

Duo ex hoc text. DD. communiter notant, primum est excommunicationem, suspensionem, & interdictum censuras esse Ecclesiasticas, earumque appellatione contineri in rescriptis, & aliis dispositionibus, quæ censurarum faciunt mentionem, Soar. *de censur. disp. 1. sect. 3.* Auil. *eodem tract. p. 1. disp. 2.* Bonac. *eodem tract. q. 1. puncto 1. n. 4.* Probatur ex definitione censuræ, quæ est sententia priuans bono aliquo spirituali per Ecclesiasticam potestatem prolata principaliter ad subditi correctionem, optimè enim per genus, & differentias naturam explicat definiti iuxta regulam bonæ definitionis, quam tradunt nostri per text. *in l. 1. §. dolum, ff. de dolo, & in l. omnis definitio, de regulis iuris,* quæ omnia conueniunt excommunicationi, suspensioni, & interdicto, vt apparebit si singulas censuras, singulásque definitionis particulas breuiter percurramus.

Quòd autem sententiæ sint, probatur ex rub. & per totum *sup. de sentent. excommun. & ex cap. sententia pastoris 11. q. 3. & ex cap. cum ab Ecclesiarum, & ex cap. ad reprimendam, de offic. ordin. & ex c. 3. §. sententias, de appellat. in 6. & ex cap. Romana, de sententia excommunic. eodem lib.* cum multis aliis in quibus excommunicatio, suspensio, & interdictum simpliciter, & absolutè sententiæ appellantur, ex quibus iuribus censuras verè, & propriè esse sententias resoluit Gom. *in c. 2. §. statuto, n. 10. de constit. lib. 6.* quicquid in contrarium teneat gloss. *in sum. 2. q. 1.* & post Abb. *in rubr. de re iudic. in fine,* Felin. *in rubr. de sententia excommun. n. 1.* Vnde in rescriptis, & statutis, quæ de sententiis faciunt mentionem censuras comprehendi testatur communem Gutier. *lib. 1. canon. c. 5. n. 32.* quamvis DD. communiter tenentes censuras propriè sententias non esse, contrarium etiam in hoc casu subinferant, sed illorum fundamentis plenè satisfacit Gom. *citato loco, num. 11.*

Quòd verò priuent bono spirituali clarè constat, nam in excommunicatione patet, quæ mortem spiritualem inferre dicitur *in cap. per venerabilem,* ibi, *mori præcipitur. qui filij sint leg.* per eam separatur excommunicatus à Christi corpore, *cap. audi, cap. nihil 11. q. 3.* & Sathanæ traditur, *cap. omnis Christianus, eod. quæst.* Et in interdicto apparet, quia remouet à loco vsum Diuinorum, & Sacramentorum, *c. non est, de sponsalib. c. alma mater, in princ. de sent. excommun. lib. 5.* Atque etiam in suspensione, qui priuat vsu Ordinis, Officij, & Ecclesiasticæ potestatis, *c. 1. in fine, de re iud. lib. 6.* cum multis similibus, de quibus gloss. *verbo Suspensi, in Clem. 3. de pœnis.*

Quòd verò profetri debeant per Ecclesiasticam potestatem, apparebit ex resolutis per DD. citatos *in princip. addit.* ad hunc text. Denique quòd omnes principaliter ad subditi tendant correctionem, probatur ex *d. cap. reprehensibilis,* vbi omnes disciplinæ Ecclesiasticæ nomine appellantur, & deinde quia ratio correctionis, seu disciplinæ in hoc consistit, vt eatenus pœna duret donec resipiscat subditus in quem profertur, cesset verò vbi primum Ecclesiæ obedierit, quod planè cernitur in omnibus prædictis tribus, in excommunicatione probat text. *in cap. 1. de iud.* ibi, *donec,* & in interdicto probat *cap. ex literis, de offic. deleg.* ibi, *donec eidem,* &c. *& cap. non est, de sponsalib.* ibi, *donec,* de vtroque probat text. *in cap. quanquam, in fin.*

de cenſibus, lib. 6. in ſuſpenſione eſt text. *in Clem. 1.* ibi, *ſuſpenſi donec deſiterit, de decimis,* adducit multa ſimilia gloſſ. *verbo ſuſpenſi, in d. Clem. fin. de pœnis,* atque ita interrogatus Pontifex Innoc. III. quid nomine cenſuræ intelligeretur, reſpondet intelligi excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum, vt conſtat ex text. *in præſenti.*

Secundum notabile, quod DD. ex hoc text. deducunt, habet, nullam aliam eſſe Eccleſiaſticam cenſuram præter illas tres, vt per Vgolin. *de cenſur. tabul. 1. cap. 26. à num. 1.* Viuald. *in candel. aureo,* vbi *de excom. num. 3.* Henriq. *in ſumm. lib. 13. c. 2. à princ.* Soar. *tom. 5. diſp. 1. ſect. 3.* ſed hoc non ita pertranſit indubitatum quin grauiſſimi Doctores exiſtimauerint præter tres illas dari alias Eccleſiaſticas cenſuras, exemplum ponunt in vitatione à Diuinis, quæ in vſu eſt frequentiſſimo, & interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ dicitur *in cap. is, cui 20. de ſententia excommunic. lib. 6.* in qua reperiuntur omnia, quæ continentur in prædicta cenſuræ definitione, ſicut etiam contineri inquiunt in ceſſatione à Diuinis, & tamen neque hæc, neque illa eſt excommunicatio, ſuſpenſio, vel interdictum, & in irregularitate contracta propter culpam idem reſoluit Sot. *in 4. diſt. 22. q. 3. art. 1. verſ. 2. diſcrimen,* quem ſequuntur alij, de quibus *ſuprà.* Et generaliter vltra prædictas tres reperiri multas alias cenſuras, ſcilicet omnes pœnas, quæ bono ſpirituali priuant ſi ſolùm ad contumaciam conuincendam proferantur reſoluunt alij adducentes pœnam, de qua *in cap. placuit, il. 2. 18. diſt.* ibi, *Eccleſiæ ſuæ communione debent eſſe contenti, & in cap. quorundam, in fin. 34. diſt.* ibi, *& veſtro collegio,* &c. quæ pœnæ excommunicationes non ſunt, vt addidi ad *cap. ſi celebrat, de clerico excommun.* & tamen ipſis conueniunt omnia, quæ in dicta cenſuræ definitione continentur. Tandem vrgere videtur ſtylus Curiæ Romanæ, ſecundùm quem in Bullis ſemper apponitur clauſula faciens poteſtatem abſoluendi ab excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto, aliiſque cenſuris, vt refert Rebuff. *in praxi benef. tit. de forma nouæ prouiſionis in princip.* ibi, *Teque à quibuſvis,* &c. quæ clauſula omnino eſſet otioſa in ea parte, aliiſque cenſuris, ſi præter illas tres nulla alia cenſura reperiretur.

Verùm à communi ſententia non eſt recedendum tum ex dictis, tum præcipuè propter auctoritatem huius text. quam non effugiunt, qui dicunt non reperiri in illo taxatiuam, *tantum,* vel ſimilem, conuincitur enim aut ſi aduertas quod Innoc. III. magiſtraliter reſpondit ad quæſtionem ſibi propoſitam quid cenſuræ nomine intelligatur, eſſe tres, quæ reſponſio eſſet diminuta, ſi præter tres illas aliæ reperirentur; ſicut etiam eodem fundamento conuincitur alia ſolutio, quòd hic text. agat ſolummodo de intellectu clauſulæ per cenſuras Eccleſiaſticas in reſcriptis apponi ſolitæ, clauſula enim in reſcriptis appoſita non alium, ſed illum, & eundem habet ſenſum, quem habet ex ſe, & abſolutè ſumpta, niſi aliunde de mente concedentis aliud appareat, vt probat text. *in cap. ad audientiam, in fine, de decimis,* & deducitur ex generali regula text. *in l. non aliter, ff. de legatis 3.* cum multis copioſè adductis per Tiraq. *in l. ſi vnquam, verbo liberis, num. 17.*

Argumenta verò, quæ pro contraria parte adduximus, facilem habent ſolutionem, quia omnes illæ pœnæ, de quibus in argumento, vel cenſuræ Eccleſiaſticæ non ſunt, vel ad vnam ex prædictis tribus reducuntur, ceſſatio namque à Diuinis propriè cenſura non eſt, vt infra probabo. Irregularitas verò etiam propter culpam cenſura non eſt, vt contra Sot. ſtatim oſtendam. Vitatio à Diuinis ad interdictum, vel ſuſpenſionem poteſt reduci, vt colligitur ex text. *in d. cap. is, cui,* ibi, *ab ingreſſu Eccleſiæ lata ſuſpenſio.* quemadmodum etiam de reliquis iuribus in argumento citatis ſentit gloſſ. *verbo, ſuſpenſis in Clem. de pœnis,* poteſt etiam reduci ad excommunicationem minorem, quemadmodum & pœna de qua *in d. cap. placuit,* in quo Epiſcopus ſuæ Eccleſiæ communione iubetur eſſe contentus, & *in d. cap. quorundam, cum ſimilibus,* in quo priuatur fratrum conſortio, erat enim certum excommunicationis genus, quod olim in Eccleſia fuit, quia licèt non priuaret vt maior excommunicatio, neque participatione Sacramentorum vt minor, quia tamen priuabat aliqua communione, non ſic propriè dicebatur excommunicatio, ita tenet gloſſ. per text. ibi, *in cap. præſenti, 34. 2.* quamuis iam hodie in vſu non ſit, vt explicat poſt Syl. Victor. *in ſumm. num. 330.* & poſt Caſſand. Vinald. *de excommun. num. 80.* durare tamen adhuc huius excommunicationis veſtigium apud Monachos nigros *S. Benedicti*, & in aliis Religionibus colliges ex relatis per Henriq. *in ſum. lib. 13. c. 9. §. 4.* iuncta in *l.* "Ad argumentum verò ex ſtylo Curiæ reſponderi poteſt non eſſe otioſa verba illa, vt ſcilicet Papa explicet concedere poteſtatem abſoluendi non ſolum ab illis tribus principalioribus cenſuris, ſed etiam ab aliis, quæ ad illas reducuntur, & aliis nominibus ſolent appellari. Deinde non eſſe inconueniens ad maiorem declarationem multiplicare verba, & voces ſynonymas iuxta reg. text. *in l. quæ dubitationis tollendæ cauſa, 9. ff. de regul. iuris,* cum ſimilibus, quæ ibi adduxit Deci. & notauit gloſſ. *verbo, & filio,* ibi, *potius declarare, quàm addere, in cap. 1. de ſumma Trinit. lib. 6.* comprobat Mantu. *dial. 81.* & latè Cuſinl. Mantiſc. *de coniect. vltim. voluntat. lib. 3. tit. 6. num.* præcipuè cum in terminis de quibus agimus ſit nimè vtile ſit ad tollendas dubitationes, quæ ex contrariis opinionibus, quas retulimus, poſſent oriri.

Ex quibus primò colligitur nullam irregularitatem, ſiue cum culpa, ſiue ſine ea contractam cenſuram eſſe Eccleſiaſticam. Probatur, dicit de intrinſeca ratione cenſuræ eſſe quod ad ſubditi correctionem proferatur, & ſolum duret donec durat contumacia, & non corrigitur ille in quem profertur, ſed conſtat irregularitatem impedimentum eſſe de ſe perpetuum, quod non tollitur, neque ceſſat ceſſante contumacia, & quamvis ponatur emendatus ipſe irregularis, vt probat *cap. 1. cum ſeqq. 50. diſt.* text. opt. *in capit. literas, in fine, de temp. ordinat.* ergo meritò hanc ſolutionem tenent Nauar. *in manual. cap. 27. num. 19. & 254.* Viuald. *de irregul. num. 17.* Salzed. *ad Bernal. in pract. cap. 26. lit. E, verſ. 6.* refert multos Henriq. *lib. 7. cap. 13. §. 6. & lib. 13. cap. 2. §. 1. lit. A,* Bonac. *de cenſur. quæſt. 1. puncto 1. num. 4. verſ. quantum ſpectat ad irregularitatem,* Soar. *tom. 5. diſp. 1. ſect. 3. num. 5.* qui omnes conſequenter colligunt habentes Bullam, vel conceſſionem à Summo Pont. vt abſolui valeant ab omnibus cenſuris, minimè abſolui poſſe ab irregularitate aliqua, cùm ex proximè dictis conſtet violari irregularitatem eſſe cenſuram, & vltra proximè citatos, reſoluit teſtatus in ſtylo Romanæ Curiæ obſeruatos, Viuald. *de irregul. num. 331.* Iacob. de Graff. *in aurea deciſ. p. 1. lib. 4. cap. 15. n. 13.* Vgolin. *d. tab. c. 26. num. 1.* Nauar. *conſ. 34. num. 2. de tempor. ordinat.* ampliatus etiamſi in Bulla adiiciatur poteſtas abſoluendi ab omnibus cenſuris, & pœnis, quamvis contradicat Sot. *in aphoriſm. verbo abſolutio, num. 21.* Vnde ſuſtinere non poteſt reſolutio Soti *in 4. diſtinct. 22. q. 3. art. 1.* quæ conſtanter ſequitur Gutier. *canon. lib. 1. c. 3. per totum,* Fr. Emman. *in explicat. Bullæ Cruciatæ, §. 9. num. 64.*

Barbos.
Iuris Can
To. 2. lib.
Cap.
15.

Bañes, Medin. & alij, quos ipsi referunt, distinguentes inter irregularitates, quæ sine culpa contrahuntur, & admittit censuras non esse Ecclesiasticas, & inter illas, quæ cum culpa contrahuntur, vt si quis celebret suspensus, vel excommunicatione maiori ligatus, vt *in c.1.in fine,de re iudic.lib.6.*& per totum *tit.de clerico excommun.minist.* aut si excommunicatus vel ab excommunicato Ordines recipiat, *c.1.de eo qui furtiuè Ordines*, quas verè & propriè censuras esse Ecclesiasticas resolnit, ac subinde virtute Bullæ, & priuilegiorum in quibus conceditur potestas absoluendi ab omnibus censuris, ab istis etiam irregularitatibus absolui posse, quia hæc distinctio apertissimè conuincitur ex prædictis fundamentis, in quibus refellendis licèt totis viribus Gutierres insudauerit, minimè tamen ipsis satisfacit, nihil enim aliud ex ipsius dictis colligitur, quàm quòd fundamenta communis sententiæ concludunt solùm in irregularitatibus, quæ contrahuntur sine culpa, quod ex dictis falsum apparet, constat enim omnia æquè concludere etiam in irregularitatibus, quæ ex culpa contrahuntur, tum illud quod irregularitas pœna sit sua natura perpetua, quod censuris minimè conuenit; tum aliud quòd absolutio non dicatur de irregularitate; tum denique illud ex stylo Romæ Curiæ.

Secundò colligitur dispositionem perpetuam à beneficio, vel officio, aut ab vtroque censuram Ecclesiasticam non esse. Probatur ex dictis eodem discursu, cùm enim censura necessariò proferri debeat ad subditi correctionem, solúmque duret eius durante contumacia, cesset verò eadem cessante, depositionem verò natura sua perpetuam proponamus, meritò sit censuram Ecclesiasticam non esse, qua ratione ita docent Nauar.*d.c.27.n.152.vers.5.* & post Sylvest. Henriq.*d.lib.13.c.2.§.1.iuncta lit.G.* Iacob. de Graf.*d.lib.4. cap.1. num.5.* Auila *d. part.1.disp.5.* Bonac. *d.num.4. in fine.*

SVMMARIVM.

1 *Nouale est ager, seu terra nunc primùm, seu de nouo prosciſſa, de qua non extat hominum memoria quòd aliquando culta fuisset*, & n. 2.
3 *Antiquum dicitur, quod excedit centum annos.*

CAP. Qui per Nouale. XXI.

1 NOuale in priuilegiis de decimis noualium non soluendis, appellatur ager de nouo ad cultum redactus, de quo non extat memoria quòd aliquando fuerit cultus, & de quo Ecclesia Parochialis non percipit magnos prouentus. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viu. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.337.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.791.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Ant. Augustt. *collect.3. Decret.lib.5.tit.23.c.5.*

2 *Nouale intellexerint agrum*, &c.] Notatur ad hoc, quòd nouale est ager, seu terra nunc primum, seu de nouo prosciſſa, de qua non extat hominum memoria quod aliquando culta, seu cultinata fuit, vt per Bellam. *in clemen. religiosi, n.187. de decimis*, Henric. Caniſ. *de decimis cap.11.n.1. & in summa iuris Canon. lib.2.tit.26.§.noualium*, Rebuff. *in l.sylua 30.§.noualis, ff.hoc tit.p.181.* Mascard. *de probat. conclus.1106.* Petr. Greg. *syntagm. iuris lib.11. cap.2. num.2.* Monet. *de decimis cap.5.q.3.num.50.* Cardin. Tusch. *tom.5.lit.N. concl.115.*

3 *De quo non extat memoria*, &c.] Notatur ad hoc, quòd antiquum dicitur quod excedit centum annos, vt per Sylvest. *cons.36.n.13.* Tiraq. *in l.si vnquam, verbo omnia, n.31.* Menoch. *de arbitr. casu 3.* Mench. *illustrium c.84.n.15.* Auend. *de exequendis mand. p.1.c.6.n.6.* Gutier. *cons.1.n.4.* Gam. *decis.88.n.1.* Brunor. à Sole *in compendio resolut. verbo antiquitas 4.*

CAP. Venerabili. XXII.

1 PRiuilegium quando conceditur saluo iure matricis Ecclesiæ, per matricem Ecclesiam non intelligitur Romana, sed Cathedralis. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Mari. Socin. Viuian. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.337.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.791.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect.3. Decret. lib.5. tit.23.c.6.*

Per matricem Ecclesiam Cathedralem intelligi volumus.] Ergo matrix Ecclesia sumitur pro Cathedrali, vt per Rebuff. *de decimis, q.6.n.6.* & dicitur quasi aliarum ædiculatum, & capellarum mater, Azor. *instit.moral. p.2.lib.3.c.12.quæst.13. & lib.9.c.3.q.14. vers. matrix*, Monet. *de decimis, c.7.q.2.n.3.* Ecclesia, quòd sit matrix, intelligi debet secundùm subiectam materiam. Abb. *hic n.2. & in cap. vt singulæ n.1. de officio Archipresbyt.* Rebuff. *d.q.6.n.19. & 23.* Rota apud Farinac. *decis.272.n.2.p.1.recent.* vbi *num. seq.* ostendit quando larga significatione dicatur Ecclesia matrix.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Satisfactio partis in absolutione ab excommunicatione est iure communi præcepta.*
3 *Absoluere an possit habens facultatem delegatam limitatè non satisfacta parte, ostenditur.*
4 *Cautio sufficiens est si pignora, vel fideiussores dentur.*
5 *Absoluendi priuilegium habens cum limitatione satisfactionis an possit absoluere pœnitentem si moraliter non possit satisfacere, ostenditur.*
6 *Sententia diffinitiua non est præceptum executiuum.*
7 *Præceptum iudicis cum clausula, si senseris te granatum compareas, &c. habet ex sui natura vim simplicis citationis.*

CAP. Ex parte. XXIII.

1 EXcommunicatus, vel interdictus quando est ob contumaciam tantùm, quia citatus iuri stare noluit, si priùs tribuat sufficientem cautionem standi iuri, congruè satisfacit, vt relaxetur sententia: si pro offensa quia iussus noluit maleficium emendare, & offensa est manifesta, non satisfacit congruè, vt relaxetur sententia, nisi priùs sufficiens præstetur emenda; si tandem offensa est dubia, sufficit satisfactio parendi mandato Ecclesiæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Viuian. *in ration. lib.5. iuris Pontif. pag.337.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag.791.* remissiuè Ximen. *in concord. p.1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 3. tit.23. cap.7.*

2 *Absque congrua satisfactione*, &c.] Notatur ad hoc, quòd satisfactio partis in absolutione ab excommunicatione est forma iure communi præcepta, vt per

Couar.

Couar. *in cap. alma mater, p. 1. §. 11. num. 11.* Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 33. n. 1.* Aduerte pro congrua satisfactione in primis exigi iuramentum de stando mandatis Ecclesiæ, *c. de catero, cap. cùm desideres, de sentent. excommun* deinde si pro debito, aut offensa notorius fuerit excommunicatus, satisfactio realis debiti est necessaria, vel etiam expensarum pro notoria contumacia; si verò fuerit dubium, danda est sufficiens cautio, scilicet cum fideiussoribus, vel pignoribus, vt distinguit text. *in præsenti*, iuncto *cap. venerabilibus, §. porrò, de sentent. excomun.* vel saltem iuratoria cautio requiritur si propter inopiam nullam ex istis præstare valeat, vt explicat optimè Nauar. *in manual. c. 26. n. 7.* Couar. *in cap. alma, p. 1. §. 4. n. 11.* Vgolin. *de censur. tab. 1. c. 19. §. 6.* & multi, quos latè refert Garc. *reg. 3.* & 4. qui tamen omnes notant absolutionem præstitam omissa satisfactione valere, nisi præstita sit à delegato dato sub ea forma, vt absoluat satisfacta parte, vt notat Nauar. *d. c. 27. n. 37.* de quo tamen vide latè disputantem Vgolin. *d. §. 6. n. 5.* & Soar. *tom. 5. disp. 67. sect. 5. à n. 38.* Si autem habens potestatem ordinariam absoluendi pœnitentem absoluat, qui nondum satisfecit parti læsæ, quamvis antea potuerit, validè absoluit, licèt grauiter peccet, vt per Nau. *in man. c. 27. n. 37.* Syluest *verb. absolutio 3. num. 3.* Auil. *de censur. p. 2. c. 2. disp. 3. dub. 9.* Bonac. *eod. tract. disp. 1. quæst. 3. puncto 9. num. 1.*

3 Dubium tamen est in habente facultatem delegatam limitatè, quæ dupliciter potest considerari, primò si priuilegium, vel delegatio limitatè concedatur sub hac forma, non valeat, non possit absolnere, vel non possit dari absolutio, vel nullius sit roboris, aut momenti, tunc satisfactio requiritur, tanquam necessaria conditio, & limitat potestatem, ac iurisdictionem, & in hoc casu nulla est difficultas. In secundo verò, quando dicitur, satisfacta parte vel nullatenus detur absolutio, controuersia est inter DD an satisfactio requiratur tanquam conditio necessario limitans potestatem, in qua satisfactionem requiri tanquam necessariam conditionem, ac proinde inualidam esse absolutionem datam non satisfacta parte, tenent Soar. *tom. 5. de cens. 7. sect. disp. 5. n. 44.* & *de legib. lib. 5. c. 31.* Sayr. *de censur. lib. 2. c. 18. num. 10.* Verùm in hoc casu satisfactionem non requiri tanquam necessariam conditionem limitantem iurisdictionem meliùs tenent Fr. Emman. *in summ. c. 83. n. 4.* Auil. *d. p. 2. cap. 7. disp. 3. dub. 9. conclus. 2.* & post Sanch. Bonac. *d. puncto 9. n. 3.* vbi respondet ablatiuum absolutum importare conditionem, & formam faciendi aliquid licitè, aut validè, in hoc autem casu verba illa, satisfacta parte, non importare conditionem faciendi validè, sed tantùm licitè, ac proinde validam esse absolutionem datam ante satisfactionem, quamvis non licitè detur.

4 In gloss. *Sufficiens*, ibi, *si pignora, vel fideiussores dentur.*] Notatur ad hoc, quòd sufficiens cautio est, si pignora, vel fideiussores dentur, vt per Duen. *reg. 86.* Pinel. *in l. 1. C. de bonis maternis, p. 2. n. 76.* Couar. *lib. 3. variar. c. 3. n. 6.* Menoch. *de arbitr. casu 142. n. 3.* Gutier. *in repetit. l. nemo potest, n. 247. ff. de legatis 1.* Ceual. *commun. contra communes, quæst. 66.* Molin. *de iustit. tract. 2. disp. 334. num. 4.* plures apud Sanch. *de Matrim. lib. 7. disp. 18. à n. 15.* quibus adde Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 33. à n. 43.* Stephan. Garc. *discept. forens. c. 147. n. 22.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decision. 254. n. 3.* Anton. de Sousa *in relection. de censur. in Bulla Cœnæ, c. 23. disp. 98. n. 1.*

5 In gloss. *Clausula*, ibi, *quid si aliquis ita pauper sit, quòd non potest satisfacere*, &c.] Vtrùm autem Confessarius habens priuilegium absoluendi cum limitatione satisfactionis, possit absoluere pœnitentem si miserabiliter non possit satisfacere, aut qui non potest satisfacere sine graui damno famæ, vel status, vel bonorum; in quo dubio affirmatiua pars verior, & receptior est, modò creditor non censeat æquale damnum, quia credibile non est superiorem velle obligare pœnitentem ad impossibile, ita contra Sot. *in 4. dist. 21. art. 3.* Cordub. *in tract. de indulgentiis, q. 43. resolution.* Nauar. *in manuali cap. 27. num. 45.* Auil. *d. disp. 3. dub. 9.* Fr. Emman. *d. cap. 83. num. 3.* Henriq. *in summ. lib. 13. cap. 28. §. 1.* Valquez *tract. de excommunic. dub. 30. Sot. d. tom. 5. disp. 5. sect. 5. num. 41.* Sanch. *in præcept. Decal. lib. 2. cap. 20. num. 19.* Bonacin. *d. punct. 9. num. 4.* vbi aduertit quòd quando pœnitens non potest satisfacere, nec absolutio differri potest, Confessarius absoluere potest exhibita à pœnitente ea satisfactione, quam potest exhibere ante absolutionem, exhibendo scilicet pignoratitiam, vel fideiussoriam, vel saltem iuratoriam, quando non potest exhibere pignoratiam, vel fideiussoriam, simulque promittendo se satisfacturum prima oblata occasione, modo Confessarius probabiliter credat pœnitentem oblata satisfactione satisfacturum, & *num. 6.* pariter refoluit pœnitentem, qui non potest totam satisfactionem realem exhibere, debere saltem ante absolutionem eam partem satisfactionis exhibere, quam potest præstando pro reliqua parte debitam cautionem, & *num. 7.* tenent cum Auila, & Henriq. *locis suprà citatis*, Confessarium, qui potestatem habet absoluendi sub illa conditione satisfacta parte, posse statim absoluere pœnitentem excommunicatum, qui dedit pecuniam Confessario, vel alteri viro probo, vt commodis tuatur læsæ parti, nam pœnitens hoc modo videtur restituisse.

In gloss. *Si verò*, fin. ibi, *non hoc faciat sententia.* Notatur ad hoc, quòd præceptum excommunicationis est sententia diffinitiua, vt per Xuar. *in d. l. post rem iudicatam, notab. 3. n. 2. col. 2.*

In ead. gloss. ibi, *Coram eo responsurus.* Notatur ad hoc quod præceptum iudicis cum *clausula, si sanus te grauatum, compareas*, &c. habet *ex sui natura* vim simplicis citationis, vt per Vin. *tom. 1. commun. opin. lib. 7. tit. 15. n. 91. pag. 279.* vbi Vin. *num. 96. pag. 281.* Bonacol. *commun. crimin. p. 1. verbo præceptum, fol. 135. verso, & part. 1. eod. verbo, fol. 61. verso,* Nauar. *cons. 1. de censibus, n. 2. in antiquis,* Spin. *in specul. testament. p. 11. rub. ... n. 42. cum seqq.* Bernard. Græuæ *ad praxim Camera Imper. lib. 1. conclus. 19. consider. 1.* Et si pars non compareat in termino assignato potest exequi, ex Valdes *ad Suarez in d. l. post rem iudicatam in explicatione legum Regni, notab. 14. vers. decimus nonus casus, pag. 116.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Notorium inducitur, & probatur per alia iudicia.*
3 *Confessio facta in iudicio plenè probat etiam de sententia parte.*
4 *Notorium est, quod nulla tergiuersatione celari potest.*

CAP. Cùm olim. XXIV.

OFfensa illa intelligitur esse manifesta, quæ per confessionem, vel per probationem legitimam notata est, vel per euidentiam rei, quæ nulla possit tergiuersatione celari; & in reliquis habet idem quod in præcedenti cap. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc.

Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 338.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 791.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 3. Decretal. lib. 5. tit. 23. c. 8.*

2 *Intelligere manifestam*, &c.] Notatur ad hoc, quod notorium inducitur & probatur per acta iudicij, quia acta faciunt rem notoriam, vt per Neuizan. *cons. 30. n. 3.* Grammat. *decis. 36. num. 38.* Aym. *cons. 303. n. 5. p. 2.* Cephal. *cons. 57. num. 33. lib. 2.* Ioseph. Ludon. *Perus. decis. 20. n. 2. p. 1.* Tiraq. *de retract. tit. 1. §. 36. glos. 2. n. 44.* Mascard. *de probat. concl. 1101. n. 13. cum seqq.* Menoch. *remed. 1. recuper. n. 232. & de arbitr. casu 166. num. 6. & cons. 100. n. 6.* Dec. *cons. 18. n. 50. tom. 1.* Farin. *in praxi fori crimin. p. 1. q. 9. n. 20. & q. 21. n. 14.* Mendez à Castro *in praxi Lusitan. l. 3. c. 15. num. 4.* Salon. *2. 2. q. 69. art. 2. controuers. 7. in fine*, Aldret. *de Religiosa disciplina tuenda, lib. 1. c. 5. §. 2. n. 10.*

3 *Vel per confessionem*, &c.] Notatur ad hoc, quòd Confessio facta in iudicio plenè probat, etiam absente parte, vt per Duen. *reg. 302. limit. 2.* Mascard. *concl. 348.* Surd. *decis. 309. n. 14.*

4 *Quod nulla possit tergiuersatione celari.*] Quale est notorium, vt per Menoch. *d. casu 146. num. 4.* Menoch. *illust. cap. 2. n. 11. & cap. 20. num. 23.* Farinac. *d. q. 21. n. 8.* Aldret. *d. §. 2. n. 6.*

SVMMARIVM.

1 *Verba priuilegiorum debent intelligi vt aliquid offerant, & non remaneat ambiguitas, & ideò dictiones, secundum, & iuxta, videntur appositæ causatiuè, non conditionaliter.*

2 *Consuetudo vt inducatur non requiritur quòd sit introducta, & obtenta in contradictorio iudicio.*

3 *Priuilegium est, lex priuata, seu ius singulare contra ius commune indultum.*

4 *Priuilegium dici non potest illud, quod nihil specialiter concedit, sed illud tantùm, quod iure communi concessum erat.*

5 *Rescriptum Pontificis, & priuilegium Principis probat, & tenet, licèt in eo de alio fiat mentio.*

6 *Beneficia secularia conferri possunt Regularibus, deficientibus clericis secularibus, & è contra.*

7 *Domus alicuius, etiamsi steterit per mille annos iuxta domum alterius, non ædificata, benè poterit ædificari.*

8 *Ædificare quis non poterit iuxta fundum, vel aream vicini, si ratione talis ædificauerit ei præiudicium.*

9 *Instrumentum publicum, vel priuatum faciens mentionem de alio instrumento, non facit fidem, nisi producatur originale.*

10 *Instrumentum confirmans facit plenam fidem de instrumento narrato, etsi primum instrumentum originale non ostendatur.*

11 *Ecclesia destructa minimè gaudet priuilegiis concessis Ecclesiæ.*

12 *Priuilegium non admittitur etiam per centum annos si quis potuit eo vti.*

Cap. Abbate. XXV.

1 PRiuilegium vt aliquid operetur quando in eo quicquam conceditur, & subditur iuxta, vel secundùm morem præteriti temporis, illæ dictiones, *iuxta*, vel *secundùm*, non sumuntur vt conditionales, quasi referantur ad impersonale, id est, si talis mos est, ideo cõcedimus, sed sumuntur causatiuè & determinãt personale, id est, quia talis mos est, ideo concedimus quia priuilegium est lex priuata, & lex non debet esse obscura, & captiosa, sed certa & manifesta, & lex priuata debet aliquid indulgere. Item quando est consuetudo, vt Abbas pro vno Monasterio ex altero sumatur, sit in obseruantia Regulari, & in eo sit persona idonea ad Abbatiam. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 338.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 791.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.* refertur ab Anton. Augustt. *collect. 3. Decret. lib. 5. tit. 25. c. 10.*

Consuetudo aliqua, quasi contradictorio, &c.] Notatur ad hoc, quòd vt inducatur consuetudo, non requiritur, quòd sit introducta, & obtenta in contradictorio iudicio, vt per Flamin. *de resignat. benefic. lib. 3. q. 6. n. 28.* Ceual. *commun. contra communes, q. 358.* Bernard. Græuæ. *ad practic. Cameræ Imper. lib. 2. conclus. 31. à n. 117.* Mascard. *de probat. concl. 427. n. 3.* vbi intelligit in actibus iudicialibus, secus autem in extraiudicialibus. 2

Quia cùm priuilegium sit lex priuata, &c.] Priuilegium igitur communiter definitur, quòd sit lex priuata, seu ius singulare contra ius commune indultum, glos. *in rubr. de rescript. lib. 6.* vbi eam sequuntur omnes, teste Gomez, & Padil. *ibi*, Abb. *hìc num. 7.* Medic. *tom. 1. de legibus, & statutis, p. 4. q. 33. & de definit. q. 17.* Petr. Gregor. *de iuris arte cap. 7. n. 14.* Henric. Canis. *in summ. iuris Canon. lib. 1. tit. 2. §. duplex genus placitorum*, Fr. Emman. *qq. Regul. tom. 1. q. 7.* Azor. *instit. moral. tom. 1. lib. 5. c. 22.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancellariæ glos. 35. n. 5. cum seqq.* 3

Nisi aliquid specialiter indulgeret.] Ergo priuilegium dici non potest illud, quod nihil specialiter concedit, sed illud tantùm, quod iure communi concessum est, vt per glos. *in d. rub. de rescript. l. 5.* Rebuff. *in praxi tit. differentiæ inter rescriptum*, Sylvest. *in summ. verbo priuilegium, q. 3.* Viger. *instit. Theologic. cap. 17. §. 2. vers. 2.* Azor. *d. cap. 22. quæst. 2.* Sed vt responsio pateat ad plures vtriusque iuris decisiones, in quibus per modum priuilegij, & indulgentiæ conceduntur ea, quæ iure communi licita, & concessa esse noscuntur, aduertendum est duobus modis posse priuilegium considerari contra ius commune, vel in substantia, vel secundùm modum, vel quoad aliquos particulares effectus: in substantia, quando concedit, vt quis licitè facit, quod iure communi sibi prohibitum est, videlicet, vt intestabilis faciat testamentum, ne quis excommunicatum vitet, ne decimas soluat, & similia: secundùm modum, quando etsi iure communi licitus sit actus, qui geritur, modus tamen non ita, veluti, vt milites testati valeant, non seruatis iuris solemnitatibus, iuxta *tit. Digest. Codic. & Instit. de militari testam.* vel etiam, vt sine illis ad pias causas faciat testamentum, iuxta *cap. cùm esses, & cap. relatum, de testamentis*, vel inter liberos, *l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. illo tit.* Conceditur etiam, quoad aliquos particulares effectus, veluti ad sedandos scrupulos, quia impetrantes putant sibi non licere, quod iure communi licitum est, notat Nauar. *consil. 3. num. 3. de statu Monachorum*, sequuntur Azor. *d. c. 23. q. 3.* Salas *de legib. disp. 17. sect. 1. num. 4.* 4

Maximè cùm supradictus, &c.] Notatur ad hoc, quod rescriptum Pontif. & priuilegium Principis probat, & tenet, licèt in eo de alio fiat mentio, vt per Mascard. *de probat. conclus. 923. num. 9.* Garc. Girond. *de priuilegiorum, & exemptionum explicat. num. 340.* 5

6 *His igitur*, &c.] Notatur ad hoc quòd beneficia sæcularia conferri possunt regularibus deficientibus Clericis sæcularibus, & è conuerso, vt per Gonzales *ad reg.*8.*Cancellariæ glos.*8.*n.*43.

7 In glos. *Alciaten.*3.ibi, *quid enim si vicinus*, &c.] Notatur ad hoc, quòd etiamsi domus alicuius steterit per mille annos iuxta domum alterius non ædificata, benè poterit eam ædificare, vt per Duen. *reg.*33.*vers. amplia primo.*

8 Notatur etiam ad hoc, quòd non potest quis ædificare iuxta fundum, vel aream vicini, si ratione talis ædificij fieret ei præiudicium, vt per Anton. Gomez *l.*46.*Tauri, n.*7.*col.*1.

9 In glos. *Fiat.*Notatur ad hoc, quod instrumentum publicum, vel priuatum faciens mentionem de alio instrumento, non faciat fidem, nisi producatur originale, quando instrumentum refertur ab aliquo Tabellione, vel Notario, vel ab alia persona priuata, secus verò si à Principe, vel lege communi, vel iudice definitiuè pronuntiando, quia tunc bene valet, & tenet, & facit plenam ac perfectam fidem, vt per Ant. Gomez *l.*1.*Tauri, n.*11.

10 In ead. glos. ibi, *Alij probabilius*, &c. Notatur ad hoc, quòd instrumentum confirmans facit plenam fidem de instrumento narrato, etsi primum instrumentum originale non ostendatur, vt per Cosm. *in pragm. c.sacrosancta, verbo tenor, pag.*63.*verso.*

11 In glos. *Donec.* Notatur ad hoc quod Ecclesia destructa minimè gaudet priuilegiis concessis Ecclesiis, vt per Tiraq. *in tract. cessante causa, p.*1.*n.*312. *cum seqq.& limit.*30. Sanch. *de Matrim.lib.*9.*disp.*15. *num.*37.

12 In ead. glos. ibi, *Quia non potest vt illo tempore priuilegio.* Notatur ad hoc, quod priuilegium non amittitur, etiam per centum annos, si quis non potuit eo vti, quia occasio se non obtulit, vt per Rebuff. *in tract. nominat q.*14.*n.*21. Fr. Emman. *tom.*1. *quæst. Regul.q.*51. *art.*5.*vers. secundò fallit.* Valdes. *ad Xuar. in proœmio fori lit.F.in fine, pag.*6. Menoch. *vsufrequent.c.*2.*n.*32. Valasc. *de iure emphyt.q.*37.*n.*7.& 8. Bernard. Græuæ. *ad pract. Cameræ Imper.lib.*2.*concl.*60.*consid.*2.

SVMMARIVM.

1 *Salinaria inter regalia connumerantur.*
2 *Pedagium dictum est à pede quod à transeuntibus soluitur.*
3 *Reseruata Principi ratione dignitatis acquiri possunt per inferiorem præscriptione tanti temporis, cuius initium memoriam hominum excedat.*
4 *Regale ius potest præscribi tempore immemoriali.*
5 *Consuetudo tanti temporis, cuius non extat memoria in contrarium, vim priuilegij habet, data capacitate illum inducentis, vel præscribentis,* & n.6.
7 *Consuetudo immemorialis habet vim tituli.*
8 *Ecclesiæ pertinet de causa viduarum, orphanorum, & pauperum cognoscere.*
9 *Tituli allegatio non est necessaria, in præscriptione memoriali.*

CAP. Propterea. XXVI.

1 HÆretici manifesti dicuntur illi, qui publicè prædicant contra Fidem Catholicam, aut profitentur, seu defendunt errorem, vel coram Prælatis suis sunt conuicti, vel confessi, aut ab eis sententialiter condemnati super hæretica prauitate, quorum propria bona confiscantur, & ipsi puniuntur iuxta sanctiones legitimas. Item quando Legatus Apost. interdicit pedagia, guidagia, salinaria, intelligitur illa esse interdicta, quæ non apparent fuisse concessa largitione, Regum, Imperatorum, vel Concilij v. g. Lateranensis, vel quæ non sunt introducta ex antiqua, & immemorabili consuetudine. Item quando Legatus Apost. mandat alicui Principi secularis vt secundùm Legati, vel iudicis Ordinarij, vel delegati Apost. institiam exhibeat in causis, intelligitur in omni causa, quæ ratione personarum, vel rerum spectat ad forum Ecclesiasticum, aut super vniuersis causalis, quæ à Legato sunt statuta pro pace seruanda, vel Auctoritate Apost. statuenda; & tenetur respondere in iudicio Ecclesiastico, viduis, pupillis, orphanis, & miserabilibus personis. Colligunt ex Ordin. Alb. antiq. Innoc. Collect. Zabarel. Ioan. Andr. Host. Ber. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Vin. *in tract. lib.*5. *in vis Pontif. pag.*338. Alagona *in compend. iuris Cæsar. pag.*791. remissiuè Ximen. *in concord. p.*1. & 2. referetur ab Anton. Augustt. *collect.*3. *Diuer. lib.*5. *tit.*23. *cap.*10.

Salinaria.] Notatur ad hoc quòd salinarum reditus, & salinaria, seu salinarum vectigal inter regalia connumerantur, vt per Strach. *de mercat.p.*4.*num.*20. Azeued. *ad l.*31.*à n.*11. *tit.*20. *lib.*6. *nouæ recop.* D. Barbos. *in l.diuortio,* §. *si vir, n.*29. *ff. solut. matrim.* Cabed. *Lusit. decis.*53.*p.*2.

Pedagia.] Nota pedagium dictum esse à pede, quòd à transeuntibus soluitur, vt per Cassan. *in consuet. Burgund. rub.*1. §.4. *verbo indire, imposer, leuer ejus. n.*6. *fol.*30. *verso,* vbi *n.*7. asserit, quòd pedagium non est seruitus.

A tempore cuius non erat memoria, &c.] Notatur hoc quòd ea, quæ Principi ratione dignitatis reseruantur, acquiri possunt per inferiorem præscriptione tanti temporis, cuius initium memoriam hominum excedat, vt per Couar. *in reg. possessor* 2.3. *n.*8. *vers. tertia species*, Mascard. *de probat. concl.*1570. *à num.*33. *& concl.*424. *num.*4. *conclus.*1214. *num.*13. Rot. *decis.*642.*n.*3. *in 1. collect. nouiss. aliàs part.*4. *diuers.* Gutier. *pract. lib.*3. *quæst.*14. *n.*70. Otalc. *Pedem. decis.*16. *num.*4. Burfat. *cons.*41. *num.*17. & 8. Villalob. *commun. opin. verbo præscriptio, num.*120. Ering. God. *cons.*3. *num.*24. & *cons.*32. *num.*8. Cranet. *cons.*54. *n.*8. & *de antiq. tempor. p.*4. §. *absolutis, num.*4. Riminald. *cons.*72. *n.*123. *vol.*1. Menoch. *cons.*2. *n.*71. Scot. *rem. resp. lib.*4. *resp.*12. *n.*14. & *tom.*2. *lib.*8. *cons.*16. *num.*11. Vnde Imperatores Romanos in quamplurib. Italiæ partibus per immemorialis temporis curriculum Regalia amisisse testatur Alexand. *cons.*16. *vol.*5. quem citat Ferret. *cons.*241. *num.*3. quamvis aliter, imò minus annorum spatio tantum præscribi asserat, Surd. *decis.*1. *num.*10. Vnde ius regale posse præscribi tempore immemoriali, docuerunt Peregr. *de iure fisci lib.*1. *tit.*2. *n.*65. Valasc. *de iure emphyt. quæst.*8. *num.*10. eleganter D. Barbos. *in priuatis scholis ad l. quamvis, n.*30. *ff. de fluminibus*, & ita ius imponendi, seu exigendi gabellas præscribi tempore immemoriali resoluit Farin. *in praxi crimin. p.*6. *q.*172. *n.*91. cum seq. quicquid aliter velit Cabed. *Lusit. decis.*63. *num.*2. *decis.*109. *p.*2.

Notatur ad hoc, quòd consuetudo tanti temporis, cuius non extat memoria in contrarium, vim priuilegij habet. Decian. *cons.*85. *num.*2. & *cons.*114. *n.*30. Rimin. *cons.*28. *num.*11. *volum.*1. *decis.* Afflict. *decis.*317. *num.*4. Cranet. *cons.*259. *vol.*1. Menoch. *cons.*43. *num.*3. Alexand. *cons.*6. *columna* 3. *in prin. volum.*1. *cons.*57. *vol.*2. & *cons.*78. *n.*3. & 11. *vol.*6. Roland. *cons.*93. *n.*40. *volum.*2. & *cons.*59. *num.*17. & *cons.*100. *n.*104. *vol.*4. Balb. *de præscript.*2. *p.*5. *princ. q.*6. *num.*6. Capibal. *cons.*408.

*cons.*468.*n.*61.Paul. Æmil.*de except.lib.*1.*p.*1.*except.*1. *n.*30. Decian.*cons.*11. *n.*198.*vol.*1. & *cons.*44. *n.*18.& *cons.*51.*n.*37.*vol.*2. & *cons.*36. *num.*24. *vol.*5. Rebuff. *tom.*3.*ad leges Galliæ tit.de consuet.in præfat.n.*45.Burg. de Pace *cons.*15.*n.*12.Perez *l.*6.*glos.*1.*col.*1.*ad fin.tit.*13. *l.*3.*Ordin.*Bellug.*in speculo Princip. rub.*29.§.*in benefic. n.*9. Anton. Cuch. *institit. maiorum tit.*9. *de consuetud. n.*145.Morl.*in emporio iuris p.*1.*tit.de iuris dict. omnium iudic.in præl.n.*5 Fachin.*cons.*26.*n.*29.*lib.*1. Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel. glos.*35. *n.*29. Fontanel. *de pactis nupt. tom.*1.*claus.*3.*glos.*2.*n.*28.Card.Tusch.*lit.C,concl.*808. *n.*1.& 2.Rot.*decis.*111.*ex n.*2. & *decis.*614. *n.*2.*p.*2.*recent.*quod procedit etiam in reseruatis Principi, Paris. *cons.*28.*n.*77.*lib.*1. Rot.*d.decis.*111.*n.*2.*p.*1.*recent.*& *decis.*276.*n.*3.post *vol.*2.*cons.Farin.*Hinc ait Felin.*in cap. cum nobis, de præscript.* quòd præsumptio resultans ex immemoriali consuetudine dicitur iuris & de iure, Ioan.Garc.*de expensis c.*6.*n.*20.& per hunc text.inquit Bald. *in c.*1. *n.*3. *quæ sint regalia, in vsibus feudorum,* consuetudinem hanc temporis longissimi, de cuius initio memoria in contrarium non existit, priuilegio ex certa scientia à Principe concesso æquiparari,idem docet glos. celebris *verbo consuetudo in c. conquestus* 9. *q.*3. & alia *verbo vsque ad hoc tempus in c. fin.*18. *q.*2. Natt.*cons.*640.*n.*34. *lib.*3. Molin. *de primog. lib.*2. *c.*6. *n.*3. quod intellige data capacitate illam inducentis, vel præscribentis, Abb.*in c.nouit,n.*22.*de iudiciis,& in cap.causam quæ,n.*3.*de præscript.* Felin. *in cap.audientes n.*6.*de præscript.* Couar.*lib.*1.*variar.c.*17.*n.*6. Menoch. *lib.*2.*illustrium c.*89. & fuit dictum *in Cracouien. iuris legendi* 21.*Maij* 1627.coram Romano D.meo Coccino Decano,Peregr.*de iure fisci lib.*6.*tit.*8. *n.*18. *& seq.*

7 Nam data capacitate consuetudo immemorialis habet vim tituli, vt per Nattam *cons.*154.*num.*6.*l.*2. Ioseph. Ludonic.*Perusina decis.*107.*n.*36.Gutier.*d.q.*14.*à n.*21. & *q.*17.*à n.*289.Camil.Borrel.*cons.*3.*à n.*21.*centuria*1. Titulus enim præsumitur ex cursu temporis immemorialis, Menoch.*de præsumpt.lib.*3.*præsumpt.*131.*n.*45. & *cons.*90.*n.*66. nam immemoriali consuetudine probata meliorem titulum de mundo, vt cum nostris loquar, quis habere dicitur, Rot. *decis.*4.*n.*2.*de testib.in antiq.*& *decis.*717.*n.*2. *p.*1. *diuers.* Bertrand. *cons.*120. *n.*3.*vol.*2.Gozadin.*cons.*8.*n.*37. Pute.*decis.*205.*num.*2. & 3.*lib.*1. Paris.*cons.*111.*n.*43.& 49.& *cons.*27. *n.*77. *vol.*1.Hieron.Gabr.*cons.*88.*n.*17.*lib.*1.Gonzal.*ad reg.*8. *Cancel.glos.*33. *n.*4. & cursus temporis immemorialis vim priuilegij obtinet,idem Menoch. *d. præsumpt.*131. *n.*43.& *cons.*142.*n.*13. Molin.*de primog.lib.*2.*num.*19. Mascard.*de probat.concl.*1214.*num.*48. Gutier. *d.q.*14. *n.*70. Et ideò quæ priuilegio sunt acquisibilia acquiruntur pariter ex consuetudine,seu præscriptione immemoriali. Abb.*in cap. cum contingat,n.*21. vbi Felin. *sub n.*2.Decian.& alij, *de foro comp.* Pereg.*de iure fisci, lib.*1.*tit.*12.*sub n.*61. Rodolph.*de absoluta Principis potest.c.*1.*n.*13. Hippol. Rimin.*cons.*55. *n.*6.*tom.*1. Crau. *cons.*137.*n.*3. Card. Tusch. *d. lit. C. concl.*806. *n.*9. & *concl.*819.*à n.*1.

8 *Item viduis,pupillis,* &c.] Notatur ad hoc, quòd ad Ecclesiam pertinet cognoscere de causis viduarum, orphanorum, & pauperum, vt per D.Barb.*in l.*1.*p.*1. *n.*40.*ff.solut.matrim.*

9 In glos. *Non erat,*ibi,*non sit necesse titulum allegare.* Notatur ad hoc, quòd in præscriptione immemoriali allegatio tituli non est necessaria, vt per Couar. *in reg.possessor,p.*2.§.3. *num.*6. *col.*4. Soar. *tom.*2. *commun. opin.d.*7.*tit.*5.*n.*58.*pag.*239.Menoch. *d. præsumpt.*131. *num.*26.

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text.refertur.*
2 *Clericus degradatur, & Curiæ sæculari traditur in grauioribus, & enormibus delictis.*
3 *Clericus quando Curiæ sæculari traditur, debet iudex Ecclesiasticus intercedere pro eo, quòd non moriatur.*
4 *Condemnatio alicuius in perpetuum carcerem cum assignatione quatuor vnciarum panis, & totidem aquæ pro potu singulis diebus, est condemnatio ad vltimum supplicium.*

Cap. Nouimus, XXVII.

CLericus degradatus tunc intelligitur traditus Curiæ sæculari quando degradatur à iudice Ecclesiastico potestate sæculari & post degradationem renuntiatur eidem facultati, vt in suum forum recipiat degradatum, pro quo tamen debet Ecclesia efficaciter intercedere, vt citra periculum mortis quoad ipsum sententia moderetur. Colligunt ex Ordin.Abb.antiq.Innoc.Collect.Zabar.Ioan.Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Viuian. *in ration. lib.*5.*iuris Pontif.pag.*339.Alagona *in compend.iuris Canon. pag.*792. remissiue Ximen.*in concord.p.*1. & 2.refertur ab Anton. August.*collect.*4. *Decret.lib.*5.*tit.*16. *cap.*2. 1

Vel aliud flagitium graue, &c.] Notatur ad hoc, quòd in grauioribus, & enormibus delictis clericus degradatur, & Curiæ sæculari traditur, vt per Tiraq. *de pœnis temper.causa* 49.*n.*36.& alios, quos citat Cened. *ad Decretum collectar.* 7.*n.*1. Quibus autem casibus huiusmodi degradatio,siue Curiæ sæculari traditio fieri debeat,vide Couar. *variar.lib.*2.*c.*20. *n.*7. Bellet. *disquisit.cleric.part.*1.*tit.de fauore clericorum personali,* §.6.*n.*10.& alios plures,quos refero ego ipse *de officio, & potestate Episcop.p.*3. *alleg.*110. *à n.*11. Latè de degradatione verbali scilicet, & actuali tractant Menoch.*de arbitr.casu* 415. Bellet.*d.*§.10.ego ipse *d.allegat.*110.*à princ.* 2

Pro quo debet tamen Ecclesia efficaciter intercedere &c.] Quando igitur traditur clericus, siue aliquis alius Curiæ sæculari, debet iudex Ecclesiasticus intercedere pro eo, quòd non moriatur, Abb. *in cap. cùm non ab homine, n.*26.*de iudiciis,*Bellet.*d.*§.10.*n.*2.Perez *l.*3.*glos.*1.*pag.*90.*colum.*2. *in princ. & pag.*92. *vers. sed est dubium,tit.*4.*lib.*8. *Ordin.*vbi dicit quòd nihilominus debet fieri relaxatio Curiæ sæculari absque metu irregularitatis, quamvis enim per huiusmodi traditionem sequatur mors,vel mutilatio, illa non incurritur, Zerol.*in praxi Episcop.p.*1.*verbo hæretici,* §.12. 3

§. Pro illo.

Falsarius est includendus in perpetuum carcerem cum pane & aqua. Colligunt Doctor. *in princ. text.* citati.

In perpetuum carcerem, &c.] Notatur ad hoc, quòd condemnatio alicuius in perpetuum carcerem cum assignatione quatuor vnciarum panis, & totidem aquæ pro potu singulis diebus est condemnatio ad vltimum supplicium, ita vt si condemnatus moriatur, censendus sit condemnans irregularis, vt per Fr. Emman. *quæst.Regul.tom.*2.*q.*22.*art.*5. 4

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Possessio ius est.*
3 *Priuilegium, vel beneficium concedentis ad intentionem recurrendum est.*

CAP. Dilecto. XXVIII.

Honor. III.

1 INtendens recuperare possessionem rei si legitimè impeditus ei currit tempus præscriptum, v.g. vnius anni, & Papa indulget vt lapsus anni ei non noceat, intelligitur hoc indultum secundùm ius commune, id est, si in illo anno poterat legitimè recuperare, quia ius alteri parti tollere non intendit. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 340. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 793. remissiuè Ximen. *in concord p. 1. & 2.*

2 *Indulgentiam perimere, &c.*] Notatur ad hoc, quòd possessio ius est, vt per Conar. *in reg. possessor, in initio, p. 2. n. 3.* Gomez *l. 45. Tauri, à n. 17.* cuius tamen contrarium, nempè quòd possessio facti sit, & non iuris, tuentur, Petr. Gregor. *syntagm. iuris lib. 1. c. 13. num. 6.* Vacon. *declar. 32. à princip* Conan. *comment. iuris Ciuilis lib. 3. cap. 3. à princip.* Donel. *lib. 5. cap. 6. §. si possidere,* Gischen. *de præscript. p. 2. memb. 3. cap. 1. n. 19.* Peregr. *variar. lib. 3. n. 2. cum multis seqq.* Intellige provt dixi *ad c. 6. n. 4. de concess. præbendæ.*

3 In gloss. *Intentionis.* Notatur ad hoc, quòd recurrendum est ad intentionem concedentis priuilegium, seu beneficium, vt per Tiraq. *in l. vnquam, verbo libertis, n. 55. C. de reuoc. donat.* & faciunt quæ ego ipse *Axiom. 124. n. 4.*

CAP. Cùm inter vos. XXIX.

1 OBlationis nomen est generale, & veniunt illius appellatione omnia quæ ad Ecclesiam peruenerint quocumque titulo vt sunt illa, quæ in festiuitate omnium Sanctorum portantur ad Ecclesiam, vel ad domum Sacerdotis intuitu defunctorum, & quæ de Altari suscipiuntur, & quæ ante crucem, & in Missa Trinitatis, & quæ pro desponsatis datur, & lampades cum oleo, & quæ offeruntur alicui capellæ, & quæ dantur nuntio destinato per Parochiam; item quæ dantur pro Missis mortuorum, & quæ pro septimis, & trigesimis, & anniuersariis, & panes, & quæ infra hebdomadam offeruntur, & mortuorum indicia & similia; quare cui debetur pars tertia oblationum, debetur etiam tertia horum omnium. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 340. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 793. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 Probat hic text. oblationis nomine intelligi quicquid Deo, vel Ecclesiæ, eiúsve ministris voluntariè exhibetur, de quo vide Mari. Socin. *in tract. de oblat. libello 1.* & Troyl. Maluat. *simili tract. ferè per totum,* Monet. *de decimis, c. 2. n. 9. & c. 5. n. 2.* asserit oblationes, quæ fiunt ad sacrificium, subrogatas esse loco quarundam decimarum legis veteris, quas in horreis recondebat, & separabat quisque de populo, vt comederet eas, cùm iret in templum Hierusalem, accersitis in vestibulo templi Sacerdotibus, & Leuitis ad comedendas *Deuteron. 12. & 14.* de quo etiam *cap. his ita 13. q. 1.* De hac materia latè ego ipse *in tract. de appellat. vtriusque iuris signif. appel. 172.*

CAP. Ex parte. ij. XXX.

LItis mores vbi fit mentio intelligitur de tempore quo fuit facta contestatio litis. Colligunt ex Ord. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Io. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mar. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 340. Alagona *in compend. iuris Can. pag.* 893. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Hanc eandem concl. ex hoc text. defendunt Mart. *de ordine iudic. p. 5. tit. & omnia fiant durante instantia n. 64.* Surd. *de aliment. tit. 1. q. 8. n. 4.* Cabed. *Lusit. decis. 15. n. 10. p. 2.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastici decis. 344. n. 1.* quos refert, & sequitur parens meus *in commentariis ad ordinationem Regiam Lusitanorum, lib. 3. tit. 20. §. 7. n. 3.* addo Parlad. *differ. 118. n. 4.* litem enim non aliter quàm per cœptum iudicium, & litem contestatam dici affirmat Lancel. *de attent. p. 1. c. 4. in præf. n. 155.* & ideo quando verbum, *hic*, profertur à lege, intelligitur post litem cõtestatam, Socin. *cons. 144. n. 9. lib. 2.* Salgado *de protect. Regia, tom. 1. p. 2. c. 13. n. 44.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Canonica portio non soluitur Episcopo de reditibus fabricæ.*
3 *Quarta Episcopalis non detrahitur de reditibus personis.*

CAP. Ex parte. iij. XXXI.

LEgatus quando facit constitutionem vt mortuorum tertia pars Episcopo soluatur, non intelligitur de his, quæ ad ornamenta Ecclesiæ, vel ad fabricam illi necessariam, vel ad luminaria, vel quæ pro anniuersario septimo, trigesimo, ac vigesimo faciendis, nec de his, quæ specialiter fiunt personis, vt Rectori Ecclesiæ; nisi fiat ratione Ecclesiæ, sed de aliis provt est in iure communi. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag.* 340. Alagona *in compend. iuris Canon. pag.* 793. remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

Vel ad fabricam, &c. Notatur ad hoc, quòd decimis fabricæ non solnitur Canonica portio Episcopo, aut Ecclesiæ Parochiali, vt per Cosm. *in prag. mat. tit. de elect. verbo fabrica, pag. 151. verso*, Rota cit. Illustriss. Seraphino in vna Syracusana quarta. Stephan. Quarant. *in summa Bullarij, verbo quarta Episcopalis, vers. secunda difficultas*, vbi citantur Roman. *cons. 233. in princ.* & Capyc. *decis. 22. num. 4.* in qua quidem decisione idem Illustrissimus Seraph. quærit an hoc casu debeatur quarta, quando de præsenti non indiget restauratione, & ibi in hac verba respondet. Nam affirmatiuam tenuerunt Hostien. Ioan. Andr. Anchar. *in d. cap. vlt. de testam.* vbi Cost. existimat esse magis communem opinionem: contrarium tamen tenuerunt Goffred. Card. Barbat. ipse Couar. per text. *in cap. nobis 2. quæst. 2.* quia templum Ecclesiæ non indigenti fernandum est in feram Ecclesiæ refectionem, & restaurationem. Idem hoc conflictu attendenda est forma legati: si enim testator vult statim, vel in singulos annos solui quid pro restauratione Ecclesiæ, quæ reparationem

non indigeat, tunc ſeruari poterit communis ſententia: ſi verò legat pro reſtauratione Eccleſiæ, quoties ea indigebit, tunc contraria ſententia erit ſequenda, & ſub hoc articulo cadunt etiam relicta pro ſubuentione Eccleſiæ reſpectu luminarium, ornamentorum, & aliorum ad cultum diuinum pertinentium, ex his namque non debetur quarta *d. cap. final.* ſi verò vſus eſt indeterminatus, & non determinatus perpetuo cultui diuino, tunc debetur quarta, text. *in præſenti, & in cap. requiſitis, de teſtam.*

3 *Vel de his, quæ perſonis ſpecialis,* &c. Notatur ad hoc, quòd de relictis perſonis non detrahitur quarta Epiſcopalis, vt per Rot. *in Syracuſan quarta coram Illuſtriſſimo Seraph. in prima difficultate*, apud Stephan. Quarant. *d. verbo quarta Epiſcopalis, verſ. circa propoſitum.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Beneficij appellatione largè ſumpto vocabulo omnia comprehenduntur beneficia.*
3 *Vicarius Epiſcopi, cui facultas conferendi beneficia data eſt, poteſt etiam beneficia curata, & dignitates conferre.*
4 *Indultum conferendi beneficia alicui à Papa conceſſum, comprehendit omnia beneficia etiam curata, & dignitates.*
5 *Præbenda eſt beneficium Eccleſiaſticum.*

CAP. Tua nobis. XXXII.

1 FRuctus Beneficiorum primi anni quando Papa concedit ex iuſta cauſa ad releuanda debita Epiſcopi, nomine beneficiorum veniunt etiam maiora beneficia, & præbendæ. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Hoſt. Butr. Anchar. Panorm. Mari. Socin. Viu. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 339.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 794.* remiſſiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Præbendæ, & alia beneficia generali beneficiorum nomine continentur.*] Notatur ad hoc, quòd appellatione beneficij largè ſumpto vocabulo omnia comprehenduntur beneficia, tam maiora, quàm minora, præbendæ, & dignitates &c. gloſ. *in cap. ſi gratioſè, verbo beneficia, de reſcriptis, & in c. 1. verbo beneficia, de rerum permut. lib. 6.* Abb. *in cap. poſtulaſti, n. 2.* Felin. *n. 4.* & Dec. *num. 12. de reſcriptis.* Rebuff. *in praxi tit. quid ſit beneficium, num. 10.* Medices *de definit. part. 2. c. 16. num. 5.* Sahagum *in cap. ad aures, num. 3. de reſcriptis, & in cap. fin. num. 20. de ſequeſtr. poſſeſſ.* optimè Nicol. Garc. *de beneficiis, part. 1. cap. 6. num. 37.* Card. Tuſch. *lit. B, concluſ. 19.* cum aliis per me citatis *in tract. de appellatiua verborum vtriuſque iuris ſignific. appell. 32. num. 1.* Vnde Vicarius Epiſcopi, cui facultas conferendi beneficia data eſt, poteſt etiam Curata, & dignitates conferre, Coſmas *in pragmat. Sanct. tit. de collat. verbo procuratorem, fol. 248. verſo.* Rebuff. *d. tit. quid ſit beneficium, num. 111. & in forma Vicariatus, n. 111.* Sbroz. *de officio Vicarij, lib. 2. quæſt. 71. & ſeqq.* Cardin. Tuſch. *d. concluſ. 58. num. 2.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancellariæ gloſ. 6. num. 25.* Azor. *inſtitut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 44. quæſt. 7. & 8.* plures per Garc. *d. cap. 6.*

4 *num. 40.* Vnde etiam indultum, ſeu facultas conferendi beneficia alicui à Papa conceſſa, comprehendit omnia beneficia, etiam curata, & dignitates, *cap. dudum, de præbendis in 6.* & *ibi* gloſ. *verbo beneficia*, Gonzal. *d. gloſ. 6. n. 24.* Card. Tuſch. *d. concl. 59. n. 2.* Garc. *d. c. 6. n. 41.* vbi *n. 44.* refert aliquos contrarium tenentes, quos *ibi* reprobat.

Ex verbis text. *ſuprà* relatis iam colligitur præben- 5
dam eſſe beneficium Eccleſiaſticum, idem probat text. *in cap. dilecto, verſ. præterea, de præbend.* vbi Innocent. Abbas & communiter ſcribentes, idem Abb. *n. 4.* Dec. *n. 6. & 7. in cap. maioribus, illo tit. de præb.* idem Dec. *in cap. cùm M. num. 31. de conſtitut. & in cap. ex literis, de probat.* Prob. *in rubr. de præbend. lib. 6. num. 6.* Cardin. *in Clement. vlt. eod. tit. à n. 10.* S. Antonin. *p. 3. tit. 15. cap. 1. §. 1.* Selua *de benefic. part. 1. q. 2. n. 31.* Caſſal. *deciſ. 17. de præbend.* Rot. *deciſ. 8. de conceſſ. prabend.* aliàs 247. Gom. *de expect. n. 32.* Gig. *de penſion. q. 21. n. 3.* dicit communem Felin. *in c. cùm acceſſiſſent, num. 13. de conſtit.* latè Sebaſt. Cæſar. *de Eccleſiaſtica hierarch. p. 3. diſp. 12. 8. vlt. n. 39.* Sed obſtat maximè text. *in cap. penult. de Magiſt.* vbi præbenda laico confertur, tradit gloſſ. recepta *verbo receperunt in dict. cap. cùm M.* Gig. *à n. 7.* conſtat verò beneficium Eccleſiaſticum non eſſe laico conferendum, *cap. 2. de inſtitut.* aduertit Selu. *vbi ſuprà q. 1. n. 4.* & Gom. *d. loco n. 89.*

Pro reſolutione igitur prædictæ difficultatis præmittendum eſt præbendam dupliciter accipi poſſe, vel enim ſumitur pro iure ſpirituali recipiendi fructus ratione officij ſpiritualis, vel ſumitur provt ſignificat fructus, qui præbentur ratione prædicti officij, vel provt ſignificat illud ex quo fructus perſoluuntur, de qua agit text. *in d. cap. ex literis*, vt decima, quæ aliquando pro iure decimandi capitur, de qua text. *in cap. quarta, de præſcriptionib.* Aliquando verò ſumitur pro fructibus ipſis temporalibus, qui ratione decimarum perſoluuntur, de qua agit text. *in cap. peruenit, 1. quæſt. 3. & in c. 1. cap. vltim. §. quod autem 16. q. 1. & in c. 2. §. ſanè, de decimis, lib. 6.* Priori modo præbenda ſumpta, ſiue canonicatui coniuncta ſit, ſiue abſque eo ſeparata conſideretur, eſt quidem beneficium Eccleſiaſticum, minimè verò ſi ſecundo modo accipiatur, paret ſi expendatur, priori modo ſumptam eſſe ius ſpiritualibus annexum, & habere omnia, quæ in definitione beneficij requiruntur; contra verò ſi ſecundo modo ſumatur, aduertit eleganter Innoc. *in d. cap. maioribus, in princip.* quicquid gloſſ. *d. verbo receperunt*, & Dec. *dictis locis*, contradicant, ſequitur Caſſad. *d. deciſ. 17.* & Gom. *d. num. 32.* Ex quibus iam colliges concordiam ad hunc text. cum text. *in dict. cap. penult.* vt ſcilicet text. *in præſenti*, intelligatur de præbenda priori modo accepta, provt eſt ius conſiſtens in receptione fructuum ratione officij ſpiritualis, text. *in dict. cap. penult.* agat de præbenda provt importat fructus ipſos temporales, qui ratione prædicti officij perſoluuntur, vnde nihil mirum ſi laico ibi poſſit aſſignari, propter legendi miniſterium; de quo *ibi*, idque patet ex verbis ipſius text. ibi, *non quod propter hoc efficiatur Canonicus, ſed tandiu*, &c. quibus verbis inſinuat Pontifex ſolùm dari laico Magiſtro fructus ipſos, non verò ius illud, quo aliàs recipiuntur ratione officij ſpiritualis: ſic aliàs decima pro modo accepta beneficium Eccleſiaſticum appellatur, non verò ſi ſecundo modo conſideretur, & ſic illo modo nequaquam, iſto verò rectè laico aſſignari poteſt ex diſpenſatione ob prohibitionem text. *in cap. 1. 16. q. 7. & in c. 3. de priuileg. & in cap. prohibemus, & in cap. quamuis, de decimis*, aduertit in ſpecie Couar. *variar. lib. 1. c. 17. num. 5.*

SVMMARIVM.

1 *Compendium huius text. refertur.*
2 *Declaratur Concil. Trid.* sess. 23. de reform. c. 15.
3 *Collegiata insignis quæ dicatur.*

CAP. Transmissæ. XXXIII. & vlt. *Gregor. IX.*

1 VErbum, *moderationis*, quando ponitur in literis, non potest multiplicare numerum, sed minuere. Colligunt ex Ordin. Abb. antiq. Innoc. Collect. Zabar. Ioan. Andr. Host. Butr. Anch. Panorm. Mari. Socin. Vin. *in ration. lib. 5. iuris Pontif. pag. 340.* Alagona *in compend. iuris Canon. pag. 791.* remissiuè Ximen. *in concord. p. 1. & 2.*

2 *Vt Canonicorum, & præbendarum numerum*, &c.] Hodie ex noua dispositione Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. c. 15.* in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, vbi frequentes, adeóque tenues sunt præbendæ simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo decenti Canonicorum gradui pro loci, & personarum qualitate non sufficiant, licet Episcopis cum consensu Capituli, vel aliquot simplicia beneficia, non tamen regularia, iis vnire, vel, si hac ratione prouideri non possit, aliquibus ex iis suppressis, cum patronorum consensu, si de iurepatronatus laicorum sint, quarum fructus & prouentus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciorem numerum reducere, ita tamen vt tot supersint, quæ Diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commodè valeant respondere; pro cuius decreti declaratione consule Zerol. *in prax. Episcop. p. 1. verbo beneficia, §. 1. vers. 11.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 37. n. 25.* Aloys. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decis. 488. in 1. edit. & resol. 379. n. 4. in 2. edit.* Steph. Gratian. *discept. forens. c. 278. n. 34.* Monet. *de distribut. quotid. p. 1. q. 5. à n. 26.* vbi refert Sacram Congregat. Concilij censuisse quòd si Ecclesiæ non sunt Cathedrales, aut Collegiatæ insignes, non habeat locum decretum huiusmodi, nec possit Episcopus, aut Vicarius Apostolicus extinguere præbendas, vt augeat distributiones,

3 etiam ad augmentum cultus diuini. Quæ autem dicatur Collegiata insignis non satis constat apud Doctores, nam D. Ludouic. Centoflorennis in Sacra Rituum Congregatione pro Collegiata Ecclesia S. Pauli oppidi Ciuitatis nouæ Firmanæ diœcesis obtinuit illam dici insignem, eo quòd oppidum, in quo sita est, insigne reddat numerus quatuor mille habitatorum, hoc est, focularium octingentorum viginti, quatuor Regularium, & vnum sanctimonialium Monasteria ibi existentia, copia peritorum, & nobilium, in quibus qualitatibus decernendis multum iudicis arbitrio esse deferendum attestantur gloss. *verbo copia, in cap. statutum, de rescript. lib. 6.* Lap. Specul. Titaq. & alij apud Menoch. *de arbitr. casu 158. n. 4.* & in puncto oppidum Fonsejæ Toletanæ diœcesis esse insigne, quia habebat octingentos municipes, consuluit Nauar. *sub hoc tit. cons. 1.* refert D. Ioan. Anton. Massobr. *in sua praxi habendi concursum præl. 2. dub. 2. & in tract. de Synodo Episcopi, cap. 4. dub. 14. n. 9.* nouissimè idem D. Ludouicus supplicauit Sacram Rituum Congregat. vt dignaretur declarare primò an Canonici Ecclesiarum Collegiatarum insignium debeant præcedere in Synodo Canonicis Ecclesiarum non insignium? Secundò an debeant adhuc præcedere si Ecclesia Collegiata non insignis sit antiquior in erectione? Tertiò quid si erectio Collegiatæ insignis facta fuerit sine alicuius præiudicio Sacra Rituum Congregat. ad primum respondit Canonicos Ecclesiarum Collegiatarum insignium præferendos esse in synodo, ac processionibus Canonicis Ecclesiarum Collegiatarum non insignium. Ad secundum itidem præferendos esse, etiamsi Ecclesia Collegiata non insignis sit antiquior in erectione. Ad tertium idem procedere, etiamsi erectio Collegiatæ insignis facta fuerit cum clausula, *sine alicuius præiudicio*, cum eo ipso quòd Ecclesia est effecta insignis gaudeat prinilegiis Ecclesiarum insignium; ita nouissimè Ioan. Anton. Massobr. *in sua praxi habendi concursum præl. 2. dub. 3. secundum Komatz. impress.*

De Regulis Iuris.

TIT. XLI.

VIDE hanc rubr. scripserunt Zabarel. Ioan. Andr. Anan. Butr. Anchar. Hostien. Panorm. Ioan. de Londris *in breviario sanctorum Canon. fol. 185.* Martin. Melent. *in epitome Decret. fol. 209. vers.* Petr. de Rauenna *in compend. iuris Canon.* Goffred. & Host. *in summ. huius tit.* Alex. Cassan. & Anastas. Germon. *in paratitlis ad quinque libros Decret. sub hoc titulo.*

CAP. Omnis res. I. *Chrysost.*

OMnis res per quascumque causas nascitur, eadem dissoluitur, Narbona *de appellat. ad Episcopum p. 1. n. 95.* Valasc. *cons. 130. n. 19. & de Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 199. n. 8.* Vnde etiam solemnitas requiritur in reuocatione actus, quæ in confectione ipsius, Duen. *reg. 187. vers. 18. Calc. Pereg. de potestate elig. c. 7. n. 13.* ego ipse *in tract. de locis communib. argument. iuris loco 26. n. 11.*

CAP. Estote. II.

DVbia in meliorem partem sunt interpretanda. Aldret. *de Religiosa disciplina tuenda, lib. 2. c. n. 23.* Franc. Molin. *de ritu nupt. lib. 1. comp. 17. num.* Aloys. Ricc. *in collect. decis. p. 1. collect. 220.* vbi multipliciter exemplificat Farin. *in praxi crimin. p. 1. q. 8. n. 27.* vbi limitat cum aliis citatis per me *in tract. de Axiomat. iuris vsufreq. Axiom. 78. n. 1.* Et in dubio benignior interpretatio est facienda, Thom. de Thomasinis *in florib. legum reg. 154.* ac tutior pars eligenda Sanch. *in censur. lib. 1. c. 16. n. 38. casu 1. & lib. 6. c. 2. n. 16.* Sanchez *de Matrim. lib. 2. disp. 41. n. 9.* Flores de Mena *tract. lib. 1. q. 9. n. 18.* & citaui plures alios *ad eximenic. q. de sponsalib. & Axiom. 77. n. 2.* Elegantem materiam declarat Ioan. Sanctius *in selectis, & practic. disput. disp. 42.* sect. *per tot.* & præcipuè *n. 11.* vbi ita ait: Respondemus tamen locum habere regulam prædictam (scilicet quòd in dubiis tutior pars est eligenda) quando quis dubitat practicè num sibi liceat hic, & nunc operari, vel non operari, tunc enim pars securior est eligenda, dum non deponitur dubium practicum, vt si quis dubitet practicè an hic & nunc teneatur ieiunare, non tenetur fanè donec illud dubium non deponitur, quia aliàs actus fieret cum conscientia practicè dubia, & tunc non est consilium sequi partem tutiorem, sed præceptum. Sylvest. *verbo dubium, quæst. 2. §. 6.*

Nunc.

Nauar. *in cap. si quis autem, de pœnit. distinct. 7. n. 42.* Cordub. *lib. 2. quæstionarij q. 3. prop. 3.* Sanch. *lib. 2. de matrim. disp. 41. n. 9.* Hinc qui dubitaret practicè an licitè accederet, vel non ad Eucharistiam, quia dubius est num biberit, vel ederit, post mediam noctem, tenebitur non accedere, & sequi partem tutiorem (cuius tutior pars dicitur, non quia contraria pars esset etiam tuta; & ista tutior, sed idem est dicere quod in dubiis eligenda sit pars tutior, atque dicere quòd sit eligenda pars tuta & secura) in qua nullum reperitur peccatum cum dubitet de accessu, num sibi liceat hoc, & nunc, vel non. Si verò dubium practicum deponat, non tenebitur non accedere, immò nec sub consilio illa pars, quæ dictat non esse accedendum, erit sequenda; cùm ex vna parte accedens nullum peccatum committat, & ex alia non accedens priuetur gratia sacramentali. Consilium autem sequendum relicto contrario maius bonum conciliare debet illud in sequenti. Vnde tunc accedere erit tutior pars, & minus tuta abstinere, cùm tutior pars illa dicatur, cuius sequela nullam generat culpam, & plura, maioraque quàm pars contraria, adducit bona. Hactenus Ioannes Sanctius.

Et hanc regulam ex consilio esse intelligendam quando sunt duæ opiniones probabiles, & altera minus tuta, cùm tunc solùm sit consilium sequi partem tutiorem, tenent D. Anton. *p. 1. tit. 3. c. 10. §. 20. concl. 7. vers. pro cuius enodatione*, Angel. *verbo opinio, n. 2.* Sylvest. *eod. verbo. q. 1. in fin.* Nau. *in cap. consideret in princ. dist. 5. n. 38.* Henric. *in sum. lib. 4. c. 3. §. 4. in fin.* Gutier. *canon. lib. 1. c. 31. n. 41.* Sanch. *d. disp. 41. n. 9.*

Cap. Qui scandalizauerit. III.

1 De scandali diffinitione, diuisione, eiúsque materia vide D. Thom. *2. 2. q. 43.* D. Anton. *p. 3. tit. 7. c. 4. à princ.* Doctores *in c. 2. de præscript.* vbi Panorm. *n. 8.* Felin. *à n. 2.* Cou. *in reg. peccatum, p. 1. in initio à n. 3.* Nau. *in man. c. 6. à n. 19. & c. 14. à n. 28. & in c. consideret, §. animaduerte, à princ. dist. 5.* Iacob. de Graffiis *in aureis decis. p. 1. lib. 2. c. 68.* Flamin. *de resignat. benef. l. 5. q. 3. n. 166. cum seq.* Azor. *instit. moral. p. 2. l. 12. c. 16.* Farin. *cons. 30. n. 2.* vbi addit Albertin. *in tract. de secreto, n. 236. cum seqq.* Sanch. *in præcepta Decalogi, tom. 1. lib. 1. c. 6.* Illustriss. D. meum Rodericum à Cunha *in Comment. ad c. licèt 4. dist. 35.* Sayr. *in Clavi Regia, lib. 7. c. 6.* Paul. Layman. *in Theologia morali, lib. 2. tract. 3. c. 13.*

2 Regula hæc est intelligenda de triplici veritate, videlicet vitæ, iustitiæ, & doctrinæ, vt per Bonacos. *commun. crimin. p. 2. verbo Canon. fol. 8.* Sed intelligendam esse de veritate, seu bonitate vitæ, non autem de veritate doctrinæ, & iustitiæ, quæ aliquando omittuntur propter scandalum, asserit Nauar. *commento 3. de Regularibus, n. 35.*

3 Notatur ad hoc quòd ad scandala vitanda multa sunt concedenda, quæ alias non concederentur, vt per Menoch. *cons. 51. n. 44.* Rebuff. *de priuilegiis schol. priuil. 110. p. 2.* Lancellot. *de attent. p. 2. c. 4. ampl. 21.* Flamin. *d. q. 3. n. 166.*

Cap. Quòd non est. IV.

1 PLura de necessitate cumulat Tiraq. *de retract. lig. §. 26. gloss. 1. n. 20. cum seqq.* Et necessitatis diuisionem vide apud Menoch. *de arbitr. casu 182. à n. 19.*

2 Notatur hic text. ad hoc quòd necessitas facit licitum, quod non est licitum in lege, vt per Tiraquel. *de pœnis temper. causa 33. n. 3.* Ceual. *communium contra commun. q. fin. num. 6. tom. 4.* Cardoso *in praxi iudicum, verbo necessitàs, num. 1.* & alios citatos per me *in tract. Axiom. iuris vsufreq. Axiom. 157. n. 2.* Nam necessitas legi non subiacet, Gail. *l. 1. obseruat. 102. n. 8.* Plac. *de delictis, l. 1. c. 28. n. 3.* Surd. *decis. 86. n. 8.* Matienço *l. 1. gloss. 21. tit. 10. lib. 5. noua recop.* Munoz. de Escobar. *de ratiocin. administ. c. 14. à n. 10.* Ceuall. *d. q. fin. n. 50.* Sanch. *de matrim. lib. 3. disp. 10. num. 27.* Aloys. Ricc. *in praxi rerum fori Eccles. decis. 711.* Ego ipse *d. Axiom. 157. num. 1.*

Notatur etiam ad hoc quòd ex necessitatis causa 3 potest mutari aliquid de forma assignata, vt per Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 60. n. 45.*

Cap. Quòd latenter. V.

NOtatur ad hoc quòd suspectum est, quod clam & 1 secretò fit, vt per Tiraq. *de retract. tit. 2. in præfat. n. 13.* Brunor. à Sole *in locis communibus, verbo factum 8.* Et occultè actum faciens generalem contra se habet præsumptionem, iuxta Christi Domini auctoritatem *Ioan. 3. qui malè agit odit lucem*, refertur *suprà in cap. consuluit, de officio deleg. & in c. vnic. versic. porrò, vt Ecclesiast. benefic.* cum similibus, de quibus Tiraq. *de pœnis temp. c. 11. num. 11.* Menoch. *de præsumpt. lib. 4. præs. 12. n. 7.* Mascard. *de probat. concl. 815. n. 33.* Surd. *cons. 132. n. 4.* Sicut è contratio ea, quæ in conspectu aliorum, & palàm fiunt, sunt ab omni sinistra suspicione aliena, *c. non existimo, vers. & multum refert. ff. de administr. tutor. l. cùm ipse tutor, §. fuit quæsitum*, & *ibi* Rip. *ff. de contrah. empt.* Menoch. *de arbitr. lib. 2. cent. 3. casu 244. à princ.*

Cap. Desleat. VI.

NOtatur ad hoc quòd reus omnium factus est, qui 1 mortaliter peccauit transgrediendo vnicum præceptum, vt per Tiraq. *de iudicio in rebus exiguis, vers. 57. pag. 93.* Sayr. *in clavi Regia, lib. 2. c. 7. num. 2.* Et omnis virtus detrimentum patitur ab vno vitio, Cosm. *in pragmatic. sanct. tit. de collat. verbo virtutum, pag. 188.*

Cap. Quamvis. VII.

COllige ex text. quòd pastor tenetur inquirere, & 1 habere curam de ouibus suis, vt per Cosm. *in pragmat. sanct. in proœm. verbo non agnoscunt, pag. 34. verso.* Auil. *ad c. 1. Prætorum, n. 10. fol. 61. verso*, Nam impropriè Episcopus siue alius quivis Prælatus dicitur pastor, sicut & oues rectè appellantur subditi, *Ioan. 10. & 21.* non secundùm illam longè aliam significationem, qua filij Iacob ad Pharaonem dixerunt, *Pastores sumus*, quia per famulos ducebant gregem, & fœtu, lanáque fruebantur, sed potiùs officio, & cura, quam bonus pastor per se ipsum, non vt mercenarius debet exhibere, vt verbum, *pascere*, sonat, id est, per prata Scripturæ gregem deducere, eiusque fontibus recreare, atque oleo scabiem inungere, docendo verbo, bonorum operum exemplo, vt colligitur ex Concil. Trid. *sess. 6. de reformat. c. 1. & sess. 23.* etiam *de reform. c. 1.* & aliis per me adductis *de offic. & potest. Episc. p. 1.*

Vnde debet Pastor vigilare, & non dormire super custodiam gregis, vt habetur in Psal. 120. *Ecce non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël*, latratu enim canum, id est, Prædicatorum, & baculo Pastorum arcendi sunt lupi, vt habet Isai. *c. 55.* refert Illustr. D. meus Roderic. à Cunha *in comment. ad cap. oportet, 23. num. 2. dist. 81.*

Cap.

Cap. Indignum. XI. & fin.

Luc. III.

1 PRobat hic text. pro rebus ſpiritualibus homagium, ſeu iuramentum illicitum eſſe præſtare, quod tanquam ſimoniacum reprobatur *in cap. ex diligenti 17. de ſimonia*, intellige non quidem iuramento cuiuſcumque fidelitatis, ſed illius tantùm, quo quis tanquam vaſſallus tenetur ſuas operas alteri, velut domino ſuo, præſtare, cui ex vi prædicti iuramenti manet obligatus ad prædictas operas, quoties oportuerit, exhibendas, *cap. de forma, verſic ſed quia 22. q. 5.* Id enim importat homagium, de quo *in præſenti text. & in d. cap. ex diligenti*, iuncta gloſſ. vbi iura ſimilia citat, *verbo homóque, in Clem. paſtoralis, de re iudic.* optimè Abb. *in d. cap. ex diligenti, n. 4.* Guid. Papæ *deciſ. 29. cum ſeq.* Caſſan. *in conſuet. Burgund. rub. 3. §. 3. gloſſ. 2.* Soar. *de Relig. lib. 1. de iurament. c. 13. n. 24.* vbi tract. an quid ſit homagium, & an per illud iuramentum indu... vnde cùm hoc ius vaſſallitij ſolis dominis temporal... bus, non verò Eccleſiaſticis Prælatis debeatur, *cap. ſubiectus*, ibi, *ſciens ſe eſſe Sacerdotes, non dominos*, ibi, *neque vt dominantes in cleris, 95. diſt.* rectè ſit... velut munus indebiti obſequij nequeat pro benefi... ſine ſimonia præſtari, iuxta *cap. cum eſſent, de ſimon...* ſecus de iuramento fidelitatis clericorum ad ſuos Pr... latos dicendum eſt, quòd ad ſolam obedientiam, ... tanquam patribus, & paſtoribus debitam obſtringi... optimè Abb. *d. n. 4.* Non obſtat *cap. grauem 15. ... de exceſſib. prælat.* vbi clerici fidem præſtiti homag... ac debitam reuerentiam ſuo Epiſcopo denegan... grauiſſimè puniuntur, ſic planè ſignificans licitum eſſe clericis homagium præſtare Prælatis Eccleſiaſticis. Reſpondetur enim cum gloſſ. *ibi*, commutatis ac... cepta, *verbo homagij*, & Abb. *d. n. 4. text.* procedere in homagio latè ſumpto provt fidelitatem, & obedientiam Epiſcopis debitam importat.

FINIS.

FARBOS...
Iuris Can...
To. 2. p. 3.
CVI
15

INDEX